1146H

F^R. JOANNIS DE ALIAGA

SACRI ORDINIS PRÆDICATORUM IN CONVENTU SALMANTINO
M. atque in eadem Universitate Vespertinæ Cathedræ per 5. annos;
Primariæ vero post 18. actù Primarij Moderatoris.

TOMUS QUARTUS

QUÆST. COMMENTARIÆ IN 1. 2. D. THOMÆ ANGEL. MAGIST.
atque Ecclesiæ Doctoris &c.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

BENEDICTO PAPÆ XIII.

SACRI ORDINIS PRÆDICATORUM DICTUS.



CUM SUPERIORUM PERMISSU.

Salmanticæ : Ex Officina S. Crucis. Anno 1729.



LICENTIÆ SUPERIORUM, ET APROBATIONES CENSORUM habentur Tom. 1. excepta seq. aprobatione per RR. P. M. Fr. Michaelem Herze, Ordinis SS. Patriarchæ Benedicti in Universitate Salmantin. Primariæ Cathedræ Moderatorem, &c.

EX Præscripto Domini D. *Francisci Santos Bullon*, Provisoris, & Vicarij Generalis Salmantinæ Diœcesis Sede Vacante, eiusdemquè Almæ Ecclesiæ Canonici Pœnitentiarij, legi quartum Tomum *Super 1. 2. Angelici Præceptoris*, Auctore RR. P. *Mag. Fr. Ioonne de Aliaga*, Sacri Prædicatorum Ordinis, Magistro de numero, quondam Amplissimi Conventus S. Stephani Salmantini Priore, in hac Alma Academia Doctoratus Laurea insignito, ac Primariæ Cathedræ dignissimo Moderatore; & vix novum hunc partum tribus præcedentibus comparavi, occurrit illud Casiodori: *Educavit liberos nulla discretione laudandos, pondere moderationis æquales, ingenij vivacitate consimiles, & morum societate verè germanos.*

Casiodor. lib 9. Variar. epist. 23.

Totus est Sapientissimus Auctor in navigando super Mare Magnum Angelicæ profunditatis, & tanquam amplissima Nubes eadem fluenta, quæ recipit, in totius orbis profectum ingenti cum fœnore restituit. Labor magnus, & difficilis ingredi usque ad Angeli penetralia, & de ipsis fundamentum ad superædificandum construere: *Sed ex inde spei, solatium est* tam egregio conatui, *quia sermo Dei talis est*, (ut in simili advertit subtilis meus Rupertus) *qui secundum similitudinem viri, qui luctabatur cum Iacob, posit vinci, si colluctator, ideſt inquisitor eius legitimè luctari noverit.*

Rupert. Abbat *Prolog. in Cant.*

Hac luctandi sapientia comite assumpsit calamum eruditissimus Magister, & dum gratum duelli congressum dulcis subsequitur victoria, quasi ille apparet, de quo per Scripturam dicitur: *Quod in fortitudine sua directus est cum Angelo, & invaluit ad Angelum*, sic per totum, non tam ipse, quam Angelus videtur loqui, & nullibi deficiens à pondere dicendi æque lucida, ac benè nota subtilitate, his insignibus, tanquam annullo, & armilla, quibus olim Thamàr sibi, & prolis honori consuluit, potest de semetipso dicere: *De Viro, cuius hæc sunt, concepi.*

Osseæ 12 3.

Genes. 38 25.

Undè cum præter Auctoris nomen, quod illustrando operi solum sufficeret, adsint omnia, quæ ipsum probatissimum, iustaquè summè acceptabile efficiant, non tam gratia quæritur dum optatur publicam videre lucem, quam communia vota explebuntur. Iudico enim nihil continere sanæ fidei, rectisquè moribus contrarium, sed eam doctrinam suo dignam Auctore, & quæ à tali Magistro poterat expectari. Sic sentio, salvo, &c. in hoc Collegio Salmantino Divi Vincentij die 28. Septemb. an. Dom. 1729.

M. Fr. Michael de Herze.

ERRATA

ERRATA SIC CORRIGE.

FOl. 2. col. 2. lin. vocetio, lege vocatio. fol. 12. col. 1. lin. 34. eiicientia, leg. elicientia. fol. 16. col. 2. lin. 32. fieri, leg. ferri. fol. 20. col. 1. lin. 21. electionem, leg. elevationem. fol. 49. col. 1. lin. ult. voluntate, leg. vulnere. fol. 51. col. 1. lin. 17. alleiens, leg. alliciens. fol. 52. col. 2. lin. 20. refutari, leg. reputati. fol. 76. col. 2. lin. 42. eligatur, leg. intelligatur. fol. 77. col. 2. lin. 42. ideoque nulla, leg. ideoque fieri intulir. fol. 82. col. 1. lin. 39. nec primum lumen gloriæ. leg. nec lum. fui 1. lumen gloriæ. fol. 83. col 1. lin. 43. quod dicere, leg. quod A. dicere. fol. 83. col. 2. lin. 16. lene verò, leg. benè vero 2. limitationem boni. fol. 83. col. 2. lin. 42. fubisa, leg. præcisiva. fol. 90. col. 1. lin. ult. quisdan, leg. quidam. fol. 95. col. 2. lin. 51. continentiam, leg. leg. continentium. fol. 107. col. 1. lin. 8. supernaturalem, leg. supernaturale. fol. 118. col. 1. lin. 20. ratione, leg. rationes. fol. 141. col. 2. lin. 43. spectantiam, leg. spectantium. fol. 157. col. 1. num. marginalis 35. lin. 59. & si de inceps usque ad finem dubij. fol. 178. col. 1. lin. 46. compositia, leg. compositi. fol. 180. col. 2. lin. 2. occisionis, leg. occasionis. fol. 193. col. 1. lin. 47. nequit, leg. nequeat. fol. 202. col. 1 lin. ult. tanquam, leg. & tanquam. fol 224 col. 1. lin. 26. citates, leg. citat. fol. 225. col. 1. lin. 2. petete, leg. petere. Ibid. col. 2. lin. 10. btevi, leg. brevi. fol. 231. col. 1. lin. 1. prædictus, leg prædicti fol. 232. col. 2. lin. 52. est, leg. esse. fol. 249. col. 2. lin. 40. gratiæ, leg. gratiam. fol. 250. col. 1. lin. 24. qua, leg. quia. fol. 263. col. 2. lin. 40. illam, leg. illum. fol. 268. col. 2. lin. 47. meum, leg. mecum. fol. 313. col. 2. lin. 3. dari, leg. dare. fol. 356 col. 1. lin 45. occisionis, leg. incisionis. fol. 378. col. 2. lin. 13. liberi, leg. liberè. fol. 387. col. 2. lin. 9. gratuitam, leg. gratiam. fol. 404. col. 1. lin. 7. quandoquidem, leg. quandoque. fol. 410. col. 1. lin. 28. illam, leg. illum. fol. 443. col. 1. lin. 15. emmitentis, leg. emitentis. fol. 443. col. 2. lin. 36. create, leg. creaturæ. fol. 257. col. 2. lin 42. Dabolum, leg. Diabolum. fol. 479. col. 2. lin. 25. operans, leg. cooperans. fol 499. fol. 599. leg fol. 499. fol. 505. col 2. lin. 52. importat, leg. imperat. fol. 511. col. 1. lin. 12. nullus, leg. nullis. fol. 520. col. 2. lin. 45. operante, leg. cooperante. fol. 532. col. 2. lin 18. nicendi, leg. dicendi. Et ibi. lin. 22. sunt velle, leg. datur ad velle. fol. 539. col. 2. lin. 34. bitis, leg. subitis. fol. 547. col. 1. lin. 28. apparet, leg. apparere fol 553 col. 2. lin. 7. suum, leg suam. fol. 555. col. 1. lin. 54. moveuter, leg. moveutur. fol 556. col. 2. lin. 9. resta, leg recta. fol. 580. col. 1. lin. 23. autem, leg. hoc. fol. 585. col 2. lin. 13. confititur, leg. confitetur. fol. 588. col. 2. lin. 39. utanitur, leg. utantur. fol. 608. col. 1. lin. 5. de quo, leg. de qua, fol. ult. col. 2. lin. 13. hinc, leg. hanc. Ibid. col. 2. lin. 25. ad illum, leg. ad illius. Ibi. lin. 35. & positio, leg. sicut, & positio. fol. ultimo, col. 1. lin. 8. illa, leg. illo.

Este Libro intitulado: *Tomo Quarto, Quæstiones commentariæ in 1. 2. Div. Thom. Ang. Magist. atque Ecclesiæ Doct.* su Autor el P. M. *Fr. Juan de Aliaga*, Cathedratico de Prima de Santo Thomàs de la Universidad de Salamanca; y advirtiendo estas erratas corresponde à su original. Madrid, y Octubre à once de mil setecientos y veinte y nueve.

Lic. D. Benito del Rio Cao de Cordido,
Corrector General por S. M.

TASSA.

DON Miguèl Fernandez Munilla, Secretario del Rey nuestro Señor, su Escrivano de Camara mas antiguo, y de Govierno del Consejo; certifico, que aviendose visto por los Señores de èl un Libro, que es el Quarto Tomo, intitulado: *Quæstiones commentariæ in 1. 2. Div Thom. Ang. Magist. atque Ecclesiæ Doct.* escrito por el RR. P. M. Fray Juan de Aliaga, Cathedratico de Prima de la Universidad de Salamanca, del Orden de Predicadores, que con licencia de dichos Señores ha sido impresso, tassaron à seis maravedis cada pliego, y el dicho Libro parece tiene ciento y sesenta y medio sin principios, ni Tablas, que à este respecto importa novecientos y sesenta y tres maravedis, y al dicho precio, y no mas mandaron se venda; y que esta certificacion se ponga al principio de cada Libro, para que se sepa el precio à que se ha de vender; y para que conste, doy la presente en Madrid à once de Octubre de mil setecientos y veinte y nueve.

D. Miguèl Fernandez Munilla.

IN-

COELESTINI PAPÆ

PRO PROSPERO, ET HILARIO.

DE GRATIA DEI.

EPISTOLA AD QUOSDAM GALLIARUM EPISCOPOS.

I.

DIlectissimis Fratribus Venerio, Mario, Leontio, Auxonio, Arcadio, Philtatio, & cæteris Galliæ Episcopis; Cœlestinus Episcopus: Apostolici verba præcepti sunt, apud Iudæos, & apud Gentiles, sine offensione nos esse debere, hoc quisquis Christianus est, tota animi virtute custodit. Quod cum ita sit, non parum periculi illum manere poterit ante Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos, qui neminem perire volumus, ita contristent, quæ Authoribus Christianis percellunt animos Christianos, Dominicus in Evangelio sermo testatur. Ait enim ipse Salvator, quod expediat scandalizanti unum de pusillis, in maris profunda demergi. Et ideò quæ sit eius iam pœna quæramus, cui tale supplicium legimus expedire.

Epistola hæc tom. 3. est truncata: ideò modo transcrib.

Ex Cresconio.

Huius Epistolæ mentionem faciunt Vincentius Lyrinensis in libro adversus hæreses, & etiam Sanct. Prosper in libro contra Collatorem cap. 41.

Filij nostri præsentes Prosper, & Hilarius, quorum circa Deum nostrum solicitudo laudanda est, tantum nescio quibus Presbyteris illic licere, qui dissensioni Ecclesiarum studeant, sunt apud nos prosecuti, ut indisciplinatas quæstiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare adversantia veritati: sed vestræ dilectioni iustius imputamus, quando illi supra vos habent copiam disputandi. Legimus supra Mag. non esse discipulum, hoc est, nō sibi debere quemquam ad iniuriam DD. vendicare doctrinam. Nam, & hos ipsos à Deo nostro positos novimus ad docendum, cùm sit, dicente Apostolo, eis tertius locus intra Ecclesiam deputandus. Quid illic spei est, ubi magistris tacentibus, hi loquuntur, qui (si ita est) eorum discipuli non fuissent? Timeo, nè connivere sit hoc tacere. Timeo, nè magis ipsi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspicione taciturnitas, quia occurreret veritas, si falsitas displiceret. Meritò namque causa nos respicit, si silentio faveamus errori. Ergò corripiantur huiusmodi: non sit his liberum habere pro voluntate sermonem. Desinat, si ita res sunt, incessere novitas vetustatem, desit Ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Conantur sæpè naufragio mergere, quos infra portum stantes, statio facit fida securos. Fida quippè est omnium statio, quorum perfectis gressibus vestigia non moventur. Recurrerunt ad Apostolicam prædicti Sedem, hanc ipsam nobis, quæ tentat perturbatio, conquerentes. Habeto, fratres charissimi pro Catholicæ plebis pace tractatum. Sciant se, si tamen censeantur, Presbyteri dignitate, vobis esse subiectos. Sciant omnes qui malè docent, quod sibi discere magis, ac magis competat, quam docere. Nam quid in Ecclesijs vos agitis, si illi summam teneant prædicandi? Nisi fortè illud obsistat, quod non auctoritate, non adhuc ratione colligitur, ut aliqui è fratrum numero, nuper de laicorum consortio in Collegium nostrum fortasis admissi, nesciant quid sibi debeant vendicare. Super his multa iam dicta sunt eo tempore, quoad fratris. * Tuendi dedimus scripta responsum. Hunc tamen repetentes sæpiùs admonemus: * Notentur huiusmodi, qui laborant per terras aliud, quam ille noster iussit agricola, seminare. Nec tamen mirari possumus, si hæc erga viventes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quiescentium fratrum memoriam dissipare.

Matth. 18.
Marci 9.
Luc. 17.
Luc. 6.
1. Cor. 12.
** Tuenti.*
** Ut viten-tur.*
Matth. 5.

Augustinum sanctæ recordationis virum pro vita sua, atque meritis in nostra communione semper habuimus, nec unquam hunc sinistræ suspicionis saltem rumor aspersit, quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter Magistros optimos, etiam ante à meis decessoribus haberetur. Benè ergò de

Hæc quæ sequuntur, à Prospero potuis-

tuis quam à Cœlestin. scripta esse videntur: eius enim scriptis similia sunt: & in libro contra Collatorem capitæ quædam attingit, quæ non dissimiliter atque hic leguntur.

Hic incipit Cœlestinus.

eo omnes in communi sensérunt, utpotè qui ubique cunctis, & amori & honori. Unde resistatur talibus, quos malè crescere videmus. Nefas est, pati religiosas animas, quorum afflictione, (quia mēbra nostra sunt) nos quoque convenit macerari, quamvis maneat hos beatitudo promissa, quicumque probantur persecutionem propter iustitiam sustinere. Quibus quid promittat Dominus in futurum, sequens sermo declarat. Non est agentium causa solorum, quando Universalis Ecclesia quacumque novitate pulsatur. Intelligamus hæc ipsa vobis, qnæ nobis non placent, displicere. Quod ita demum probare poterimus, si imposito improbis silentio, de tali rē in posterum quærela cessaverit. Dominus incolumes vos custodiat, fratres charissimi.

Quia nonnulli, qui Catholico nomine gloriantur, in damnatis hæreticorum sensibus, seu pravitate, sive imperitia demorantes, pijssimis disputatoribus obviare præsumunt. Et cùm Pelagium, atque Cœlestium anathematizare non dubitent, Magistris tamen nostris, tanquam necessarium modum excesserint, obloquuntur, eaque tantummodo sequi, & probare profitentur, quæ Sacratissima Beati Apostoli Petri Sedes contra inimicos gratiæ Dei per ministerium Præsulum suorum sanxit, & docuit. Necessarium igitur fuit, diligentèr inquirere, quid Rectores Romanæ Ecclesiæ de hæresi, quæ eorum temporibus exorta fuerat, iudicaverint, & contta nocentissimos liberi arbitrij defensores, quid de gratia Dei sentiendum esse censuerint, ita ut etiam Africanorum Conciliorum quasdam sententias iungeremus, quas utique suas fecerunt Apostolici Antistites, cum illas probarunt. Ut ergò plenius qui in aliquo dubitant, instruantur, Constitutiones SS. PP. compendioso manifestemus indiculo. Quòd si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium disputationum connexionem ex hac subditarum auctoritatum brevitate pendere, nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum Catholicis credat, & dicat.

Adam omnes homines læsit, nec quisquam per liberum arbitrium consurgere potest nisi eum Dei gratia erexerit. Epist. 31.

In prævaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem, & innocentiam perdidisse, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserantis erexerit, pronuntiante beatæ memoriæ Innocentio Papa, atque dicente in Epistola ad Carthaginense Concilium. Liberum enim arbitrium olim ille perpessus dum suis inconsultius utitur bonis cadens, in prævaricationis profunda demersus est: & nihil, quemadmodum exinde resurgere posset, invenit, suaque in æternum libertate deceptus huic ruinæ subiacuisset oppressus, nisi eum postea Christi per suam gratiam revelasset adventus, qui per novæ regenerationis purificationem præteritum omne vitium sui baptismatis lavacro purgavit.

Nemo bonus est suis viribus nisi participatione eius qui solus est bonus. Epist. 31.

Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui illi donet, qui solus est bonus. Quod in eisdem scriptis eiusdem Pontificis sententia protestatur, dicens: Nunquid nos de eorum post hæc rectum mentibus existimemus, qui sibi se putant debere quod boni sunt, nec illum considerant, cuius quotidie gratiam consequuntur; qui sine illo tantū se assequi posse confidunt?

Nisi Dei gratia continuo iuvemur, diaboli insidias vitare non possumus. Epist. 31.

Neminem etiam baptismatis gratia renovatum, idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & ad evincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adiutorium Dei perseverantiam bonæ conversationis acceperit. Quod eiusdem Antistitis in eisdem paginis doctrina confirmat, dicens: Nam quamvis hominem redemisset à præteritis illis peccatis, tamen sciens iterum posse peccare ad reparationem sibi (quemadmodum posset illum, & po st ista corrigere) multa servavit, quotidiana præstans illi remedia, quibus nisi freti, consilique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necesse est enim, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuvante vincamur.

Per Dei gratiam benè utimur libero arbitrio. Ep. 32.

Quod nemo nisi per gratiam libero benè utatur arbitrio, idem Mag. in Epistola ad Milevitanum Concilium data prædicat, dicens: Adverte tandem, ò praviſsimarum mentium perversa doctrina! Quòd primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentiùs frēnis eius utitur in prēvaricationis præsumptionem conciderit: nec ex hac potuit erui, nisi ei, providentia rege-

ne-

nerationis statum pristinæ libertatis Christi Domini reformasset adventus.

Quod omnia studia,& omnia opera,ac merita Sanctorum ad Dei gloriam,laudemque referenda sunt,quia nemo aliunde ei placet,nisi ex eo quod ipse donaverit.In quam nos sententiam dirigit beatæ recordationis PapæZozimi regularis auctoritas,cum scribens ad totius Orbis Episcopos, ait. Nos autem instinctu Dei(omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, unde nascuntur)ad Fratrum.&Coepiscoporum nostrorum conscientiam universa retulimus.Hunc autem sermonem sinceriſsimæ veritatis luce radiantem,tantoAfriEpiscopi honore venerati sunt:ita ut ad eundem virum rescriberent.Illud vero,quod in litteris,quas ad universas Provinctias curasti esse mittendas,posuisti, dicens : Nos tamen instinctu Dei &c. Sic dictum accepimus,ut illos,qui contra Dei adiutorium extollunt arbitrij libertatem, districto gladio veritatis,velut cursim transiens , amputares.Quid enim tam libero fecistis arbitrio,quam quod universa in nostræ humilitatis conscientiam retulisti?Et tamen instinctu Dei factum esse fidelitèr,sapientèrque vidisti, veracitèr,fidentèrque dixisti. Ideò utique, quia *præparatur voluntas à Domino*, & ut boni aliquid agant,Paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda fidelium. *Quotquot enim Spiritu Dei aguntur , hi filij Dei sunt* , ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis motibus,magis illius valere non dubitemus auxilium.

Omnia Sanctorum merita ad Dei gloriã referenda sunt.

Prov.8.

Rom. 8.

Quod ita in cordibus hominum , atque in ipso libero operetur arbitrio, ut sancta cogitatio,pium consilium,omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit,quia per illum aliquid boni possumus,sine quo nihil possumus. Ad hanc enim nos professionem idem Doctor instituit,qui cum ad totius Orbis Episcopos de divinæ gratiæ opitulatione loquentur : Quod ergò tempus, ait , intervenit,quo eius non egeamus auxilio?In omnibus igitur actibus,causis, cogitationibus,motibus,adiutor,& protector orandus est. Superbum est enim, ut quidquam sibi humana natura præsumat.clamante Apostolo: *Non est nobis colluctatio adversus carnem,& sanguinem,sed contra principes , & potestates aeris huius,contra spiritualia nequitiæ in Cœlestibus.*Et sicut ipse iterum dicit:*Infœlix ego homo,quis me liberabit de corpore mortis huius?Gratia Dei per Iesum-Christum Dominum nostrum*:Et iterum:*Gratia Dei sum id quod sum ; & gratia eius in me vacua non fuit,sed plus omnibus illis laboravi.Non ego autẽ,sed gratia Dei mecum*

Omnis sancta cogitatio , & piæ voluntatis motus ex Deo proveniunt.

Ephes.6.

Roman.7.

1.Corinth.16

Illud etiam quod intra Carthaginensis SynodiDecreta constitutum est, quasi proprium Apostolicæ Sedis amplectimur: quod scilicèt tertio capitulo definitum est , ut quicumque dixerit , gratiam Dei , qua iustificamur per Iesum-Christum Dominum nostrum ad solam remissionem peccatorum valere , quæ iam commissa sunt, non etiam adiutorium , ut non committantur, anathema sit : Et iterum quarto capitulo ait : Ut si quis dixerit gratiam Dei per Iesum-Christum propter hoc tantum nos adiuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur , & aperitur intelligentiam mandatorum , ut sciamus , quid appetere , quid vitate debeamus , non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognovimus, etiam facere diligamus, atque valeamus , anathema sit. Cum enim dicat Apostolus ; Scientia inflat , charitas verò ædificat : valdè impium est, ut credamus , ad eam quæ inflat , nos habere gratiam Christi: & ad eam quæ ædificat, non habere, cum sit utrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus,& diligere, ut faciamus,ut ædificante charitate scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est : *Qui docet hominem scientiam* , ita scriptum est etiam : *Charitas ex Deo est.* Item quinto capitulo : ut quisquis dixerit, ideò nobis gratiam iustificationis dari, ut , quòd facere per liberum arbitrium iubemur , facilius possimus implere per gratiam,tamquam, etsi gratia non daretur, non quidem facilè, sed tamen possimus , etiam sine illa divina implere mandata , anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi non ait , sine me difficilius potestis facere,sed ait: *Sine me nihil potestis facere.*

In Milev. Synod.cap.23.

Dei gratia non solum peccata dimittit, verum etiam ne committatur,adiuvat.

Ubi supra in Milev.Synod.

1.Corinth. 8.

Psalm.93.

1.Ioann 4.

Præter eas autem Beatissimæ, & Apostolicæ Sedis inviolabiles sanctio-

Ubi supra in Milev.Synod.

nes, quibus non pijssimi Patris, pestiferæ novitatis elatione deiecta, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium studiorum, & in eis, usque in finem perseverantiam ad Christi gratiam referre docuerunt, obsecrationem quoque Sacerdotalium Sacramenta respiciamus, quæ ab Apostolis tradita, in toto mundo, atque in omni Ecclesia uniformiter celebrantur, ut legem credendi, lex statuat supplicandi. Cum enim Sanctarum plebium Præsules mandata sibimet legatione fungantur, apud divinam clementiam humani generis agunt causam, & tota secum congemiscente Ecclesia postulant, & præcantur, ut infidelibus donetur fides, ut Idolatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus, ut Iudæis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, ut Hæretici Catholicæ Fidei perceptione resipiscant, ut schismatici spiritum redivivæ charitatis accipiant, ut lapsis pœnitentiæ remedium conferatur, ut denique Cathecumenis ad regenerationis Sacramenta perductis cœlestis aula misericordiæ reseretur. Hæc autem non perfunctoriè, neque inanitèr à Domino, peti rerum ipsarum monstrat effectus: quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos *erutos de potestate tenebrarum, transferat in Regnum Filij Charitatis suæ*, & ex *vasis iræ faciat vasa misericordiæ*. Quod adeò totum divini operis esse sentimus, ut hæc efficienti Deo gratiarum semper actio, laudisque confessio pro illuminatione talium, vel correctione referatur.

Orationum Ecclesiæ in die Parasceves antiquitas, & scopus.

Colos. 1. *Rom.* 9.

Illud quod circa baptizandos in universo mundo Sancta Ecclesia uniformiter agit, non ocioso contemplamur intuitu; cùm sive parvuli, sive iuvenes ad regenerationis veniunt Sacramentum, non prius fontem vitæ adeunt, quam exorcismis, & exufflationibus Clericorum, spiritus ab eis immundus abigatur, ut tunc verè appareat quomodo *princeps mundi huius mittatur foras*, & quomodo *prius alligetur fortis*, & deinceps *vasa eius diripiantur*, in possessionem translata victoris, *qui captivam duxit captivitatem*, & *dat dona hominibus*. His ergò Ecclesiasticis regulis, & ex divina sumptis auctoritate documentis ita adiuvante * confortati sumus, ut omnium bonorum affectuum, atque operum, & omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum fateamur auctorem: & non dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita præveniri, per quem fit, ut aliquid boni, & *velle incipiamus, & facere*: Quod utiquè auxilio, & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tenebroso, lucidum, de pravo, rectum; de languido, sanum; de imprudente fit providum. Tanta enim erga omnes homines est bonitas Dei, ut nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona; & pro his quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus. Agit quippè in nobis, ut quod vult, & velimus, & agamus. Nec ociosa in nobis esse patitur, quæ exercenda, non negligenda donavit, ut, & nos cooperatores simus gratiæ Dei. Ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum solicitè recurramus, *qui sanat omnes languores nostros, & eripit de interitu vitam nostram*, & cui quotidie dicimus: *Nè inducas nos in tentationem, sed libera nos à malo*

Baptiz. Exorcismus, & in sufflationibus expiatur, & immundi spirit. abiguntur.
Ioan. 12. *Matth.* 12. *Marc.* 3. *Ephes.* 4. *Psalm.* 67.
* *Informati.*
* *Confortati.*

Philip 2.

Profundiores vero, difficilioresque partes occurrentium quæstionum, quas latius pertractarunt, qui hæreticis restiterunt, sicut non audemus contemnere, ita non non necesse habemus adstruere: quia ad confitendum gratiam Dei, cuius operi, ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quidquid secundùm prædictas regulas Apostolicæ Sedis nos scripta docuerunt: ut prorsus non opinetur Catholicum, quod apparuit præfixis sententijs esse contrarium.

Dei gratia fit ut nostra merita sint ipsius dona.

RESCRIPTVM
A CLEMENTE VIII.

DATUM 9. JULIJ 1603. UT A CONGREGATIONE Inſpiceretur ; an veram contineret de mente S. P. Auguſtini Doctrinam. Habetur apud Magiſt. Lemos , Tomo 1.

Quod hic apponimus; ut prædicta teſtimonia adeò utilia in ſui lectione ſint omnibus in promptu.

ADSIT SPIRITUS SANCTI GRATIA.

§. I.

SECUNDUM S. AUGUSTINUM DATUR DUPLEX Gratiæ adiutorium.

S. AUGUSTINUS.

IPSA Adiutoria diſtinguenda ſunt, aliud eſt adiutorium, ſine quo aliquid non fit, & aliud eſt adiutorium, quo aliquid fit: de Correct. & Grat. cap. 12.

Primo itaque homini, qui in eo bono, quo factus fuerat rectus, acceperat poſſe non peccare, poſſe non mori, poſſe ipſum bonum non deſerere, datum eſt adiutorium perſeverantiæ, non quo fieret, ut perſeveraret, ſed ſine quo per liberum arbitrium perſeverare non poſſet. Nunc verò ſanctis in Regnum Dei per gratiam Dei prædeſtinatis, non tantùm tale adiutorium perſeverantiæ, datur, ſed tale, ut eis perſeveranria ipſa donetur, non ſolùm, ut ſine iſto dono perſeverantes eſſe non poſsint: verum etiam, ut per hoc donum non niſi perſeverantes ſint &c. Fortiſsimo quippè Adamo dimiſit, atque permisit facere, quod vellet, infirmis ſervavit, ut ipſo donante, invictiſsimè, quod bonum, eſt vellent, & hoc deſerere invictiſsimè nolent. Ibidem.

Tale erat adiutorium, quod primus parens deſereret, cum vellet, & in quo permaneret ſi vellet; non quo fieret, ut vellet. Hæc prima eſt gratia, quæ data eſt primo Adam, ſed hæc potentior eſt in ſecundo Adam. Prima eſt enim, qua fit ut habeat homo iuſtitiam ſi velit; Secunda ergò plus poteſt

poteſt qua etiam fit ut velit: & tantùm velit, tantoquè ardore diligat, ut carnis voluntatem contraria concupiſcentem voluntate ſpiritus vincat. In eodem libro cap. 11.

Ipſi autem (reprobi) vocati dici poſſunt, non autem electi, quia non ſecundum propoſitum vocati. In eodem lib. cap. 13.

§. 2. *Duplex Vocatio.*

VOcat enim Deus prædeſtinatos multos filios ſuos ut eos faciat membra prædeſtinati unici filij ſui, non ea vocatione qua vocati ſunt, qui noluerunt venire ad nuptias, illa enim vocatione, & Iudæi vocati ſunt, quibus Chriſtus crucifixus ſcandalum eſt, & Gentes, quibus crucifixus ſtultitia eſt, ſed ea vocatione prædeſtinatos vocat, quam diſtinxit Apoſtolus &c. Sic enim ait, ipſis autem vocatis, ut alios oſtenderet non vocatos, ſciens eſſe quandam certam vocationem eorum qui ſecundum propoſitum vocati ſunt, quos preſcivit &c. Dixit ergò, ſed ex vocante, non quacumque vocatione, ſed qua vocatione fit credens. De prædeſt. ſanct. cap. 16. ſimiliter cap. 17.

§. 3. *Duplex gratia operans, & cooperans.*

S. AUGUSTINUS.

ET quis iſtam etſi parvam dare cœperat charitatem, niſi ille, qui præparat voluntatem, & cooperando perficit, quod operando incepit? quoniam ipſe, ut velimus operatur incipiens, cui volentibus cooperatur perficiens. Propter quod ait Apoſtolus, certus ſum quoniam, qui operatur in vobis, opus bonum perficiet, uſque in diem Chriſti Ieſu. Ut ergò velimus ſine nobis operatur: Cùm autem volumus, & ſic volumus, ut faciamus, nobiſcum cooperatur; tamen ſine illo vel operante ut velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. De Grat. & liber. arbitr. cap. 17.

§. 4. *Gratia Dei eſt quod quis habeat ſuaſores ad bonum.*

S. AUGUSTINUS.

SUſcitans nubes ab extremo terræ, quas nubes? Prædicatores Verbi veritatis ſuæ. De quibus nubibus alio loco iraſcens vineæ ſuæ dicit, Mandabo nubibus meis, ne pluant ſuper illam imbrem &c. De ipſis autem nubibus quid operatur, fulgura in pluviam facit. Minas ad miſericordiam flexit de terroribus irrigavit. Quomodo de terroribus irrigavit? Quando tibi minatur Deus per Prophetam, & per Apoſtolum, & times, nonne corruſcatio tenuit te? Sed cùm pœnitendo corrigeris, & agnoſcis hoc miſericordia fieri, in pluviam vertitur fulguris terror. In Pſalm. 134. In expoſitione myſtica.

Nimis enim occulta Dei gratia eſt, qua hominum mentes quodammodo reviviſcunt, ut poſsint à quibuslibet eius miniſtris præcepta ſanitatis audire &c. In Pſalm. 87.

Propterea (inquit) dixi vobis, quia nemo poteſt venire ad me, niſi fuerit ei datum à Patre meo, ut oſtenderet eam ipſam fidem, qua credit, & ex morte ſui cordis anima reviviſcit, dari nobis à Deo. Quantumlibet ergò exiſtant excellentes Verbi Prædicatores, & veritatis etiam per miracula ſua fortes tanquam magni medici agunt cum hominibus; ſi mortui ſunt, & ſua gratia non revixerint, numquid mortuis facies mirabilia, aut medici exſuſcitabunt? & ſi quos exſuſcitabunt confitebuntur ſibi. Ibidem.

SE-

Reſcriptum Clementis Papæ VIII.

SECUNDUM AUGUSTINUM DATUR GRATIA EFFICAX imò efficaciſsima, nec tamen per eam læditur libertas arbitrij humani.

S. AUGUSTINUS.

RElu&tanti enim priùs aditus divinæ vocationis ipſa Dei gratia procuratur, ac deindè in illo iam non reluctante Spiritus veritatis accenditur. Verum tamen, quæquiſque agit ſecundùm Deum, miſericordia eius prævenit eum. Lib.4. ad Bonif.cap.6.

Oramus non ſolum pro nolentibus, verùm etiam pro repugnantibus, & oppugnantibus. Quid ergò petimus, niſi ut fiant ex nolentibus volentes, & ex repugnantibus conſentientes, ex oppugnantibus amantes. A quo niſi ab illo, de quo ſcriptum eſt, præparatur voluntas àDomino? in eodem lib. cap.9.

Sed nos eam gratiam volumus iſte aliquando fateatur, qua futuræ Gloriæ magnitudo non ſolum promittitur, verùm etiam creditur, & ſperatur, nec ſolum revelatur ſapientia, verùm, & amatur; nec ſuadetur ſolum omne quod bonum eſt, verum, & perſuadetur. Quorum autem ſit fides, & perſuadetur ut ad Deum veniant, ſatis ipſe demonſtravit, ubi ait, nemo venit ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum. Lib.de Grat.Chriſti cap. 10.

Hæc autem gratia, qua virtus in infirmitate perficitur, prædeſtinatos, & ſecundum propoſitum vocatos ad ſummam perfectionem glorificationemquè perducit. Qua gratia agitur, non ſolum ut faciendo noverimus, verum etiam, ut cognita faciamus, nec ſolum, ut diligenda credamus, verum etiam ut credita diligamus. De Grat.Chriſti cap.12.

Ut autem de Cœlo vocaretur (Paulus) & tam magna, & efficaciſsima vocatione converteretur, gratia Dei erat ſola, quia merita eius erant magna, ſed mala, &c. De Grat.& lib.arb. cap.5.

Si dixerimus meritum præcedere orationis, ut donum gratiæ conſequatur; impetrando quidem oratio, quidquid impetrat donum Dei eſſe oſtendit, ne homo exiſtimet à ſe ipſo ſibi eſſe, quod ſi in poteſtate haberetur non utique poſceretur. Quid enim oremus ait, Doctor gentium, ſicut oportet, neſcimus, ſed ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid eſt autem interpellat, niſi interpellare nos facit? indigentis enim certiſsimum indicium eſt interpellare gemitibus. Nullus autem rei eſſe indigentem fas eſt credere Spiritum Sanctum, ſed ita dictum eſt interpellat, quia interpellare nos facit, nobiſque interpellandi, & gemendi inſpirat affectum: ſicut illud in Evangelio, non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed ſpiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Neque enim, & hoc ita fit de nobis tanquam nihil facientibus nobis. Adiutorium igitur Spiritus Sancti ſic expreſſum eſt, ut ipſe facere diceretur, quod ut faciamus facit. Epiſtola 105.

Quod eſt ergò meritum hominis antè gratiam, quo merito percipiat gratiam; cum omne bonum meritum noſtrum non in nobis faciat niſi gratia, & cum Deus coronat merita noſtra, nihil aliud coronat niſi munera ſua? Ibidem.

Sed neque ab illo, quod originaliter contrahitur, neque ab his, quæ unuſquiſque in vita propria, vel intelligendo, vel volendo intelligere mala congregat, vel etiam inſtructus ex lege additamento prævaricationis exagerat, quiſquam liberatur, & iuſtificatur niſi gratia Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Non ſolum remiſsione peccatorum ſed ipſius prius inſpiratione fidei, & timoris Dei, impartito ſalubriter orationis affectu, & effectu, donec ſanet omnes languores noſtros, & redimat de corruptione vitam noſtram, & coronet nos in miſeratione, & miſericordia. Ibidem.

Quo-

Quomodo dicuntur negare liberum voluntatis arbitrium, qui conſitentur omnem hominem quiſquis ſuo corde credit in Deum, non niſi ſua libera credere voluntate, cùm potiùs illi oppugnent arbitrium liberum, qui oppugnant Dei gratiam, qua verè ad bona eligenda, & agenda ſit liberum. Epiſt. 107.

Hæc enim voluntas libera tanto erit liberior, quanto ſanior, tanto autem ſanior, quanto Divinæ miſericordiæ, gratiæque ſubiectior. Epiſtola 89.

Neque enim voluntatis arbitrium ideò tollitur, quia iuvatur, ſed ideò iuvatur quia non tollitur. Ibidem.

Deus eſt enim qui operatur in nobis, & velle; & operari pro bona voluntate. Nos ergò volumus, ſed Deus operatur in nobis, & velle. Nos ergò operamur, ſed Deus in nobis operatur, & operari pro bona voluntate. Hoc nobis expedit, & credere, & dicere, hoc eſt pium, hoc verum, ut ſit humilis, & ſubmiſſa confeſsio, & detur totum Deo. De dono perſev. cap. 16.

Scriptura divinà, ſi diligenter inſpiciatur, oſtendit non ſolum bonas hominum voluntates, quas facit ex malis, & à ſe factas bonas in actus bonos, & in æternam dirigit vitam, ita eſſe in Dei poteſtate ut eas, quo voluerit, quando voluerit, faciat inclinari vel ad beneficia quibuſdam præſtanda, vel ad pœnas quibuſdam ingerendas, ſicut ipſe iudicat occultiſsimo quidem iudicio, ſed ſine ulla dubitatione iuſtiſsimo. De Grat. & lib. arb. cap. 20.

Quamvis non negetur Deum poſſe quem velit, etiam nullo homine corripiente corrigere, & ad dolorem ſalubrem pœnitentiæ occultiſsima, & potentiſsima medicinæ ſuæ poteſtate perducere. Et ſicut non eſt ab oratione ceſſandum pro eis, quos corrigi volumus, etiamſi nullo hominum orante pro Petro Dominus reſpexit eum, & fecit eum ſuum peccatum fiere: ita non eſt negligenda correptio, quamvis Deus, quos voluerit etiam non correptos facit eſſe correptos. De Correct. & Grat. cap. 5.

Cum autem homines per correptionem in viam iuſtitiæ ſeù veniunt, ſeù reverruntur, quis operatur in cordibus eorum ſalutem, niſi ille, qui quolibet plantante atque rigante, & quolibet in agris, atque arbuſtis operante dat incrementum Deus, cui volenti ſalvum facere nullum hominis reſiſtit arbitrium. Sic enim velle, & nolle, in volentis, aut nolentis eſt poteſtate, ut divinam voluntatem non impediat, nec ſuperet poteſtatem. De his enim quæ faciunt, quæ non vult, facit ipſe quæ vult. De Correct. & Gratia cap. 14.

Non eſt itaque dubitandum voluntati Dei, qui in Cœlo, & in Terra omnia quæcumque voluit, fecit, & qui etiam illa, quæ futura ſunt, fecit: humanas voluntates non poſſe reſiſtere, quamvis faciat ipſe, quod vult; quandoquidem etiam de ipſis hominum voluntatibus, quod vult, cum vult facit. Ibidem.

Qui tamen hoc non facit niſi per ipſorum hominum voluntates; ſine dubio habens humanorum cordium, quò placeret inclinandorum omnipotentiſsimam poteſtatem &c. Ibidem.

Quis autem non videat multò magis eſſe indignationem à contrario in lenitatem convertere, atque transferre, quam affectione neutra præoccupatum cor, ſed inter utrumque medium, in aliquid declinare? Legant ergò, & intelligant, intueantur, atque fateantur, non lege, atque doctrina inſonante forinſecus, ſed interna, atque occulta mirabili atque ineffabili poteſtate operari Deum in cordibus hominum non ſolum veras revelationes ſe etiam bonas voluntates. De Grat. Chriſti cap. 24.

Si ergò (Dominus omnipotens) cum voluerit Reges in terra conſtituere, magis habet in poteſtate voluntates hominum, quam ipſi ſuas; quis alius facit ut ſalubris ſit correptio, & fiat in correpti corde correctio, ut

Cor-

quis alius facit,ut ſalubris ſit correptio, & fiat incorrepti corde correctio,ut cœleſti conſtituatur in Regno? De Correct.& Grat. cap.14.

Si fides liberi eſt tantummodò arbitrij, nec datur à Deo propter quid pro eis,qui nolunt credere,oramus,ut credant? Quod prorſus faceremus inaniter,niſi rectiſsimè crederemus etiam perverſas, & fidei contrarias voluntates omnipotentem Deum ad credendum poſſe convertere? Liberum quidem hominis arbitrium pulſatur, ubi dicitur, hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra. Sed niſi poſſet Deus etiam duritiem cordis auferre, non diceret per Prophetam auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum. De Grat. & lib. arb. cap.14.

Si ad liberum arbitrium hominis,quod non ſecundum Dei gratiam,ſed contra eam defendis, pertinere dicis ut perſeveret in bono,quiſque vel non perſeveret; non Deo donante ſi perſeveret, ſed humana voluntate faciente, quid moliturus es contra verba dicentis,*rogavi pro te,ne deficiat fides tua? An audebis dicere etiam rogante Chriſto, ne deficeret fides Petro defecturam fuiſſe,ſi Petrus eam deficere voluiſſet, hoc eſt, ſi eam perſeverare uſque in finem noluiſſet: quia aliud Petrus ullo modo vellet,quam pro illo Chriſtus rogaſſet, ut vellet. De Correct.& Grat. cap.8.

Tu in te ipſo non facis, quod vis, Deus autem noſter in Cœlo, & in Terra omnia quæcumque voluit fecit. Ipſe tibi dat gratiam, ut in teipſo facias,quod vis: niſi enim ipſo adiuvante,nec in te facis, quod vis. In Pſ.134.

Intelligite Deum,qui omnia quæcumque voluit fecit in Cœlo,& in Terra, ipſe,& in vobis faciet quod vultis,ipſo adiuvante voluntatem veſtram implebitis: ſed dùm non poteritis confitemini, cum poteſtis, gratias agite &c. Ibidem.

Ergò,& in Eccleſia ſua, & in prædicationibus ſuis, & in plebibus ſuis tanquam in Cœlo, & in Terra omnia quæcumque voluit fecit. Parum eſt in eis: in mari,& in omnibus abyſsis omnia quæcumque voluit fecit. Mare ſunt omnes infideles, omnes nondum credentes, & in eis omnia quæcumque voluit fecit,& qui ſunt abyſſus? latentia corda mortalium,profundæ cogitationes hominum &c. Latet cor bonum,latet cor malum. Abyſſus eſt in corde bono, & in corde malo: ſed hæc nuda ſunt Deo,quem nihil latet. Conſolatur cor bonum, torquet cor malum. Omnia ergò quæcumque voluit fecit in Cœlo,& in Terra,in Mari,& in omnibus abyſsis. In Pſalm.134.In expoſitione miſtica.

Cogitantes credimus, cogitantes loquimur,cogitantes agimus, quidquid agimus.Quod autem attinet ad pietatis viam,& verum Dei cultum non ſumus idonei cogitare aliquid tanquam ex nobiſmetipſis,ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt,non enim eſt in poteſtate noſtra cor noſtrum, & noſtræ cogitationes.Undè idem,qui hoc ait,item dicit Ambroſius.*Quis autem tam beatus,qui in corde ſuo ſemper aſcendat? Sed hoc ſine divino auxilio quid fieri poteſt, nullo profectò modo, deniquè, inquit, ſuper eadem ſcriptura dicit. Beatus vir,cuius eſt auxilium eius abs te Domine,aſcenſus in corde eius.*Hoc utique, ut diceret, non ſolum in litteris ſacris legebat, ſed ſicut de illo viro ſine dubitatione credendum eſt, etiam in corde ſuo ſentiebat Ambroſius. Quod ergò in Sacramentis fidelium dicitur, ut ſurſum cor habeamus ad Dominum, munus eſt Domini: de quo munere ipſi Domino Deo noſtro gratias agere à Sacerdote poſt hanc vocem,quibus hoc dicitur, admonentur, & dignum,& iuſtum eſſe reſpondēt.Cum enim non ſit in noſtra poteſtate cor noſtrum, ſed divino ſublevetur auxilio,aut aſcendat, & quæ ſurſum ſunt ſapiat, ubi Chriſtus eſt, & in dextera Dei ſedens,non quæ ſuper terram;cui de hanc tanta re agendæ ſunt gratiæ niſi hoc facienti Domino Deo noſtro, qui nos per tale beneficium liberando de profundo huius mundi elegit, & prædeſtinavit antè conſtitutionem mundi? De dono perſev. cap.13.

HÆC GRATIA HABET SUAM EFFICACIAM AB omnipotentia Dei, & à Dominio, quod Divina Majeſtas habet in voluntates hominum, ſicut, & in cætera omnia, quæ ſub Cœlo ſunt, ſecundum S. Auguſtinum.

S. AUGUSTINUS.

QUis autem non videat multò maius eſſe indignationem à contrario in lenitatem convertere, atque transferre, quam cor neutra affectione præoccupatum, ſed inter utrumque medium in aliquid declinare? Legant ergò, & intelligant, intueantur, atque fateantur non lege, atque doctrina inſonante forinſecus, ſed interna, atque occulta mirabili, atque ineffabili poteſtate operari Deum in cordibus hominum, non ſolum veras revelationes, ſed etiam bonas voluntates. De Gratia Chriſti cap. 24. ſimiliter cap. 25.

Ipſam deniquè pœnitentiam, quam procul dubio voluntas agit, Domini miſericordia, & adiutorio fieri, ut agatur, in decimo eiuſdem operis libro, beatus dicit Ambroſius ita loquens. *Bonæ lachrymæ, quæ culpam lavant, deniquè quos Ieſus reſpicit, plorant delicta. Negavit primò Petrus, & non flevit, quia non reſpexerat Dominus. Negavit ſecundo, & non flevit, quia adhuc non reſpexerat Dominus. Negavit, & tertio, reſpexit Ieſus, & amariſsimè flevit: * Legant iſti Evangelium, & videant Dominum Ieſum tunc intùs fuiſſe, cum à Sacerdotum Principibus audiretur: Apoſtolum verò Petrum foris, & deorſum in atrio cum ſervis ad focum nunc ſedentem, nunc ſtantem, ſicut veraciſsima, & concordiſsima Evangeliſtarum narratione monſtratur. Undè non poteſt dici, quod corporalibus oculis eum Dominus viſibiliter admonendo reſpexerit. Et ideò quod ibi ſcriptum eſt, *Reſpexit eum Dominus.* Intùs actum eſt, in mente actum eſt, in voluntate actum eſt: miſericordia Domini latenter ſubvenit, cor tetigit, memoriam revocavit, interiori gratia ſua viſitavit Petrum, interioris hominis uſque ad exteriores lachrymas movit, & produxit affectum. Ecce quemadmodum Deus adiuvando adeſt voluntaribus, & actionibus noſtris. Ecce quemadmodum, & velle, & operari operatur in nobis. De Gratia Chriſti cap. 45.

Si ergò ita præpararet, atque operaretur Deus hominis voluntatem, ut tantummodò legem ſuam, atque doctrinam libero eius adhiberet arbitrio, nec vocatione illa alta, atque ſecreta, ſic eius ageret ſenſum, ut eidem legi, atque doctrinæ accommodaret aſſenſum, proculdubio eam legere, vel intelligere legendo, vel etiam exponere, ac prædicare ſufficeret, nec opus eſſet orare, ut Deus ad fidem ſuam infidelium corda converteret, & converſis proficientem perſeverantiam eiuſdem gratiæ ſuæ largitate donaret. Epiſt. 107.

Inaniter igitur, & perfunctoriè, potiùs quam veraciter pro eis, ut doctrinæ, cui adverſantur, credendo conſentiant, Deo fundimus preces, ſi ad eius non pertinet gratiam, convertere ad fidem ſuam ipſi fidei contrarias hominum voluntates. Inaniter etiam, & perfunctoriè potiùs, quam veraciter, magna cum exultatione agimus Deo gratias, quando aliqui eorum credunt, ſi hoc in eis ipſe non facit. Non fallamus homines, nam Deum fallere non valemus. Prorsùs non oramus Deum, ſed orare nos fingimus, ſi nos ipſos, non illum credimus facere, quod oramus. Prorsùs non Deo gratias agimus, ſed nos agere fingimus, ſi undè illi gratias agimus, ipſum facere non putamus. Ibidem.

Non enim eſt homo bonus, ſi nolit, ſed gratia Dei etiam ad hoc adiuvatur, ut velit, quoniam non inaniter ſcriptum eſt. Deus eſt enim qui operatur in vobis, & velle, & operari pro bona voluntate: Et: præparatur voluntas à Domino. Libro 1. ad Bonifacium cap. 18.

Iam ſequentia commemorare quid opus eſt, ubi Deum compleviſſe quod ille rogaverat; divina ſcriptura teſtatur, operando in corde Regis? Quid aliud, quam voluntatem qua iuſsit, & factum eſt &c. Qui cor Regis antequam mulieris ſermonem poſcentis audiſſet, occultiſsima, & efficaciſsima poteſtate convertit, & tranſtulit ab indignatione ad lenitatem: hoc eſt de voluntate lædendi ad voluntatem favendi. Lib. 1. ad Bonif. cap. 20.

Quibus meritis bonæ voluntatis Deus illum (Saulum) ab his malis ad bona, mirabili, & repentina vocatione convertit? Lib. 1. ad Bonif. cap. 19.

Quam multi inimici Chriſti quotidie ſubitò Dei occulta gratia trahantur ad Chriſtum &c. Trahitur ergò miris modis, ut velit, ab illo, qui novit intus in ipſis hominum cordibus operari; non ut homines, quod fieri non poteſt nolentes credant, ſed ut volentes ex nolentibus fiant. Ibidem.

Oramus non ſolum pro nolentibus, verum etiam pro repugnantibus, & oppugnantibus. Quid ergò petimus; niſi ut fiant ex nolentibus volentes, ex repugnantibus conſentientes, ex oppugnantibus amantes? A quo, niſi ab illo, de quo ſcriptum eſt, præparatur voluntas à Domino. Lib. 4. ad Bonif. cap. 9.

Dixit Dominus ad Ieſum Nave. Non poterunt filij Iſraël ſubſiſtere à facie inimicorum ſuorum. Quid eſt, non potuerunt ſubſiſtere? Quare non ſubſiſtebant per liberum arbitrium; ſed per timorem turbata voluntate fugiebant, niſi quia Deus dominatur, & voluntatibus hominum, & quos vult in formidinem convertit iratus? Numquid non hoſtes Iſraelitarum adverſus populum Dei, quem ducebat Ieſus Nave, ſua voluntate pugnarunt? Et tamen dicit ſcriptura: quia per Dominum factum eſt confortari cor eorum, ut obviam irent ad Iſraël ad bellum, ut exterminarentur. De Grat. & lib. arb. cap. 20.

Agit omnipotens in cordibus hominum etiam motum voluntatis eorum, ut per eos agat, quod per eos agere ipſe voluerit, qui omninò iuſtè aliquod velle non novit. cap. 21.

Quomodo virtus Dei alios iuvat in bello, dando eis fiduciam; alios immiſſo timore vertit in fugam, niſi quia ille in Cœlo, & in Terra omnia quæcunque voluit fecit, etiam in cordibus hominum operatur? Ibidem.

Non enim hoc non ex animo, aut non ex bona voluntate fecerunt corde pacifico: & tamen hoc in eis egit, qui in cordibus hominum quod voluerit operatur. De Correct. & Grat. c. 14. Quod etiam diſertè tradit in c. 15.

Ac per hoc Dominus omnipotens erat cum illo (David) adduxit iſtos, ut eum Regem conſtituerent. Et quomodo adduxit? Numquid corporalibus ullis vinculis alligavit? Intus egit, corda tenuit, atque voluntatibus eorum quas ipſe in illis operatus eſt, traxit. Ibidem.

PER HANC GRATIAM SECUNDUM S. AUGUSTINUM,
agit Deus omnipotens in cordibus hominum motum voluntatis eorum,
faciendo ex nolentibus volentes, ex repugnantibus conſentientes,
ex oppugnantibus amantes.

S. AUGUSTINUS.

CErtum eſt enim nos mandata ſervare ſi volumus, ſed quia præparatur voluntas à Domino; ab illo petendum eſt, ut tantum velimus, quantum ſufficit, ut volendo faciamus. Certum eſt nos velle cum volumus, ſed ille facit ut velimus bonum, de quo dictum eſt, quod paulò antè poſui, præparatur voluntas à Domino: de quo dictum eſt, à Domino greſſus hominis dirigentur, & viam eius volet: de quo dictum eſt, Deus eſt, qui operatur in vobis, & velle. Certum eſt nos facere cum facimus, ſed ille facit, ut faciamus, præbendo vires efficaciſsimas voluntati, qui dixit, faciam ut in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obſervetis, &

faciatis. Cum dicit faciam, ut faciatis, quid aliud dicit, niſi auferam à vobis cor lapideum, undè non faciebatis, & dabo cor carneum; undè faciatis. De Gratia, & lib. arb. cap.16.

His, & talibus teſtimonijs divinorum eloquiorum, quæ omnia commemorare nimis longum eſt; ſatis quantum exiſtimo, manifeſtatur operari Deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocumque voluerit, ſive ad bona pro ſua miſericordia, ſive ad mala pro meritis eorum, iudicio utique ſuo, aliquando aperto, aliquando occulto, ſemper autem iuſto. De Grat. & lib. arb. cap.21.

Si autem potens eſt, ſive per Angelos vel bonos, vel malos, ſive quocumque alio modo operari etiam in cordibus malorum prò meritis eorum, quorum malitiam non ipſe fecit, ſed aut originaliter tracta eſt ab ipſo Adam, aut crevit per propriam voluntatem: quid mirum eſt, ſi per Spiritum Sanctum operetur in cordibus electorum ſuorum bona; qui operatus eſt, ut ipſa corda eſſent ex malis bona? Ibidem.

Hæc gratia, ſi doctrina dicenda eſt, certè ſic dicatur, ut altius, & interius eam Deus cum ineffabili ſuavitate credatur infundere, non ſolum per eos, qui plantant, & rigant extrinſecus, ſed etiam per ſeipſum, qui incrementum ſuum miniſtrat occultus, ita ut non oſtendat tantummodò veritatem, verum etiam impertiat charitatem: ſic enim docet Deus eos, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt, ſimul donans, & quid agant ſcire, & quod ſciunt agere. De Grat. Chriſti cap.13.

Legant ergò, & intelligant, intueantur, atque fateantur, non lege, atque doctrina inſonante forinſecus, ſed interna, atque occulta mirabili poteſtate operari Deum in cordibus hominum, non ſolum veras revelationes, ſed etiam bonas voluntates. De Gratia Chriſti cap.24.

Quotquot enim ſpiritu Dei aguntur, hi Filij ſunt Dei: profectò ut agant quod bonum eſt, ab illo aguntur, qui bonus eſt: quomodo dicit Pelagius, quod benè loqui poſſumus, Dei eſt, quod benè loquimur, noſtrum eſt: cum dicat Dominus, Spiritus Patris veſtri eſt, qui loquitur in vobis? De Grat. Chriſti cap.25.

Quamvis non negetur Deum poſſe quem velit etiam nullo homine corripiente corrigere, & ad dolorem ſalubrem pœnitentiæ occultiſsima, & potentiſsima medicinæ ſuæ poteſtate perducere. De Correctione, & Gratia cap.5.

Tunc autem correptione proficit homo, cum miſeretur, & adiuvat, qui facit quos voluerit, etiam ſine correptione proficere. Sed quare iſte ſic, ille aliter, atque alij aliter diverſis, & innumerabilibus modis vocentur, ut reformentur: abſit, ut dicamus iudicium luti eſſe debere, ſed figuli. Ibidem.

Noſtrum eſt enim credere, & velle, illius autem dare credentibus, & volentibus facultatem benè operandi per Spiritum Sanctum, per quem charitas diffunditur in cordibus noſtris: verum eſt quidem, ſed eadem regula, & utrumque ipſius eſt, quia ipſe præparat voluntatem, & utrumque noſtrum, quia non fit niſi volentibus nobis. De Prædeſt. Sanct. cap.5.

Credere vel non credere eſt in arbitrio voluntatis humanæ, ſed in electis præparatur voluntas à Domino. De Prædeſtinatione Sanctorum cap.5.

Agit quippè Deus, quod vult in cordibus hominum, vel adiuvando, vel iudicando, ut etiam per eos impleatur, quod manus eius, & conſilium prædeſtinavit fieri. Fruſtra itaque etiam illud quod Regnorum, & Paralipomenon ſcriptura teſte probavimus, cum Deus vult fieri quod non niſi volentibus hominibus oportet fieri, inclinari eorum corda, ut hoc velint, eo, ſcilicèt, inclinante, qui in nobis mirabili modo, & ineffabili operatur, & velle; ad cauſam de qua diſſerimus non pertinere dixerunt. De Prædeſtin. Sanct. cap.20.

Hæc itaque gratia, quæ occultè humanis cordibus divina largitate tribui-

buitur, à nullo duro corde reſpuitur. De Prædeſt. Sanct. cap.8.

Quando enim cum Spiritu Dei operante, ſpiritus hominis cooperatur, tunc quod Deus iuſsit, impletur, & hoc non fit niſi credendo in eum, qui iuſtificat impium. Quam fidem non habuit generatio prava, & amaricans, & ideò de illa dictum eſt, non eſt creditus cum Deo Spiritus eius. Multò enim hoc expreſſus dictum eſt ad ſignificandam gratiam Dei, quæ non ſolum operatur remiſsionem peccatorum, ſed etiam cooperantem ſibi facit hominis ſpiritum in opere bonorum factorum. In Pſalm.77.

HÆC DEI GRATIA EFFICAX SECRETA EST SECUNDUM S. Auguſtinum.

S. AUGUSTINUS.

SI enim omnis qui audivit à Patre, & didicit, & venit, profectò omnis qui non venit, non audivit à Patre, nec didicit, nàm ſi audiſſet, & didiciſſet veniſſet. Valdè remota eſt à ſenſibus carnis hæc ſchola, in qua Pater auditur, & docet, ut veniatur. De Prædeſt. Sanct. cap.8.

Valdè, inquam, remota eſt à ſenſibus carnis hæc Schola, in qua Deus auditur, & docet. Multos enim venire videmus ad filium, quia multos credere videmus in Chriſtum, ſed ubi, & quomodo à Patre audierint hoc, & didicerint, non videmus. Nimirum gratia iſta eſt ſecreta, gratiam vero eſſe quis ambigat? Ibidem.

Quantæ enim gentes credendo venerunt? Quanti fundi, quanta loca deſerta modo veniunt? Veniunt inde neſcio quanti credere volunt, & dicimus eis, quid vultis? Reſpondent noſſe gloriam Dei. Credite fratres mirari nos, & gaudere ad talem vocem ruſticanorum. Veniunt neſcio unde, excitati à neſcio quo? Quid dicam à neſcio quo, imò ſcio à quo, quia nemo venit, inquit, ad me, niſi quem Pater traxerit. Veniunt ſubito de ſylva de deſerto, de remotiſsimis, & arduis montibus ad Eccleſiam, & hanc vocem habent plerique, & penè omnes eorum, ut videamus verè intus docentem Deum. In Pſalm. 134. in expoſ. myſtica.

Nimis enim occulta Dei gratia eſt, qua hominum mentes quodammodo reviviſcunt, ut poſsint à quibuslibet eius Miniſtris præcepta ſanctis audire. In Pſalm.87.

HÆC GRATIA EFFICAX SECUNDUM S. AUGUSTINUM eſt prævia, non pediſſequa; datur enim non quia volumus, ſed ut velimus; atque adeò per ipſam efficit Deus, nedum ut operemur, ſed etiam ut velimus.

S. AUGUSTINUS.

QUæſtio, quæ inter nos agitur de Dei gratia eſt, utrum præcedat hęc gratia, an ſubſequatur hominis voluntatem, hoc eſt ut planius id eloquar; utrum ideò nobis detur, quia volumus, an per ipſam Deus etiam hoc efficiat, ut velimus? Epiſt. 107.

Quomodo Deus expectat voluntates hominum, ut præveniant eum, quibus det gratiam: cum gratias ei non immeritò agamus de ijs, quibus non ei credentibus, & eius doctrinam voluntate impia perſequentibus miſericordiam prorogavit, eoſque ad ſeipſum omnipotentiſsima facilitate convertit, ac volentes ex nolentibus fecit? Ut quid ei indè gratias agimus, ſi hoc ipſe non fecit. Ut quid tanto magis eum magnificamus, quanto magis nolebant credere, quos credidiſſe gaudemus, ſi gratia divina voluntas in melius non mutetur humana? Ibidem.

Quomodo autem magnificum eum prædicabant, ſi magnum illud factum de Pauli converſione ipſe non fecerat? Nempè manifeſtum eſt ex illis duodecim ſententijs, quas pertinere ad Catholicam fidem negare non ſineris, non ſolum omnibus, verùm etiam ſingulis id confici, ut confiteantur gratia Dei præveniri hominum voluntates, & per hanc eas potius præparari quam propter earum meritum dari. Ibidem.

Hæc, & alia teſtimonia divina, quæ commemorare longum eſt, oſtendunt Deum gratia ſua auferre infidelibus cor lapideum, & prævenire in hominibus bonarum merita voluntatum; ita ut voluntas per antecedentem gratiam præparetur; non ut gratia merito voluntatis antecedente donetur. Hoc, & gratiarum actio indicat, quod oratio: Oratio pro infidelibus, gratiarum actio pro fidelibus. Ibidem.

Oportet ſine dubitatione fatearis voluntates hominum Dei gratia præveniri, & ut bonum velint homines quod nolebant, Deum facere, qui rogatur, ut faciat, & cui nos novimus agere gratias dignum, & iuſtum eſſe cum fecerit. Ibidem.

Cum ergò fides impetrat iuſtificationem, ſicut unicuique Deus partitus eſt etiam ipſius menſuram fidei, non gratiam Dei aliquid meriti præcedit humani: ſed ipſa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur perfici, committante, non ducente, pediſſequa, non prævia voluntate. Epiſt. 106.

Sed ſi vocatio iſta ita eſt effectrix bonæ voluntatis, ut omnis eam vocatus ſequatur. Lib. 1. ad Simplic. quæſt. 2.

Si autem ſic intelligerent quod dictum eſt, ſi volueritis, ut etiam ipſam bonam voluntatem illum præparare confiterentur, de quo ſcriptum eſt, præparatur voluntas à Domino, tanquam Catholici uterentur hoc teſtimonio, & non ſolum hæreſim veterem Manichæorum vincerent, ſed novam Pelagianorum conterentur, ſed intelligerent, & confiterentur etiam ipſum bonum propoſitum, quod conſequens adiuvat gratia, non eſſe potuiſſe in homine, ſi non præcederet gratia. Quomodo enim eſt hominis bonum propoſitum ſine miſerante priùs Domino, cum ipſa ſit bona voluntas, quæ præparatur à Deo. Lib. 4. ad Bonif. cap. 6.

Reluctanti enim priùs aditus divinæ vocationis ipſa Dei gratia procuratur, ac deindè in illo iam non reluctante Spiritus virtutis accenditur. Verumtamen in omnibus, quæ quiſque agit ſecundum Deum, miſericordia eius prævenit eum. Ibidem.

Poſtremò nec propoſitum bonum, nec ſtudium virtutis, nec mentes bonas ſine gratia Dei incipere, & eſſe in hominibus confitetur (Cyprianus) cum dicit in nullo gloriandum, quando noſtrum nihil ſit. In eodem lib. cap. 9. ſimiliter docuit lib. 2. ad Bonif. cap. 8. 9. & 10.

Prævenit ergò, & fidem gratia, alioquin ſi fides eam prævenit procul dubio prævenit, & voluntas, quoniam fides ſine voluntate non poteſt eſſe. Si autem gratia prævenit fidem, quoniam prævenit voluntatem, profecto hæc omnia gratia obedientiam, prævenit etiam charitatem, quæ una Deo veraciter, & ſuaviter obeditur, & prævenit omnem in eo, cui datur, & cuius hæc omnia prævenit operatur. De dono perſev. cap. 16.

Quid aliud dicit? Sicut ros Hermon, qui deſcendit ſuper montem Sion. Hoc voluit intelligi, fratres mei, gratiam Dei eſſe, quod fratres habitant in unum, non ex ſuis viribus, non ex ſuis meritis, ſed ex illius dono, ſed ex illius gratia, ſicut ros de Cœlo. Nùm enim terra ſibi pluvit? Aut non quid quid genuerit, areſcit, niſi pluvia de Cœlo deſcendat; dicit quodam loco in Pſalmo, pluviam voluntariam ſegregans Deus hæreditati ſuæ. Quare dixit voluntariam? Quia non meritis noſtris, ſed illius voluntate. Quid enim boni meruimus peccatores? Quid boni meruimus iniqui? Quis quis naſcitur, Adam naſcitur, damnatus de damnato, & addidit malè vivendo ſuper Adam. Quid ergò boni meruit Adam? Et tamen miſericors amavit, & ſponſus dilexit, non pulchram, ſed ut faceret pulchram. Ergò

gra-

gratiam Dei dixit rorem Hermon. Ergò lumen exaltatum Christus: Inde est ros Hermon. Sed quicumque vultis habitare in unum, optate rore istum, compluvimini inde. Alioquin non poteritis tenere quod profitemini, nec profiteri audere poteritis, nisi ille intonuerit, nec permanere poteritis, nisi eius sagina non desit vobis, ipsa enim sagina descendit super montem Sion. In Psalm. 132.

EFFECTUS HUIUS GRATIÆ EFFICACIS SECUNDUM S. Augustinum est certus, & infallibilis.

S. AUGUSTINUS.

NOn solum enim dixit sine me nihil potestis facere, verum etiam dixit. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Quibus verbis eis non solum iustitiam, verum etiam in illa perseverantiam se dedisse monstravit Christo enim sic eos ponente, ut eant, & fructum afferant, & fructus eorum maneat, quis audeat dicere, forsitam non manebit? sine pœnitentia sunt enim dona, & vocatio Dei. Sed vocatio eorum, qui secundum propositum vocati sunt. Pro his ergò intetpellante Christo ne deficiat fides eorum, sine dubio non deficeret usque in finem, ac per hoc perseverabit usque in finem, neque enim nisi manentem vitæ huius finis inveniet. De Correct. & Grat. cap. 12.

Tantum quippè Spiritu Sancto accenditur voluntas eorum, ut ideò possint, quia sic volunt, ideò sic velint, quia Deus operatur ut velint. Nàm si in tanta infirmitate vitæ huius, in qua tamen infirmitate propter elationem reprimendam perfici virtute oportebat, ipsis relinqueretur voluntas sua, ut in adiutorio Dei, sine quo perseverare non possent, manerent si vellent; nec Deus in eis operaretur, ut vellent, inter tot, & tantas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet, & ideò perseverare non possent, quia deficientes infirmitate nec vellent, aut non ita vellent infirmitate voluntatis ut possent. Subventum est igitur infirmitati voluntatis humanæ, ut divina gratia indeclinabiliter, & insuperabiliter ageretur, & ideò quamvis infirma, non tamen deficeret, neque adversitate aliqua vinceretur. Ibidem.

Infirmis servavit (Deus) ut ipso donante invictissimè, quod bonum est vellent, & hoc deserere invictissimè nollent. Ibidem.

Quando Deus docet non per legis litteram, sed per Spiritus gratiam, ita docet, ut quod quisque didicerit, non tantum cognoscendo videat, sed etiam videndo apetat, agendoque perficiat. Et isto divino dicendi modo, etiam ipsa voluntas, & ipsa operatio, non sola volendi, & operandi naturalis possibilitas adiuvatur. Si enim solum posse nostrum hac gratia iuvaretur, ita diceret Dominus; omnis qui audivit à Patre, & didicit, potest venire ad me. Non autem ita dixit, sed omnis, inquit, qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me. Venire posse in natura posuit Pelagius vel etiam, ut modo dicere cæpit in gratia, quamlibet eam sentiat, qua ipsa, ut dicit possibilitas adiuvatur; venire autem iam in voluntate, & opere est. Non est autem consequens, ut qui potest venire, etiam veniat, nisi id voluerit, atque fecerit, sed omnis, qui didicit à Patre, non solum potest venire, sed etiam venit, ubi iam, & possibilitatis profectus, & voluntatis affectus, & actionis effectus est. De Gratia Christi cap. 14.

Ego dixi in abundantia mea non movebor in æternum. Putaverat enim suum fuisse bonum, quod ei sic abundabat, ut non moveretur, sed ut ostenderetur illi cuius esset illud bonum, de quo tanquam, suo cooperat gloriari paululum gratia Dei deserente admonitus dicit: Domine in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem, avertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Ideò necessarium est homini, ut gratia Dei non

ſolum iuſtificetur impius, id eſt ex impio fiat iuſtus cum redduntur ei bona pro malis, ſed etiam cum fuerit iam iuſtificatus ex fide, ambulet cum illo gratia, & incumbat ſuper ipſam, ne cadat. Propter hoc ſcriptum eſt in Canti. Cantic. de ipſa Eccleſia, quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata incumbens ſuper fratruelem ſuum? Dealbata eſt enim, quæ per ſe ipſam alba eſſe non poteſt. Et à quo dealbata eſt, niſi ab illo qui per Prophetam dicit. Quando ergò dealbata eſt, nihil boni merebatur. Iam verò alba facta benè ambulat; ſed ſi ſuper eum, à quo dealbata eſt, perſeveranter incumbat. De Grat. & lib. arb. cap. 6.

Quomodo enim poteſt amitti per quod fit, ut non amittatur, etiam quod poſſet amitti? De dono perſev. cap. 6.

Imperavit autem Deus ut ei ſancti eius dicant orantes, ne inferas nos in tentationem, quiſquis igitur exauditur hoc poſcens, non infertur in contumaciæ tentationem, qua poſsit, vel dignus ſit perſeverantiam ſanctitatis amittere. At enim voluntate ſua quiſque deſerit Deum, ut merito deſeratur à Deo. Quis hoc negaverit? Sed ideò petimus, ne inferamur in tentationem, ut hoc non fiat, & ſi exaudimur, utique non fit, quia Deus non permittit, ut fiat. Ibidem.

Ut enim non dicam quam ſit poſsibile Deo averſas, & adverſas in fidem ſuam hominum convertere voluntates, & in eorum cordibus operari, ut nullis adverſitatibus cedant, nec ab ipſo aliqua ſuperati tentatione diſcedant. De dono perſev. cap. 9.

HÆC GRATIA EFFICAX SECUNDUM S. AUGUSTINUM non inducit fatum, nec efficit propterea Deum acceptorem perſonarum; nec tollit prædicationem, & correptionem, ſed cum libertate humanæ voluntatis optimè conſiſtit.

S. AUGUSTINUS.

NUmquid homines Dei, qui hæc ſcripſerunt, imò ipſe Spiritus Dei, quo authore per eos iſta conſcripta ſunt, oppugnavit liberum hominis arbitrium? Abſit; ſed omnipotentis in omnibus, & iuſtiſsimum iudicium, & auxilium Dei miſericordiſsimum commendavit. Lib. 1. ad Bonif. cap. 20.

Nec ſub nomine gratiæ fatum aſſerimus, quia nullis hominum meritis gratiam dicimus anteced. lib. 2. ad Bonif. cap. 5.

Numquid ſub nomine gratiæ fatum aſſerit (Cyprianus) quamvis dicat in nullo gloriandum, quando noſtrum nihil ſit lib. 4. ad Bonif. cap. 9.

Numquid, quoniam hæc dicit vir Sanctus Ambroſius, & gratiam Dei, ſicut Filio promiſsionis congruit, grata pietate commendat, ideò deſtruit liberum arbitrium. In eodem lib. cap. 11.

Atque ut oſtenderet liberum arbitrium; mox addidit, & gratia eius in me vacua non fuit; ſed plus omnibus illis laboravi. Hoc enim liberum arbitrium hominis exhortatur, & in alijs quibus dicit. Rogamus ne in vacuum, gratiam Dei ſuſcipiatis; ut quid enim eos rogat, ſi gratiam ſic ſuſceperunt, ut propriam perderent voluntatem. De Gratia, & lib. arb. cap. 5.

Semper eſt autem voluntas libera, ſed non ſemper eſt bona: aut enim à iuſtitia libera eſt, quando ſervit peccato, & tunc eſt mala, aut à peccato libera eſt, quando ſervit iuſtitiæ, & tunc eſt bona. Gratia verò Dei ſemper eſt bona, & per hanc fit, ut ſit homo bonæ voluntatis, qui prius fuit voluntatis malæ. Cap. 15.

Satis me diſputaſſe arbitror adverſus eos, qui gratiam Dei vehementer oppugnant, qua voluntas humana non tollitur, ſed ex mala mutatur in bonam, & cum bona fuerit, adiuvatur. Cap. 20.

Quis

Quis autem non videat, & venire quemquam, & non venire arbitrio voluntatis; ſed hoc arbitrium poteſt eſſe ſolum ſi non venit, non autem poteſt niſi adiutum eſſe ſi venit; & ſic adiutum, ut non ſolum quid faciendumſit ſciat, ſed quodſciverit, etiam faciat. De Grat. Chriſti, cap. 14.

Et Spiritus Domini induit Abiſai Principem inter triginta, & dixit tui ſummus David, & tecum futuri filij Ieſſe. Numquid ille poſſet adverſari voluntati Dei, & non potius eius facere voluntatem, qui in eius corde operatus eſt per ſpiritum ſuum, quo indutus eſt, ut hoc vellet, diceret, & faceret. Item Paulò poſt ait eadem ſcriptura. Omnes hic viri bellatores dirigentes aciem corde pacifico, venerunt in Hebron, ut conſtituerent David ſuper omnem Iſraël ſua voluntate, utique iſti conſtituerunt Regem David. Quis non videat? Quis hoc neget? Non enim hoc non ex animo, aut non ex bona voluntate fecerunt corde pacifico, & tamen hoc in eis egit, qui in cordibus hominum quod voluerit, operatur. De Correct. & Grat. cap. 14.

Quando rogavit, ergò ne fides eius deficeret, quid aliud rogavit, niſi ut haberet in fide liberrimam, fortiſsimam, invictiſsimam, perſeverantiſsimam voluntatem. Ecce quemadmodum ſecundum gratiam Dei, non contra eam libertas deffenditur voluntatis; voluntas quippè humana non libertate conſequitur gratiam, ſed gratia potius libertatem, & ut perſeveret delectabilem perpetuitatem, & inſuperabilem fortitudinem. De Correct. & Grat. cap. 8.

Neque velle poſſumus, niſi vocemur, & cum poſt vocationem voluerimus, non ſufficit voluntas noſtra, & curſus noſter, niſi Deus, & vires currentibus præbeat, & perducat, quo vocat, de Prædeſt. Sanct. cap. 3.

Quod enim putant auferri ſibi liberum arbitrium, ſi nec ipſam bonam voluntatem, ſine adiutorio Dei, hominem habere conſenſerint, non intelligunt, non ſe firmare humanum arbitrium, ſed impellere, ut per inania feratur non in Domino, tanquam in inſtabili petra collocetur Epiſt. 105.

Sic, & Dei gratia non negatur, ſed ſine ullis humanis præcedentibus meritis, vera monſtratur, & liberum ità defenditur, ut humilitate ſolidetur, non elatione præcipitetur arbitrium, & qui gloriatur, non in homine, vel quolibet alio, vel ſe ipſo, ſed in Domino glorietur. Epiſt. 107.

Proindè arbitrium voluntatis humanæ nequaquam deſtruimus, quando Dei gratiam, qua ipſum adiuvatur arbitrium, non ſuperbià negamus ingrata, ſed gratiam potius pietate prædicamus. Noſtrum enim eſt velle, ſed voluntas ipſa etiam movetur, ut ſurgat, & ſanatur, ut valeat, & dilatatur, ut capiat, & impletur, ut habeat. De bono viduitatis, cap. 17.

Nec ideò (Beati) liberum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non potuerunt; magis quippè erit liberum à delectatione peccandi, uſque ad delectationem non peccandi, inclinabilem liberatum; nàm primum liberum arbitrium quod homini datum eſt, quando primum creatus eſt rectus, potuit non peccare, ſed potuit, & peccare; hoc autem noviſsimum eo potentius erit, quod peccare non poterit. Verum hoc quoque Dei munere non ſua poſsibilitate naturæ, ſervandi autem erant gradus divini muneris, ut primum daretur liberum arbitrium, quo non peccare poſſet homo, noviſsimum quo peccare non poſſet, atque illud ad comparandum meritum; hoc ad recipiendum præmium pertineret. Sed quia peccavit iſta natura, cum peccare potuit, largiore gratia liberatur, ut ad eam perducatur libertatem, in qua peccare non poſsit: de Civitate Dei, lib. 22. cap. 30.

HÆC GRATIA EFFICAX CUR UNI DETUR, ET non alteri, occultioris iudicij Dei eſt.

S. AUGUSTINUS.

QUare autem illos velit convertere, illos pro averſione punire, quamquam, & in beneficio retribuendo nemo iuſtè reprehendat miſericordem, & in vindicta exercenda nemo iuſtè reprehendat veracem, ſicut in illis Evangelicis operarijs, alijs placitam mercedem reddentem, alijs etiam non placitam largientem, nullus iuſtè culpaverit: conſilium tamen occultioris iuſtitiæ penes ipſum eſt lib. 2. de Peccat. & Remiſſ. cap. 18.

Sed cur inquit gratia Dei non ſecundum merita hominum datur?

Reſpondeo, quoniam Deus miſericors eſt. Cur ergò, inquit, non omnibus? Et hic reſpondeo quoniam Deus iudex iuſtus eſt, ac per hoc, & grrtis ab eo datur gratia, & iuſto eius in alijs iudicio demonſtratur, quid eis, quibus datur, conferat gratia &c. De dono perſev. cap. 8.

Ex duobus itaque parvulis originali peccato pariter obſtrictis cur iſte aſſumatur, ille relinquitur, & ex duobus ætate iam grandibus impijs, cur iſte ita vocetur, & vocantem ſequatur, ille autem, aut non vocetur, aut non ita vocetur, inſcrutabilia ſunt iudicia Dei. Ex duobus autem pijs, cur huic donetur perſeverantia uſque in finem, illi autem non donetur, inſcrutabilia ſunt iudicia. De dono perſev. cap. 9.

Sed quare illos potius quam illos. Iterum, atque iterum dicimus, necnos piget. O homo tu quis es, qui reſpondeas Deo? Inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inveſtigabiles viæ eius; & hoc adjiciamus. Altiora te ne queſieris, & fortiora te non ſcrutatus fueris. De dono perſev. cap. 12.

Iam quomodo iſta diſpenſet faciens alios ſecundum meritum vaſa iræ: alios ſecundum gratiam vaſa miſericordiæ, quis cognovit ſenſum Domini, aut quis Conſiliarius eius fuit &c. lib. 2. ad Bonif. cap. 20.

HÆC DEI GRATIA NECESSARIA EST AD SINGULOS ACTUS,

S. AUGUSTINUS.

QUod gratia Dei per Ieſum-Chriſtum Dominum noſtrum, quod fides vera, & Catholica ſemper tenet Eccleſia puſillos cum magnis à morte primi hominis, ad vitam ſecundi hominis transfert; non ſolum peccata delendo; verum etiam ad non peccandum, rectèque vivendum eos, qui iam uti poſſunt voluntatis arbitrio, ſic adiuvando, ut niſi adiuvet, nihil pietatis, atque iuſtitiæ ſive in opere, ſive, in ipſa voluntate habere poſsimus. Epiſt. 106.

Præter illa enim, quæ quo quomodo potuit, auſus eſt (Pelagius) qualicumque ratione deffendere, obiecta quædam ſunt, quæ niſi remota omni tergiverſatione anathematizaſſet, ipſe anathematizatus eſſet. Obiectum eſt enim eum dicere &c. & gratiam Dei, atque adiutorium non ad ſingulos actus dari, ſed in libero arbitrio eſſe vel in lege, atque doctrina. Ibidem.

Fateatur gratiam Dei, & adiutorium etiam ad ſingulos actus dari, eamque non dari, ſecundum merita noſtra, ut vera ſit gratia, ideſt gratis data per eius miſericordiam, qui dixit miſerebor, cui miſertus ero, & miſericordiam præſtabo, cui miſericors fuero. Ibidem.

Scimus gratiam Dei, nec parvulis, nec maioribus ſecundum merita noſtra dari, ſcimus maioribus ad ſingulos actus dari. Scimus non omnibus hominibus dari, & quibus datur, non ſolum ſecundum merita operum non dari, ſed nec ſecundum merita voluntatis eorum, quibus datur,

quod

quod maximè apparet in parvulis. Scimus eis quibus datur, miſericordia Dei gratuita dari, Scimus eis quibus non datur, iuſto iudicio Dei non dari. Epiſt. 107.

HÆC GRATIA NULLIS MERITIS NOSTRIS REDDITUR, ſed gratuita bonitate donatur, nullum enim noſtrum bonum meritum illam antecedit.

S. AUGUSTINUS.

QUod autem perſonarum acceptorem Deum ſe credere exiſtiment, ſi credant, quod ſine ullis præcedentibus meritis, cuius vult miſeretur, & quos dignatur vocat, & quem vult religioſum facit; parum attendunt, quod debita reddatur pœna damnato, indebita gratia liberato: ut nec ille ſe indignum quæratur, nec dignum ſe iſte glorietur; atque ibi potius acceptionem nullam fieri perſonarum, ubi una eademque maſſa damnationis, & offenſionis involuit, ut liberatus de non liberato diſcat quod etiam ſibi ſupplicium conveniret, niſi gratia ſubveniret, ſi autem gratia, utique nullis meritis reddita, ſed gratuita bonitate donata. Epiſt. 105.

Nolunt autem, ut ſit ipſi Deo gloria in iuſtificatis impijs gratuita gratia, qui eius ignorantes iuſtitiam ad ſuam volunt conſtituere, vel iam conclamantium religioſorum, & piorum vocibus preſsi, ita ſe fatentur ad habendam, vel faciendam iuſtitiam divinitus adiuvari, ut ſui præcedat aliquid meriti, quaſi priores volentes dare, ut retribuatur eis ab illo, de quo audiunt, aut potius audire volunt, quoniam ex ipſo, & per ſe ipſum, & in ipſo ſunt omnia &c. Et ideò percipiendæ huius gratiæ merita nulla præcedunt, quoniam meritis impij, non gratia, ſed pœna debetur: Nec iſta eſſet gratia, ſi non daretur gratuita, ſed debita redderetur. Ibidem.

Quærimus autem meritum miſericordiæ, nec invenimus, quia nullum eſt, ne gratia evacuetur, ſi non gratis donatur, ſed meritis redditur. Si enim dixerimus fidem præceſsiſſe, in qua eſſet meritum gratiæ, quid meriti habebat homo ante fidem? Quid enim habet quod non accepit? Si dixerimus meritum præcedere orationis, ut donum conſequatur: impetrando quidem oratio, quidquid impetrat evidenter donum Dei eſſe oſtendit, ne homo exiſtimet à ſe ipſo ſibi eſſe, quod ſi in poteſtate habetur, non utique poſceretur. Verum tamen ne ſaltem orationis putarentur præcedere merita, quibus non gratuita daretur gratia, ſed iam nec gratia eſſet, quia debita redderetur: etiam ipſa oratio inter gratiæ munera reperitur. Ibidem.

Quod eſt ergò meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, cum omne bonum meritum noſtrum non in nobis faciat, niſi gratia, & cum Deus coronat merita noſtra, nihil aliud coronet, niſi munera ſua. Ibidem.

Calumniaris me dicere nihil ſtudij expectari ab humana voluntate debere contra illud Evangelij, quo ait Dominus, petite, & accipietis, ibi enim vos ut video, ponere iam cæpiſtis merita gratiam præcedentia, quod eſt petere, quærere, pulſare, ut his meritis debita illa reddatur, ac ſic gratia inaniter nuncupetur, tanquam gratia nulla præceſſerit, & cor tetigerit, ut beatificum donum peteretur à Deo, ut quæreretur Deus, ut pulſaretur ad Deum, fruſtraque ſit ſcriptum, miſericordia eius præveniet me, fruſtra etiam pro inimicis noſtris iubeat orare, ſi non eſt eius averſa, & adverſa corda convertere. Contra Julianum Pelagianum lib. 4. cap. 8.

Fortaſsis ergò ipſi eo modo ſaltem ſervant locum gratiæ, ut ſine ulla putent hominem poſſe habere boni, ſed imperfecti cupiditatem, perfecti autem non facilius per illam poſſe, ſed niſi per illam omninò non poſſe. Verum, & ſic gratiam Dei dicunt ſecundum merita noſtra dari, quod in oriente Pelagius Eccleſiaſticis geſtis damnari timendo, damnavit. Si enim ſine gra-

gratia per nos incipit cupiditas boni, ipſum cœptum erit meritum, cui tanquam ex debito gratiæ veniat adiutorium, ac ſic gratia Dei non gratis donabitur, ſed ſecundum meritum noſtrum dabitur. Lib.2. ad Bonif.cap.8.ſimiliter etiam in cap.10.

Et ipſum igitur initium fidei noſtræ,ex quo niſi ex ipſo erit? Neque enim hoc excepto ex ipſo ſunt cætera, ſed ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Quis autem dicat eum, qui iam cæpit credere ab illo, in quem credidit nihil mereri? Unde fit, ut iam merenti, cætera dicantur addit retributione divina, ac per hoc gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari. Quod obiectum ſibi Pelagius,ne damnaretur,ipſe damnavit.

DONUM PERSEVERANTIÆ EST SINGULARE QUODDAM Dei donum, non omnibus commune, per quod ſit ut perſeveret in bono quiſque uſque in finem.

S. AUGUSTINUS.

NAtura humana etiamſi in illa integritate, in qua condita eſt, permaneret, nullo modo ſeipſam creatore ſuo non adiuvante ſervaret. Cum igitur ſine Dei gratia ſalutem non poſsit cuſtodire,quam accepit,quomodo ſine Dei gratia poteſt reparare, quam perdidit? Epiſt.106.

Cur non permitteret ut ab illo (Angelo malo) primus homo qui rectus, hoc eſt bonæ voluntatis creatus fuerat, tentaretur? Quandoquidem ſic erat inſtitutus, ut ſi de adiutorio Dei fideret, bonus homo malum Angelum vinceret: ſi autem creatorem, atque adiutorem Deum ſuperbè ſibi placendo deſereret,vinceretur, meritum bonum habens in adiuta divinitus voluntate recta: malum vero in deſerente Deum voluntate perverſa, quia, & ipſum confidere de adiutorio Dei, non quidem poſſet ſine adiutorio Dei, nec tamen ideo ab his divinæ gratiæ beneficijs ſibi placendo recedere non habebat in poteſtate. Benè vivere ſine adiutorio Dei etiam in Paradiſo non erat in poteſtate; erat autem in poteſtate male vivere, ſed beatitudine non permanſura, & pœna iuſtiſsima ſecutura. De Civitate Dei lib. 14. cap.47.

Bina iſta quid inter ſe differant, diligenter, & vigilanter intuendum eſt; poſſe non peccare, & non poſſe peccare, poſſe mori, & non poſſe mori, bonum poſſe non deſerere, & bonum non poſſe deſerere. Potuit enim non peccare primus homo, potuit non mori, potuit bonum non deſerere. Numquid dicturi ſummus non potuit peccare, qui tale habebat liberum arbitrium? Aut non potuit mori, cui dictum eſt, ſi peccaveris, morte morieris? Aut non potuit bonum deſerere, cum hoc peccando deſeruit, & ideò mortuus ſit? Prima ergò libertas voluntatis erat poſſe non peccare,noviſsima erit multo maior,non poſſe peccare. Prima immortalitas erat poſſe non mori, noviſsima erit multo maior, non poſſe mori. Prima erat perſeverantiæ poteſtas, bonum poſſe non deſerere, noviſsima erit felicitas perſeverantiæ bonum non poſſe deſerere. De Correct.& Grat. cap.12.

Itemque ipſa adiutoria diſtinguenda ſunt. Primo itaque homini,qui in eo bono, quo factus fuerat rectus, acceperat poſſe non peccare, poſſe non mori, poſſe ipſum bonum non deſerere, datum eſt adiutorium perſeverantiæ, non quo fieret, ut perſeveraret, ſed ſine quo per liberum arbitrium perſeverare non poſſet. Nunc verò Sanctis in Regnum Dei per gratiam Dei prædeſtinatis, non tantum tale adiutorium perſeverantiæ datur, ſed tale, ut eis perſeverantia ipſa donetur, non ſolum ut ſine iſto dono perſeverantes eſſe non poſsint, verum etiam, ut per hoc donum non niſi perſeverantes ſint. Non ſolum enim dixit ſine me nihil poteſtis facere: Verum etiam dixit: non vos me eligiſtis, ſed ego elegi vos, & poſui vos, ut eatis, & fructus veſter maneat: quibus verbis non ſolum iuſtitia verum etiam in illa perſeverantiam ſe dediſſe monſtravit. Chriſto enim ſic eos ponen-

nente, ut eant, & fructum afferant, & fructus eorum maneat, quis audeat dicere forſitam non manebit? ſine pœnitentia enim ſunt dona, & vocatio Dei, ſed vocatio eorum, qui ſecundum propoſitum vocati ſunt. Ibidem.

Ac per hoc nec de ipſa perſeverantia boni voluit Deus Sanctos ſuos in viribus ſuis, ſed in ipſo gloriari, qui eis non ſolum dat adiutorium, quale primo homini dedit, ſine quo non poſsint perſeverare ſi velint; ſed in eis etiam operatur, & velle, ut quoniam non perſeverabunt, niſi, & poſſint, & velint, perſeverandi eis poſsibilitas, & voluntas divinæ gratiæ largitate donetur. Tantum quippè Spiritu Sancto accenditur voluntas eorum, ut ideò poſsint, quia ſic volunt, ideò velint, quia Deus operatur, ut velint. Nàm ſi in tanta infirmitate vitæ huius in qua tamen infirmitate propter elationem reprimendam perfici virtutem oportebat, ipſis relinqueretur virtus ſua, ut in adiutorio Dei, ſine quo perſeverare non poſſent, manerent ſi vellent, nec Deus in eis operaretur, ut vellent, inter tot, & tantas tentationes infirmitate ſua voluntas ipſa ſuccumberet, & ideò perſeverare non poſſent, quia deficientes infirmitate nec vellent, aut non ita vellent infirmitate voluntatis, ut poſſent. Subventum eſt igitur infirmitati voluntatis humanæ, ut divina gratia indeclinabiliter, & inſuperabiliter ageretur, & ideò quamvis infirma non tamen deficeret, neque adverſitate aliqua vinceretur. Fortiſsimo quippè dimiſit, atque permiſit facere quod vellet, infirmis ſervavit, ut ipſo donante invictiſsimè, quod bonum, eſt vellent, & hoc deſerere invictiſsimè nollent. Ibidem.

Iam verò cum dicunt Sancti ne nos inferas in tentationem, ſed libera nos à malo: quid aliud, quam ut in ſanctitate perſeverent, precantur? Nàm profectò conceſſo ſibi iſto dono Dei ne inferantur in tentationem, nemo Sanctorum eſt, qui non teneat uſque in finem perſeverantiam Sanctitatis. Neque enim quiſquam in propoſito Chriſtianitatis perſeverare deſiſtit, niſi in tentationem primitus inferatur. Si ergò concedatur, ei quod orat, ut non inferatur in tentationem, in ſanctificatione utique, quam Deo donante percepit, Deo donante perſiſtit. De dono perſev. cap. 5.

Perſeverantiam uſque in finem quoniam non habet quiſquam, niſi qui perſeveraverit uſque in finem, multi eam poſſunt habere, nullus amittere. De dono perſev. cap. 6.

Quomodo enim poteſt amitti per quod fit, ut non amittatur, etiam quod poſſet amitti. Ibidem.

Potens ergò eſt, & à malo in bonum flectere voluntates, & in lapſum pronas convertere, ac dirigere in ſibi placitum greſſum. Ibidem.

Poſt caſum hominis non niſi ad gratiam ſuam voluit pertinere, ut homo non recedat ab eo. Hanc gratiam poſuit in illo, quo ſortem conſequuti ſumus prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui univerſa operatur, ac per hoc ſicut operatur, ut accedamus, ſic operatur ne diſcedamus. Propter quod ei per Prophetam dictum eſt; fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi, & non diſcedimus à te. De dono perſev. cap. 7.

Cum ergò fit ſuper eum manus Dei, ut non diſcedamus à Deo, ad nos utique pervenit opus Dei. Hoc eſt enim manus Dei, quoniam opere Dei fit, ut ſimus in Chriſto permanentes cum Deo, non ſicut Adam diſcedentes à Deo. Ibidem.

Prorſus in hac re non operoſas diſputationes expectet Eccleſia, ſed attendat quotidianas orationes ſuas, orat ut increduli credant: Deus ergò convertit eos ad fidem. Orat ut credentes perſeverent, Deus ergò donat perſeverantiam uſque in finem. Ibidem.

Ex duobus autem pijs, cur huic donetur perſeverantia uſque in finem, illi autem non donatur, inſcrutabiliora ſunt iudicia Dei. Illud tamen fidelibus debet eſſe certiſsimum, hunc eſſe ex prædeſtinatis, illum non eſſe. Nàm ſi fuiſſent ex nobis, ait unus prædeſtinatorum, qui de pectore

tore Domini biberat hoc ſecretum, manſiſſet utique nobiſcum. De dono perſeverantiæ cap.9.

Ut enim non dicam,quam ſit poſsibile Deo averſas, & adverſas in fidem ſuam hominum convertere voluntates, & in eorum cordibus operari, ut nullis adverſitatibus cadant, nec ab ipſo aliqua ſuperati tentatione diſcedant. Ibidem. Idem confirmat cap.11.

An quiſquam dicere audebit Deum non præſciſſe, quibus eſſet daturus, ut crederent? Aut quos daturus eſſet filio ſuo, non perderet ex eis quemquam? Quæ utique ſi præſcivit,profectò beneficia ſua, quibus nos dignatur liberare præſcivit. Hæc prædeſtinatio Sanctorum nihil aliud eſt,quam præſcientia, ſcilicèt, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certiſsimè liberantur quicumque liberantur. Cæteri autem,ubi niſi in maſſa perditionis iuſto divino iudicio relinquuntur? Ubi Tyrij relicti ſunt, & Sydonij, qui etiam credere potuerunt, ſi mira ille Chriſti ſigna vidiſſent. Sed quoniam ut crederent, non erat eis datum,etiam unde crederent eſt negatum.Ex quo apparet habere quoſdam in ipſo ingenio naturaliter munus intelligētiæ,quo moveantur ad fidem,ſi congrua ſuis mentibus, vel audiant verba, vel ſigna conſpiciant:& tamen ſi Dei altiori iudicio à perditionis maſſa non ſunt gratię prędeſtinatione diſcreti,nec ipſa eis adhibentur vel dicta divina vel facta,per quæ poſſent credere ſi audirent utique talia,vel viderent.In eadem perditionis maſſa relicti ſunt etiam Iudęi,qui non potuerunt credere factis in conſpectu ſuo tam magnis clariſque virtutibus &c. Sed nec illis profuit,quod poterant credere,quia prædeſtinati non erant ab eo:cuius inſcrutabilia ſunt iudicia, & inveſtigabiles viæ. Nec iſtis obfuiſſent quod non poterant credere, ſi ita prædeſtinati eſſent ut eos cæcos Deus illuminaret, & induratis cor lapideum vellet auferre. Audiunt enim hæc, & faciunt,quibus datum eſt; non tamen faciunt, ſive audiant,ſive non audiant, quibus non datum eſt lib.de dono perſev. cap.14.

A Domino enim greſſus hominis diriguntur,& viam eius volet. Non dixit, & viam eius diſcet aut tenebit, aut ambulabit aut aliquid huiuſmodi, quod poſſet dicere à Domino quidem dari, ſed homini iam volenti, ut ſcilicèt, beneficium Dei, quo greſſus hominis dirigit, ut viam eius diſcat, teneat gradiatur, ſua homo voluntate mereatur. Sed ideo dixit. A Domino greſſus hominis diriguntur, & viam eius volet;ut intelligeremus ipſam voluntatem bonam, qua incipimus velle credere, quoniam Dei via quid eſt, niſi fides recta, illius eſſe donum qui greſſus noſtros propterea dirigit primitus, ut velimus. Non enim ait ſcriptura, à Domino greſſus hominis diriguntur, quia viam eius voluit, ſed diriguntur,inquit, & volet. Non igitur quia voluit diriguntur, ſed quia diriguntur voluit. Hic tu rursùs fortaſſe dicturus es hoc fieri à Domino, dum doctrina eius legitur, & auditur,ſi homo veritati, quam legit vel audit ſua conſentiat voluntate. Cui ſi conſentit, inquis, quod eius libero arbitrio conſtitum eſt, rectè utique dicuntur ab illo dirigi greſſus eius,ut viam eius velit: cuius doctrinam, ſuaſione præcedente ſubſequenti conſenſione ſectatur, quod libertate naturali ſi vult facit ſi non vult non facit,pro eò quod fecerit præmium,vel ſupplicium recepturus.Hæc eſt illa Pelagianorum mala, male diffamata, meritòque reprobata, & ab ipſo Pelagio timente damnari, in Orientalium Epiſcoporum iudicio damnata ſententia,qua dicunt gratiam Dei non ad ſingulos actus dari,ſed in libero arbitrio eſſe vel in lege atque doctrina. Epiſtola 107.

Sed neque ab illo quod originaliter contrahitur, neque ab his, quæunuſquiſque in vita propria vel intelligendo, vel nolendo intelligere mala congregat quiſquam liberatur, & iuſtificatur, niſi gratia Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum: non ſolum remiſsione peccatorum, ſed prius ipſius inſpiratione fidei, & timoris Dei impartito ſalubriter orationis affectu, & effectu donec ſanet omnes languores noſtros, & redimat de corruptione vitam noſtram, & coronet nos in miſeratione, & miſeri-

cor-

cordia. Verum iſti, qui perſonarum acceptorem fieri exiſtimant Deum; ſi in una eademque cauſa ſuper illos veniat miſericordia eius; ſuper alios vero maneat ira eius, nempe totas vires argumentationis humanæ in parvulis perdunt. Quid hic dicturi ſunt, qui ut gratia dari poſsit, nonnulla præcedere merita humana contendunt, ne ſit perſonarum acceptor Deus. Sinant filium hominis in qualibet ætate quærere, & ſalvum facere, quod perierat. Nec de inſcrutabilibus iudicijs eius audeant iudicare: cur in una eademque cauſa ſuper alium veniat miſericordia eius, ſuper alium maneat ira eius. Epiſt. 107.

An iſta ſit Doctrina Sanct. Auguſtini in materia gratiæ?

CLEMENS PAPA VIII.



IN

INDEX
DVBIORVM, ET §§.

DUBIUM I.

AN GRATIA EXCITANS conveniat actibus intellectus, & voluntatis? fol.1.

§.1. SUpponuntur aliqua.ibi.
§.2. 1. Concluſio. Ratio gratiæ primo auxiliantis nequit Deo propriè convenire; eſt que neceſſario aliquid creatum. fol.3.
§. 3. 2.Concluſio. Inter dona gratiæ excitantis comprehenduntur illuminatio, ſive ſancta cogitatio, prout his nominibus ſignificantur actus, ſive operationes intellectas. fol.6.
§. 4. 3. Concluſio. Nomine ſanctæ cogitationis intelligitur omnis cognitio ſupernaturalis, tam apprehenſiva,quam indicativa.fol.8.
§. 5. 4. Concluſio. Gratia excitans ad voluntatem ſpectans non unicum, ſed plures actus voluntatis comprehendit. fol.10.
§. 6. Argumento aliqualiter difficili occurritur. fol.12.

DUBIUM II.

An præter actus intellectus, & voluntatis detur gratia actualis interna, à qua effectivè proveniant? fol.15.

§. 1. Aliqua notantur. ibi.
§. 2. 1. Concluſio. Sancta cogitatio ſubita, & pia affectio voluntatis non fiunt à ſolo Deo. fol.16.
§. 3. 2.Concluſio. Sancta cogitatio, & affectio indeliberata, quibus Deus excitat hominem ad ſalutarem conſenſum, non producuntur effectivè ab intellectu, & voluntate per ſolam elevationem extrinſecam Dei. fol.18.
§. 4. 3. Concluſio. Ex quo gratia excitans apud Concilia,& PP. ſignificetur his vocibus, illuminatio, inſpiratio, pulſatio, & tactus cordis,non probatur illam adæquatè conſiſtere in actibus intellectus, & voluntatis. fol.21.
§. 5. Solvuntur argumenta ex Concilijs, & PP. loquutionibus deſumpta. fol.23.
§. 6. In quo ſolvuntur aliqua teſtimonia D. Thom. & noſtram ſententiam eſſe de mente illius probatur. fol.28.

DUBIUM III.

Et præcedenti neceſſario annexum.

An repugnet auxilium ſupernaturale fluidum, à quo effectivè procedant, tùm actus indeliberati cognitionis, & amoris, tùm etiam actus liberi eiuſdem ordinis? folio 31.

§. 1. Proponitur 1. motivum AA. affirmantium. Et ei ex doctrina D.Thom. occurritur. fol.32.
§. 2. Proponuntur alia duo motiva, & eis occurritur. fol.36.

§. 3.

§. 3. In quo aliud motivum proponitur, & deciditur, an auxilium excitans sit simul efficax ad actus indeliberatos. fol. 37.
§. 4. In quo iuxta utramque opinionem solvitur argument. fol. 41.
§. 5. Alteri argumento occurritur. fol. 42.
§. 6. Corollaria ex dictis. fol. 43.

DUBIUM IV.

An gratia excitans sit necessaria in omnibus subiectis ad actus supernaturales, & qua necessitate? fol. 48.

§. 1. 1. Conclusio. Homo, qui convertitur ad fidem, nunquam elicit primum actum fidei, aliosque liberos supernaturales, quin prius præcedat cognitio imperfecta supernaturalis, per quam excitetur à Deo. ibid.
§. 2. 2. Conclusio. Ante consensum llb. de quo in præced. per se loquendo semper præcedunt affectiones indeliberatæ, sive circa obiectum ipsum signatè attactum, sive circa ipsum liberum consensum. fol. 50.
§. 3. 3. Conclusio. In Christo Domino, in Beata Virgine, & in Angelis non præcessit gratia illuminationis, & affectionis consistens in motibus indeliberatis, & imperfectis. fol. 51.
§. 4. Solvuntur aliquæ obiectiones. fol. 52.
§. 5. In quo ponitur doctrina valdè utilis. fol. 55.
§. 6. Reijcitur argumentum ex P. Ripalda. fol. 59.
§. 7. Probatur idem assumptum ab inconvenientibus. fol. 61.
§. 8. Corollaria ex dictis. fol. 62.
§. 9. Solvuntur argumenta. fol. 64.
§. 10. Quid dicendum de homine iam fideli ad eliciendos actus fidei, & de homine iusto ad actus virtutis. fol. 66.
§. 11. Supponuntur aliqua. ibid.
§. 12. Varijs conclusionibus respondetur quæsito. fol. 67.
§. 13. De gratia affectionis ad actus virtutum supernaturalium, & fidei: & solvitur ratio dubitandi. fol. 69.

DUBIUM V. APPENDIX.

An omninò necessario debeant præcedere actus indeliberati sanctæ affectionis, nè sit violentus actus liber supernaturalis? fol. 71.

§. 1. Fundamenta pro parte affirmativa. ibid.
§. 2. Proponuntur aliquæ instantiæ contra hæc motiva, & probatur oppositum esse de mente D. Th. fol. 72.
§. 3. Probatur illum modum dicendi non esse de mente D. Th. fol. 74.
§. 4. Satis fit argumentis. fol. 76.
§. 5. An in Christo Dom. fuerit gratia excitans ex parte intellectus in subita cogitatione consistens. f. 78.
§. 6. An in Christo Dom. fuerit affectio indeliberata, & subita, fol. 79.
§. 7. An etiam in beatis in ordine ad actus liberos sit gratia excitans in actibus imperfectis consistens. f. 81
§. 8. An idem dicendum de Angelis viatoribus? ibid.
§. 9. An B. Virgo Maria fuerit excitata per actus imperfectos? ibid.
§. 10. Reflectitur supra cognitionem subitam in Christo Dom. ibid.
§. 11. Satis fit argumentis in principio adductis. fol. 84.
§. 12. Solvuntur argumenta de affectione indeliberata in Christo. fol. 85.
§. 13. Solvitur argum. ex quo amor beatificus est motio generalis, & remota respectu aliorum actuum. fol. 86.
§. 14. Ad fundamenta, pro beatis, pro Angelis, & Beatissima Virgine Maria. fol. 87.
§. 15. In quo opinio Illust. Castell. pro Adamo proponitur, & eius fundamentis occurritur. fol. 87.

DUBIUM VI.

An cognitio naturalis possit excitare in voluntate actum intrinsecè supernaturalem? fol. 90.

§. 1. 1. Concl. Iuxta præsentem providentiam affectus liber intrinsecè supernaturalis procedit directivè ex cognitione supernaturali. ibid.

§. 2. Solvuntur argumenta. fol. 91.
§. 3. 2. Concluſio. Sola cognitio naturalis nequit ex natura rei immediatè regulare affectum ſupernat. fol. 95.
§. 4. 3. Concluſio. Cognitio naturalis, etiam in conſortio ſupern. nequit immediatè movere voluntatem ad effectus ſupernat. fol. 97.
§. 5. Solvuntur argumenta. fol. 99.
§. 6. Ult. concl. Repugnat effentialiter cognitionem naturalem ſe ſola dirigere affectum intrinſecè ſupernaturalem. fol. 102.
§. 7. Ratio ultima, & aliquibus ſolutionibus, & inſtantijs occurritur. fol. 104.
§. 8. Solvuntur argumenta. fol. 107.
§. 9. Occurritur alijs minoris momenti. fol. 113.
§. 10. Corollaria ex dictis. ibid.

DUBIUM VII.

An gratia excitans ordinis naturæ conſiſtens in actibus intellectus, & voluntatis, influat phyſicè effectivè in actus liberos ad quos excitat? fol. 115.

§. 1. Supponuntur aliqua. ibid.
§. 2. 1. Concl. Cognitio naturalis non concurrit effectivè ut *quo* in aliquo vero ſenſu ad actum voluntatis, quem dirigit. fol. 117.
§. 3. Refertur, & explicatur quædam Thomiſtarum ſententia. fol. 118.
§. 4. 2. Concl. Bonum apprehenſum non concurrit effectivè ut *quo* ad actum voluntatis. fol. 119.
§. 5. Solvuntur argumenta contra primam concluſionem. fol. 120.
§. 6. Solvuntur argumenta contra 2. concluſionem. fol. 129.
§. 7. Ult. concl. Affectiones naturales omninò indeliberatę non concurrunt phyſicè effectivè ad elicientiam actus liberi. fol. 133.

DUBIUM VIII.

An gratia excitans intrinſecè ſupernaturalis in ſancta cogitatione, & affectione conſiſtens, influat effectivè in conſenſum liberum ſupernaturalem? fol. 137.

§. 1. 1. Concluſio. Illuſtratio ſupernaturalis non influit effectivè in affectionem ſubitam ſupernaturalem ex illa provenientem. ibid.
§. 2. 2. Concluſio. Talis illuſtratio ſupernaturalis non influit phyſicè effectivè in conſenſum liberum ſupernaturalem. fol. 139.
§. 3. 3. Concluſio. Etiamſi illuſtratio ſupernaturalis perfecta regulans conſenſum liberum influat effectivè in ipſum, adeſt grave diſcrimen inter AA. Thom. & aliquos Societatis. ibid.
§. 4. 4. Concluſio. Repugnat voluntatem ex vi ſolius illuſtrationis ſupernaturales elevari, ut eliciat conſenſum liberum, & ſalutarem. fol. 141.
§. 5. 5. Concluſio. Motus voluntatis ſubiti ſupernaturales non influunt phyſicè effectivè in conſenſum liberum ſupernaturalem, ſive verſentur circa diverſum obiectum, ſive circa idem. fol. 144.
§. 6. 6. Concluſio. Complexum ex gratia illuminationis, & affectionis non eſt principium elevans phyſicè voluntatem ad conſenſum ſalutarem. fol. 147.
§. 7. Talis efficientia phyſica non probatur efficacitèr ex PP. & Concilijs. fol. 151.
§. 8. Solvuntur argumenta ex Concilijs, & SS. PP. deſumpta. fol. 153.
§. 9. Occurritur argumentis à ratione. fol. 157.
§. 10. 7. Concluſio. Actus liberi ſupernaturalis in abſentia habituum non fiunt per auxilium extrinſecum divinæ omnipotentiæ. fol. 160.

DUBIUM IX. APPENDIX.

An gratia excitans, & quænam, ſit gratia verè ſufficiens? fol. 165.

§. 1. 1. Concluſio. Gratia actualis ſufficiens continetur ſub gratia excitanti. fol. 166.
§. 2. 2. Concluſio. Gratia excitans exterior non eſt propriè gratia ſufficiens. fol. 167.
§. 3. 3. Concluſio. Gratia excitans in-

interior, per quam illuminatur intellectus non est gratia sufficiens simpliciter ad actus salutares. fol. 168.

§. 4. 4. Conclusio. Talis gratia excitans se tenet ex parte actus primi, & libertatis ad actus salutares; proindèque spectat ad gratiam sufficientem integrè, & completè acceptam. fol. 169.

§. 5. 5. Conclusio. Gratia excitans in affectu omninò indeliberato consistens, non est gratia propriè sufficiens ad actus liberos salutares. fol. 170.

§. 6. 6. Conclusio. Gratia excitans integrè accepta est propriè gratia sufficiens ad consensum salutarem fol. 171.

§. 7. 7. Conclusio. Authores negantes auxilia fluida in intellectu, & voluntate, reipsa non concedunt gratiam actualem, quæ sit verè, & propriè gratia sufficiens in absentia habitum. fol. 172.

§. 8. In quo brevissimè refertur error Pelagij. fol. 173.

DUBIUM X.

An cognitio legis, sive præcepti, numerari debeat inter auxilia gratiæ, & qualiter concurrat ad elicientiam actuum virtutum cadentium sub præcepto? fol. 177.

§. 1. Prælibantur aliqua. ibid.

§. 2. 1. Conclusio. Præcepta supernaturalia inter gratias externas continetur. fol. 179.

§. 3. 2. Conclusio. Cognitio præcepti supernaturalis continetur sub gratia interna actuali. fol. 180.

§. 4. 3. Conclusio. Cognitio præcepti se tenet ex parte actus 1. ad elicientiam actus præcepti ex motivo obedientiæ, non tamen præbet virtutem internam, veramque sufficientiam ad illum. fol. 181.

§. 5. 4. Conclusio. Cognitio præcepti, ut se tenens ex parte actus 1. ad actum obedientiæ formalis, in aliquo vero sensu est gratia excitans, & sufficiens secundum quid. fol. 185.

§. 6. 5. Conclusio. Cognitio præcepti non se tenet ex parte actus 1. ad actum præceptum secundum sibi intrinsecè acceptum, ut principium per se requisitum, & constituens voluntatem potentem proximè ad ipsum. fol. 186.

§. 7. 6. Conclusio. Cognitio præcepti non se tenet ex parte actus 1. tanquam constitutivum permissum, aut principium redundans, ad actum præceptum secundum sibi intrinseca, nec ut principium adæquatum, nec inadæquatum. fol. 188.

§. 9. In quo rearguitur contra Adversarios admittentes gratiam prædeterminantem non tollere libertatem. fol. 194.

§. 10. Solvuntur argumenta contra præcedentem, & in hoc puncto præcipuam conclusionem. fol. 196.

§. 11. Quid dicendum de actu præcepto, ut legi materialiter conformi. fol. 204.

§. 12. Aliquibus instantijs fit satis. fol. 206.

§. 13. Ult. concluſ. Cognitio præcepti intelligitur in signo potestatis mediatæ ad actum præceptum, non constitutivè, sed redundanter. fol. 210.

DUBIUM XI.

An gratia, per quam Deus præparat in homine bonam voluntatem, sit gratia excitans, & cui voluntas consentit purè negativè? fol. 213.

§. 1. 1. Conclusio. Testimonium, in quo affirmatur præparari à Deo bonam voluntatem habetur cap. 8. Proverb. iuxta lectionem 70. aliosque Expositores, nihilque favet modo dicendi relato. fol. 214.

§. 2. 2. Conclusio. Deum præparare in nobis bonam voluntetem est iuxta SS. PP. & D. Thom. & Mag. Sent. operari, seu producere in nobis bonam voluntatem. fol. 216.

§. 3. Prosequitur idem assumptum ex aliquibus testimonijs Conciliorum, & M. P. Augustini. fol. 219.

§. 4. Solvuntur argumenta. fol. 223.

DUBIUM XII.

An gratia internæ vocationis in actibus indeliberatis consistens determinet physice voluntatem ad actus liberos salutares? fol. 230.

§. 1. Supponuntur aliqua. ibid.
§. 2. Motiva desumpta ex authoritate D. Thom. & Concil. Trid. fol. 232.
§. 3. Probatur conclusio negativa rationibus. fol. 239.
§. 4. Solvuntur argumenta. fol. 238.

DUBIUM XIII.

An omnia salutaria, quæ Thomistæ attribuunt principalius gratiæ prædeterminanti, potiori iure tribuenda sint gratiæ excitanti? fol. 244.

§. 1. Præmittuntur aliqua. ibidem.
§. 2. Statuitur conclusio negativa, fol. 245.
§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 246.
§. 4. Aliud fundamentum pro principalitate concursus in gratia excitanti; quia est initium operis salutaris. fol. 253.

TRACTATUS DE GRATIA ADIUVANTE.

DUBIUM. I.

An gratia actualis adiuvans sit distincta ab excitante? fol. 257.

§. 1. Præmittitur aliqua. ibid.
§. 2. 1. Conclusio. Iuxta doctrinam Magn. Par. gratia adiuvans distinguitur aliqua vera distinctione ab excitanti. fol. 269.
§. 3. 2. Conclusio. Gratia adiuvans non distinguitur ab excitanti solum penès diversas expressiones, vel munia eiusdem gratiæ. fol. 260.
§. 4. 3. Conclusio. Id, quod addit gratia, ut adiuvans in actu 2. sive *ut quo*, supra excitantem, non est consensus liber creaturæ. fol. 262.
§. 5. Aliquæ instantiæ solvuntur. fol. 264.
§. 6. Solvuntur argumenta à ratione contra secundam conclusionem. fol. 268.
§. 7. Argumenta contra 3. conclusionem. fol. 272.
§. 8. Corollaria ex dictis. fol. 273.

DUBIUM II.

An ex Mag. Par. Augustino probetur gratiam, ut adiuvantem ad consensum salutarem, esse ipsam prævenientem, & ab excitanti distinctam? fol. 276.

§. 1. Respondetur affirmativè. fol. 277.
§. 2. Solvitur 1. argumentum ex D. Augustino. fol. 281.
§. 3. 2. Argumentum probans adiutorium *quo* iuxta Magn. Par. se tenere ex parte actus 1. sive dare posse ad rectè operandum. fol. 283
§. 4. Ultimum argumentum; & an gratia ab intrinseco efficax sit gratia sanans. fol. 291.

DUBIUM III.

An efficaciter probetur idem assumptum ex Concilio Tridentino? fol. 296.

§. 1. Respondetur affirmativè. ibid.
§. 2. Solvuntur argumenta ex eodem Concilio desumpta. fol. 299.
§. 3. An gratia ab intrinseco efficax sit verè, & propriè vocatio interior. fol. 304.

DUBIUM IV.

An gratia excitans sit gratia, per quam Deus verè, & propriè faciat voluntatem creatam salutariter velle, & operari? fol. 308.

§. 1. Supponuntur aliqua. ibid.
§. 2. 1. Conclusio. Si gratia excitans tantum moraliter influit in consensum salutarem, non verificatur Deum verè, & propriè operari, & facere, ut voluntas salu-

ta-

tariter consentiat. fol. 310.
§. 3. 2. Conclusio. Etiam si gratia excitans habeat alium influxum præter obiectivum, non est gratia per quam Deus facit, ut faciamus. fol. 312.
§. 4. Solvuntur argumenta. fol. 315.
§. 5. 3. Conclusio. Idem dicendum etiamsi gratia excitans influat physicè. fol. 318.

DUBIUM. V.

An per gratiam excitantem prævissam à Deo, ut efficacem ex determinatione liberi arbitrij, Deus propriè nos adiuvet ut quo *faciendo, ut faciamus*? fol. 325.

§. 1. Respondetur negativè, & probatur ex duplici testimonio Mag. Par. ibid.
§. 2. Duæ rationes ad idem proponuntur. fol. 329.
§. 3. Tertia ratio. fol. 333.
§. 4. Si concursus actualis Dei sit idem cum consensu voluntatis, Deus non facit ut velimus &c. fol. 338.
§. 5. Solvuntur argumenta. fol. 344.
§. 6. Annotatio brevis circa efficatiam gratiæ. fol. 350.

DUBIUM VI.

An gratia prædeterminans sit adiutorium quo *ut à Magn. Par. describitur*? fol. 355.

§. 1. 1. Conclusio. Prædicta gratia, verè, & propriè influit in illum, neque est pura conditio sine qua non. ibid.
§. 2. 2. Conclusio. Talis concursus effectivus intelligitur in signo priori ad efficientiam, sive influxum voluntatis in consensum liberum. fol. 358.
§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 361.
§. 4. Occurritur gravi difficultati. fol. 366.

DUBIUM VII.

An gratia prædeterminans sit verè cooperans cum voluntate ad actus salutares? fol. 369.

§. 1. Aliqua præmittuntur. ibid.
§. 2. 1. Concl. affirmat. Gratia ab intrinseco efficax, etiam sub formalitate, & munere prævenientis, est gratia cooperans cum voluntate ad consensum salutarem. fol. 371.
§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 375.

DUBIUM VIII.

An iuxta Magn. Par. & Ang. Magist. gratia prædeterminans ad velle consistat in actione increata Dei, vel in aliquo intrinseco inhærente voluntati creatæ Dei? fol. 382.

§. 1. Notantur aliqua. ibid.
§. 2. Eligitur secunda sententia, & probatur. fol. 386.
§. 3. Solvuntur argumenta. fol. 391.
§. 4. Solvuntur argumenta ad probandum gratiam adiuvantem esse ipsum actum voluntatis. fol. 395.

DUBIUM IX.

An Deus propriè faciat per gratiam prædeterminantem, ut velimus bonum, si illa sit operatio increata Dei? fol. 402.

§. 1. Supponuntur aliqua. ibid.
§. 2. Ex quo Deus sua actione sine prævia motion. intrinsec. verè efficiat actum voluntatis, non probatur propriè facere, ut voluntas velit. fol. 403.
§. 3. Ex quo operatio Dei sit realis productio actus voluntatis, absque mot. &c. illum que ordine causalitatis præcedat, nō probatur Deum per illam verè movere voluntatem ad agendum. fol. 406.
§. 4. In quo probatur operationē Dei productivam actus voluntatis sine mot. prævia, non esse ratione sui influxum in voluntatem, proindèque non esse concursum prævium

vium Thomisticum. fol.408.

DUBIUM X.

An alia munera gratiæ prædeterminantis conveniant operationi Dei ratione sui? fol.413.

§. 1. Sine gratia efficaci voluntati intrinseca non salvatur subordinatio ad Deum in actu agere, nec quod ipse sit causa prima. ibid.

§. 2. Talis opinio non salvat Deum operari in omni operante, aut Deum verè adiuvare voluntatem &c. fol.416.

§. 3. Solvuntur argumenta. fol.417.

§. 4. Argumenta physiophica multiplici ex capite impugnantia motionem prævium intrinsecam. fol.419.

§. 5. Solvuntur argumenta præcedentia fol.421.

§. 6. Solvitur argumentum desumptum ex capite libertatis. fol.427.

§. 7. Arg. ex Dei gubernatione solvitur; ubi aliqua scitu digna. folio 431.

§. 8. Corollaria ex dictis prædict. AA. non salvant Decretum, & actionem Dei esse prædet. extrinsecam. fol.435.

DUBIUM XI.

Appendix ad præcedentia.

An sine motione prævia intrinseca verificetur in sano sensu Deum producere actus nostros, priusquam nos illos faciamus. fol. 437.

§. 1. Notantur aliqua, & sensus Dubij aperitur. ibi.

§. 2. 1. Conclusio. Actio Dei nequit pro aliquo signo naturæ producere executive actum voluntatis in se ipso, antequam voluntas creata illum producat. fol.439.

§. 3. Quædam propositiones Illust. Palanco reijciuntur, ut falsæ. fol. 442.

§. 4. Prioritas causalitatis Dei consistit in motione intrinseca prædeterm. fol.446.

§. 5. Solvuntur argumenta probantia Deum prius producere actum in se ipso, quam ipsum producat voluntas creata. fol. 448.

§. 6. 3. Conclusio. Probans ab inconvenienti prædetermin. non consistere in actione Dei increata, fol.450.

§. 7. In quo adstruitur in gratia prædeterminans latitudo penes maiorem, & minorem intensionem. folio 452.

§. 8. Idem de latitudine penes efficaciam. fol.455.

§. 9. Talis efficacia non est respectiva, sed absoluta. fol.457.

TRACTATUS DE GRATIA OPERANTE, ET COOPERANTE.

DUBIUM I.

An gratia operans sit idem cum gratia excitanti? fol. 461.

§. 1. 1. Conclusio. Probatur pars negativa ex M. Par. fol.462.

§. 2. Quædam expositio reijcitur. folio 465.

§. 3. Solvuntur argumenta ab authoritate. fol. 466.

§. 4. 2. Conclusio. De distinctione inter utramque gratiam iuxta S. D. fol.469.

§. 5. Solvuntur instant. contra rationem S. D. fol.421.

§. 6. Argumenta in contra solvuntur. fol.423.

§. 7. Corollaria ex dictis. fol.422.

DUBIUM II.

Quid, & quænam sit gratia præveniens, & subsequens? fol.481.

§. 1. Prænotantur aliqua. ibi.

§. 2. Gratia præveniens iuxta SS.PP. & D. Thom. est gratia determinans voluntatem, ut salutariter velit. fol.483.

§. 3. Solvuntur argumenta. fol.487.

DU-

DUBIUM III.

An gratia efficax ad facere consistat in volitione libera imperante illud? fol.493.

§. 1. Notantur aliqua, & sensus quæst. aperitur. ibi.
§. 2. 1. Conclusio. Volitio efficax est auxilium ad facere. fol.496.
§. 3. 2. Conclusio. Concursus Dei immediatus in actum purè externum est gratuitus, & prævius. folio 497.
§. 4. 3. Conclusio. Gratia cooperans ad facere est intrinsecè efficax, physicè que movens potent. exequutivam, ideòque est concursus in ipsam potentiam. fol.499.
§. 5. 4. Conclusio. Gratia cooperans est prædeterminans ad facere. fol. 500.
§. 6. Solvuntur argumenta pro actibus purè externis. fol.505.
§. 7. Idem dicendum de actibus imperatis elicitis à voluntate. folio 511.
§. 8. Solvuntur argumenta ab authoritate. fol.516.
§. 9. Solvuntur argumenta à ratione. fol. 518.
§. 10. Corollaria ex dictis. fol.519.

DUBIUM IV.

An gratia præbens vires efficacissimas &c. sit prædeterminans, & in motione ea ravia intrinseca consistens? fol.522.

§. 1. Ratio dubitandi contra gratiam prædeterminantem. ibidem.
§. 2. Quædam expositio M. Par. refertur, & reijcitur. fol. 525.
§. 3. Vera intelligentia testim. M. P. fol.529.
§. 4. Solvuntur aliquæ instantiæ. fol. 530.
§. 5. Quædam advertentia pro antea dictis. fol.532.

TRACTATUS DE POTENTIA GRATIÆ.

DUBIUM I.

An gratia occultè infussa cordibus nostris &c. sit iuxta M. P. ab intrinseco efficax? folio 535.

§. 1. Quædam expositio testim. M. P. reijcitur. ibi.
§. 2. Reijcitur 2. & quædam solutio impugnatur. fol.538.
§. 3. Motivum expositionis datæ est inefficax. fol.541.
§. 4. Solvuntur aliquæ instant. & probatur gratiam præparantem bonam voluntatem esse gratiam producentem illam. fol.542.
§. 5. Gratia de qua loquitur M. P. est ab intrinseco efficax. fol.549.

DUBIUM II.

An sub gratia regente liberum arbitrium contineatur gratia ab intrinseco efficax? fol. 552.

§. 1. Ratio dubit. & utilitas quęsit. ibi.
§. 2. Gratia prædeterm. est gratia regens iuxta M. P. & S. D. fol.553.
§. 3. Solvuntur aliquæ inst. fol.557.
§. 4. Sine tali gratia Deus non dirigit propriè, & strictè voluntatem creatam. fol.561.
§. 5. Solvuntur argumenta. fol.562.

DUBIUM III.

An iuxta M. Par. liberum arbitrium subijciatur propriè gratiæ Dei, & hæc subiectio subsistat sine gratia prædeterminanti? folio 565.

§. 1. 1. Conclusio. Subiectio arbitrij creati ad Dei gratiam statuitur. ibi.
§. 2. Gratia prædeterminans non subijcitur libero arbitrio; sed è contra. fol.566.
§. 3. Occurritur aliquibus instant. fol.567.
§. 5. Gratia sufficiens est virtus determinativa, & dominativa voluntatis supra actus salutares. fol. 569.

§.6. Volũtas influit principalius grat. in actus supernaturales, si datur concursus partialis. fol.571.
§. 7. Prosequitur idem assumptum. fol.574.& 577.
§. 8. Potestas utendi virtut. supernat. convenit voluntati ratione gratiæ. fol.577.
§.9. Talis gratia est ab intrinseco efficax quoad actualem usum.f.579.
§. 10. Argumenta probantia dominium voluntatis supra virtut. supernat. fol.582.
§.11. Respondetur argum. præiactis. fol.587.

TRACTATUS DE INDEPENT. GRAT. PRÆDETERM. A VOLUNTATE CREATA.

DUBIUM. I.

An talis gratia sit impedibilis, aut acquisibilis à voluntate creata? folio 593.

§.1. Notabilia, & sententiæ. ibi.
§.2. Prim. modus impedibilitatis talis gratiæ reijcitur.fol.596.
§.3. Examinatur alia ratio impugnationis eiusdem. fol.601.
§.4. Alia, & verior impugnatio. fol. 605.
§.5. Aliæ impugnationes ponuntur. fol.607.

DUBIUM II.

In quo examinantur alij modi dicendi. fol. 611.

§.1. Impugnatur quidam modus dicendi. fol.611.
§.2. Alter modus dicendi impugnatur. fol.613.
§.3. Alij modi reijciuntur.fol.619.
§.4. Alia opinio reijcitur. fol.623.
§.5. Argum.ab authorit. solvunt. folio 626.

DUBIUM III.

*An ex Sacra Scriptura probetur impedibilitas gratiæ efficacis.*f.634.

§.1. Proponitur ratio dubit. pro parte affirmat. ibi.
§.2. Statuitur conclusio negativa, & tria asserta probantur. fol.635. & 637.
§.3. Alia duo asserta probantur. fol. 638.
§. 4. Exponuntur alia testimonia, quæ obstare videntur. fol.639.

TRAC

TRACTATVS
DE GRATIA ACTUALI
AUXILIANTI, EXCITANTE, ADIUVANTE, OPERante, & cooperante, prævenienti, & subsequenti, iuxta miram Ang. Præcept. Doctrinam in 2. d. 26. & quæst. 27. de Verit. 1. 2. q. 111. & alibi ex M. P. deductam.

DUBIUM I.
AN GRATIA EXCITANS CONveniat actibus intellectus, & voluntatis?

§. I.

SUPPONUNTUR ALIQUA.

N. 1 Primò. Supponimus ut, certum secundum Fidem, dari gratiam excitantem, qua Deus prævenit misericorditèr homines, ut media pœnitentia peccatorum, & conversione in ipsum, alijsque bonis operibus, iustificationis gratiam consequantur. Ita Conc. Trid. sess. 6. c. 6. dicens: *Disponuntur homines ad iustitiam, dùm excitati, & adiuti divina gratia, fidem ex auditu concipientes liberè moventur in Deum.* Et cap. 5. *Iustificationis exordium in adultis à Dei gratia prævenienti sumendum est: ut qui per peccata à Deo aversi erant, per eius excitantem, & adiuvantem gratiam; eidem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando, ad suam ipsorum iustificationem disponantur.* Et Canon. 4. *Si quis dixerit liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum &c.* Huius gratiæ expresso nomine meminit S. Aug. lib. 2. de peccatorum merit. cap. 18. per hæc verba: *Quod ad Deum nos convertimus, nisi ipso adiuvante, & excitante non possumus.* Et Epist. 106. propè finem, & ad Simp. quæst. 2.

propè finem : *Nec velle possumus, nisi ipso movente, & excitante.* Et alibi. Similitèrque D. Bernard. lib. de grat. & liber. arbit. sequentia proferens: *Gratia liberum excitat arbitrium. Cum seminat cogitatum. Sanat, cum immutat affectum. Roborat, ut perducat ad actum.* Et iterùm : *Connatus nostri nulli sunt, si non excitentur ; nati sunt si non adiuventur.* Consonat illud Apocal. 3. *Ecce ego sto ad ostium, & pulso.* Et illud ad Ephes. 5. *Surge, qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus*; siquidem Deum pulsare corda nostra, eaque admonere, ut à peccatis mundemur, absdubiò est ipsa ad pœnitentiam excitare.

2 Secundo.

Munus proprium huius gratiæ est inclinare, & movere corda nostra ; ut pœnitentiam agant de peccatis, & ad Deum per dilectionem super omnia convertantur. Quapropter omnis sancta cogitatio, omnisque pius affectus ad huius finis consequutionem conducens, sub gratia excitante comprehenditur. Hinc provenit gratiam excitantem iuxta PP. & Concil. appellari *illustrationem*, seu *illuminationem*, *tactum*, & *inspirationem Spiritus Sancti*, ut constat ex Trident. sess. 6. cap. 5. & Concil. Arausican. cap. 7. & ex D. August. lib. de Spirit. & littera cap. 34. dicenti : *Visorum suasionibus agit nos Deus, ut velimus, & credamus; sive extrinsecus per Evangelicas exhortationes, sive intrinsecus, ubi nemo habet in sua potestate, quid ei veniat in mentem.* Ferè eadem habet lib. 83. quæstion. quæst. 68. Unde Cœlestinus Pap. Epist. 1. ad Episcopos Galliæ cap. 8. sequentia profert : *Præparatur voluntas à Domino, & ut boni aliquid agant, Paternis inspirationibus suorum tangit corda fidelium.* Huius appellationis diversitatem in gratia excitante communitèr describunt Theologi propter diversa munera illius: dicitur enim *illuminatio*, quatenùs proponit, & ostendit obiectum salutare ; *inspiratio* vero, quatenùs includit, & secum affert pium affectum voluntatis, quo disponitur, & præparatur, ut in consensum liberum, & perfectum prorumpat; *vocatio* autem, & *pulsatio*, quatenùs per illam homo dormiens in peccato redditur evigilans, & attentus, ut ea, quæ ipsi pro consequutione salutis agere incumbunt, actu consideret, & hæc est rigorosa significatio Grammaticalis iuxta Calepinum huius verbi *Excito*, sive *excio*.

Mover, ò despertar à otro.

Ex hac doctrina ortum ducit commune placitum Theolog. dividentium gratiam excitantem in internam, & externam ; sub illa enim continetur, quidquid intrinsecè nobis inhæret pro priori ad consensum liberum voluntatis, & ad illum positivè conducit eum alliciendo, & inclinando ; sub externa vero comprehenditur, quidquid extra hominem existit ; iuvat tamen aliquomodo ad pium, & salutarem consensum. Huiusmodi est *Evangelij prædicatio, revelatio mysteriorum fidei, Incarnatio, Sacramentorum institutio, divinæ legis propositio, exhortatio amicorum, exempla Sanctorum, protectio externa Dei removentis occasiones peccandi, custodia Angelorum*, & ut breviter omnia complectamur; quæcumque ratione suæ bonitatis, vel malitiæ, possunt obiectivè excitare, & movere homines ad consensum salutarem. De qua distinctione expressè meminit D. Thom. in 2. dist. 28. art. 4. & S. Anselm. lib. de Concord. gratiæ litt. C dicens : *Cum omnia subtaceant divinæ dispositioni, quidquid adiuvat liberum arbitrium ad accipiendam, aut servandam rectitudinem, suæ gratiæ deputandum est.*

3 Gratia excitans est duplex.

Hæc autem, etsi ad gratiam Dei expectent, & inter maxima Dei beneficia computari debeant, non tamen accedunt ad illam perfectionem specificam gratiæ, quæ necessaria est ad iustificationem, & meritum vitæ æternæ, & quam Ecclesia Catholica tuetur contra Pelagium. Qua ratione Conc. Trid. sess. 6. canon. 1. *damnat eum, qui affirmaverit : hominem posse salvari per solam legis doctrinam absque gratia Dei per Iesum Christum, hoc est, absque prævenienti inspiratione Spiritus S. & eius illuminatione, quibus tangit corda hominũ, ut à peccatis re-*

4 Tertio.

resipiscant, & ad ipsum convertantur. Aliter enim, ut ait D. Aug. tract. 3. in Ioan. Ep. *Ubi non est unctio, & inspiratio Spiritus Sancti dans interius intelligentiam, & movens interius corda hominis, in vanū foris sonent verba*, & rursus, *otiosus est sermo Doctoris, nisi Spiritus adsit cordi audientis.* Ut etiam dicit Ang. Mag. lect. 6. in Ioannem cap. 14. Unde de Lydia Purpuraria audiente prædicationem Pauli dicitur Actorum 16. *Dominum aperuisse cor eius, ut intenderet his, quæ ab Apostolo dicebantur.*

5 De hac igitur gratia interna præcipuus est nobis in præsenti tractatu sermo; utpotè, cuius necessitatem PP. & Concil. evicerunt contra Pelagium. In qua quidem tria inveniuntur, scilicet, *ratio auxilij, ratio gratiæ, & ratio prævenientis*; munus, sive formalitas auxilij, sive adiutorij, convenit ipsi, quatenùs imbecillitatem, & insufficientiam naturæ roborat, & elevat ad opera salutaria: *Ratio gratiæ*, quia est indebita naturæ, & supra omnem eius exigentiam, nedùm physicam, sed etiam moralem in merito, aut dispositione, consistentem. Supponimus enim opera naturalia, hoc est, ex viribus solius naturæ profecta, non esse dispositionem positivam, vel meritum primæ gratię auxiliantis supernaturalis, de qua tractamus in præsenti. Ex quo datur intelligi, quod si hæc auxilia excitantia non sint simpliciter prima, non repugnat ea dispensari à Deo dependenter ab alijs operibus supernaturalibus. Hinc apparet, cur gratiæ excitanti munus gratiæ prævenientis conveniat; quia videlicèt antecedit consensum liberum salutarem, & per illam verificatur Deum incipere, & inchoare in nobis negotium nostræ salutis.

Quarto.

6 Deniquè notare oportet gratiam auxiliantem iuxta doctrinam Div. Thom. hac 1. 2. quæst. 109. ar. 6. & 9. & quæst. 110. ar. 2. quem sequuntur omnes Theolog. dividi in actualem, & habitualem. Habitualis est qualitas permanenter animæ, illiusque potentijs inhærens, easque elevans ad opera supernaturalia. Actualis vero est auxilium Dei, vel gratuita motio ipsius, per quam movet voluntatem ad volendum, vel agendum opera salutaria. Hæc gratia dicitur actualis, non quia in actu consistat, sed quia est de se transiens, nec semper inhæret, sed certis temporibus, scilicèt, quando oportet hominem operari, ad quem finem unicè deservit. Sub gratia auxilianti habituali comprehenduntur, tùm gratia habitualis gratum faciens, tùm virtutes infusæ, tùm etiam dona Spiritus Sancti. Omnia enim hæc, utpotè principia effectiva, & influentia in opera salutaria, merito rationem gratiæ auxiliantis obtinent. Ex quo colliges omne donum supernaturale iuvans positivè hominem ad rectè, & fructuosè operandum, nomen, & rem gratiæ auxiliantis participare. His prænotatis plures occurrunt difficultates circa naturam, necessitatem, & qualitatem concursus convenientis gratiæ excitanti, pro cuius elucidatione oportet varia dubia proponere, & in quolibet illorum diversas conclusiones singulis difficultatibus correspondentibus stabilire, sit ergò.

Quintò.

§. II.

STATUITUR PRIMA CONCLUSIO.

Ratio gratiæ primò auxiliantis nequit Deo propriè convenire; estque necessario aliquid creatum.

7 ITa communiter Thomistæ cum M. Lemos tom. 4. tract. 7. cap. 2. Zumel tom. Var. disp. 1. & 3. Vazquez disp. 185. asseritque oppositum à nullo SS. PP. aut Scholastico esse dictum, & in illam valdè inclinat P. Suarez lib. 3. de auxilijs cap. 1. à num. 3. per hæc verba: *Melius vero, & propriùs, vocatur Spiritus Sanctus adiutor noster, quàm ipsum adiutorium. Ipsum vero adiutorium in rigore sumptum est aliquid creatum ab ipso Deo proveniens.* Eandem doctri-

Sententia.

trinam tradit fusiùs cap. 19. Oppositum vero tenet Curiel quæst. 111. dub. 1. §. 6. & meo videri ad idem tenentur AA. affirmantes primam cogitationem intellectus, & pium affectum voluntatis, fieri à Deo extrinsecè auxiliante, quin aliquid intrinsecum prævium præcedat in dictis potentijs ad elicientiam talium actuum. Nàm cum negari nequeat tales motus supernaturales verè ex Dei gratia, & auxilio procedere; si aliunde nihil intrinsecum derivatum à Deo, præcedit sanctã cogitationem intellectus, & pium affectum voluntatis, sed unicè omnipotentia extrinsecè auxilians; fatendum est omnipotentiam sic auxiliantem verè, & propriè obtinere rationem gratiæ, & primi auxilij prævenientis.

Probatur authorit.

Probatur 1. ex varijs testim. Sacræ Scripturæ, in quibus, etsi Deus dicatur adiutor, & auxiliator, ut constat ex Isaia cap. 50. non ita vocatur adiutorium, & auxilium nostrum ad actus supernos: quin potiùs sæpissimè affirmatur auxilium Dei esse aliquid ab ipso proveniens, & nostris cordibus infusum, ut satis expressè indicat illud Psalm. 19. *Mittat tibi auxilium de sancto.* Et illud Psalm. 120. *Unde veniet auxilium mihi? Auxilium meum à Domino.* Ex quibus constat auxilium Dei, & Deum ut auxiliatorem comparari, ut causam, & effectum; proindèque ut creaturam, & creatorem. Sed quod non est propriè auxilium, non est propriè gratia auxilians: ergò Deus, ut extrinsecè per se ipsum assistens, & elevans hominem ad actus supernaturales, non obtinet propriè rationem gratiæ auxiliantis. Nec obstat quòd Esther 14. vocatur *Deus auxilium*: quia ibi sumitur pro auxiliatore; ut ex dictis ibidem constat. Unde Batablus vertit *Adiutorem.*

Cuidam instantiæ fit satis.

8

Prob. 2. ex Trid.

Probatur 2. ex Concilio Tridentino sess. 6. cap. 5. definiente: *Exordium iustificationis desumi à præveniente Dei gratia, hoc est, ab eius vocatione consistente in illuminatione, & inspiratione Spiritus Sancti, per quam Deus tangit corda hominum.* Nùnc sic: Si omnipotentia Dei intimè assistens, & elevans, tùm intellectum hominis, ut eliciat sanctam cogitationem, tùm voluntatem, ut efficiat piam affectionem inclinantem in consensum salutarem, esset cum proprietate gratia auxilians, exordium iustificationis in adultis, desumendum esset ab omnipotẽtia intimè assistente; cum ex una parte esset gratia auxilians, & ex alia præveniret omnem operationem illorum. Consequens nequit concedi: ergò nec omnipotentiæ sic assistenti vera ratio gratiæ auxiliantis.

Confirm.

Confirmatur. Iuxta idem Concilium canon. 4. *Gratia auxilians, & præveniens excitando liberum arbitrium hominis, est gratia, cui homo potest assentire, & dissentire*; sed omnipotentiæ intimè assistenti propriè loquendo, nec assentimus, nec dissentimus; cum assensus, & dissensus voluntatis, solum intellectui, ut proponenti, aut suadenti, aliquod bonum propriè fiat: ergò omnipotentia &c.

9

Prob. 3. ex D. Th.

3. Probatur ex Div. Thom. hic quæst. 110. art. 2. asserente: *Cum dicitur hominem Dei gratiam habere, significatur gratuitus effectus divinæ voluntatis, quatenùs adiuvatur ab ipso, & hoc dupliciter: uno modo in quantum anima hominis movetur à Deo ad aliquid cognoscendum, vel volendum; alio modo, secundum quod aliquod habituale donum à Deo animæ infunditur.* Ex quibus constat gratiam adiuvantem, & auxiliantem, esse gratuitum effectum divinæ voluntatis; proindèque distingui realiter ab omnipotentia, ut effectus à causa; ideòque impotens cum proprietate prædicari de ipsa. Confirmatur hoc ex eodem S. D. quæst. 111. ar. 3. ad 1. ubi asserit: *Dilectionem Dei nominare aliquid æternum, & ideò non posse dici, nisi præventem: gratiam vero significare effectum temporalẽ, qui potest præcedere aliquid, & aliquid subsequi; ideòque gratiam posse dici prævenientem, & subsequentem.* Ex quibus sic argumentor. Ratio gratiæ auxiliantis propriè accepta est gratia divisibilis in operantem, & cooperantem, prævenientẽ, & subsequentẽ; sed gratia sic divisibilis iuxta

Confirm.

D. Thom. est quid creatum, & effectus temporalis dilectionis divinæ: ergò gratia auxilians significat donum creatum nobis à Deo gratuito infusum. His omnibus consonat illud D. August. de Præd. Sanct. c. 10. affirmantis *prædestinationem esse gratiæ præparationem; gratiam vero ipsam donationem.* Ex quibus subdit: *Prædestinationem, & gratiam se habere, ut causam, & effectum.* Si ergò ratio gratiæ solum cum proprietate convenit dono creato à Deo nobis infuso, & gratuito præparato, à fortiori idem dicendum de gratia auxilianti.

11 Nec valet dicere hæc omnia solum probare, debere concedi dari in nobis gratiam auxiliantem internam creatam, per quam Deus interiùs excitat, & movet liberum arbitrium ad consentiendum; secùs tamen quod omnipotentia, ut assistens, non obtineat rationem gratiæ, & auxilij externi prævenientis nostram voluntatem. Non inquam valet: & nè sit quæstio de solo nomine, supponimus ex prænotatis num. 3. dari plures gratias, & auxilia externa excitantia, & iuvantia liberum arbitrium ad consensum salutarem, quatenùs obiectivè media sui cognitione, & amore possunt ad elicientium talis consensus conducere. * Cæterùm huiusmodi concursus nequit convenire omnipotentiæ, ut extrinsecè assistenti, & elevanti, tùm intellectum, tùm voluntatem ad actus supernaturales; cum prima cogitatio, & primus affectus supernaturalis sint effectus omnipotentiæ extrinsecè assistentis in genere effectivo physicè, iuxta opinionem, quàm in præsenti impugnamus. Rursùs: Nàm gratiæ externæ, quæ communiter à Theol. admittuntur, sunt beneficia Dei, & ab illo gratuitò præparata, & ad extra in tempore producta, ut constat illa recensendo: ergò cum ratio beneficij ad extra producti non conveniat propriè omnipotentiæ &c. De quo iterùm redibit sermo infra agentes de gratia adiuvanti.

Si ad dict. Respond.

Contr. est 1.

* S. D. in 2. d. 28. q. 1. a. 4.

Secundo.

12 Sed contra dicta obijcies. Semèl quod omnipotentia intimè assistens, elevet intellectum, ut producat sanctam cogitationem, & similitèr voluntatem, ut eliciat pium affectum indeliberatum, est auxilium propriè tale in ordine ad elicientiam talium actuum; siquidem est propriè virtus elevans infirmitatem potentiæ, in quo ratio auxilij consistit: Deindè omnipotentia, ut hoc modo præparata, est indebita naturæ: ergò est propriè gratia auxilians. Confirm. & explic. hoc. Deus media omnipotentia extrinsecè assistenti elevans intellectum, & voluntatem ad motus indeliberatos, verè dicitur auxiliator hominis; cum per talem modum concurrēdi eius infirmitati succurrat, & ipsi præbeat vires, & sufficientiam ad operandum. Sed nequit Deus denominari cum proprietate auxiliator hominis, nisi medio auxilio propriè tali: ergò cum in dicto casu solum interveniat omnipotentia intimè assistens &c.

Argues 1

Confirm.

13 Hoc argumentum nullam habet vim in sententia Thomistarum asserentium cum suo Ang. Præcep. sanctam cogitationem, & piam affectionem voluntatis, quibus Deus excitat corda hominum ad consensum salutarem, non fieri per assist. extrinsecam omnipotentiæ, sed medio aliquo auxilio transeunte, & intrinsecè elevante potentias ad elicientiam talium actuum. De quo infra. Sed admisso pronùnc tali modo elevationis Resp. disting. añs. Est auxilium, quod sit propriè gratia auxilians, neg. añs. Quod sit auxilium gratis præparatum, conc. añs. & neg. conseq. Nomine enim gratiæ auxiliantis iuxta Concilia, & PP. intelligitur *vocatio, inspiratio, illuminatio, & motio* Spiritus Sancti, & rursùs: *Impulsus, tactus, & instinctus Divinæ operationis.* Hæc autem omnia ex terminis denotant aliquid extra Deum ad extra productum, & in nobis receptum. Quis enim dicet vocationem, inspirationem Dei, & ipsius impulsum, sive motionem, non esse aliquid præter Deum? Sicut vocatio, & motio, qua unus homo alterum excitat, & vocat, non est ipse homo, sed aliquid ab ipso proveniens. Vel aliter potest distingui idem antecedens. Est auxilium

Resp.

communitèr acceptum, permitto antec. Est auxilium Theologicè acceptum, neg. Nomine huius intelligitur *omne donum gratuitò à Deo donatum, & sursùm descendens à Patre luminum, iuvans ad benè agere*: ut probat D. Augustin. lib. de correct. gratia cap. 6. Huiusmodi autem ratio doni solum convenit propriè rei creatæ à Deo effectivè provenienti. Ulteriùs. Auxilium gratiæ in sensu Theologico est, quod describitur à Div. Thoma Theolog. Principe; ubi ex professò agit de natura gratiæ auxiliantis, eiusque divisionibus; constat autem ex superiùs dictis nomine illius intelligere *gratuitum effectum Divinæ voluntatis*, per quem adiuvatur homo ad benè operandum. Nec talem assistentiam omnipotentiæ esse indebitam naturæ ampliùs probat, quam ipsam esse gratuitò speciali modo præparatam; non tamen probat esse gratiam auxiliantem; siquidem ad omnem actum liberum elicitum à creatura medijs principijs intrinsecis supernaturalibus concurrit etiam Deus iuxta Adv. per suam omnipotentiam gratuitò præparatam, & tamen non propter hoc omnipotentia sic gratuitò, estò indifferentèr præparata, inter gratias auxiliantes cum proprietate numeratur.

Iacob. 1. de Correct. & grat.

Ad confirm.

13 Nec me latet à D. Thom. vocari *gratiam* ipsam dilectionem Dei, ut docet expressè hic quæst. 110. ar. 1. idemque affirmat de voluntate ipsius, & de ipso Deo in 2. dist. 28. q. 1. ar. 1. ad 1. eo quod hoc nomen *gratia* ex sua communi acceptatione significat dilectionem, per quam unus homo est alteri gratus, sicut miles dicitur habere gratiam Regis, quatenùs ab ipso diligitur. Cæterum hoc complexum, *gratia auxilians*, vel etiam hoc, *auxilium gratiæ operantis, gratia cooperans, præveniens*, aut *subsequens* nunquam invenietur attributum à D. Thom. ipsi Deo, vel eius omnipotentiæ, sed unicè dono creato ad extra producto. Imò potiùs ipse Ang. Præcep. in 2. dist. 26. q. 1. ar. 1. postquam in corp. art. dixit Divinam dilectionem appellari gratiam, subdit: *Gratiam Dei in hoc sensu acceptam ponere, & significare aliquid creatum eius in anima.* Cum enim Dei amor non sit purè affectivus, sed effectivus, & infundens bonitatem rebus: *Per hoc, quod Deus dicitur aliquem diligere, significatur effectus divinæ dilectionis esse in dilecto.* Ex quibus constat repugnare omnipotentiam Dei speciali gratia dilectionis præparari volunt. ut eliciat operationem supernaturalem, quin ex tali dilectione aliquod donum intrinsecum, & prævium ad elicientiam talis operationis proveniat. Vel aliter Resp. dicendo. Quod voluntas Dei dicitur gratia *sincathegorematicè*, quatenùs Deus *gratuitò* nos diligit; non vero *cathegorematicè*. Hæc solutio colligitur ex ipso D. Thom. hic q. 110. ar. 1. dicente in hoc sensu prædestin. esse *gratiam*.

Instabis.

Resp. 1.

Secundo.

§. III.

STATUITUR SECUND. CONCLUS.

Inter dona gratiæ excitantis comprehenduntur illuminatio, sive sancta cogitatio, prout his nominibus significantur actus, sive operationes intellectus.

14 Est omninò certa, quamque tuentur unanimitèr omnes Theol. quorum catalogum inveniens apud Ripalda disp. 102. illam probant aliqui sequenti discursu. Gratia excitans iuxta Concilia, & PP. consistit in *vocatione, illuminatione, & Dei locutione*, qua tangit corda hominum, ut de peccatis pœniteant, & ad ipsum convertantur. Sed *vocatio, illuminatio*, & *loquutio* Dei consistunt in actu, quo intellectus hominis percipit, cognoscit, & attendit ad Deum sibi loquentem, & vocantem: ergò actus intellectus, sive sancta cogitatio, est gratia excitans. Hæc tamen ratio non est omninò efficax, utpotè non solido innitens fundamento. Quia, ut infra ostendemus, hæc nomina *Dei illuminatio, vocatio, inspiratio, & loquutio* directè significant aliquid prævium ante-

Prima prob. Aliquorum non videtur efficax

tecedens actum, tùm intellectus, tùm voluntatis; quamvis ex hoc ipso connotent, necessariò tanquam proprium effectum motum vitalem sanctæ cogitationis, & piæ affectionis in voluntate.

15 Ratio est. Omne donum supernaturale facilè transiens, iuvans moraliter voluntatem ad piè, & salutaritèr operandum, debet annumerari inter gratias excitantes; sed huiusmodi sunt cogitationes supernaturales, quibus voluntas prævenitur, & allicitur, ut piè, & salutaritèr operetur: ergò huiusmodi cogitationibus convenit ratio gratiæ excitantis. Explicatur hoc. Huiusmodi cogitationes supernaturales sunt ultra exigentiam naturæ; deindè conducunt, & alliciunt positivè voluntatem ad salutaritèr operandum: ergò cum aliunde sint prævenientes nostram libertatem, à fortiori numerari debent inter auxilia gratiæ prævenientis, & excitantis. Unde D. Aug. lib. 2. de peccat.merit.cap. 19. hæc habet: *Cum autem adiutorium Dei deprecamur ad faciendam, perficiendamque iustitiam, quid aliud petimus, nisi, ut appareat, quod latebat, & suave fiat, quod non delectabat?* Et lib. de Spirit. & litter. cap. 34. *Vissorum suasionibus agit nos Deus, ut vellimus, & credamus.* Et S.Prosper.lib. 2. de vocat. gent. cap. 9. *Gratia Dei principalitèr præeminet suadendo exhortationibus, movendo exemplis, terrendo periculis, dando intellectum, inspirando consilium, corque ipsum illuminando.* Veritas huius conclusionis satis manifestè constat ex Concil. Milevitano cap.3.definiente: *Utrumque esse donum Dei, scilicèt, scire quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus.* Similitèrque ex Concil. Arausican. cap. 9. dicente: *Divini est muneris cum rectè cogitamus, & pedes nostros à falsitate, & iniustitia tenemus.*

Alitèr pr.

Explicat. ex doctr. M.P.

Ex Sanct. Prosper.

16 Sed dices. De ratione gratiæ auxiliantis est unicè provenire à Deo: cum solus Deus præstet auxilium homini, ut piè, & salutaritèr operetur; sed omnis sancta cogitatio, cum sit actio vitalis, nedùm effectivè provenit à Deo, sed etiam ab ipso homine: ergò nequit obtinere rationem gratiæ auxiliantis. Cõfirm. 1. Si sancta cogitatio esset gratia auxilians, & excitans ad cõsensum salutarem, verificaretur de homine seipsum auxiliari, & excitare ad salutariter operandum; cum esset causa gratiæ auxiliantis: consequens videtur non posse concedi: ergò. 2. De ratione gratiæ excitantis est esse gratiam prævenientem. Atqui huiusmodi sancta cogitatio nequit iuxta sententiam Thomistarum dici gratia præveniens; cum iuxta ipsos talis operatio subsequatur ad auxilium prævium intrinsecè elevans intellectum: ergò. Vel alitèr. Ad auxilia intrinseca gratiæ non sunt necessaria alia auxilia intrinseca; aliàs daretur processus in infinitum. Sed iuxta sententiam Thomist. de qua infra, ad omnem sanctam cogitationem necessariò præcedit auxilium intrinsecum gratiæ: ergò sancta cogitatio nequit inter auxilia gratiæ numerari.

Arg. contra concl.

Confir. 1

Secundo

Idem alia forma.

17 Resp. disting. mai. De ratione gratiæ primo auxiliantis, conc. mai. De ratione gratiæ secundo auxiliantis, subdist. Est unicè provenire à Deo liberè, conc. mai. Non liberè, neg. mai. & concess. min. de concursu effectivo non libero, dist. conseq. eodem modo. Gratia enim auxilians ex terminis solum dicit rationem doni indebiti naturæ titulo *gratiæ*, & rationem adiutorij ad consensum salutarem titulo *auxiliantis*. Huiusmodi prædicata conveniunt, tùm auxilio intrinsecè elevanti intellectum ad piè, & sanctè cogitandum: tùm etiam ipsi sanctæ cogitationi, ut est de se manifestum; imò potiùs auxilium non conducit, nec iuvat positivè, quasi in actu secundo, nisi media actuali cogitatione. Quapropter utrumque rationem gratiæ auxiliantis participat, licet cum aliquo ordine, scilicèt ordine primo, & quasi per modum actus primi auxiliantis, & secundo, per modũ actus secundi adiuvantis. Dùm ergò dicitur gratiam auxiliantem unicè à Deo provenire: Hoc est verum absolutè de gratia, quæ est primum auxilium; de gratia vero, quæ est se-

Solutio.

cundum auxilium, licèt ſubordinatum primo, verificatur ſolum à Deo, ut cauſa libera procedere. Nàm & ſi homo effectivè ſanctam cogitationem producat, non tamen liberè, nec inſuper virtute propria, ſed per donum gratiæ ipſum intrinſecè elevantis.

18 Ad 1. confirm. omiſſa ſolutione aliquorum, qui diſtinguentes ſanctam cognitionem, ſecundùm quòd à Deo procedit, & ſecundùm quòd procedit à creatura; dicunt habere rationem gratię auxiliantis ſub prima conſideratione, non verò ſub ſecunda. Omiſſa, inquam, hac ſolutione; cum talis diſtinctio ſit unicè penès diverſas expreſsiones eiuſdem entitatis; & ex parte obiecti, ſive rei, ut *quòd* cum proprietate productæ, nulla ſit formalitas in ſancta cogitatione, quæ ut à cauſa per ſe, ab intellectu creato non procedat. Melius meo videri Reſp. diſting. mai. Verificaretur de homine ſe ipſum auxiliari auxilio 1. gratiæ, neg. mai: Auxilio 2. intra ordinem gratiæ, ſubdiſt. Se ipſum auxiliari, & ex ſe ipſo, neg. mai. Ex Deo elevante per donum ſuæ gratiæ, conced. mai. & ſub eadem min. diſt. neg. conſeq. Licèt enim repugnet hominem ex viribus naturæ cauſare effectivè aliquid poſitivè conducens ad conſenſum ſalutarem, & vitæ æternæ conſecutionem; ſecus tamen ſi conſideretur, ut elevatus priùs per donum gratiæ Dei; cùmque ſancta cogitatio non producatur ab homine, niſi perprius per gratiam Dei intrinſecè elevato, hoc, quod eſt hominē ſeipſum, auxiliare, & excitare excitatione formali, & in actu ſecundo, non ei, ſed gratiæ Dei debet attribui. Et quidèm ſicut apparet inconveniens, *hominem ſe ipſum auxiliari*, ita apparet inconveniens, *hominem ſe ipſum convertere ad Deum per dilectionem*, iuxta illud Hieremiæ: *Converte nos Domine ad te, & convertemur.* Cùm tamen debeat concedi, hominem elicientem liberè actum dilectionis etiam convertere ſe ipſum ad Deum; non quidèm ex ſe ipſo, ſed per gratiam Dei illum primordialitèr convertentem.

Ad 1. cōfirm.

Verior ſolutio.

Threnor. 5.

19 Ad 2. Reſp. diſting. mai. Eſt eſſe prævenientem ad id, ad quod excitat, conced. mai. Abſolutè, & ſimplicitèr, neg. mai. & conceſſa min. neg. conſeq. Sancta enim cogitatio non excitat ad auxilium, à quo effectivè procedit, ſed ad conſenſum ſalutarem, quem excitando, & alliciendo prævenit. Undè eſt præveniens, & ſubſequens reſpectu diverſorum: ſicut actus fidei ſubſequitur piam affectionem, & prævenit dilectionem, quam dirigit. Cùm autem dicitur, gratiam excitantem eſſe abſolutè primam; intelligitur de gratia excitante primò, & cauſalitèr, non excitante ſecundò, & formalitèr. Ad aliam formam arguendi Reſp. iuxta dicta mai. eſſe veram intellectam de auxilijs intrinſecis per modum principij effectivi; ſecus tamen de auxilijs per modum actus ſecundi allicientibus in actu ſecundo voluntatem ad conſenſum ſalutarem. Nèc ex hoc ſequitur proceſſus in infinitum; cùm tandem deveniatur ad auxilium tranſiens per modum principij elevantis intellectum; quod nec titulo ſupernaturalis, nec titulo vitalis aliud auxilium prævium requirit, uti illud prærequirit ſancta cogitatio titulo motus vitalis ſupernaturalis.

Ad 2.

Ad aliam formam.

§. IV.

STATUITUR TERTIA CONCLUSIO

Nomine ſanctæ cogitationis intelligitur omnis cognitio ſupernaturalis, tàm apprehenſiva, quàm iudicativa.

20 ITa frequentèr Theol. & quantum attinet ad cognitionem iudicativam conſtat ex Concil Milevit. cap. 3. aſſerente: *Utrumque donum Dei eſt, & ſcire, quod facere debeamus, & diligere, ut faciamus.* Sed ſcientia in actu iudicij conſiſtit: ergò. Id ipſum ſuadetur ex Concilijs, & PP. affirmantibus Deum nos interiùs prævenire per ſuam gratiam medijs exhortationibus, quibus ſuadet, & allicit ad rectè operandum, & inſuper media illuſtratione, & illuminatione Spiritus Sancti. Sed ex-

Eſt communis, & utraque pars probatur.

exhortatio interior, & illuminatio præcipuè convenit cognitioni iudicativæ: ergò talis cognitio continetur ſub gratia excitante. De cognitione apprehēſiva probatur idem aſſumptum: Nàm omnis cognitio conducens ad rectè, & fructuosè operandum, continetur ſub gratia excitante; ſiquidem ex vi talis conducentiæ habet movere, & allicere animum ad opera ſalutaria. Sed huiuſmodi eſt apprehenſio ſupernaturalis: ergò. Prob. min. 1. Cognitio iuvans, & diſponens intellectum ad cognitionem iudicativam regulantem immediatè conſenſum ſupernaturalē, conducit poſitivè ſaltim mediatè ad huiuſmodi conſenſum; ſed apprehenſio ſupernaturalis diſponit intellectum ad cognitionem iudicativam ſupernaturalem immediatè regulantem conſenſum ſalutarem, cùm ex rectitudine apprehenſionum rectitudo iudicij dependeat: ergò. Secundò: Nàm ex apprehenſione ſupernaturali bonitatis, vel diſconvenientiæ obiecti, provenit affectus ſupernaturalis circa ipſum, ſaltim indeliberatus, amoris, vel fugæ; ſicuti in ordine naturali ad apprehenſionem ſubitam, per quam proponitur nobis aliquod obiectum, ut conveniens, vel diſconveniens, ſtatim conſurgit affectus fugæ, vel amoris, qui dicitur motus 1. primus, ut experiētia docet. Sed huiuſmodi affectus indeliberati movent, vel inclinant voluntatem ad conſenſum liberum, & ſalutarem: ergò talis apprehenſio ſupernaturalis ſaltim remotè, ſive mediatè diſponit, & iuvat ad conſenſum ſalutarem: quod ſufficiens eſt, ut ſub gratia excitanti comprehendatur, iuxta illud Div. Anſelmi num. 3. relatum: *Cùm omnia ſubiaceant divinæ diſpoſitioni &c.*

21 Sed argues 1. Gratia excitans debet eſſe perfectior actu libero, ad quem excitat; cùm ſe habeat ut cauſa reſpectu illius; ſed apprehenſio ſupernaturalis, cum ſit imperfecta intra ordinem cognitionis, non eſt huiuſmodi: ergò. Reſp. neg. mai. ut conſtat in actu fidei, quiquidèm & eſt actus ſupernaturalis iudicativus, & immediatè regulat, & dirigit actum charitatis, quin propter hoc ſit illo perfectior; ut alibi tuentur frequenter Theologi cum Angel. Præcept. Quòd ſi rationem huiuſmodi dicti, & ſolutionem ſcire deſideras, audi Div. Thom. hac 1. 2. q. 66. art. 6. ad 3. dicentem: *Cauſa perficiens eſt potior ſuo effectu; non autem cauſa diſponens; ſic autem fides generat ſpem, & ſpes charitatem ſecundùm quòd una diſponit ad alteram.* Per quod manifeſtè occurritur probationi, cui argumentum innititur.

Primum argum.

Reſp.

22 Argues 2. Repugnat apprehenſio ſupernaturalis: ergò concluſio noſtra eſt de ſubiecto non ſupponente. Añs. prob. Repugnat cognitio ſupernaturalis, quæ non ſit vera. Sed in apprehenſione nulla datur veritas, cum hæc iuxta D. Th. 1. p. q. 16. ar. 2. tantum ſit in intellectu componente, aut dividente: ergò. Reſp. negand. añs. Ad eius probat. Reſp. Veritatem formalem propriè ſumptam ſolum in cognitione iudicativa reperiri; attamen conformitas in repræſentando rem pro ut eſt in ſe, reperiri poteſt etiam in cognitione apprehenſiva, vi cuius, etſi non ſit propriè vera veritate formali; eſt tamen cauſalitèr vera, & formaliter conformis cum re, quàm apprehendit. Ex quibus conſtat ad rationem apprehenſionis ſupernaturalis, proùt differt à naturali, ſufficere eſſe neceſſariò conformem cum obiecto apprehenſo ſupern. eſtò non ſit vera veritate formali.

Secundùm.

Solutio.

23 Obijcies 3. Si apprehenſio ſupernaturalis eſſet gratia interna præveniens, & excitans voluntatem; etiam repræſentatio obiecti ſupernaturalis, proveniens ab illius ſpecie eſſet huiuſmodi; conſequens eſt falſum; cum talis repræſentatio ſub gratia excitante externa contineatur: ergò. Sequela prob. Ideò primum eſt verum, quia apprehenſio ſupernaturalis eſt nobis intrinſeca, & aliundè conducens ad actus ſalutares; ſed hoc ipſo convenit ſpeciei repræſentanti obiectum ſupernaturale: ergò. Reſp. P. Aranda tom. Scholæ ſcientiæ mediæ diſp. 51. num. 158. repræſentationem ſpeciei eſſe purè naturalem; proindèque non ob-

Tertium.

Reſp. 1.

obtinere rationem gratiæ ſtrictè ſumptæ. Sed ſi dictus A. per ly *naturalem* excludat omnem elevationem ſpeciei principiantis cognitionem ſupernaturalem, falſum pronunciat, ut alibi probatur à noſtris Thomiſtis. Unde hac ſolutione omiſſa Reſp. Speciem ſe habere ex parte obiecti, ut virtutem proximam illius, & non ponentem in numero cum ipſo in eſſe intelligibili: quapropter, & ſi rationem gratiæ obtineat, continetur ſub gratia externa excitanti: quemadmodum & ipſa obiecta ſupernaturalia ſub illa continentur. In præſenti autem loquimur de gratia interna; non ſolum quia intrinſecè afficit hominem, ſed quia ſe tenet ex parte potentię, ſcilicèt intellectus, vel voluntatis, eorum infirmitatem, & debilitatem in cognoſcendo, & amando, roborans, & perficiens.

Aliter Reſp.

24 Obijcies 4. Pelagius non agnovit, nec unquam conceſsit veram gratiam excitantem, ut conſtat ex Concil. Trid. ſeſſ. 6. canon. 1. damnante ipſum, eo quod dixerit: *Hominem poſſe ſalvari bonis operibus factis viribus naturæ, & per legis doctrinam abſque Ieſu-Chriſti gratia.* Atqui conceſsit cognitionem ſuadentem voluntatem ad bonum, & illuminantem intellectum de agendis, ut conſtat ex D. Aug. lib. de Grat. Chriſt. c. 10. ergò talis cognitio, & illuminatio non eſt gratia excitans. Reſp. negand. mai. Pro quo videantur PP. Salm. tom. 5. dub. 4. §. 1. M. Lemos tom. 4. lib. 4. tract. 7. cap. 13. à num. 204. & ex profeſsò tom. 1. tract. 1. à cap. 9. M. Gonet tract. de Gratia diſp. 2. ar. 2. & alij quamplurimi ex Thomiſtis. Quinimò iuxta plures admiſsit etiam gratiam ſufficientem; quo non obſtante reijcitur ab Eccleſia, & D. Aug. tanquam hæreticus; eo quod non admiſsit ulteriorem gratiam, per quam Deus faciat, & operetur in nobis velle, & perficere; ſive, ut explicat P. Auguſt. lib. de Gratia Chriſti cap. 47. *Tantum conceſsit gratiam adiuvantem poſsibilitatem, ſive per quam poſſumus benè velle, & benè operari; non vero gratiam adiuvantem velle, & operari, hoc eſt, facientem, ut velimus; & operemur.*

Quartò.

Solutio.

Sic Mag Manſo t. 2. q. à n. 4.

Sed pro uberiori intelligentia concluſionis advertendum, ſub ratione gratiæ excitantis (de qua in præſenti) tantùm comprehendi cognitiones de ſe poſitivè conducentes ad conſenſum ſalutarem; non verò eas, quæ hac conducentia poſitiva carent, etſi aliàs ſint neceſſariò requiſitæ. Quapropter cognitio retrahens ab actu virtutis adimpletivo præcepti, & ſimilitèr tentationes de ſe inclinantes ad malum; non debent numerari inter dona gratiæ excitantis; licèt talis cognitio retrahēs requiratur neceſſario pro libertate conſenſus ſalutaris. Hinc colliges, iudicia, & apprehenſiones purè ſpeculativas boni (ſi fortè dantur reclamantibus aliquibus Thom. Tract. de Voluntate) non comprehendi ſub gratia excitanti (de qua in præſenti) eſtò ſint ordinis ſupernaturalis. Ratio eſt: Quia huiuſmodi actus nec mediatè, nec immediatè diſponunt, & influunt poſitivè in actum ſalutarem. Quòd ſi ratio cognitionis practicæ communitèr attribuitur actui imperij; hoc tenet verum de cognitione practicè practica, non verò abſolutè practica; ſub hac enim comprehenditur omnis cognitio dirigens, & alliciens voluntatem ad conſenſum. De quo Doct. Rios Tract. de iudicio indifferenti diſp. 1. ſubdub. unic. à num. 43. Vide D. Thom. in 3. diſt. 14. ar. 4. ad 2. ubi diſtinctionem inter cognitionem practicam, & practicè practicam, deſcriptam invenies.

25 Advertēdum circa dicta.

Secundò.

Cuidam inſtantiæ fit ſatis.

§. V.

STATUITUR QUARTA CONCLUSIO.

Gratia excitans ad voluntatem ſpectans non unicum, ſed plures actus voluntatis comprehendit.

26 EST communis inter Theolog. & prob. ex Div. Auguſt. lib. de peccat. merit. cap. 17. dicente: *Quòd autem appareat, quod latebat, & ſuave ſiat, quod non delectabat, gratiæ Dei eſt, qua hominum adiuvat voluntates.*

Prob. ex M.P.

tates. Et lib. 1. ad Simplicianum quæst. 2. *Cùm ergò ea nos delectant, quibus proficiamus ad Deum, inspiratur hoc, & præbetur gratia Dei.* Sed fusiùs tradit nostram conclusionem S. Prosper. lib. contra Collatorem cap. 14. ubi explicans illud Ioann. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui traxerit me, traxerit eum*, hæc habet: *Si ergò nemo venit, nisi attractus, omnes quocumque modo veniant, attrahuntur. Trahit igitur ad Deum contemplatio elementorum. Trahit timor, trahit lætitia, trahit desiderium, trahit delectatio lectionis. Quis prospicere, aut enarrare potest, per quos affectus visitatio Dei animum ducat humanum, ut quæ fugiebat, sequatur, quæ oderat, diligat, quæ fastidiebat, esuriat?* Ex quibus constat sub gratia excitante, per quam Deus movet corda hominum ad consentiendum liberè fidei, vel ad peccatorum pœnitentiam, & conversionem in ipsum, contineri varias species affectuum voluntatis, videlicèt, delectationem bonorum spiritualium, lætitiam, & desiderium ingrediendi in atria Domini, timorem pœnarum, amorem virtutis, & odium peccatorum. Unde S. Cirillus Alexandrin. cap. 18. super Isaiam explicans modum, quo Deus attrahit peccatores, ait: *Alios terroribus pœnarum, alios pollicitationibus præmiorum in rectam semitam revocat.* Videatur Chrisost. serm. 2. in Pentecost. His omnibus accedit authoritas D. Thom. super Evangelium Ioannis cap. 6. litt. G.* Multiplicitèr trahit: *Pater homines ad filium, scilicèt blanditijs alliciendo, admirabili delectatione, & amore veritatis &c.*

Ex Div. Prospero.

Ex S. Cirillo.

Ex Ang. Mag.

27 Ratio à priori.

Ratio à priori est: Omnis affectus supernaturalis positivè iuvans voluntatem, eamque præparans, & inclinans ad consensum salutarem, est gratia excitans affectionis; sed omnis affectus supernaturalis timoris pœnarum, amoris beatitudinis, delectationis bonorum spiritualium &c. est huiusmodi: ergò gratia affectionis excitans voluntatem &c. Prob. min. Omnis affectus simplex, & indeliberatus, positivè conducit, & disponit voluntatem ad consensum absolutum, & deliberatum. Quod suadetur, tùm à paritate apprehensionis respectivè ad iudicium: Nàm sic se habet in voluntate affectus simplex, & indeliberatus in ordine ad consensum absolutum, & liberum, sicuti se habet in intellectu apprehensio in ordine ad formationem iudicij; sed apprehensio disponit positivè intellectum ad formationem iudicij: ergò similitèr dicendum de amore inefficaci, & subita complacentia obiecti in ordine ad intentionem, & amorem efficacem illius. Tùm etiam, quia cum voluntas sit agens procedens de potentia ad actum, priùs prorumpit in actus imperfectos, quam perfectos; cumque gratia multotiès se accomodet modo connaturali operàdi creaturarum, ideò regulariter loquendo peccatores non statim in actū perfectum amoris, vel pœnitentiæ prorumpunt, sed paulatim disponuntur per actum simplicem, & imperfectum doloris, timoris pœnarum &c. ut satis efficacitèr insinuat D. Thom. 1. 2. q. 113. ar. 10. Quia igitur huiusmodi affectus sunt dona Dei, & aliundè inclinant voluntatem ad actus salutares, & insupèr præveniunt nostram libertatem, ideò comprehenduntur sub gratia excitanti, quæ vocatur gratia affectionis; sicuti & actus, quibus à Deo illustratur intellectus, dici solet gratia illuminationis.

28 Advertendum 1.

Advertendum tamen 1. huiusmodi gratiam excitantem consistentem in actibus voluntatis, posse habere duplicem modum tendendi; vel quia tales affectus feruntur immediatè, estò inefficacitèr, supra actus liberos; vel quia feruntur immediatè in eadem obiecta, in quæ tendit consensus absolutus, & efficax. Ratio est: Nàm cum voluntas possit amare, quidquid ab intellectu ipsi proponitur, ut bonum; si intellectus ob suam utilitatem proponat directè convenientiam in ipso actu libero, & absoluto; in illum tendet voluntas, quasi reflexè: si vero tantum exercitè proponat conveniētiam actus liberi, & signatè bonitatem obiecti, tùnc voluntas immediatè per

affec-

affectus indeliberatos tendet in ipsum obiectum. Cæterùm utroque modo accipiantur huiusmodi affectus, habent rationem gratiæ excitantis; cum sub qualibet illorum tendentia adiuvent, & inclinent voluntatem ad consensum absolutum, & deliberatum, sicuti per apprehensionem directam obiecti disponitur intellectus ad formandum iudicium perfectum de illo, & per simplicem amorem bonitatis finis disponitur voluntas ad desiderium, & intentionem illius; qua de causa amor strictè dictus vocatur à D. Thom. hac 1. 2. q. 21. ar. 2. *Radix, & origo omnium affectuum.*

29 Secundo. Advertendum 2. pro clariori intelligentia conclusionis. Inter actus supernaturales voluntatis, quos Deus causat in nobis, & sua gratia inspirat, quosdam esse liberos, utpotè elicitos cum indifferentia iudicij ex parte intellectus; quosdam esse deliberatos, provenientes ex consilio supponenti pro priori intentionem finis, quæ est radix deliberationis. Alios vero esse omninò indeliberatos, sive omni libertate carentes; eo quod proveniunt ex subita cogitatione intellectus nullam indifferentiam bonitatis, vel disconvenientiæ in eorum eiicientia proponentis; uti contingit in motibus 1. primis ex subita apprehensione in appetitu sensitivo contingentibus. Inter hos autem alij sunt conditionati, alij absoluti, & si inefficaces, & per modum simplicis complacentiæ. Unde sicuti inter actus liberos (etsi velis etiam deliberatos) unus præcedit alterum, ut causa, & dispositio illius, sicuti actus fidei præcedit actum spei, actus charitatis actum contritionis, amor beatitudinis timorem amissionis illius; ita actus indeliberati supernaturales sunt quędam initia, & dispositiones, quibus Deus præparat voluntatem ad actus liberos supernaturales: qua de causa verificatur gratiam excitantem, quæ dicitur gratia affectionis, & iuxta plures, gratia inspirationis, *esse multiformem*, ut affirmat S. Petrus epist. 1. cap. 4. & Proverb. 7. dicitur: *Spiritum Dei esse multiplicem*, multiplicitate, inquam, desumpta ex diversitate affectuum, & donorum, quibus homines movet, & excitat ad consequutionem vitæ æternæ, & perfectam in Deum conversionem.

§. VI.

Argumento aliqualitèr difficili occurritur.

30 Argum. OBijcies. De ratione gratiæ excitantis est coexistere cum consensu libero, ad quem excitat voluntatem; sed affectus indeliberatus voluntatis nequit coexistere cum consensu libero: ergò talis affectus nequit &c. Mai. in primis prob. 1. Quia de ratione causæ est coexistentia cum suo effectu, vel saltim quod talis coexistentia ipsi non repugnet. Sed gratia excitans se habet, ut causa consensus liberi: ergò. 2. Nàm iuxta Concil. Trid. sess. 6. can. 4. liberum arbitrium cooperatur assentiendo Deo excitanti, atque vocanti; sed cooperari Deo excitanti est consensum liberum, per quem cooperatur, existere cum gratia excitante: ergò.

31 Deindè prob. min. Repugnat voluntatem in eodem instanti esse necessitatem ad operandum, & simùl indifferentem ad operandum; cum necessitas, & indifferentia opponantur contrariè; proindèque sunt incomponibiles in eodem instanti, etiam pro diverso signo. Sed affectus indeliberatus egreditur à voluntate, ut necessitata ad operandum, consensus vero liber procedit ab ipsa, ut indifferenti ad operandum: ergò. Urgetur hoc. Repugnat voluntatem in eodem instanti esse impotentem ommittere prosequtionem alicuius boni, & simul potentem ommittere tale bonum; cum potentia, & impotentia sint privativè oppositа. Sed voluntas indeliberatè tendens in obiectum est impotens illud non prosequi, &, ut deliberatè tendens in ipsum, est potens illud non prosequi: ergò repugnat voluntatem in instanti, pro quo liberè tendit in bonum, simùl tendere in ipsum per affectum necessarium.

Urgetur.

31 In huius argumenti solutione discriminantur Thomistæ. Illustris. Godoy tom. 1. in 1. p. disp. 18. §. 2. num. 36. convictus probationibus supra adductis, negat affectui indeliberato rationem gratiæ physicè influentis, & physicè auxiliantis. Oppositum verò, quòad coexistentiam, tuetur Mag. Boliv. dub. 5. de Grat. Christi §. ult. à num. 68. Existimat enim subitam cogitationem intellectus posse coexistere cum advertentia rationis pro posteriori; proindèque & affectus voluntatis ab his cogitationibus procedentes. Pro hoc difidio domestico meam qualemcumque mentem brevitèr apperiam. Undè dico 1. *Non repugnare cogitationem subitam coexistere, cum iudicio indifferenti, sive elicito cum advertentia rationis.* Ratio est. Nàm non repugnat apprehensionem disponentem intellectum ad rectè iudicandum coexistère cum tali iudicio; cùm nulla gaudeat incõponibilitate inter se: & aliàs pro tali coexistentia adsit munus dispositionis perficientis, & reddentis intellectum expeditum ad formationem iudicij; sed sic se habet subita cogitatio respectivè ad perfectam considerationem obiecti: ergò non repugnat &c.

Discriminantur Thomist. in solut.

Resp. duplic. concluſ. 1.

32 Dico 2. *Non requiritur necessariò talis coexistentia subitæ cogitationis cum cognitione perfecta, & indifferenti.* Ratio est: Quia talis subita cogitatio, sicuti & apprehensio, solùm disponunt propriè intellectum ad rectè, & advertentèr iudicandum; sed ad hoc non est necessaria coexistentia, ut constat in dispositionibus physicis prævijs ad formam substantialem, cum qua non coexistunt, & in actibus remissis disponentibus voluntatem ad actus intensos, & in alijs exemplis: ergò. Dico 3. *Satis verò simile est multotiès coexistere affectum indeliberatum cum affectu libero circa idem obiectum.* Ratio est: Nàm experientia (ni fallor) docet voluntatem liberè amplectentem bonum honestum multotiès habere simul aliquam renitentiam ad oppositum; quæ quidèm coexistentia multò difficilior apparet, quàm coexistentia affectus liberi, & deliberati circa idem bonum. His suppositis supereſt solvere argumentum, ad quod Resp. distinguendo mai. De ratione gratiæ excitantis per modum principij elicientis consensum liberum, conced. mai. Purè disponentis, & initiantis consensum liberum, neg. mai. & omissa min. dist. conseq. eodem modo. Infra enim probabimus, præter cognitionem, & affectionem indeliberatam, dari in voluntate carente habitu supernaturali, auxilium fluidum eam intrinsecè elevans ad elicientiam consensus liberi, de quo quidèm auxilio probabimus etiam obtinere rationem gratiæ primò, sivè causalitèr excitantis; quamvis excitare formaliter, & in actu secundo solùm conveniat actibus intellectus, & voluntatis.

Secunda.

Solutio.

33 Sed quia argumentum contendit, non solùm affectum indeliberatum non exigere coexistentiam cum consensu libero; sed etiam repugnare talem coexistentiam, cuius oppositum supra probatum relinquimus. Resp. alitèr negando min. Ad eius probationem distinguendo mai. Repugnat voluntatem esse necessitatam absolutè, conced. mai. Esse necessitatam respectivè, & secundum quid, neg. maior. Et cum eadem minor. distinct. neg. conseq. Voluntas, ut præventa cognitione subita, est secundum quid necessitata ad operandum, hoc est, necessitate, quæ non convenit ipsi, absolutè, & omnibus, quæ occurrunt pro priori, attentis, sed solum, ut accipitur restrictè per ordinem ad subitam cogitationem. Unde asserere eandem voluntatem, ut præventam altera cognitione; esse indifferentem, non opponuntur inter se; cum non conveniant voluntati secundum idem, sed secundum diversa. Et quidem non minùs opponuntur libertas, & carentia libertatis, quàm necessitas, & libertas; & tamen absque aliqua oppositione verificatur voluntatem, ut præventam cognitione naturali pro aliquo signo non esse liberam ad actum supernaturalem; & esse liberam, ut præventam cognitione supernaturali coexistente cum illa in

Resp. ad urgent.

eo-

eodem instanti, quamvis pro signo subsequenti.

34 Illatio ex dictis, & prob. 1.

Ex dictis inferes: Ad actus honestos naturales, præsertim arduos, ut regulariter elicitos, præcedere etiam actus, tùm intellectus, tùm voluntatis excitantes ad eorum elicientiam. Ratio est 1. Quia omne agens procedens de potentia ad actum prius procedit in actum imperfectum, quàm perfectum: quod suadet experientia in intellectu prius apprehendenti, quàm iudicanti, & perprius confusè, quàm cum distinctione, & claritate obiecta perspicienti: ergò nequit intellectus noster elicere cognitionem iudicativam, & discretivam regulantem affectum honestum voluntatis, quin perprius, præcedat in illo apprehensio, vel iudicium imperfectum, suadens elicientiam talis actus: similiterque nequit voluntas in affectum liberum honestum prorumpere, quin perprius sit aliqualiter affecta, & inclinata, esto inefficaciter, circa illius honestatem.

35 Secundò.

Secundò: Quia liberum arbitrium mansit post peccatum originale viribus attenuatum, & inclinatum, ut docet Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 1. Quæ quidem attenuatio iuxta Doctrinam Div. Thom. hac 1. 2. quæst. 85. ar. 3. proverit, ex quo intellectus fuit vulneratus vulnere ignorantiæ, præcipuè in agendis, & voluntas vulnere malitiæ ratione propensionis in malum. Cùm ergò agens debile, & infirmum, nequeat motus perfectos elicere, nisi perprius eius virtus sanetur aliqualiter, roboretur, & fortificetnr; oportet præcedere in nostro intellectu ad iudicium regulativum practicum actus virtuosi, apprehensiones practicas, per quas eius ignorantia expellatur; & in voluntate præcedere affectiones indeliberatas circa bonum honestum; ut sic roborata, & affecta, efficaciter, & absolutè amplectatur tale bonum. Huiusmodi autem actus excitantes, sicuti & actus, ad quem excitant, sunt naturales. An vero sint propriè gratia distincta à beneficio creationis; sive, An sint gratia specialis intra ordinem naturæ? De hoc egimus tract. de Necessitate gratiæ. *Et hæc de hoc dub. applicand. Litt. Mag. in 2. dist. 26.*

(o)

DU-

DUBIUM II.

AN PRÆTER ACTVS INTELlectus, & voluntatis detur gratia actualis interna, á qua effectivè proveniant?

§. I.

ALIQVA NOTANTVR:

N.1 STabilito in dubio præcedenti sub gratia actuali excitanti prævenienti comprehendi sanctas cogitationes, & pias affectiones, restat discutiendum: àn præter huiusmodi operationes detur gratia actualis auxilians intrinsecè afficiens intellectum, & voluntatem ad illorum elicientiam? Inter auxilia gratiæ distincta ab actibus intellectus, & voluntatis, duo genera excogitari possunt: Aliud eorum, quæ spectant ad auxilia sufficientia excitantia, & prævenientia voluntatem; quorum proprium est constituere, tum intellectum, tum voluntatem in actu primo ad illustrationes, & affectiones supernaturales indeliberatas efficiendas; præcipuè in absentia habituum supernaturalium; vel etiam in præsentia illorum, quoties actus supernaturales intensionem habituum supernaturalium excedunt. Aliud genus est auxiliorum, quæ pertinent ad efficaciam gratiæ, quorum proprium munus est determinare, & applicare voluntatem in actu primo, & sufficienti constitutam pro priori ad consensum: quare meritò physicæ prædeterminationes, & premotiones à Thomist. dicuntur. Præsens igitur dubiũ solùm procedit de auxilijs gratiæ in 1. sensu, & non in 2. acceptis; de his enim est specialis, & gravissima controversia.

Sensus dubij.

2 Prima conditio gratiæ auxiliantis primo modo acceptæ est infundi à solo Deo, sicuti & ab ipso solo infunduntur habitus supernaturales perficientes intellectum, & voluntatem. Secunda conditio est illustrare intellectum, & inclinare voluntatem, non quidèm modo intentionali per actualem tendentiam in obiectum, sed modo tantùm physico dando virtutem, & sufficientiam intellectui, ut actum supernaturalem eliciat; & voluntati, ut piam affectionem supernaturalem producat. Tertia conditio est, quòd huiusmodi auxilia suaptè natura sint fluida, & non permanentia, sicut habitus supernaturales, eò quòd solùm durant, quandiù durant actus, ad quorum elicientiam unicè destinantur. Hinc ortum duxit discrimen, etsi leve, inter Thomistas necessitatem huiusmodi gratiæ auxiliantis concedentes; ex quibus alij affirmant esse realem qualitatem; alij verò non qualitatem, sed tantùm motionem virtuosam. De quo aliquid in progressu dubij sequent. attingemus.

Munera gratiæ excitantis iuxta Thomist.

His animadversis duplex extremè opposita versatur sententia. Prima negat præter actus intellectus, & voluntatis dari ullam gratiam actualem internam suaptè natura transeuntem eorum motuum activam. Ita P. Henriquez, P. Suarez lib. 3. de auxil. cap. 4. & 18. Curiel. 1. 2. q. 111. dub. 1. §. 6. cui sententiæ adhærent frequentèr AA. Societ. tuentes omnem gratiam actualem auxilian-

3 *Sententiæ*

liantem consistere adæquatè in actibus intellectus, & voluntatis, quos citat Ripald. tom. 2. disp. 104. Secunda affirmativa, quam tuentur M. Alvarez disp 74. Mag. Lemos tom. 4. lib. 4. tract. 7. à cap. 3. Zumel tom. de auxil. disp. 1. corrigēs alibi scripta. Albelda 1. p. disp. 58. sect. 3. concl. 3. Ledesma de auxil. a. 5. conclus. 1. ubi quàm sine gravi fundamento pro oppositā sententia citetur à Ripalda, legenti constabit. Cabrera 3. p. quæst. 62. art. 1. disp. 9. & disp. 16. & alij plures, quos referunt PP. Salmant. tom. 5. tract. 14. quæst. 111. disp. 5. dub. 2: Eidem sententiæ adhærent Pennotus, P. Salas tom. 1. in 1. 2. quæst. 3. tract. 2. disp. 3. num. 70. Cardinal. de Lugo disp. 9. de fide sect. 3. num. 54. & P. Alderete tom. 2. de Incarnat. disp. 50. sec. 3. num. 15. Valencia 1. 2. disp. 8. quæst. 3. pun. 3. §. 2. & alij. Ut autem maiori claritate procedamus.

§. II.

STATUITUR PRIMA CONCLUSIO.

Sancta cogitatio subita, & pia affectio voluntatis non fiunt à solo Deo.

4 PAter Vega lib. 6. in Trid. cap. 8. adhærens sententiæ neganti dari gratiam actualem intrinsecam prævenientem sanctam cogitationem intellectus, & affectionem indeliberatam voluntatis, movetur, ex quo huiusmodi actus non producuntur effectivè ab intellectu, & voluntate, sed unicè à solo Deo; cumque ratio potissima, qua communiter probant Thomistæ necessitatē talis gratiæ, innitatur in eo, quod potentia naturalis nequit efficere actum supernaturalem, nisi gaudeat pro priori actualitate, & virtute supernaturali; nedùm opponitur conclusioni Thomistarum, verum etiam principio, cui innituntur. Quapropter ut radicitus procedamus, illius sententia 1. impugnanda venit; pro qua etiam referuntur Marsil. in 2. dist. 23. art. 3. Dionisius in 2. dist. 27. quæst. unica. Capreol. in 2. dist. 25. art. 3. quæst. 1. Licèt oppositum postmodùm docuerit in 4. dist. 40. quæst. 4. art. 3. ubi statuit intellectum non posse intelligere per intellectionem à se activè non procedentem. Ratio communis, & quæ efficacissima reputatur ferè ab omnibus Thomist. est.

Primus modus dicendi.

5 Nàm licet actus vitalis de potentia absoluta possit à solo Deo produci, ut aliqui opinantur, non tamen connaturaliter loquendo, & attenta eorum naturali exigentia. Atqui sancta cogitatio, & affectio indeliberata sunt actus vitales: ergò de facto, & in præsenti providentia non producuntur effectivè à solo Deo. Min. est certa, & mai. prob. De ratione actus vitalis est procedere à principio intrinseco activè influenti; cùm vivere sit se movere, hoc est, esse simùl movens, & motum; movens quidem, quatenùs activè influit in operationem, motum vero quatenùs recipit illam: ergò de ratione actus vitalis &c. Idem argumentum fit pro sancta affectione desumptū ex illius volutarietate; siquidèm negari nequit voluntatem per affectionem, & delectationem, estò indeliberatā, volūtariè, & spontaneè fieri in obiectum, ad quod afficitur, & de quo delectatur. Atqui de ratione voluntarij, est procedere à principio intrinseco cum cognitione finis: ergò huiusmodi affectio non solū à Deo in voluntate producitur, verumetiam ab illa activè procedit. Videantur Theol. tract. de Beatitudin. hac ratione probantes illam consistere in actu elicito à beatis; & insuper probantes ex eodem principio tract. de scientia animæ Christi eius intellectum non potuisse intelligere per intellectionem increatam. Prædicta enim fundamenta efficacissima sunt inspiciendo naturas rerum, & sine recursu ad miracula.

Prob. 1. conclusio Videatur M. Zum. ub. sup. & fol. 47.

De quo S. D. sup. q. 18.

6 Deindè potest probari conclusio ex Trident. sess. 6. Can. 4. *damnante eos, qui dixerint hominem merè passivè se habere, & veluti inanimè quoddam nihil agere ad actus liberos, quibus ad iustificationem disponitur.* Ex quibus constat, Concilium pro eodem reputare hominem se habere me-

Prob. ex authoritate

merè passivè respectu alicuius actus, ac se habere, ut aliquid inanime, sive res inanimata; tùnc sic. Atqui nequit affirmari intellectum, dum vocatur à Deo per cognitionem, aut illustrationem supernaturalem, similiterque; voluntatem varijs affectibus à Deo excitatam ad liberum consensu, se habere, ut rem inanimatã, & mortuam: ergò non passivè, sed activè concurrunt ad prædictos actus.

7 Primum argum.

Confirm.

Obijc. 1. ex Conc. Arausic. 20. dicente: *Multa bona fiunt in homine, quæ non facit homo*; quorum nomine communiter intelliguntTheol. illustrationes, & affectiones supernaturales, quibusDeus vocat homines ad idem, & ad pœnitentiam: ergò huiusmodi actus fiunt à solo Deo. Confir. hoc ex D. Aug. lib. de Grat. & lib. arb. c. 17. dicente: *Ut velimus bonum, sine nobis operatur*; & exD. Bernard. lib. de Grat. & lib. arb. fol. 919. col. 1. ubi sic ait: *Deus operatur in nobis sine nobis cogitare*: quæ loquutiones etiã apud alios PP. passim referuntur: ergò prima cogitatio, & affectio, seu volitio supernaturalis, unicè procedunt effectivè à Deo.

Solutio.

Resp. neg. in prædict. verbis Conc. intelligere illustrationes, & affectiones supernaturales supra recensitas; sed dona gratiæ per modum habitus, scil. gratiam sanctificantem, virtutes infusas, & dona Spiritus S. quæ Deus operatur in nobis sine nobis efficientibus, licet non sine nobis consentientibus; in quo sensu explicat D. Th. hac 1. 2. q. 55. a. 4. definitionem virtutis infusæ traditam à Div. Aug. scil. *Bona qualitas mentis, qua rectè vivitur, & quam Deus in nobis, sine nobis operatur.*

Alia solut.

Quod si in prædicto testim. Concil. non tantùm dona habitualia gratiæ; sed etiam gratiam excitantem intelligat; dicimus nomine huius accipere gratiam, quæ sit 1. *excitans*, sive 1. auxilium simpliciter intra ordinem gratiæ; de quo libenter concedimus à solo Deo effectivè produci. Unde plures Thom. ex dicta authoritate probant ante omnem actũ intellectus, & voluntatis præcedere auxilium intrinsecum à solo Deo infusum. Ad Auth. M. P. Resp. D. Th. infr. q. 111. a. 2. ly *sine nobis* exponere de voluntate non se movente applicativè ad velle, non tamen sine voluntate se movente elicitivè. Præterquamquod huiusmodi *velle* (de quo loquitur D. Aug.) non est velle subitum, & prorsus indeliberatũ; sed velle liberum imperans operationem illius, quod quis liberè vult. * De consensu autem libero nequit affirmari fieri à solo Deo; cum oppositum sit definitum à Conc. Trid. ubi sup. Ad testim. D. Bernard. dicatur ly *sine nobis* intelligi *sine nobis liberè concurrentibus*, non tamen sine nobis purè physicè efficientibus. Nàm postea subdit *velle autem operatur nobiscum.* Unde cum in his ultimis verbis exprimat concursum liberum nostræ voluntatis, ita in prioribus solum efficientiam liberam excludit. Nota D. Bernard. dicere etiam ibi *nos nihil facere, dum cogitamus.* Sed exponi debet iuxta superiùs dicta. Vide D. Thom. 1. 2. q. 74. a. 3. ad 3. Et ad Rom. 7. lect. 3. ubi exponit; quid sit hominem non plura operari, ut hominem.

* Sic S. D. ibi.

8 Secunda.

Confir. 1.

Secunda.

Doct. negatur.

Obijcies 2. Quod non est in potestate hominis, non procedit effectivè ab illo; sed sancta cogitatio indeliberata non est in potestate hominis iuxta D. Aug. lib. de Spirit. & litt. cap. 34. ergò. Confirm. Auxilia gratiæ per modum habitus fiunt à solo Deo: ergò etiam auxilia in actibus consistentia. Conseq. patet. Tùm à paritate. Tùm etiam, quia iuxta sententiam Thomistarum auxilia, quæ sunt talia per modum habitus, sunt qualitates vitales: ergò si illorum vitalitati non opponitur produci effectivè à solo Deo, idem asserendum de auxilijs in actibus intellectus, & voluntatis consistentibus. 2. Si illustratio, & affectio supernaturalis essent effectivè ab homine, sequeretur ipsum activè producere auxilia gratiæ; proindèque; non solum Deum, sed etiam hominem se ipsum auxiliari ad salutariter operandum. Consequens est absurdum, & contra illud Psalm. 120. *Unde veniet auxilium mihi? Auxilium meum à Deo*: ergò.

9 Solutio.

Resp. distinguendo maior: Quod non est in potestate, tàm physica, quàm morali, & electiva, conçed. maior. In potestate morali, aut elec-

electiva præcisè, neg. maior. Et cum eadem minor. distinct. neg. conseq. Quando enim dicit D. August. neminem in sua potestate habere quid ei veniat in mentem, nomine potestatis intelligit facultatem liberam, & electivam, eo quod iuxta phrasim illius *illud est in nostra potestate, quod cum volumus, facimus; & cum nolumus, non facimus. *Quam loquutionem didicit ab Apostol. 1. ad Corinth. cap. 6. in illis verbis: *Potestatem habens suæ voluntatis, non necessitatem.* Cum quo rectè componitur sanctam cogitationem, & similitèr affectionem indeliberatam, intra activitatem physicam intellectus, & voluntatis contineri sufficienti modo ad eorum productionem. Ad 1. confirm. concess. anteced. neg. conseq. Disparitas desumitur 1. ex eo, quod auxilia per modum habitus sunt proprietates gratiæ habitualis, quæ à solo Deo infunditur. 2. Nàm talia auxilia sunt vitalia per modum principij, seu actus primi; cogitatio vero, & affectio sunt vitales per modum actus secundi; ad quod necessario requiritur procedere activè ab intrinseco viventis. Quod discrimen manifestè apparet in anima infusa corpori, & in visione corporali: ex quibus, etsi utraque sit vitalis, una est à principio extrinseco; altera vero, scilicèt visio, procedit à principio intrinseco: & hoc propter diversitatem in ratione vitæ; anima enim est vita corporis per modum actus primi; visio vero per modum actus secundi. Ad 2. responsum est supra dub. antec. num. 18.

Ad 1. cõfirm.

Ad 2.

§. III.

STATUITUS SECUNDA CONCLUS.

Sancta cogitatio, & affectio indeliberata, quibus Deus excitat hominem ad salutarem consensum, non producuntur effectivè ab intellectu, & voluntate per solam elevationem, extrinsecam Dei.

10

Sententiç

ITa communitèr Thomistæ contra P. Suarez lib. 3. de auxil. cap. 4. Curiel in 1. 2. quæst. 111. dub. 1. & dub. 2. §. 6. Ripalda tom. 2. disp. 104. Aranda tom. 1. lib. 10. disp. 51. à num. 91. Oviedo, & quamplures Authores Societat. negantes auxilium intrinsecum elevans intellectum, vel voluntatem ad elicientiam horum actuum: Nàm cum nequeant produci ex solis viribus naturæ, utpotè entitativè supernaturales; coacti sunt recurrere ad auxilium extrinsecum divinæ omnipotentiæ per assistentiam purè extrinsecam elevantis, & roborantis vires naturæ. Advertendum tamen conclusionem procedere specialitèr de actibus supernaturalibus elicitis ab homine carenti, tùm habitu fidei, tùm habitu spei &c. uti contingit, quando vocatur ad fidem: Nàm aliqui ex Auth. Societat. tuentur, quod si in homine supponantur habitus supernaturales fidei, spei &c. tùnc actus gratiæ excitantis producuntur medijs prædictis habitibus elevantibus potentias. Ita P. Ripalda tom. 2. disput. 122. Aranda tom. 1. lib. 13. section. 1. & alij, quos suppresso nomine refert Oviedo tract. 7. de Grat. punct. 10. num. 95.

11

Prima ratio est, qua probant Thom. tùm tract. de Vision. tùm tract. de Charit, tùm etiam tract. de Sacram. omnipotentiam, ut extrinsecè assistentem, & absque infusione alicuius principij, aut virtutis supernaturalis, non posse elevare intellectum, voluntatem, aliamvè causam etiam instrumentalem ad productionem operationis supernaturalis: quæ talis est. Implicat causam activè influere in operationem, quam in se non continet formalitèr, aut virtualitèr; cum unumquodque agat, in quantum est in actu, & iuxta modum sui actus, *cum enim potentia activa sequatur actũ, quãtitas potentiæ sequitur quantitatem actus. Unũquodque enim tantum abundat in virtute agendi, quantũ est in actu,* sic S. D. q. 1. de Pot. a. 2. Idem 1. p. q. 25. a. 3. ut prob. infinitatẽ pot. Dei. Sed causa in se carens omni principio supernaturali nõ continet actu formaliter, aut virtualitèr operationem super-

Prob. 1. ratione.

na-

naturalem;cum in se,&quòad sibi intrinseca,sit adæquatè entitativè naturalis:ergò implicat potentiam, aut causam entitativè naturalem, absque infusione alicuius principij, vel virtutis supernaturalis, producere &c. Huius rationis efficacia magis appareret in actibus vitalibus, qui quales petunt egredi à principio intrinseco viventi:ergò actus vitales supernaturales petunt egredi à principio intrinseco viventi vita supernaturali. Sed per solam assistentiam extrinsecam divinę omnipotentię intellectus,& voluntas,non denominātur viventes vita supernaturali: ergò ex vi talis assistentiæ &c. Sed ne quæstio à propria sede extrahatur, ommittimus ulteriorem probationem,& impugnationem solutionum, quæ prædictæ rationi communitèr exhibentur.

12 2.Ratio est.Nàm omisso posse intellectum(& idem de voluntate) medio auxilio extrinseco producere operationem supernaturalem inspecta absoluta potētiaDei,non tamen connaturalitèr,& attentis naturis rerum. Nàm omnis actus 2.per se loquendo supponit actum 1.eiusdēordinis cum ipso.Ita D.Th.hac 1.2.q.114.a.2.pet hæc verba: *Hoc enim est ex institutione divinæ providentiæ, ut nihil agat ultra suam speciem,& ideò oportet,quod actus non excedat proportionem principij actus,à quo procedit.* Sed intellectus, vel voluntas in elicientia actuum,quibus excitatur àDeo ad actus salutares,nō operatur miraculosè,nec Deus sic excitando utitur sua potentia absoluta: ergò huiusmodi actus non fiunt prę-cisè per assistentiam extrinsecā divinæ omnipotentię.Confir.ex eodem S.D.2.2.q.171.a.2.ubi probat cognitionem propheticam elici ab intellectu illustraro lumine supernaturali ipsi per modū impressionis transeuntis inhærenti,sequenti discursu: *Omnis manifestatio debet proportionari lumini,per quod fit, sicut effectus proportionatur suæ causæ.* * *Sed manifestatio per cognitionem propheticam excedit rationem naturalē intellectus: ergò ad cognitonem propheticam requiritur quoddā lumen intellectuale excedens lumen naturale rationis.* Quo testim. nihil clarius,aut efficacius ad probandū connaturalitèr loquendo, & iuxta præsentem providentiam,nullam cognitionem,& illustrationem supernaturalem(&idem de affectione supernaturali voluntatis) elici ab intellectu, nisi perprius illustretur,& elevetur à Deo medio aliquo lumine,vel auxilio supernaturali.Quod urg.potest à paritate causarum naturalium. Non est conveniens;quodDeus minùs provideat his,quos dirigit ad supernaturale bonum habēdum, quam creaturis, quas dirigit ad bonum naturale habēdum. Sed creaturis naturalibus sic providet,ut connaturalitèr loquēdo, non eliciant operationes excedentes proportionem,&activitatem suarum formarum:ergò inconvenientèr asseritur Deum elevare intellectum, & voluntatem ad operationes excedentes proportionem intrinsecam, tàm naturalem,quàm supernaturalem ipsorum.Dicta sufficiant in probationem.

Prob. 2.

Confirm.

* Nota ly effectus, & ly causæ.

Urget.

13 Arg.1.contr. 2.rat.prob.Elicientia actus supernaturalis modo connaturali ab intellectu v. g. si probat elevationem medio principio intrinseco supernaturali,probat illam fieri medio habitu supernaturali; conseq. non admittitur à Thom.ergò talis ratio &c.Prob.mai.Actus supernaturales non eliciuntur connaturalitèr,nisi à potentia elevata per habitum:Nàm operari connaturalitèr, est operari conformitèr ad naturam, quæ de se dicit rationem principij permanentis;vel saltim est operationem fieri à potentia existenti in statu perfecto, & connaturali. Sed potentia nequit intra ordinem supernaturalem habere statum connaturalem, & perfectum,nisi per habitus supernaturales, per quos permanentèr, & perfectè inclinatur ad similes actus: ergò. Resp.Aliud esse actum supernaturalem elici omni modo connaturali; aliud vero elici absolutè connaturalitèr.1.nō salvatur sine habitu propter prob.arg.* 2.vero salvatur in absentia habitus cum præsentia principij supernaturalis transeuntèr communicati: Nàm talis causalitas solum exigit actum egredi à potentia, & ab actu 1. eiusdem ordinis, & positivè

Arg. 1.

* Hoc est: promptè, & delectabiliter.

proportionato cum ipso. Attamen, quòd actus supernaturalis eliciatur à potentia quòad sibi intrinseca adæquatè naturali, & in ordine longè inferiori ad actum, quem activè producit, destruit omnem modum connaturalitatis, estque miraculosus modus operandi, qui sine causa ponitur in hac regulari providentia, per quã Deus frequentèr vocat excitando peccatores ad pœnitentiam, & dilectionem, & infideles ad fidem.

Arg. 2. Si actus supernaturalis connaturalitèr exigeret elevationem per auxilium intrinsecum, elevatio per auxilium extrinsecum esset contra exigentiam alicuius. Sed hoc est falsum: ergò. Pr. min. In primis non est contra exigentiam potentiæ elicientis actum; cum potentia nullam electionem exigere queat. Deindè non est contra exigentiam actus; quod sic prob. Quod non tollit actum esse vitalem, aut supernaturalem, non est contra exigentiam actus; cuius essentia est esse actum vitalem supernaturalem. Sed elevatio per auxilium extrinsecum (si admittitur possibilis) non tollit vitalitatem, aut supernaturalitatem actus, ut est certum: ergo. Confirm. Semèl admissa posibili elevatione per auxilium extrinsecum, concedi debet actus ex specie sua exigens ab illo procedere, ut constat in actu sic procedente, & reflexè repræsentanti modum procedendi per elevationem extrinsecam: ergò actus supernaturalis nequit ex conceptu generico exigere elevationem per auxilium intrinsecum. Pr. Conseq. Nulla species potest exigere ex conceptu differentiali oppositum eius, quòd petit positivè ex conceptu generico: ergò si &c.

14 Arg. 2 ex Aranda lib. 12. disp. 61. n. 192.

Confirm.

15 Resp. Elevationem per auxilium extrinsecum esse contra exigentiam potentiæ, & contra exigentiam actus supernaturalis. Est contra exigentiam potentiæ, non quidem absolutè sumptæ, sed ut potentis proximè influere in actum supernaturalem; ad modum quo intellectus, quamvis absolutè non exigat lumen glorię, aut unionem essentiæ divinę per modum speciei intelligibilis; ut tamen potens proximè videre Deum, utrumque exigit, & utrumque includit. Deindè (ne sit æquivocatio in voce) exigentia duplicitèr accipi potest; vel proùt est idem, ac appetitus, & inclinatio; vel proùt est idem, ac indigentia, sive requisitum ad aliquem finem. Si accipiatur exigentia in 1. sensu, nulla potentia exigit principium intrinsecum supernaturale; secùs tamen si in 2. sensu accipiatur: quia omnis potentia vitalis *petit*, hoc est, *requirit*, continere secundum sibi intrinseca actum ab illa effectivè procedentem. Ex quibus constat ad 1. probat. min. Est etiam contra exigentiam actus supernaturalis, qui iuxta naturam suam petit procedere à principio contẽtọ intra eundem ordinem; cum sit reductio actus 1. ad actum 2. ita ut id, quòd ipse habet exercitè, & per modum ultimæ actualitatis, habeat potentia, à qua procedit, signatè, & per modum actus 1. quòd ab omnipotentia extrinsecè assistenti præstari nequit: cum ex vi illius potentia maneat intrinsecè immutata, & improportionata. Nec obstat, quòd in casu elevationis extrinsecæ, actus est vitalis, & supernaturalis. Nàm ultra hoc ad connaturalitatem in sui elicientia requiritur procedere à principio sibi secundùm virtutem proportionato, & intra eundem ordinem constituto.

Solutio.

16 Ad confirm. neg. ans. si prædicti AA. observent conseq. doctrin. Ratio est 1. Nàm ipsi probant posibilitatẽ elevationis per auxilium extrinsecum ex D. Th. 1. p. q. 105. a. 2. dicenti: *Erroneum esse, asserere Deum non posse se solo producere eosdem effectus, quos media causa secunda produsit.* Si eosdem, & quos media causa secunda producit; quomodo specie diversos, & quos repugnat media causa secunda producere? 2. Nàm si admittitur actus ex specie sua exigens procedere ab auxilio extrinseco; à fortiori, & eadem ratione, debet admitti actus ex specie sua exigens procedere ab auxilio intrinseco, ut fatetur, & probat Doct. Marin tom. de Vision. disp. 5. sect. 8. num. 146. Nùnc interrogo; quomodo verificatur propositio Div. Thomæ supra relata, & cui maximè innititur opinio de elevatione extrinseca;

Ad confirm.

si

si sunt possibiles plures affectus à creatura procedentes, quos Deus se solo nequit producere? 3. Nàm ijdem Authores probant possibilitatem elevationis purè extrinsecę, quia Deus eminentèr cõtinet omnem activitatem, & influxum creaturæ: si ergò datur actus ex specie sua procedens ab auxilio extrinseco, & actus procedens ex specie sua ab auxilio intrinseco; fatendum erit, aut Deum non continere eminentèr virtutem alicuius causæ creatæ; aut talem continentiam inefficacitèr suadere elevationem purè extrinsecam, quàm contendunt.

17 Remissiò pro aliorum solutione.

Contra eandem conclus. objici possunt plura argumenta probantia possibilitatem elevationis per auxilium extrinsecum; quæ quidem pronùnc omittimus. 1. Quia ea exactissimè solvuntur à nostris Thom. locis, & tract. supr. citat. 2. Quia estò talis elevatio inspecta absoluta potentia Dei sit possibilis, non tamen attento ordine connaturali rerum, quē Deus servat in præsenti providentia, iuxta quam omnia suavitèr, hoc est, iuxta modum uniuscuiusque disponit. Quapropter causa sicuti intra ordinem naturæ Deus non movet causas naturales, nisi ad operationes proportionatas cum earum intrinseca activitate, & virtute; ita intra ordinem gratiæ non concurrit simultaneè, nec applicat suam omnipotentiam, nisi ad actus supernaturales, qui continentur intrinsecè intra spheram activitatis potentiarum ex vi alicuius virtutis, aut auxilij supernaturalis.*

* S.D. quæs. 109. a. 5.

§. IV.

TERTIA CONCLUSIO.

Ex quo gratia excitans apud Concil. & PP. significetur his vocibus, illuminatio, inspiratio, pulsatio, & tactus cordis, non probatur illam adæquatè consistere in actibus intellectus, & voluntatis.

18 Ant. prob notandũ.

PEr hanc conclus. evertitur præcipuum fundamentum sententiæ Adversi. ut in ipsis videre est, præsertim in Ripalda disp. 104. Pro quo notandum est ex D. Th. supra, & q. 12. de Ver. a. 1. & 2. 2. q. 171. a. 2. Lumen propheticum esse aliquid supernaturale intrinsecè inhærens menti Prophetæ, realitèrque præcedens, & influens in cognitionem propheticam. Quod sic probat idem Ang. M. *Cum omne, quod manifestatur, sub quodam lumine manifestetur iuxta Apostol. ad Ephes. 5. oportet ut ea, quæ supra communem cognitionem homini manifestantur, manifestentur quoddam altiori lumine, quod dicitur lumen propheticum; per cuius receptionem aliquis Propheta constituitur.* Post quæ subdit: *Huiusmodi lumen non est habitus, sed aliquid transeuntèr, & per modum passionis communicatum, sicuti lumen Solis recipitur in aere.* Eandem doctrinam tradit hac 1. 2. q. 109. a. 1. dicens: *Intellectus ad cognoscenda ea, quæ naturalem rationem excedunt, indiget nova illustratione superaddita illustrationi naturali, & virtute gratuita, sicut lumine fidei, vel prophetiæ, quod dicitur lumen gratiæ, in quantum est naturæ superadditum.* Videatur 1. ad Cor. cap. 14. lect. 1. ubi ait: *Est igitur prophetia visio, seu manifestatio futurorum contingentium, seu intellectum humanum excedentium. Ad huiusmodi visionem exigitur 1. quòd in imaginatione formentur similitudines corporales eorum, quæ ostenduntur. Exigitur 2. lumen intellectuale illuminans intellectum ad cognoscenda ea, quæ supra naturalem cognitionem ostenduntur.*

19 Rario prob.

Hoc prænotato; sic brevitèr, sed efficacissimè probo conclusionem. Donum prophetiæ iuxta PP. & Sacram Scripturam significatur his nominibus, *inspiratio, locutio, tactus, & illustratio mentis Prophetæ*, ut videre est in Div. Thom. quæst. de Veritat. citata sic donum propheticum ex doctrina Cassiodori definiente: *Divina rerum inspiratio immobili veritate eventus enuntians.* Cõstatque ex Div. Petro Epist. 2. cap. 1. asserente: *Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati locuti sunt Sancti Dei homines.* Unde & Iob cap. 32. dicitur: *Inspiratio*

Omnipotentis dat intelligentiam. Idem, & eadem certitudine constat prophetiam sæpissimè explicari his nominibus : *Illuminatio*, *tactus*, *& revelatio Dei*, ut cuique Sacram Paginam evolventi manifestum fiet. Atqui his loquutionibus non obstantibus, donum propheticum consistit per se 1. non in cognitione, sed in lumine intrinsecè elevante mentem Prophetæ, & per modum principij realitèr influentis in illam, ut ex superiùs dictis probatum relinquimus: ergò ex quo prima gratia interna, sive gratia excitans, significetur his nominibus, *inspiratio*, *illuminatio &c.*

20 Urget. hæc ratio ex doctrina S. D. ibidem reddentis rationem loquutionum, quibus Scriptura,& PP. explicant donum prophetiæ per hæc verba : *Sed quia lumen propheticum non manet in mente, nisi quando actualitèr divinitus inspiratur ; inde est, quod Sancti de prophetia loquentes, loquuntur de ea per modum passionis dicentes: eam esse inspirationem, vel tactum quendam*, quo Spiritus Sanctus dicitur tangere cor Prophetæ, & alijs huiusmodi verbis de prophetia loquuntur: * ergo ex quo gratia 1. prœveniès per *illuminationem*, Spiritus Sancti, & eius inspirationem, communitèr explicetur à SS. PP. non probatur illam adæquatè in actibus intellectus, & voluntatis, sed solum prædictam gratiam consistere in quadam virtute supernaturali elevante intellectum, & voluntatem, non quidem permanentèr, sed per modum passionis transeuntis communicatæ; nec ampliùs duranti, quàm durent actus, ad quos excitat.

Urget. 1.

21 Urg. 2. Quia gratia excitans appellatur à PP. & Concil. *inspiratio*, probant Adversi. illam non in aliquo dono intrinseco elevante intellectum, aut voluntatem per modum principij consistere, sed in ipso actu intellectus, vel voluntatis. Sed hæc ratio est inefficax : ergò. Min. præter superiùs dicta, prob. ex D. Th. 2. 2. q. 171. a. 1. ad 4. ubi affirmat in prophetia distingui *elevationem mentis ad percipienda divina, & ipsam actualem perceptionem divinorum. Elevatio mentis fit à Spiritu S. movente; & quantum ad hoc ad prophetiam requiritur inspiratio : postquam autem mens elevata est ad superna, percipit divina* (nota ly *postquam*) *in qua perficitur prophetia.* Quo testimonio expressè affirmat S. D. Spiritum Sanctum eatenùs movere mentem Prophetæ, ipsique inspirare, quatenùs infundit ei lumen aliquod supernaturale, per quod sit potens percipere divina ; ipsam vero actualem perceptionem in actu cognitionis consistentem, appellat ibi auditionem subsequutam per modum actus subsequuti ad lumen Prophetæ menti infusum. Hanc mirabilem doctrinam probat ibi ex illo Ezechielis 2. *Fili hominis sta super pedes tuos.* Ecce, inquit D. Thom. elevationem mentis Prophetæ ! Et iterùm : *Postquam autem ingressus est in me spiritus, audivi.* Ecce perceptionem,& cognitionem divinorum subsequutã ad elevationem per lumen! ergò inspiratio non est unicè actus vitalis, quo homo actù percipit, aut afficitur ad divina, sed infusio virtutis gratuitæ elevantis mentem, & eam reddendo vigorosam cum spiritu, & activitate ad cognitionem, vel affectionem supernaturalem.

Secundo.

22 Urg. 3. Etsi donum prophetiæ significetur his nominibus *visio*,& *illuminatio* ; imò etiam si definiatur per nomen significans actum ; non probatur eam in actu consistere ; vel *quia hoc nomen visio quandoque significat actum, quandoque habitum*;* vel *quia habitus, & virtutes sæpè definiuntur per actus* ; sic contingit in fide, quæ à D. Augustino definitur *per actum credendi* ; & similitèr iustitia *per voluntatem reddendi unicuique quod suum est*: & insuper charitas *per motum animi ad fruendum Deo.* Ita advertit S. D. hic q. 55. a. 1. & q. 12. de Verit. a. 1. ad 10. & 11. ergò ex quo gratia prima interna, & per quam Deus excitat liberum arbitrium, significetur nominibus denotantibus actum vitalem, imò etiam si definiatur per illum, non probatur efficacitèr, eam consistere adæquatè in actibus animæ, & non in aliquo prævio intrinseco elevanti ipsam ad talium actuum efficientiam.

Tertio.

* Sic S. D. q. 12. de Verit. ar. 1. ad 11. & in 2. d. 28. a. 2.

§. V.

Solvuntur argumenta ex Concil. & PP. loquutionibus desumpta.

23 OBijciunt 1. Gratia excitans iuxta Concil. Trid. sess. 6. cap. 5. *est illuminatio Spiritus Sancti*, per quam Deus tangit cor hominis; sed illuminatio tangens cor hominis consistit in actuali cognitione: ergo &c. Prob. min. Cor non tangitur à Deo, nisi voluntati hominis aliquid actu proponatur, & ostendatur prosequendum, vel fugiendum. Sed huiusmodi propositio, & ostensio fit media actuali cognitione: ergo. Confirm. 1. Gratia excitans est idem, ac vocatio interna, ut asserit Trid. sup. relatum. Sed vocatio interna consistit adæquatè in actuali cognitione, & affectione: ergò gratia excitans &c. Min. prob. 1. Vocatio interior est loquutio interna, per quam Deus loquitur ad cor. Sed talis loquutio consistit in actuali cognitione iuxta D. Greg. lib. 2. Moral. dicentem: *Deum loqui ad Angelos eo ipso, quod eis occulta sua, visibilia ostendit*: ergò. 2. Vocatio interna est propria adultorum, eisque datur, ut quasi à somno evigilent, & Deum attendant; sed quidquid præcedit actualem cognitionem non est proprium adultorum, sed commune etiam parvulis: ergò vocatio intrinseca &c.

Aug. 1.

Confir. 1.

24 Confirm. 2. Gratia excitans iuxta SS. PP. est gratia, per quam Deus trahit homines ad se Ioan. sed huiusmodi gratia explicatur à SS. PP. per actus intellectus, & voluntatis: ergò gratia excitans &c. Prob. min. Ex D. Aug. & D. Prosp. alijsque SS. PP. & D. Th. relatis sup. dub. 1. num. 26. asserentibus Deum trahere homines ad se *contemplatione, amore veritatis, & beatitudinis, delectatione iustitiæ, voluptate, lætitia, timore, & his similibus.* Sed hæc omnia expresè, & directè, significant actus intellectus, & voluntatis: ergò. Hæc omnia roborantur ex Concil. Milev. cap. 3. exprimente gratiam Dei, qua nos provenit, per hoc, quod est scire, *quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus.* Sed hæc expresè significant actus intellectus, & voluntatis: ergò in his actibus adæquatè consistit gratia Dei præveniens, per quam primo ad se homines vocat.

Secundò.

Concessa mai. neg. min. Cuius falsitas constat in dono prophetico, quod à PP. appellatur *illuminatio, visio, & apparitio*; Cùm tamen iuxta expressam doctrinam Div. Thom. supra adductam, non in actuali cognitione, sed in quoddam lumine transeuntèr communicato per modum virtutis, consistat. Constat etiam ex ipso Ang. Præcept. hic quæst. 109. art. 1. appellanti lumen fidei, & prophetię, illustrationē supernaturalem gratuitò per modum virtutis à Deo infusam. Constat insuper in lumine gloriæ de factò præcedenti per modum principij visionem Dei. Inquiro enim pro priori ad visionem est intellectus illuminatus, vel non? Si primum: ergò ante actualem cognitione datur illuminatio in intellectu. Si secundum: ergò stat lumen illustrans intellectum absque illuminatione; quod videtur absurdum. Ratio horum est: Nàm illuminatio ex terminis est productio, aut positio luminis: ergò dùm Deus producit in nobis lumen internum, nos illuminat. Cumque ratio luminis conveniat, tùm cognitioni, tùm principio ipsius, ut constat in habitu fidei, & habitu scientifico intellectualitèr illustranti nostrum intellectum; inde fit argumentum suadens gratiam primò prævenientem consistere adæquatè in actuali cognitione, ex eo, quod à Concil. & PP. appellatur illuminatio, esse ineficax.

25 Solutio.

Quapropter claritatis gratia oportet distinguere duplicem illuminationem nobis internam (Nàm illuminatio sumpta pro actione Dei infusiva luminis est nobis externa, utpotè actio immanens iuxta sententiam D. Th.) unam scil. causalem, & per modum actus primi; alteram formalem, completam, & per modum actus secundi. Quam distinctionem admittere debent Adversar. nisi negent

26 Explicat. solutio.

intellectumilluminari per lumen gloriæ, per lumen fidei, & per habitus scientificos. Prima illuminatio Spiritus Sancti salvatur in collatione auxilij elevantis intrinsecè intellectum per modum principij ad elevationem supernæ contemplationis, & sanctæ cogitationis; quamvis secundus modus illuminationis in prædicta cogitatione consistat. * Quando igitur Concil. Trident. Arausican. & alia, describunt gratiam Dei prævenientem per *illuminationem Spiritus S.* accipiunt illuminationem in utroque sensu. Ita ut gratia simpliciter 1. præveniens consensum liberum consistat in auxilio fluido illustranti intellectum per modum principij; gratia autem 2. præveniēs consistat in sancta cogitatione; ut sic gratia præveniens completè, & integralitèr sumpta, ex auxilio, & actuali sancta cogitatione coalescat. Per quod constat ad mai. prob. Siquidem per lumen propheticum etiam tangit Deus mentem Prophetæ, imò, & à SS. PP. prophetia, *tactus mentis definitur*, quin tamen ex hoc liceat inferre prophetię lumen in actu cognitionis consistere: quapropter per auxilium præcedens sanctam cogitationem tangit Deus cor hominis contactu causali, & per modum actus 1. formalitèr vero, & per modum actus 2. per ipsam sanctam cogitationem, ut provenientem à Deo.

* S. D. q. 109. a. 1. ad 2. Ipsum lumen naturale inditum est illustratio Dei qua illustramur ad cognoscendum &c.

Ad 1. confirm. neg. min. Vocatio enim, & pulsatio quoad 1. sui esse unicè fiunt à vocante, & pulsante; actus autem intellectus, & voluntatis effectivè producuntur ab intellectu, & voluntate; quapropter si gratia primò excitans in vocatione, & pulsatione consistit, non in actibus vitalibus, sed potiùs in aliquo prævio à solo Deo provenienti debet cōsistere, ut satis efficacitèr arguunt Mag. Lemos, Alvarez, & Zumèl. Ad 1. min. prob. Resp. Loquutionem Dei internam nobis præcedere actualem cognitionem à nobis elicitam. 1. Nàm cum priùs sit Deum nobis loqui, quàm quòd nos audiamus Deum loquentem; nequit Deus denominari loquens nobis per id, quo denominamur audientes Deum. Atqui per actualem cognitionem, & perceptionem divinorum denominantur Deum audientes: ergò loquutio interna Dei ad nos fit per aliquid prævium ad ipsam cognitionem. Quæ omnia complectitur David Propheta Psalm. 84. dicens: *Audiam, quid loquatur in me Dominus Deus.* 2. Nàm ita expressè docetur à D. Thom. q. 12. de Verit. ar. 1. ad 4. ubi distinguit * hoc quod est Deum loqui ad Prophetam, & hoc quòd est Prophetam audire, & percipere Dei loquutionem; asseritque secundum consistere in ipsa prophetica cognitione, per quam percipit divina; primum vero fieri per infusionem luminis elevantis mentem illius ad talem cognitionem. * Nec obstat authoritas Divi Gregorij. Nàm *ostendere Deum suà occulta* potest intelligi, vel de ostensione causalitèr, & per modum actus primi; vel de ostensione formali, & per modum actus 2. Loquutio Dei prima simpliciter talis salvatur in ostensione accepta in primo sensu. Unde illa propositio, sive dictio, *ex eo quòd* facit sensum à posteriori, quasi diceret: *Ex hoc colligimus Deum nobis loqui, quatenùs occulta suæ sapientiæ nobis manifestat.*

27

Ad 1. cōf.

Ad alias prob.

Ad 2. eiusdem min. probat. Resp. gratiam primo excitantem, & primo prævenientem, estò realitèr præcedat prioritate *à quo* sanctam cogitationem, & piam affectionem; connecti tamen necessario cum elicientia horum actuum; unde nunquam existit, quin intellectus saltim indeliberatè cognoscat, & voluntas piè afficiatur affectione indeliberata. Hinc constat prædictam gratiam esse propriam Adultis; nàm licet id, quòd præcedit, nullamque connexionem habet cum motibus vitalibus intellectus, & voluntatis, possit esse commune parvulis; secùs tamen si modo supra dicto connectitur. Quòd roborari potest exemplo luminis prophetici præcedentis per modum virtutis actualem cognitionem; quin propter hoc parvulis non utentibus usu rationis possit, connaturalitèr loquendo, communicari.

28

Sed

29 Sed dices immediatè : si gratia consistit in auxilio præcedenti realiter actualem cognitionem : ergò in illo priori intelligitur homo excitatus à Deo. Sed hoc repugnat: ergò. Prob. min. Repugnat hominem intelligi excitatum à Deo ad consensum liberum in illo signo, & in illo priori, pro quo intelligitur, quasi dormiens; esse enim aliquem dormientem, & esse iam excitatum à somno, sunt inter se incomponibilia. Sed homo in signo priori ad cognitionem actualem est, iuxta Philos. in 2. de Anima, quasi dormiens : ergò. Resp. Resp. Instando hanc replicam in infusione luminis prophetici inquirendo, An in tali signo mens Prophetæ sit evigilans, vel quasi dormiens? Si primum, ut debet dici: ergò ante signum actualis cognitionis stat intellectum evigilare, & excitari à tenebris ignorantiæ. Si secundum: ergò stat mentem Prophetæ esse intellectualiter illustratam, & simùl quasi somno ignorantiæ dormientem : quod est inconveniens ab arguente deductum. Unde dicendum pro omnibus : in illo signo hominem esse excitatum causaliter, & excitatione per modũ actus 1. connexa tamen cum excitatione formali, & per modum actus 2. pro signo sequẽti. Quapropter cum proprietate non verificatur pro tali signo *hominem esse dormientem*, ad hoc enim requiritur præcedentia ad omnem cognitionem absque connexione cum illa pro signo sequenti, & in hoc sensu exponendus est Philos. in textu superiùs adducto.

Si instes.

30 Ad 2. confirm. Resp. 1. Quòd sicùt habitus, & virtutes sæpissimè definiuntur, & explicantur per actus, tanquàm per id, per quod nobis illorum essentia clariùs innotescit; quin ex hoc liceat inferre, in prædictis actibus eorum essentia consistere, ut manifestè docet Div. Th. sup. num. 22. relatus, & exemplas ibidem à nobis adducta id ipsum apertè convincunt; argumentum probans gratiam 1. excitantem, & primò prævenientem unicè in actibus intellectus, & voluntatis consistere, ex quo SS. PP. de illa loquentes per actus supradictos explicent, & describant, est argumentum inefficax, nisi aliquid ei superaddatur. Pro quo adest instantia manifesta in lumine prophetico, quod communiter à PP. explicatur per illuminationem, apparitionem, & visionem eventuum futurorum. Resp. 2. Falsum esse semper explicari à SS. PP. gratiam excitantem, & primò prævenientem unicè per actus intellectus, & voluntatis; cùm sæpè fateantur, huiusmodi actus provenire ex gratia Dei, per quam gratuitò nos vocat. Ex quo clarè deducitur eos, etsi ad gratiam Dei pertineant, non tamen obtinere tationem primæ gratiæ nobis à Deo infusæ. De quo infrà num. 48.

Ad 2. cõfirm.

Alia solutio.

31 Objicies 2. Gratia excitans consistit in motione purè intentionali, qua Deus movet creaturam rationalem. Sed quidquid præcedit cognitionem per modum principij, est motio physica (idem dicendum de principio præcedenti affectionem voluntatis) : ergò gratia excitans &c. Prob. mai. Gratia excitans consistit in motione proportionata creaturæ rationali. Sed hæc tantùm est intentionalis; cùm motio physica sit communis rebus inanimatis : ergò. Urgetur: Si per auxilium antecedens cognitionem homo diceretur vocatus à Deo, sive excitatus ad consensum salutarem, id ipsum verificaretur per infusionem habitus dantis posse ad actum supernaturalem. Sed hoc nequit concedi, ut constat in homine dormiente, & ornato habitibus supernaturalibus : ergò. Denique. Gratia excitans, & vocatio interna cadit sub experientia; sed auxilium præcedens actus intellectus, & voluntatis, nequit esse huiusmodi: ergò.

Arg. 2. ex P. Arand.

Urgetur.

Ultimò.

32 Resp. Mai. esse falsam in sententia arguentis, qui cum pluribus suæ Scholæ tuetur gratiam excitantem, nedùm moraliter, sed etiam influxu effectivè physico causare cõsensum liberum, & salutarem; siquidèm physicè effectivè influere, non est purè intentionaliter, sed physicè movere. Rursùs : Nàm cognitio, & similiter affectio voluntatis, denominant intellectum, & voluntatem viven-

Solutio.

ventes in actu 2. vita non purè intentionali, sed physica, & reali, estò non physica in sensu phylosophico, hoc est, vita sensibili, & corporali: quod potiùs elevat, quam deprimit perfectionem vitæ. Unde si per ly *purè intentionalis* intelligat motionem de linea cognoscitiva, aut affectiva Resp. Auxilium præveniens actus intellectus, & voluntatis esse in tali linea per modum principij, qualitèr ad illam spectant intellectus, & voluntas. Nec huiusmodi motio, etsi præcedat motus intellectus, & voluntatis, est communis rebus inanimatis; cùm sit intentionalis per modum actus 1. & cuius proprium munus est elevare intrinsecè potentias spirituales animæ ad actus cognitionis, & amoris. Ulteriùs apparet inefficacia argumenti in specie intelligibili, cuius motio, etsi actum cognitionis præcedat, non propter hoc est communis rebus inanimatis.

33 Ad urgent. neg. sequel. Nàm etsi habitus det posse ad actum salutarem, non tamen ex se connectitur cum illo, nec cum cognitione suadente, & alliciente voluntatem ad illius elicientiam. Auxilium verò fluidum elevans intellectum ad sanctam cogitationem: similitèrque axilium elevans voluntatem ad sanctam affectionem, connectitur cum tali actu. Qua proptèr ex vi illius verificatur Deum excitare, & vocare hominem, etsi non excitatione formali, benè tamen causali, & per modum actus 1. Ad ultim. Resp. disting. mai. Omnis gratia excitans, neg. mai. Aliqua, conc. mai. Et concess. min. neg. conseq. Quæ solutio explic. potest exemplo prophetiæ, quæ quidem si accipiatur pro actuali cognitione cadit sub experientia Prophetæ, propter reflexionem intellectus in cognoscendo; non tamen si accipiatur pro lumine transeuntèr communicato intellectui ad prophetandum.

Ad urg.

Ad ult.

34 Objicies 3. Gratia excitans consistit in illa gratia, sive dono, quod PP. intendebant concedi à Pelagio neganti eius necessitatem ad rectè operandum; sed hæc consistit in actibus supernaturalibus infusis à Deo: ergò. Prob. min. Si Pelagius concessisset hominem non posse rectè operari absque cognitione, & affectione supernaturalibus; absdubiò concessisset gratiam, quam PP. intendebant pro sufficientia virtutis ad actus supernaturales; cum concederet sine Deo internè excitante, atque movente, ad nihil valere liberum arbitrium: ergò. Confirm. Gratia excitans consistit in illo dono, cui homo liberè assentitur, & cui potest dissentire, & resistere, ut expressè affirmat Trid. sess. 6. can. 4. Sed voluntas solum assentitur propriè cognitioni, & affectioni ipsam allicientibus, & invitantibus ad consensum liberum, ut videtur certum, & constat manifestè, dùm homo assentitur, vel resistit consilio, & exhortationi alterius, de quo affirmare posse assentiri, vel dissentiri homini in actu 1. suadenti, & allicienti, est nedùm falsa, sed improprijssima loquutio: ergò gratia excitans &c.

Arg. 3.

Confirm.

35 Hoc argumentum instatur iuxta sententiam P. Vega asserentis gratiam excitantem consistere in actibus supernaturalibus indeliberatis à solo Deo elicitis, & in nobis receptis: de qua supra §. 2. Nàm si Pelagius concessisset hominem non posse salutaritèr operari absque eò, quòd excitaretur à Deo media gratia supernaturali illuminationis, & affectionis, etiamsi à solo Deo produceretur, ut contendit Vega, nulla esset quæstio cum illo de necessitate gratiæ excitantis, & dantis posse ad actus salutares; tùnc enim non diceret, liberum arbitrium solis naturæ viribus, aut sola gratia legis, & docrinæ, hominem posse iustificari coràm Deo: in quo extitit eius error: ergò gratia excitans &c. Undè sicut hic modus arguendi reputari debet inefficax ab Adverss. pro opinione P. Vega, ita à nobis similitèr reputatur pro adverss. opiniòne. Quapropter dicendum, quòd si Pelagius admitteret gratiam excitantem in solis actibus consistentem, evaderet errorem hæreticum, sed incideret in aliud modum dicen nobis prorsùs falsum; scilicèt, actus illos supernaturales elici de factò, & in præsenti providentia, absque principio intrinseco supernatu-

Resp.

ra-

tali elevanti ; & absque eò , quòd essent effectus gratiæ Dei theologicè, & cum proprietate accepta; cùm hæc non Deum ipsum , sed donum creatum nobis intrinsecè inhærens significet , & ut ait Div. Thom. hic quæst. 110. art. 2. significet gratuitum effectum divinæ voluntatis ; siquidem nihil potest esse effectus sui ipsius. Quam solutionem admittere debent Advers. si simile argumentum ipsis opponatur pro opinione P. Vega ; dicunt enim , vel debent dicere , quòd, etsi Pelagius admittendo necessitatem gratiæ excitantis in actibus à solo Deo elicitis consistentis , evitaret suam hæresim ; incideret tamen in aliud absurdum , vel falsitatem ; scilicèt , actus vitales non elici de factò à principijs vitalibus. Undè in forma dist.mai. Et aliàs in alium modum dicendi falsum incurreret, conced. mai. Non incurreret , neg. mai. Solùm ergò convincit argumentum præsentem controversiam esse inter Catholicos laudabile certamen.

Ad confir.Resp.Quòd quemadmodùm actus peccati directè , & immediatè , opponitur actui virtutis; mediatè verò , & indirectè cum ipsa virtute , eò , quòd est inclinatio , & propensio in actum honestum , ut docet Div. Thom. supra quæst. 71. art. 1. Ita similitèr discurrendum de disensu , & resistentia , quam voluntas potest exercere , tum respectu cognitionis allicientis ad bonum, tùm respectu auxilij principiantis talem cognitionem. Licèt enim voluntas dissentiendo solùm directè,& immediatè disentiat , & resistat cognitioni suadenti consensum ; mediatè, & indirectè resistit , & dissentit auxilio ; cùm hoc ex se sit inclinatio , & per se ordinetur , imò & connectatur cum tali cognitione , ut actu proprio ipsius. Idem dicendum de hoc, quod est assentire , aut consentire gratiæ excitanti. Advertendum tamen ; aliud esse voluntatem non consentire , aut diffentire , nisi adsit cognitio suadens honestè operari ; aliud verò solùm consentire,aut dissentire, tali cognitioni; primum concedimus, secundum negamus ; Nàm ad hoc sufficit sanctam cogitationem esse actum proprium auxilij , & iuxta eius nativam inclinationem ; cùm omne id , quod opponitur cum actu proprio , & fine alicuius principij , eidem principio saltim ex consequenti opponatur. Per quod constat ad exemplum adductum in contra : Nàm virtus suasiva unius hominis non ordinatur ex se , nec connectitur cum actuali exhortatione ad bonum.

Objicies 4. iuxta Trident. sess. 14. cap. 4.dupliciter fit aliquod opus in nobis à Spiritu Sancto,vel ut inhabitante corda nostra , vel ut tantùm illa movente. Sed Spiritus Sanctus inhabitat corda nostra per dona, quę eis communicat : ergò dùm tantùm movet corda nostra , operatur sine infusione donorum. Sed illustrationes , & affectiones gratiæ , fiunt à Spiritu Sancto , non ut inhabitante, sed ut movente corda ; cùm solùm per gratiam iustificationis illa inhabitet: ergò fiunt ab ipso absque prævia diffusione alicuius doni creati. Ita P. Aranda lib. 11. n. 11.Confirm. Gratia excitans iuxta Triden. est inspiratio , quam homo abijcere potest, abiectione,inquam,morali in contemptu , aut resistentia consistenti ; & iuxta Concil. Senonen. & SS. PP. est auxilium , per quod Deus ad se ipsum nos trahit. Sed inspiratio de se significat affectionem voluntatis , & insuper Deus non alitèr trahit nos ad se ipsum,quàm per actus intellectus, & voluntatis , ut videre est apud PP. & præcipuè apud Div. Thom. super Evang. Ioann. cap. 6. lect 5. ubi huiusmodi tractionem explicat per actus sæpè recensitos nullam mentionem faciens ulterioris doni: ergò.

Idem argumentum proponit P. Suarez lib. 3. de auxil. cap. 19. ut probet actus liberos supernaturales dilectionis , contritionis &c. in homine carente habitibus supernaturalibus,fieri à SpiritoSancto extrinsecè elevante ; cuius oppositum tuetur P. Aranda , & quamplurimi ex Schola Societ. concedentes illustrationi, & affectioni indeliberatæ voluntatis, influxum physicè effectivum in tales actus. Ex quo constat inefficacia illius

36 Ad cõfir.

37 Arg. 4.

Confirm.

38 Solutio.

lius pro præsenti controversia ; cùm solutio à P. Aranda, & alijs exhibenda pro dependentia actus liberi ab actibus indeliberatis , ut principijs effectivis,tuenda,possit accommodari pro necessitate alicuius doni supernaturalis ad actus indeliberatos eliciendos. Deindè arguens non distinguit inter inhabitationem Spiritus Sancti , & illius motionem. Est enim expressum apud Sacræ Paginæ Expositores , & Div. Thom. ex professò agentē de tali discrimine 1.p. quæst. 43. art. 3. & in 1. dist. 14. quæst. 2. art. 1. Spiritum Sanctum non propriè inhabitare corda nostra, nisi per gratiam , & charitatem ; qua de causa solùm iusti dicuntur Templum, Sedes , & Thronus Spiritus Sancti. Hinc constat : quòd etsi omnis motus supernaturalis liber , aut indeliberatus , fiat medio aliquo auxilio creato; imò etiā si fiat per habitum à Spiritu S. productum,distinctumque, & separatum à gratia , & charitate; minimè infertur illum fieri à Spiritu Sancto propriè inhabitante in cordibus nostris. Patet hæc doctrina in lumine prophetico , vi cuius non dicitur inhabitare Spiritum Sanctum in corde Prophetæ,estò sit auxilium,vel donum creatum præveniens propheticam cognitionem. Undè quando dicitur Spiritum Sanctum inhabitare per dona ab ipso diffusa,nomine horum intelliguntur gratia sanctificans, charitas, & dona Spiritus Sancti,antonomasticè sic vocata ; secùs verò si nomine doni intelligatur , quodcumque auxilium supernaturale omnem nostram operationem præveniens ; quod quidèm dicitur donum, quia gratuitò nobis datum , & à Patre luminum descendens. Videatur Div. Thom. , & illius Commentatores loco ubi supra.

39 Ad confirm.

Sub hac contin. submini-stratio spiritus. De qua P. Augustin. de Gratia Christ. c. 2

Ad confirm. Resp. Hoc nomen *inspiratio* de se significare *productionem motionis* , sive *impulsus*, vel ut notat M. Lemos , *productionem Spiritus roborantis, & præbentis vigorem ad operandum* ; cumque auxilium fluidum à nobis propugnatum his prærogativis gaudeat , cum sit motio virtuosa , & impulsus spiritualis elevans intellectum , & voluntatem ad supernaturalitèr operandum, non est cur tale auxilium non sit inspiratio Spiritus Sancti. Sed nè quæstio fiat de nomine , potest distingui duplex inspiratio ; alia formalis , & in actu secundo ; altera causalis,& per modum actus primi. Ex quibus hæc secunda cōvenit auxilio fluido;quemadmodum sup. distinximus n. 22. & 28 loquendo de illuminatione. Ad quod accedit lumen propheticum appellari etiam , & definiri inspirationem Dei. Unde si iuxta D. Thom. q. 12. de Verit. a. 1. hoc solum denotat prædictum lumen infundi à Deo per modum impressionis transeuntis,ita similitèr auxilium elevans voluntatem ad sanctam affectionem indeliberatam , dicitur inspiratio , quia absque industria hominis per modum transeuntis infunditur ei à Spiritu Sancto. Ad authoritatem Concil. Senonen. Resp. Deum trahere nos ad se ipsum adhuc quoad sufficientiam (nàm quòad efficatiam trahit nos ad se formalitèr , per actus nostros liberos ; causalitèr vero per gratiam prædeterminantem) stare dupliciter, vel primo simpliciter per collationem virtutis ; vel secundo,& etiam per actus indeliberatos à nobis procedentes ; cùm omnis motus vitalis ex natura rei petat produci à principio vivente vita ordinis supernaturalis. Nec obstat huiusmodi tractionem explicari à SS. PP. per motus vitales ; hoc enim provenit, ex quo nobis nō alitèr clarè innotescit auxilium Dei , nisi per actus intellectus , & voluntatis sub experientia cadentes. De mente Div. Thom. infra agemus , ubi ex professò agit de auxilio gratiæ quòad eius quidditatem.

§. VI.

In quo solvuntur aliqua testimonia D. Thom. & nostram sententiam esse de mente illius probatur.

OBijciunt 5. ex D. Thom. hic q. 110. a. 2. dicente : *Dupliciter homo adiuvatur à Deo;uno modo , in quantum anima hominis movetur*

40 Arg. ex D. Thom

tur ad aliquid cognoscendum, volendum, vel agendum: & hoc modo ipse gratuitus effectus non est qualitas, sed quidam motus animæ; actus enim moventis in moto est motus: alio modo in quantùm, aliquod donum habituale à Deo animæ infunditur; & sic donum gratiæ est qualitas. Ergò iuxa Div. Thom. gratia actualis, sive auxilium, per quam homo movetur, & excitatur ad benè agendum, non differt ab actibus vitalibus illius. Confirm. Iuxta ipsũ S.D.q.110.a.1. *Gratia, ut est qualitas, non agit in animam effectivè, sed tantùm formaliter.* Sed si gratia auxilians produceret effectivè actus intellectus, & voluntatis, per quos homo movetur ad rectè operandum; talis gratia ageret in animam effectivè: ergò.

Confirm.

Urgetur ex eodem S. Doct. in 2. dist. 28. quæst. 1. art. 4. ad 2. dicendum: *Quòd homo non potest se ad gratiam præparare sine Dei auxilio; nèc tamen oportet, quòd illud auxilium sit per aliquem habitum infusum, sed potest esse per multa, quæ sunt exterius causa salutis; & etiam per ipsum actum interiorem, quem Deus in nobis causat.* Ubi nullam facit mentionem auxilij intrinseci, & per modum principij inhærentis animæ, sed solùm requiri præter ea, quæ exteriùs condudunt ad consecutionem gratiæ, ipsum actum interiorem. Eandem doctrin. tradit etiam in corpor. art. Deniquè: Nàm quæst. 22. de Veritat. art. 8. sic ait: *Immutat autat Deus voluntatem duplicitèr: uno modo movendo tantùm, quando, scilicet, movet voluntatem ad aliquid volendum sine hoc, quòd aliquam formam imprimat voluntati.* Ergò ut Deus immutet intellectum, & voluntatem ad actus sanctæ cogitationis, & affectionis, non requiritur impressio alicuius formæ, vel qualitatis realitèr ab ipsis distinctæ.

41

Urgetur.

Ultimò.

Sed hæc parvi momenti sunt. 1. Nàm præter illud principium certum in Div. Thom. scilicèt, omnem actum supernaturalem requirere in potentia ipsum eliciente principium intrinsecum supernaturale, ut videre est, tùm 1. part. quæst. 12. art. 5. tùm 2. cont. Gent. c. 51. tùm 1.2.q.62. a.1. tùm 2.2.q.23.a.2. & alijs innumeris locis. Stant plura alia testimonia pro præsentis controversiæ doctrina: Nàm pro elicientia cognitionis supernaturalis ait hic quæst. 109. art. 1. *Ad illius elicientiam indigere hominem lumine superaddito naturæ per modum virtutis gratuitæ.* De quo lumine dixit in 2. dist. 28. quæst. 1. ar. 5. *Esse lumen gratiæ gratis datæ.* Quæ omnia aliquod principium ad actualem cognitionem expresè significant. Secundò: Nàm quæst. 112. art. 2. ait: *Si loquamur de gratia secundùm quòd significat auxilium Dei moventis; sic quæcumque præparatio potest esse in homine ad gratiam, est ex auxilio Dei moventis.* Tùnc sic: Actus indeliberati, utpotè exordium nostræ iustificationis, sunt aliqua dispositio, & præparatio ad illã; sed hæc iuxta Div. Thom. provenit ex auxilio Dei moventis: ergò datur auxilium gratuitum interius movens animam ad actus indeliberatos. Quæ omnia expresè tradidit quæst. 109. a. 6. Tertiò: Nàm iuxta ipsum Angel. Præcep. hic quæst. 110. ar. 2. & q. 111. ar. 1. *Gratia auxilians in communi est gratuitus effectus divinæ voluntatis, per quem mens hominis, & eius voluntas, moventur ad aliquid cognoscendum, volendum, & agendum.* Sed motio moventis præcedit natura, & causalitate motum mobilis, & id, ad quod tanquàm ad terminum movetur ipsum mobile, ut expresè docet Div. Thom. 3. contra Gentes cap. 49. & 4. Methaphysic. textu 23. & est certum apud Philosophos distinguentes realitèr motum à termino illius: ergò.

42

Resp. 1.

Ad 1. Resp. retorquendo illud in Adversarios. Si enim per auxilium gratiæ adiuvatur homo, ut eliciat cognitionem, & velit bonum; ergò tale auxilium non est ipsa cognitio, aut volitio, sed aliquid prævium. Dicere enim cognitionem adiuvare intellectum per modum auxilij ad eliciendam cognitionem, est nedùm falsa, sed (ni fallor) absurda loquutio. Undè 1. propositio D. Th. *Tale auxilium non est qualitas*, communitèr exponitur de qualitate, quę sit talis quòad modum, scilicèt, haben-

43

Ad 1. testim.

ti esse permanens, & completum; cùmque auxilium à nobis defensatum habeat esse transiens, & quasi incompletum, ideò Divus Thomas dixit de illo, non esse qualitatem. Hac enim de causa Philosophus 10. Ethicor. cap. 3. affirmat, *neque fœlicitatem, neque virtutis operationes esse qualitates*; non quia secundùm rem qualitates non sint; sed quia modum qualitatis, scilicèt, modum essendi fixum, & permanentem non habèt; & ideò communitèr passiones appellantur, sicuti esse pallidum ex metu. Quam expositionem admittere tenentur Adversarij: nàm actus indeliberati intellectus, & voluntatis, cùm sint actiones immanentes, spectant necessariò ad prædicamentum qualitatis.

44 Secunda propositio, scilicèt: *Est motus animæ*, potius favet, quàm opponatur nostræ sententiæ, ut rectè probat Magister Lemos; siquidèm actus moventis mobile non elicitur ab ipso mobili; sed sancta cogitatio (idem de affectione voluntatis) elicitur ab intellectu: ergò talis cogitatio non est actus, per quem Deus movet intellectum ad illam. Atqui iuxta Divum Thomam auxilium gratiæ, ita est motus animæ, ut sit actus Dei moventis animam: ergò huiusmodi auxilium non est ipse actus cognitionis. Undè in illis verbis: *Actus moventis in moto est motus*: duo docet Sanct. Doct. Primò; illum non elici à mobili, cùm sit actus moventis. 2. illum recipi in mobili, cùm sit actus moventis, ut passivè existens in moto. Undè esse motum animæ stat dupliciter: Vel animæ ab anima, hoc est, in illa receptus, & ab ipsa proveniens, vel tantùm in anima receptus, ut movens eam ad operandum. Quando ergò affirmat Sanct. Doct. auxilium esse motum animæ, loquitur in secundo sensu; quia videlicèt, per illud adiuvatur, & movetur anima ad cognoscendum, & volendum; quæ omnia significant aliqnid prævium ad actum cognitionis, & amoris.

De hoc pluriès dicetur.

45 Ad confirm. neg. min. Nàm aliud est tale auxilium cum anima, & voluntate, agere effectivè actum amoris; aliud in illam effectivè agere; primum est verum; secundum falsum; cùm influxus effectivus conveniat auxilio per unionem formalem, & intrinsecam cnm voluntate, quam reddit potentem elicere actum supernaturalem; undè, etsi respectivè ad actum se habeat, ut principium effectivum, respectivè ad animam, & voluntatem se habet, ut causa formalis. Quod clarè constat in calore reddente ignem potentem producere calefactionem. Urgentia minimè favet Adversarijs: nàm nomine actus interioris intelligit D. Th. actum absolutè liberum, per quem creatura convertitur ad Deum, & per quem disponitur ad sanctificationem; cùm loquatur de actu, quem petimus à Deo illis verbis Hierem. ult. *Converte nos Domine ad te, & convertemur.* Ad hunc autem actum, etsi Adversarij negent præcedere auxilium distinctum ab actibus indeliberatis; affirmant tamen hos actus præcedere per modum auxilij ad eliclentiam illius: ergò cùm Div. Thom. horum actuum mentionem non faciat, opponitur opinioni Adversariorum. Dicimus ergò, quòd estò ibi non faciat mentionem gratiæ internæ excitantis, eam tamen expressè fecerat distin. 26. quæst. 1. art. 4. ubi ait: *Effectum gratiæ prævenientis esse primum velle voluntatis*; si ergò est effectus gratiæ, nequit gratia præveniens, sub qua continetur gratia excitans, in ipso actu voluntatis consistere.

Ad urg

Ad ultimum (quo movetur Ill. Palanco, ut neget gratiam prædeterminantem consistere in aliquo intrinseco distincto realitèr ab actu libero voluntatis) Resp. Div. Thom. loqui de impressione alicuius formæ, aut qualitatis permanentis, & per modum habitus; non autem de impressione alicuius, quod, vel sit tantum motio, si immutetur voluntas ad actum naturalem; vel sit etiam motio virtuosa, & per modum virtutis dantis sufficientiam, si immutetur voluntas ad actum supernaturalem. Quæ solutio constat ex ipso S. Doct. nàm post verba nobis

46 Ad ulti

ab-

obiecta prosequitur: *Sicut sine appositione habitus facit quandoque, ut homo velit, quod prius non volebat.* En quomodò negat immutationem per impressionem habitus, & formæ permanentis.

47 Ex his omnibus habetur via facillima, nec minus solida, ad enervanda argumenta, tùm authoritati, tùm rationi innitentia, quibus Adversarij contendunt, gratiam primò prævenientem nostrum liberum arbitrium consistere adæquatè in nostris actibus indeliberatis; scilicèt, doctrina in hoc dub. tradita utendo. Si nàmque eorum argumenta sub hac, vel simili forma proponantur,* gratia præveniens excitans iuxta PP. &Conc. collocatur *in illuminatione, vocatione, inspiratione, sancta cogitatione, & delectatione.* Sed hæc ommia sunt motus, sive actus vitalis intellectus, & voluntatis: ergò &c. * Si inquam sub hac forma proponatur, distinguenda est mai. Gratia prævenies collocatur *in illuminatione, inspiratione, delectatione &c.* quæ sint effectus gratiæ, & ex gratia Dei in nobis provenientes, conced. mai. Quæ non sint effectus gratiæ Dei, & ex illa non proveniant, neg. mai. & cum eadem min. distin. vel concessa min. neg. conseq. Rationem huius distinctionis, & doctrinam illius habes in antecedentibus satis fundatum. Vide dicenda sub dub. 5.

Illatio notanda.

Et hæc de hoc dub. applicando
Litteræ Mag.

DUBIUM III.

ET PRÆCEDENTI NECESSARIO ANNEXUM:

AN REPVGNET AVXILIVM SVpernaturale fluidum, á quo effective procedant, tùm actus indeliberati cognitionis, & amoris, tùm etiam actus liberi eiusdem ordinis?

N. 1 ALiqui AA. quos dub. præced. n. 10. retulimus, non contenti cum eò, quòd de factò, & attenta suavi providentia Dei, actus cogitationis in intellectu, & affectiones indeliberatæ in voluntate, producantur ab illis absque auxilio intrinseco, sed media elevatione extrinseca Omnipotentiæ; insuper contendunt repugnare ex terminis existentiam talis auxilij; ideòque nec inspecta potentia absoluta Dei posse prædictos actus ab auxilio fluido intrinsecè elevanti procedere. Hoc assumptum varijs argumentis suadere connantur desumptis, tùm ex eò, quòd ex terminis repugnat qualitas ex natura sua transiens; tùm etiam ex eò, quòd adstruantur in anima qualitates emortuæ, sivè non vitales; tùm ex alijs inconvenientibus, quæ infra adducemus. Ut ergò eorum inefficacia appareat, & nè multitudo specierum (fortasis) sine ordine intra idem dub. confusionem inducat; ideò claritati consulendo, placuit motiva sup. recensita distinctè proponere, ut ex eorum solutione constet, quàm levitèr negent posibilitatem auxilij fluidi elevantis intrinsecè intellectum, & voluntatem, ut producant activè actus sanctæ cogitationis, & simplicis,

Sententiæ

cis, seu indeliberatæ affectionis. Pro quo.

§. I.

Proponitur primum motivum Adversariorum, & ei ex doctrina D. Thomæ occurritur.

2 ARguunt 1. Repugnat qualitas de se, sive ex natura sua, transiens. Sed huiusmodi est auxilium fluidum, quòd à Thomistis propugnatur: ergò. Prob. mai. Qualitas de se transiens est qualitas ex natura sua exigens parum durare; sed talis qualitas repugnat: ergò. Prob. min. Qualitas exigens parum durare; est qualitas exigens sui interitum, sive suum non esse; sed hoc repugnat iuxta Aug. lib. 11. de Civit. cap. 27. cum nihil possit exigere, nisi suam bonitatem, & perfectionem: ergò. Confirm. Qualitas de se transiens perit ad exigentiam alicuius; cum naturalia dicantur, quia sunt iuxta exigentiam rerum; sed auxilium supernaturale nequit perire ad exigentiam alicuius: ergò repugnat auxilium supernaturale ex natura sua transiens. Prob. min. Tale auxilium nequit perire ad exigentiam sui, ut est certum; deindè non ad exigentiam contrarij, cum illud non habeat. Ulteriùs non ad exigentiam subiecti; cum hoc sit mens incorruptibilis. Et tandèm non ad exigentiam causæ; cum hæc sit Deus, sine cuius pœnitentia sunt ipsius dona: ergò.

Primum argum.

Confirm.

3 Urgetur: Hoc complexum: *Ens supernaturale de se transiens*, est repugnans: ergò auxilium supernaturale de se fluidum repugnat. Prob. anteced. Ens supernaturale est ens maximè excellens in ratione entis, utpotè in ordine superiori, & per participationem divinum; ens verò de se transiens est maximè vile, & imperfectum, utpotè minimæ actualitatis in essendo: ergò tale complexum coalescit ex maxima perfectione, & maxima imperfectione in ratione entis. Sed hoc est tale complexum constare ex partibus sibi invicèm contradicentibus: ergò. Aliter urgetur hoc ipsum: Accessus ad indefectibilitatem in essendo, quæ est propria Dei, est in creaturis bonitas, & perfectio: ergò etiam maior recessus ab indefectibilitate in essendo est maior imperfectio; sed qualitas de se transiens maximè recedit à tali indefectibilitate: ergò esset valdè imperfecta. Aliundè titulo supernaturalitatis debet poni, ut valdè excellens: ergò.

Urget. ex Aranda disp. 51. & disput. 61. §. 3.

Alit. urg.

4 Ex quibus arg. 2. idem Mag. probando talem qualitatem nō posse elevare potentias hominis ad actus supernaturales sub hac forma. Ens valdè imperfectum nequit activè per modum virtutis continere actus valdè excellentes, & perfectos; sed tale auxilium est ens valdè imperfectum, ut ex dictis constat; & aliundè illuminatio, & affectio supernaturales sunt actus valdè excellentes, potentes diù, & usque in æternum durare: ergò prædicti actus nequeunt in auxilio transeunti &c. Confirm. Implicat actum procedentem ab aliquo principio non esse fluidum, & tale principium esse fluidum; cum actus sumat speciem à principio; sed illuminatio, & affectio supernaturalis, non sunt actus de se fluidi, sive transeuntes; cum possint absque ullo miraculo diù permanere: ergò repugnat principium illorum esse aliquod auxilium supernaturale fluidum.

Arg. 2.

Confirm.

5 Argum. (ni fallor) innititur doctrinæ oppositæ ex diametro doctrinæ Peripateticæ, & Aug. Præcept. Est enim compertum iuxta documenta Aristot. quem sequuntur ferè omnes Philos. tract. de prædicam. dari intra genus qualitatis qualitatem ex natura sua faciliter mobilem à subiecto, sive non exigentem diù durare; & qualitatem ex natura sua permanentem, & difficiliter mobilem à subiecto; primam appellant *dispositionem*; secundam verò *habitum*. Adduntque divisionem qualitatis in habitum, & dispositionem esse essentialem; quia nimirùm differunt penès exigentiam mobilitatis, & per exigentiam immobilitatis à subiecto, tanquàm per differentias essentiales, &

Solutio ad 1. arg.

Ostendit: eius ineficacia.

& intraneas generi qualitatis. Nec minùs ex diametro opponitur doctrinæ Ang. Præcep. Pluribus in locis, & præsertim hac 1. 2. quæst. 49. ar. 2. ubi ex professò docet: divisionem qualitatis in habitum, & dispositionem esse essentialem, quia licet parùm, & multùm durare non conveniat necessariò, & essentialitèr habitui, & dispositioni; secùs tamen exigentia parvæ, & diuturnæ durationis, sive inhærentiæ in subiecto. Ex quibus sic brevitèr, sed efficacissimè argumentor. Id, quod secundùm sui differentiam essentialem, & constitutivam exigit facilè amoveri à subiecto, à quo in existendo dependeat, exigit secundùm sui essentialem differentiam habere esse fluidum, & per modum transeuntis; sed idem est iuxta dicta dari qualitatem, scil. dispositionem, exigentem ratione suæ differentiæ essentialis facilè amoveri à subiecto: ergo &c. Vel alitèr. Qualitatem ratione suæ differentiæ exigere parùm durare in subiecto, à quo in existendo dependet, est ratione suæ essentiæ habere esse fluidum, & transiens; sed proùt differt ab habitu est huiusmodi: ergò &c.

6

Præcluditur quædam evasio 1.

Dicere autem, quòd, etsi dispositio, aut qualitas sit facilè mobilis à subiecto, proindèque eius esse sit transiens, & parùm durans; hoc tamen nõ provenit ex exigentia illius, sed ex defectu causæ conservantis dispositionem: ex quo necessariò consequitur desitio in suo esse. Si hoc inquam dicatur, nihil prodest. 1. Nàm quòd ponitur, ut differentia constitutiva dispositionis; & proùt differt ab habitu, convenit ei ex se, & ex sua natura; atqui amobilitas facilis à subiecto, aut parùm durare ponitur, ut differentia constitutiva dispositionis, & proùt differt ab habitu, ut constat ex adductis à D. Thom. ergò. 2. Nàm licet rem aliquam per talẽ dispositionem, parùm durare, proveniat quasi activè ex defectu causæ conservantis; attamen iste defectus conservationis, vel est conformis naturæ dispositionis, vel non? Si 1. ergò dispositio ex natura sua exigit parùm durare; cùm exigat defectum conservationis ex parte causæ. Si 2. ergò dispositio ex se, id est, ex intrinsecis suis, non est facilè amobilis à subiecto; quod expressè opponitur doctrinæ Philosoph. & Ang. Mag. Conseq. patet. Quia quod ex suis intrinsecis non exigit id, à quo provenit parùm durare, sive removeri à subiecto, non petit ex intrinsecis suis parvam durationem, aut remotionem à subiecto. Sed iuxta doctrinam solutionis, quod dispositio parum duret, & facilè removeatur à subiecto provenit ex defectu conservationis activæ ex parte causæ: ergò.

7

Secundò.

2. Et principaliùs. Siquidem inter ordinem supernaturalem dari dispositionem, aut virtutem de se fluidam, & permanentem, est expressum in D. Thom. q. 20. de Verit. ar. 1. & 2. 2. q. 171. ar. 2. ubi agens de lumine prophetico affirmat: *Illud non esse habitum, sive formam de se permanentem, sed in esse menti Prophetæ per modum cuiusdam passionis, vel impressionis transeuntis, sicut lumen est in aere*; qua de causa ibidèm affirmat: *lumen prædictum non remanere in mente Prophetæ, nisi quando actualitèr divinitus inspiratur* ideòquè vocari *inspirationem, vel tactum*. Deindè est etiam expressum in Div. Thom. 3. p. quæst. 62. per totam: *Sacramenta novæ legis elevari per virtutem supernaturalem eis intrinsecam habentem esse fluidum, & transiens, & incompletam*. Ob quam rationem ibidèm art. 4. ad 2. asserit: *Talem virtutem non esse propriè loquendo in aliquo genere, sed tantum reductivè*. Ulteriùs 2. 2. quæst. 178. art. 1. loquendo de virtute supernaturali communicata hominibus ad patranda miracula, affirmat: *Eam non esse aliquam qualitatem habitualitèr manentem in anima, sed transeuntem, sicuti & lumen propheticum*. Idemque docet de alijs gratijs gratis datis. De quo Mag. Gonet disp. 3. de div. grat. art. 1. §. *Quæres*. Videatur S. Doct. ibi solut. ad 1. & 3. cont. Gent. c. 154. q. 6. de poten. a. 4. & de quo latè nost. Thom. præsertim in Tract. de Sacram.

8

Plura alia exempla poteram adducere, scilicèt, exemplum im-

pulsus, quo gravia, & levia moventur motu etiam naturali. Et similitèr exemplum motus, & temporis, & loquutionis, sive prolationis verborum, quæ omnia constant ex partibus habentibus esse ab intrinseco fluidum, & transiens. Restat in forma solvere argument. Ad Quod Resp. 1. illud instando. Qualitas exigens amoveri à subiecto, est qualitas exigens parùm durare; sed dispositio, proùt differt ab habitu, est huiusmodi, ut sup. vidimus ex D. Thom: ergò. Rursùs. Tempus (idem de motu) exigit, quod partes illud componentes, invicem sibi succedant; sed hæc successio necessariò includit defectum illius, & post talem defectum, existentiam alterius: ergò tempus exigens successionem partium, illud componentium, exigit non esse illarum, vel saltim minimam durationem in ipsis. Si ergò cum his omnibus stat nihil appetere sui corruptionem, stabit optimè qualitas ab intrinseco transiens, quin propter hoc exigat, sive inclinet in sui non esse.

Quapropter distingui debet
9 inter hæc duo: *Hæc qualitas exigit parùm durare: hæc qualitas exigit sui interitum.* Primum est verum. Secundum vero falsum. Nec obstat, quod parva duratio connectatur cum interitu in re parùm durante. Non inquam obstat. 1. Nàm in qualibet re ab intrinseco corruptibili, præsertim viventi, connectitur eius corruptibilitas cum eo, quod aliquando transeat in non esse, & tamen ex hoc minimè infertur exigere non esse in aliquo tempore. 2. Nàm dispositio prævia exigit existentiam formæ ad quam disponit, & tamen ex quo ad existentiam illius sequatur destructio dispositionis, minimè sequitur eam exigere destructionem sui. Unde dicendum de qualitate transeunti ex se duranti, tantum per quatuor instantia v. g. verificari exigere talem durationem, & rursùs, non exigere plùs durare; secùs tamen quod exigat non durare post prædicta instantia. (Quemadmodum aliud est hominem, vel equm ratione suæ mortalitatis ab intrinseco non exigere semper durare, ac exigere positivè aliquando non esse, vel non durare.

Fulcitur doctrina data.

Ad confirmat. Respond. Interitum qualitatis fluidæ esse connaturalem per modum defectus consequuti ad limitationem suæ actualitatis in essendo; quod autem est connaturale hoc tantum modo, non perijt ad exigentiam positivam, sed ad summum negativam, quatenùs scilicèt de tali qualitate verificatur hæc propositio: *Prædicta qualitas non exigit plùs, aut multum durare.* Constat hoc in tempore, cui est connaturale, imò & essentiale, quod eius partes non permanentèr durent, & tamen non exigit interitum suarum partium. Si dicas: Deus connaturaliter, & attenta suavitate suæ providentiæ suspendit concursum conservativum qualitatis fluidę: ergò hæc perijt propter sui exigentiam. Resp. Neg. conseq. Siquidem Deus suaviter agendo permittit creaturæ rationali peccatum, & tamen hoc minimè probat illud accidere propter creaturæ rationalis ullam exigentiam. Hinc inferes hanc conseq. P. Ripald. scil. *Deus non operatur de potentia ordinaria, nisi dùm operatur iuxta exigentiam rerum: ergò si hoc modo operatur, dùm suspendit conservationem qualitatis fluidæ, talis suspensio, sive non esse, erit iuxta illius exigentiam*; esse inefficacem, ut constat in statu peccati. Quare dicendum Deum operantem de potentia ordinaria, operari vel iuxta exigentiam rerum; vel saltim iuxta modum defectibilitatis illarum, ei se accomodando, ut exemplum de permissione peccati convincit; & ulteriùs docet expresè D. Th. 1. p. q. 23. a. 3. ad probandum Deum aliquos reprobare. Advertendum. Exempla adducta de tempore, & motu non tenere quoad omnia; cum tempus, & motus sint entia successiva, quorum partes non simùl existunt; sed solum quantum ad hoc, scilicèt, non rectè infetri auxilium fluidum exigere sui corruptionem, ex eo, quod de se exigat parvam durationem. Vide M. Prado in Metaph. p. 2. controv. 12. a. 6.

10 Ad cófir.

Quædam replic.

Resp.

Ad

Ad urgent. Resp. Auxilium
11 fluidum nec maximè vile, nec, ut
decentèr loquamur, maximè imper-
Ad urg. fectum. Aliud namque est, quod ta-
le auxilium ratione parvæ durationis
non esse ita perfectum, ac est habi-
tus de se permanens; aliud vero esse
maximè imperfectum. 1. concedi-
mus. 2. vero negamus. Ratio est:
Nàm estò permanentia rerum sit ea-
rum perfectio, non tamen unica, nec
absolutè principalior; cum etiam ex
fine, & ex operationibus, ad quas
res ex se ordinantur, desumenda sit
illarum perfectio, ut docet D. Thom.
1. p. quæst. 6. ar. 3. Cum igitur ta-
le auxilium sit principium operatio-
nis supernaturalis, & ad Deum, ut
A. gratiæ ex se ordinetur, estò ipsi
deficiat perfectio diuturnæ duratio-
nis; hic defectus adeò compensatur
perfectionibus supra enumeratis, ut
quamvis comparatione ad habitum
supernaturalem sit aliquatenùs illo
imperfectior, respectivè tamen ad
qualitates permanentes naturales sit
eis absolutè perfectior. Hæc doctri-
na roboratur exemplo habitus vir-
tutis, & actus illius; de quo affir-
mat D. Thom. 1. 2. q. 71. ar. 3. ex-
cedere in bonitate habitum, quia
videlicèt, *estò habitus in perfectione
durationis excedat actum, actus verò,
cum sit finis habitus ipsum simplicitèr
excedit in perfectione.* Idem constat
in viventibus irrationalibus *simplici-
tèr* excedentibus in perfectione Cœ-
lum, quia videlicèt estò Cœlum ta-
lia viventia excedat in perfectione
durationis, & actualitatis in essen-
do, utpotè ab intrinseco incorrup-
tibile; hic tamen excessus compen-
satur alio maiori in viventibus, sci-
licèt, perfectione vitalitatis formæ,
& operationum ex illa proceden-
tium.

Ex his constat tale comple-
12 xum, scilicèt, *ens supernaturale flui-
dum* non coalescere ex partibus sibi
invicem contradicentibus: Nàm es-
se negativè imperfectum, imperfec-
tione desumpta ex defectu perma-
nentiæ in existendo, & esse valdè
perfectum perfectione desumpta per
ordinem ad operationem, & ad fi-
nem gratiæ, ad quem ex se ordina-
tur, non sunt prædicata contradic-
toria, ut ex se constat. Ad eandem Ad aliam
urgentiam aliter propositam Resp. formam
distinguendo antec. Est maior, & arg.
unica bonitas, neg. antec. Maior, sed
non unica, subdistinq. Maior *simpli-
citèr*, neg. antec. Maior *secundum
quid*, & restrictè ad aliquod genus
perfectionis, conc. mai. & distinq.
conseq. Si talis recessus non com-
pensetur alijs perfectionibus, conc.
conseq. Si compensetur, neg. con-
seq. Aliter enim probaretur Cœlum
esse maximè perfectum, & absolu-
tè perfectius viventibus corrupti-
bilibus.

Ad 2. argumentum Resp. 14
Illud procedere ex non penetratio-
ne eorum, quæ de auxilio fluido, &
alijs qualitatibus affirmant Thomis- Ad 2. ar-
tæ; non enim iuxta ipsos qualitas gum.
dicitur permanens, vel fluida; pe-
nès permanentem, vel transeun-
tem durationem, sed quia secun-
dùm sui naturam habet principia in-
trinseca exigentia, vel non, diutur-
nam durationem. Hinc asserunt vir-
tutem instrumentariam communica-
tam Cœlis ad generationem viven-
tium iuxta doctrinam D. Thom. 1.
p. quæst. 70. ar. 3. Similitèrque vir-
tutem instrumentariam communica-
tam igni inferni ad torquendos Dæ-
mones iuxta eiusdem doctrinam in
4. dist. 45. quæst. 1. ar. 3. esse de se
transeuntes; & tamen prima perpe-
tuò usque ad consummationem sæ-
culi durabit, secunda vero usque in
sæculum sæculi. Hinc apparet fal-
sum esse actus gratiæ excitantis, sci-
licèt, *affectionem*, & *cogitationem* es-
se de se permanentes: proindequè
non posse ab aliquo auxilio fluido
causari. Apparet inquam: Nàm quod
prædicti actus possint diù permane-
re, nihil probat, si in ipsis non da-
tur principium inttinsecum diutur-
næ permanentiæ. Quapropter liben-
tèr admittimus etiam auxilium flui-
dum posse diù permanere, quin
propter hoc inconsequentèr ad
dicta procedamus, propter
doctrinam superiùs
traditam.
(*)

§. II.

Proponuntur alia duo motiva, & eis occurritur.

14 ARguunt 3. Repugnant in anima qualitates emortuæ. Sed huiusmodi essent auxilia fluida; cum nec essent potentiæ, aut actus vitales: ergò repugnant auxilia supernaturalia fluida. Confirm. iuxta Philosoph. in 2. Ethicorum cap. 5. *Tria sunt in anima, scilicèt, potentia, habitus, & passio, sive motus.* Sed sub nullo ex his continetur auxilium fluidum elevans potentias ad operandum, ut ex se constat: ergò repugnant in anima talia auxilia. Ad hoc arg. (quòd horrore mortis solum potest tyronibus timorem incutere) Resp. Rogando Advers. An habitus supernaturales, quorum existentia sub ratione doni permanentis est certa secundùm fidem; sint qualitates emortuæ, vel non? Si 1. ergò falsum est in anima repugnare qualitates emortuas. Si 2. Erunt qualitates vitales, quod apertè negant Advers. vel si dicant prædictos habitus, nec esse qualitates vitales, neque mortuas, sed semivitales, cur hoc ipsum nos affirmare non poterimus? Rursùs. Non dicitur aliquod cum proprietate emortuum, nisi sit privatum vita, quam habuit, aut potest habere: si ergò auxilia fluida iuxta Advers. nullatenùs sunt vitalia, nec capacia vitalitatis; cùr vocant illa qualitates emortuas? Sed quid dicent de P. Oviedo, qui tract. de Iustificat. controvers. 1. puncto 4. num. 52. asserit *gratiam habitualem esse qualitatem mortuam*?

3. arg.

Confirm.

Resp.

15 Si dicatur cum Adversar. illud complexum *qualitas emortua* accipi pro eodem, ac istud *qualitas non vitalis*. Sed hoc libentèr admisso, & omissa contentione de voce, restat probandum ab ipsis huiusmodi auxilia supernaturalia non esse ullo modo vitalia; cuius oppositum constantèr negamus. Sunt enim qualitates vitales, *ut quo*, & per *modum virtutis*; quemadmodum sunt habitus supernaturales; de quo Thomist. tract. de Visione, ubi propugnant lumen gloriæ esse totam rationem agendi; inter quos videatur Illustr. Godoy, Mag. Boliv. plura pro vitalitate luminis gloriæ &c. solidè, & ingeniosè adducens. Ad confirm. Resp. Prædictum testimonium Philosoph. sibi opposuisse Angelic. Præcept. 2. 2. q. 171. a. 2. ad probandum prophetiam, & habitum identificari; ad quod Resp. *Philosoph. ibi non comprehendisse absolutè omnia, quæ sunt in anima, sed ea, quæ possunt esse principia moralium actuum, qui quandoque fiunt ex passione, quandoque ex habitu.* Subdit tamen: *Prophetiam posse reduci ad passionem, si nomine huius accipiatur, quælibet receptio.* Ex qua doctrina habes 1. expeditam solutionem argum. habes 2. in anima ultra habitus supernaturales, & motus vitales dari qualitates supernaturales de se transeuntes, ut de lumine prophetico ibidem affirmat D. Thom. Videatur ibi Emin. Cayet.

De hoc agimus exprofessò tract. de iustificatione.

Ad cõfir.

Arguunt 4. Auxilium supernaturale de se fluidum distinguitur specie ab habitu supernaturali; sed talis distinctio specifica repugnat, & præcipuè iuxta doctrinam Thomist. ergò. Prob. min. & claritatis gratia loquamur de auxilio fluido ad actum fidei, vel charitatis. Implicat principia ad actus supernaturales distingui specie essentiali inter se, si exparte actuum, nulla datur distinctio formalis, & aliundè talia ptincipia respiciunt idem obiectum formale; sed iuxta doctrinam Thom. actus dilectionis procedentes ab habitu, & auxilio fluido, non differunt specie essentiali inter se; quin potiùs iuxta sententiam Ill. Godoy idem numero actus dilectionis potest indifferentèr ab illis procedere. Deindè talia principia respiciunt idem obiectum formale, scilicèt, summam Dei bonitatem super omnia diligibilem: ergò.

16 Arguit.

Huius argnmenti solutio spectat ad tract. de Charit. ubi ab AA. propugnantibus existentiam auxilij fluidi ad eliciendum actum intensiorem habitu præexistente, explicatur quænam distinctio interveniat inter

17 Respond.

ter utrumque. Unde proùt ad præsens attinet Resp. brevitèr neg. añs. Ad illrus probation. Resp. Auxilium fluidum, & habitum (quidquid sit de diversitate specifica formali) distingui specie materiali inter se ob rationem assignatam à D.Thom.sup. num. 5. Nec respicientia eiusdem obiecti formalis obstat ; eo quod ipsam diverso modo respiciunt, videlicèt per modum formæ ab intrinseco permanentis, & perfectæ, vel per modum formæ habentis esse fluidum, & transiens, ad modum, quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumento Artificis. Quod aliqualiter explicari potest in actu, & habitu, à quo procedit ; quiquidem differunt specie inter se, propter diversum modum respiciendi idem obiectum formale, scilicet, per modum principij, & actus primi, & per modum exercitij, & tendentiæ vitalis in actu 2. Rursùs. Differunt habitus, & auxilium, eo quod habitus datur per modum principij universalis ad plures operationes; auxilium vero tantum ad unam, vel alteram operationem infunditur. Ex quibus apparet nihil obstare distinctioni specificæ materiali, & in ratione entis, inter auxilium, & habitum unitas ex parte obiecti formalis propter diversum modum respiciendi illud ex duplici capite assignatum. Videatur M. Boliv. tom. 2. tract. de Grat.Christ.dub.5 .à n.40.

§. III.

In quo aliud motivum proponitur, & deciditur, an auxilium excitans sit simul efficax ad actus indeliberatos.

18 ARguunt 5. Recentiores ex P. Suarez lib. 3. de Auxil. cap. 4. & cap. 18. Auxilium transiens infusum à Deo ad sanctam cogitationem, & subitam affectionem, aut ex se connectitur cum his actibus, vel non ? Neutrum dici potest : ergò tale auxilium repugnat. 1. pars minor. prob. Si tale auxilium ex se connecteretur cum actibus, ad quos datur, esset simul auxilium sufficiens, & efficax ; cum efficacia auxilij in connexione intrinseca cum actu consistat. Atqui repugnat in homine, qui vocatur à Deo ad fidem, auxilium gratiæ sufficientis non distingui ab auxilio efficaci ; cum hoc assertum sit error damnatus contra Jansenium, & Michaelem Baium : ergo. Urg. Si tale auxilium esset de se connexum cum operatione, ad quam excitat : ergò qui non operatur, non habet gratiam excitantem ; proindèque, qui non operaretur, non haberet sufficientiam ad operandum, quod quidē est incidere in errorem Jansenij non admittentis gratiam sufficientem ab efficaci ullo modo distinctam : ergò. 2. vero pars min. prob. Si tale auxilium ex se non connectitur cum actu, ad quem datur, est in suo esse independens ab operatione ; sed hoc ipsò nequit dici transiens : ergò repugnat tale auxilium de se transiens, & inconnexum cum effectu. Prob. min. Id, quod in suo esse non dependet ab operatione, potest hac deficiente pèrmanere in suo esse. Sed quod hoc modo permanet, immeritò dicitur de se transiens : ergò.

5. Arg. ex P. Suarez lib. 3. de Aux. cap. 4. & 18.

Urget. ex P. Arand.

Circa solutionem huius argumenti discriminantur Thomistæ, Magist. Lemos tom. 4. tract. 7. cap. 5. & 7. affirmat auxilium gratiæ excitantis esse simul sufficiens, & efficax ad actum, ad quem immediatè excitat, scilicèt, sanctam cogitationem ; ob idque asserit tale auxilium non esse dicendum qualitatem, sed motionem virtuosam ; ita ut quatenùs elevat intellectum præbendo ei sufficientiam ad sanctam cogitationem, sit virtus ; & quatenùs applicat, & determinat intellectum ad eius elicientiam, sit motio. Rationem huius dicti assignat 1. ex eo, quod Deus infundens tale auxilium, nedùm determinat intellectum quòad specificationem, sed etiam quòad exercitium ; est enim necessitas, ut intellectus cognoscat supernaturalia ; cum autem sola motio, aut auxilium efficax, sic determinet ; ideò utrumque concedit tali auxilio.

19 Prima solutio refertur.

2. Nàm non sunt multiplicandæ actiones sine necessitate; qua ratione Deus unica actione perficit opus iustificationis, scil. largiendo gratiam, remittendo peccata, movendo ad actus charitatis, & contritionis. Sed Deus unica actione potest elevare intellectum, & illum determinare, sive applicare ad cognitionem: ergò id efficit unico, & eodem auxilio. Hanc eandem doctrinam applicat motioni virtuosæ, per quam Deus elevat Sacramenta ad producendos effectus supernaturales; & similitèr lumini prophetico: quapropter non admittit motionem præviam realitèr distinctam, & subsequutam ad prædictum lumen. Idem tenet Ill. Alvarez de Aux. disp. 80. M. Ferre tom. 3. in 1.2. q. 10. §. 3. à num. 653. referens pro se Cayet. Mag. Gonet. tract. de Grat.

20 Alter modus dicendi.

Alij vero Thom. tuentur ultra auxilium elevans intellectum ad sanctam cogitationem (idem de auxilio elevanti voluntatem ad subitam affectionem) requiri aliud auxilium, sive motionem præviam; cuius proprium munus sit determinare, & applicare intellectum constitutum perprius in actu 1. ad actualem cognitionem. Ita PP. Salm. tom. 5. disp. 5. dub. 3. à num. 68. M. Boliv. tract. de merito Christi dub. 2. §. 5. à num. 32. Fundantur 1. in eo, quod repugnat causa creata, quæ non sit subordinata in operando dominio immediato Dei; sicut repugnat actio creata, quæ subterfugiat influxum immediatum Dei titulo 1. causæ; ut frequentèr clamant Thomistæ. Atqui posito auxilio elevanti intellectum ad sanctam cogitationem, & simul efficaci, talis cogitatio non caderet sub dominio immediato Dei: ergò. Prob. min. Non cadit sub dominio immediato Dei; quod à Deo immediatè, & in seipso acceptum, nequit non concedi; atqui in dicta suppositione, sancta cogitatio non posset immediatè, & in seipsa negari à Deo; sed solù priùs denegando virtutem intellectui ad elicientiam talis cognitionis: ergò. Secundo, & explicatur huius rationis efficacia. Repugnat potentia creata necessariò ex terminis connexa cum sui operatione: ergò pariter repugnat auxilium sufficiens, quod simùl sit efficax, aut necessariò connexum cum actu, ad quem datur. Añs. communitèr admittitur à Thomist. & consequent. prob. Ideò 1. est verum, quia talis potentia non subordinaretur in operando dominio immediato Dei, sed solum mediatè, & in productione existentiæ illius; atqui hæc eadem ratio militat in auxilio præbenti intellectui virtutem ad sanctam cogitationem, & necessariò connexam cum illa: ergò.

21 Occurrit. motiv. ex M. Lem.

Utraque opinio est satis probabilis, ut ex earum fundamentis satis constat; attamen cuilibet illarum potest sufficienter occurri. Unde placet prædicta fundamenta solvere, si fortè alicui placeat, quamlibet illarum defendere. Ad 1. ex Mag. Lemos Resp. disting. maior. Determinat intellectum immediatè quòad exercitium, neg. mai. Mediatè, sive radicalitèr, & exactivè, conc. mai. Et eadem distinct. applicata minor. neg. conseq. Concedimus auxilium elevans intellectum ad sanctam cogitationem connecti cum illa: ad quod sufficiens est exigere concursum prædeterminativum pro elicientia illius. Nec enim omne principium necessitans ad actum, oportet identificare secum concursum prædeterminativum ad illum; satis enim est illum exigere, aut cum ipso connecti. Constat hoc in cognitione determinata necessitante appetitum ad amorem; & in visione beata, quæ est necessitans añs. ad dilectionem Dei: quin propter hoc prædictæ cognitiones sint motiones propriè physicè prædeterminantes ad actum amoris. Nec est verum qualitatem verè talem solum determinare quòad specificationem, ut videre est in visione beata, & cognitione subita proponenti appetitui bonum delectabile, & in pia affectione determinante intellectum ad assensum fidei; & tandèm in imperio voluntatis moventis ad actus externos; hæc enim omnia sunt qualitates, quæ quidem, etsi aliquomodo determinent, etiam quòad exercitium

potentias ad ſuos actus; non tamen identificaret ſecum concurſum prædeterminativum, qui exigitur in omni cauſa creata propter ſubordinationem immediatam, quam dicit in operando ad Deum ſubſequutam ad ſubordinationem, quam dicit in ratione potentis proximè operari.

22 Nec exemplum de lumine prophetico, aut lumine gloriæ tranſeuntèr communicato, oppoſitum ſuadet. Ad exempla. 1. Quia eſt probabilior, & mihi verior ſententia: lumen gloriæ non eſſe ab intrinſeco tranſiens; cum omnis viſio clara Dei ſit ab intrinſeco permanens. De quo Illuſt. Godoy tract. de Viſione. 2. Hoc omiſſo dicimus ultra lumen propheticum, & lumen gloriæ tranſeuntèr Divo Paulo infuſum, adfuiſſe auxilium efficax, ſive concurſum prævium realitèr diſtinctum. Tùm propter ſuperiùs dicta. Tùm & præcipuè; quia in Chriſto Domino fuit tale lumen propheticum, & virtus patrativa miraculorum permanenter in ipſo, toto tempore ſuæ vitæ, eſtò non ab intrinſeco, cum inter qualitates fluidas, & gratias gratis datas, merito computentur. Si autem identificarent ſecum concurſum prædeterminativum ſequeretur Chriſtum Dominum ſemper in actu ſecundo cognoviſſe propheticè, & ſemper in actu ſecundo operatum fuiſſe miracula. Hinc colliges ex ſententia M. Lemos ſequi omni tempore, quo gratiæ gratis datæ v. g. prophetia, virtutis patrandi miracula, & ſimilia exiſtunt in aliquo ſubiecto; exiſtere cum reductione ad actum ſecundum, quod eſt apertè falſum. 3. Quæ enim repugnātia eſt in eo, quod Deus elevet intellectum conferendo virtutem ad cognitionē ſupernaturalem, & quod intellectum ſic conſtitutum non prædeterminet ad actualem cognitionem? Rurſùs: Nàm ſatis communis ſententia eſt inter Thomiſtas Deum infundere homini, dùm inſtat præceptum charitatis, & illud frangit, auxilium fluidum ad elicientiam actus charitatis, ut ſic liberè omittat dilectionem: in quo caſu certum eſt non dari connexionem auxilij cum illo, ex quo colligitur auxilium elevans intellectum ad ſanctam cogitationem eſſe qualitatem fluidam; non prob. ſecum identificare concurſum prædeterminativum ad actum.

Ad 2. fundam. Reſp. Neceſſitatem diſtinguendi realitèr auxilium conferens intellectui virtutem ad cognitionem ſupernaturalem indeliberatā ab auxilio prędeterminanti ad illam, ſuaderi, ex quo omnis cauſa creata petit ſubordinari immediatè Deo nō ſolum in hoc, quod eſt poſſe operari, ſed etiam in ipſa actuali operatione: præterea, quia talis diſtinctio eſt de ſe magis conformis naturis rerum, & aliàs pro identitate utriuſque auxilij de facto (quidquid ſit de poſsibili) nullum eſt fundam. convincens. Nec exemp. de iuſtific. oppoſitum prob. Nàm omnia illa complent unicam actionem Dei, unitate morali, & integrali; quamvis phyſicè loquendo ex parte Dei diverſi concurſus inveniantur. Cum enim gratia habitualis non ſit immediatè in potentijs animæ; ſed immediatè in eius eſſentia iuxta expreſſam ſententiam D. Th. hic q. 110. a. 4. quomodo poteſt eas immediatè elevare, & per ſeipſam abſque motione ſuperaddita intrinſecè eis inhærenti reducere ad actualem operationem? Tota hæc doctrina applicari debet, tùm auxilio fluido intrinſecè elevanti voluntatem ad ſubitam affectionem, & ſimilitèr virtuti, qua inſtrumenta elevantur ad productionem effectus agentis principalis. 23 Ad 2. motivum.

Sed dices 1. Si hæc ita ſe habent, cùr auxilium fluidum gratiæ excitantis, & huic ſimilia dicuntur motio, ſive motus? Reſp. Dici talia 1. propter eius fluxum abſque eo, quod habeāt in ſe radicem, & principia intrinſeca, ut in ſubiecto permaneant. 2. Propter eſſe viale ipſorum, hoc eſt, ordinatū ex ſe 1. ad unam, vel alterā operationem imperfectam. 3. Quia procedunt ab exteriori principio, ſcil. à Spiritu S. nondùm inhabitanti corda noſtra per gratiam, ſed moventi ad illam, ut affirmat Trid. ſeſſ. 14. c. 4. 4. * Quia *motio* de ſe eſt communis motioni, quò ad ſufficientiam, & motioni, quòad efficaciam. Unde S. D. 1. 2. q. 110. a. 4. ait: *Per virtutes potentias animę moveri* 24 Inſtab. 1.

ad actum. Dices 2. ex P. Suar. c. 4. Si pro cognitione, & affectione supernaturali, distinguuntur duæ motiones; una consistens in auxilio fluido; altera in concursu prævio, quo determinatur ad actum; cùr non plures, etiam sine certo termino, postulari poterunt? Resp. Hanc eandem instantiam posse fieri contra D. Aug. lib. de correct. & grat. cap. 12. distinguentem duo adiutoria gratiæ ad consensum salutarem; unum sufficiens, alterum vero, per quod Deus insuperabiliter, & efficacitèr, facit nos consentire. Si enim ponuntur duo adiutoria gratiæ; cùr non plura sine termino? Ratio ergò pro utroque casu est: quia oportet intellectum, & quamlibet aliam potentiam, constituì intrinsecè potentem, ut operationem supernaturalem activè producat, & hac constitutione in actu 1. suppositа, necesse est à Deo tanquam à 1. motore reduci, & applicari ad supernaturalitèr operandum.

Solutio.

25 Occurit. 2 opinioni.

Supereſt ſolvere motiva opinionis adverſæ negantis auxilium fluidum elevans intellectum, & voluntatem ad actus ſupernaturales indèliberatos poſſe eſſe ſimùl efficax, & prædeterminans. Pro quo notandum 1. in præſenti non agi de auxilio ſufficienti ad actus liberos; de hoc enim eſt ſpecialis difficultas; an, ſcilicèt, titulo libertatis non poſsit eſſe identicè auxilium prædeterminans? de quo latè, & eruditè Illuſt. Caſtell diſp. 3. q. 4. ſect. 2. Salmant. tract. 14. diſp. 5. dub. 6. à num. 125. Notandum 2. Hæc duo debere diſtingui, ſcilic. *omne auxilium ſufficiens ad cognitionem, & affectionem ſupernaturalem indeliberatam, petit eſſe auxilium ſimùl prædeterminans. Non repugnat intrà collectionem auxiliorum ſufficientium ad actus indeliberatos dari auxilia, quæ identicè ſint efficacia.* De quo prædictus Ill. ibidem num. 1050. In præſenti igitur non defendimus 1. ſed 2. His prænotatis.

26 Ad 1. motivum.

Ad primum fundamentum Reſp. ex ipſo Mag. Boliv. ubi ſup. diſting. mai. Cauſa creata per modum potentiæ, conced. mai. Per modum auxilij, neg. mai. Ratio diſparitatis eſt: Nàm omnis potentia creata ratione ſui eſt in potentia ad operandum, & non operandum, ratione ſubiectivę potentialitatis, quam neceſſariò in ſe includit. Unde neceſſe eſt poſt illius exiſtētiam determinari àDeo libertate, & dominioimmediato ſuper ipſam operationem. Auxilium verò gratiæ, cùm ſit perfectioris actualitatis, & activitatis in agendo, poteſt ſimùl adunare eſſe virtutem, & pręviam applicationem ad actum. Ob hanc enim diſparitatem in exceſſu perfectionis, repugnat potētia, & cauſa creata ſecum identificans aliquam terminationem intrinſecam connexam cum ſui operatione; cum tamen non repugnet cognitio conſtituens voluntatem potentem proximè elicere actum, etiam liberum, & ſimùl identificans aliquam terminationem connexam infallibiliter cum illo, ut conſtat in viſione beata Chriſti Domini regulante actus liberos, & ſimùl repræſentante illorum exiſtentiam. Secunda ratio diſparitatis eſt. Nàm quod aliqua operatio non cadat ſub dominio immediato Dei ex ſolà ſuppoſitione conditionis cauſæ, ſive potentiæ naturalis, eſt manifeſtum inconveniens, ſecùs verò ſi hoc proveniat ex nova libera donatione Dei, quale eſt auxilium infuſum ad actus indeliberatos ſupernaturales.*

* Nota, quod cùc negatur immed. ſuſpenſio, ſed non prædotio

27 Alit. reſp.

Quod ſi hæc aliquatenùs dura videntur, Reſp. conceſſa mai. neg. min. Ad eius prob. Reſp. Ad rationem immediati dominij Dei ſupra aliquem effectum, aut operationem, ſufficere illam poſſe denegari attento principio formali illius; ſecùs verò, principio materiali, & non per ſe requiſito ad operationem. Ita acciderет in præſenti; ſiquidèm quamvis Deus non poſſet negare concurſum ad operationem in ſenſu compoſito huius auxilij materialitèr ſumpti identificantis ſecum concurſum prævium; poſſet tamen illum ſuſpendere in ſenſu compoſito illius ea ratione, qua præſtat virtutem ad operandum, & proùt convenit formalitèr cum alio auxilio diſtincto realitèr ab auxilio prædeterminanti. Quapropter intellectus, vel

voluntas in signo actus primi non intelliguntur ratione auxilij connexi ex terminis cum operatione: cùm actus primus ad operandum constituatur per tale auxilium; non quidèm ut distinctum ab auxilio purè sufficienti, sed ut formaliter conveniens cum illo. Videatur Doct. Rios de iudicio indifferenti disp. 2. dub. 3. §. 5. Hæc dicta sunt pro utriusque opinionis probabilitate: licèt secunda sit probabilior, & communior, & paucis argumentis exposita.

§. IV.

In quo iuxta utramque opinionem solvitur argumentum.

28 HAC doctrina non inutilitèr meo videri prælibata, tempus est, ut argumento supra posito occurramus; & hoc quidèm sequendo utramque viam dicendi in Thomistas probabilem. Igitur eligendo primam partem dilemmatis; concedimus tale auxilium fluidum esse connexum cum actibus intellectus, & voluntatis, ad quos immediatè excitat, proindeque esse simul sufficiens, & efficax. Ad prob. in contra Resp. errorem Jansenij omninò impertinentèr adduci; hic enim, ut omnibus Theol. est satis manifestum, affirmabat: *Omne auxilium sufficiens ad actus liberos esse irresistibile, & efficax ab intrinseco; proindèque nullum dari auxilium purè sufficiens ex se coniungibile cum utroque extremo libertatis.* Sed hoc, quid interest, ut ad actus omninò indeliberatos Deus præveniat movendo per auxilium, quod simùl sit sufficiens, & efficax? Ad Urgentiam ex P. Aranda Resp. eodem modo. Scilicèt, errorem Jansenij consistere in eò, quòd affirmabat hominem carentem auxilio efficaci ad vitandum peccatum, (uti accidit quotiès homo peccat) carere etiam auxilio sufficienti ad talem vitationem; ex quo in vi consequentiæ compulsus est asserere: *Ad peccandum non requiri libertatem indifferentiæ, sed sufficere solam spontaneitatem.* Undè illa consequentia: * Ergò quotiès homo non operatur, nō habet auxilium sufficiens, * debet distingui sic: *Quotiès non operatur operatione libera*, neg. conseq. *Operatione, quæ sit subita cogitatio, & affectio, quibus à Deo excitatur*, conc. conseq. Et hoc quidem, si aliundè careat habitibus infusis.

Resp. iuxta 1. opinion.

Ad urg.

29 Sequendo autem aliam opinionem negantem auxilium (de quo in præsenti) esse ex se auxilium efficax. Resp. Connexionem auxilij fluidi cum actu, ad quem datur, dupliciter posse concipi; vel ita ut sit connexio immediata; vel tantùm mediata. 1. requirit, quod tale auxilium sit per identitatem auxilium prædeterminans ad actum; ad 2. vero sufficit, quod exigat ab intrinseco prædeterminationem ad illum. Si igitur loquamur de auxilio transeunti ad actus indeliberatos cogitationis, & affectionis, dicimus illud ex se connecti cum prædictis actibus, non quidem connexione immediata, sed mediata, modo explicato. Quapropter inefficacitèr arguunt Advers. inferentes prædictum auxilium esse simùl per identitatem efficax, si aliundè ex se connectatur cum actu. Ut constat in intellectu illustrato lumine gloriæ. Quo supposito, datur saltim ex natura rei, connexio illius cum visione clara Dei, quin propter hoc non sit necessarium aliud auxilium efficax, per quod reducatur, & applicetur ad actum. Idemque apparet in igne applicato ad passum, cuius virtus ex natura rei, & secluso miraculo, connectitur cum calefactione. Hac ratione S. D. 1. 2. q. 109. a. 9. ad 1. sic ait: *Si post acceptam gratiam homo indiget auxilio divino, non potest concludi, quòd sit imperfecta: quia etiam in statu gloriæ, quando gratia erit omninò perfecta, homo auxilio divino indigebit.*

Solut. iuxta 2. opinionem.

30 Sed quia probationem Adversariorum iudicamus inefficacem, ideò permisso tale auxilium non connecti ullatenùs cū operatione, possèque existere sine illo: Dicimus ex hoc minimè probari non esse transiens. Ratio est. 1. Nàm dantur plures habitus, & formæ supernaturales, de se permanentes, quæ de se connectuntur cum operatione, ad quam dan-

Alia solut.

dantur, ut constat in lumine gloriæ, & charitate consummata in patria. Si ergò qualitas non dicitur permanens ab intrinseco, quia possit existere sine operatione; cùr volunt Adversarij, & intendunt qualitatem aliquam non posse esse fluidam, & transeuntem, nisi sit connexa, impotensque existere sine operatione? Secundò. Nàm auxilium, vel qualitas dicitur transiens, quia non habet in se radicem, & principia intrinseca suæ permanentiæ, ut videre est in lumine prophetico, & in virtute supernaturali collata Sacramentis, & in virtute patrativa miraculorum, & si aliàs possint sine actuali operatione existere. 3. Nàm est expressa doctrina D. Thom. hac 1. 2. q. 51. a. 3. quæstiunc. de vir. a. 10. ad 11. per unum actum virtutis acquisitæ, maximè si sit remissus, non acquiri habitum; sed dispositionem imperfectam de se transeuntem, utpotè residentem in voluntate non plenè determinata ad rectè operandum: & tamen constat talem dispositionem non connecti cum operatione, ad quàm disponit.

Ratio dicti.

31 Ex doctrina hucusquè tradita deducitur, auxilia fluida supplentia vicem habitus aliquando connecti cum actu, ob quem à Deo infunduntur, aliquando non: connectuntur quidem cum actibus indeliberatis, provenientibus ab intellectu, & voluntate, quales sunt sancta cogitatio, & affectio, quibus Deus excitat homines ad fidem, pœnitentiam, vel alios actus salutares. Non connectuntur, quando dantur ad actus liberos, ut sic salvetur maiori cum proprietate libertas in eorum elicientia; eo quòd voluntas in signo potestatis ad actum est realitèr coniungibilis cum omissione actus. Attamen, ut supra diximus, connexio quam habent auxilia excitantia cum actibus indeliberatis, non est immediata, eo quòd identicè sint etiam auxilia efficacia, sed quia ex se connectuntur cum motione prævia ad sanctam cogitationem, & affectionem. Huius connexionis potest ulteriùs alia ratio assignari. Nàm talia auxilia infunduntur à Deo, ut homo sit potens elicere actus salutares, gaudeatque libertate ad illos; cum autem iuxta modum connaturalem operandi homo non sit potens in actus liberos supern. prorumpere, nisi perpriùs eliciat actus indeliberatos sanctæ cogitationis, & affectionis: ideò nunquam à Deo infundùtur homini, qui vocatur ad fidem, & exindè pœnitentiam, sine hoc quòd Deus simul moveat intellectum ad sanctam cogitationem, & indeliberatam affectionem.

Discrimé pro alijs transeuntibus.

§. V.

Alteri argumento occurritur.

32 OBijcies 6. Auxilium fluidum ad actus supernaturales ponitur à suis Authoribus, ut motio virtuosa ad illorum elicientiam; sed hoc inconsequentèr ad eorum doctrinam affirmatur: ergò. Prob. min. Operari per motionem virtuosam ab alio acceptam, est proprium causæ instrumentalis; sed intellectus, aut voluntas, iuxta doctrinam Thomistarum, non concurrunt instrumentalitèr ad actus supernaturales: ergò. Urget. Auxilium de se transiens habet esse viale, & imperfectum; sed hoc ipso nequit constituere intellectum in actu primo sufficienti ad supernaturalitèr operandum: ergò. Prob. min. Nulla res agit, nisi dū est integrè in actu primo constituto; sed per id, quòd est de se imperfectum, nequit aliquid constitui integrè, & perfectè in actu primo: ergò.

6. Arg. ex P. Suarez.

Urget.

33 De hoc argumento latè agunt Thomistæ tract. de Visione, ubi probant intellectum elevatum lumine gloriæ influere in visionem, non per modum causę instrumentalis, sed principalis; quæ quidem rationes probant de omni operatione vitali, sive sit naturalis, sive supernaturalis. Videatur Illust. Alvarez tomo de Auxilijs disp. 68. Solidè propugnans actus supernaturales indeliberatos (de quibus in præsenti) procedere à potentijs, nō instrumentalitèr cum proprietate, sed principalitèr operantibus. Unde brevitèr Resp. ultra

Solutio

ope-

operari per motionem virtuosam requiri ad rationem causæ instrumentalis alia duo; scilicèt, operari non se movendo, & rursùs, operari non sibi assimilando effectũ, sed causę principali, cui deservit. * Utriusque oppositum accidit in intellectu medio auxilio fluido producenti sanctam cogitationem; quandoquidem, & operatur se movendo, utpotè vivens in actu secundo per illam; & insuper sibi assimilat prædictam cogitationem, cum sit de linea vitalitatis intellectivæ. Quapropter ad summum erit causa instrumentalis communiter dicta, eò quod indiget moveri à Deo; ut loquitur S. Doct. quæst. 4. de Veritat. art. 1. ad 5. Secùs verò in sensu proprio, & rigoroso accepta. Ad urgentiam Resp. Quòd si per ly *integrè* constituta in actu primo, intelligat arguens integritatem, tàm essentialiter, quàm accidentaliter, aut connaturaliter requisitam; falsa est probatio minoris; si verò solùm intelligat integritatem essentialem * hoc est, continentiam per modum virtutis attingentem omnia prædicata, tàm generica, quàm specifica operationis, verum dicit. Attamen negamus in hoc sensu auxilium fluidum non constituere integrè in actu 1. Intellectum potentem elicere sanctam cogitationem; cùm sit virtus, aut vis, & principium supernaturale solùm differens ab habitu, quia ex se non habet esse fixum, & permanentèr inhærens intellectui.

* Sic S. D. 3. par. q. 62. ar. 1.

Ad urg.

* Et etiam quòad substantiã

§. VI.

Corollaria ex dictis.

34 EX dictis in hoc dub. & anteced. inferes primò, præter auxilium fluidum elevans intellectum ad sanctam cogitationem, dari aliud elevans voluntatem, ut eliciat sanctam affectionem. Ratio est: Nàm talis subita affectio, utpotè supernaturalis, nequit activè procedere à voluntate, nisi intra eius activitatem contineatur; sed voluntas nèc ratione sui, nèc ratione Omnipotentiæ extrinsecè assistentis, nèc ratione auxilij, aut sanctæ cogitationis existentis in intellectu, potest continere activè subitam affectionem; ergò necesse est ponere in ipsa auxilium distinctum ei intrinsecè inhærens, ut talem affectionem producat. Prima pars min. est certa: Nàm operatio, ad quam vires naturæ sufficiunt, non est supernaturalis. Quòad secundam partem constat etiam ex dictis dub. anteced. §. 3. & quòad 3. prob. 1. Auxilium elevans intellectum, & cogitatio ex illo proveniens, sunt quid extrinsecum voluntati: ergò ex vi illorum nequit voluntas secundùm sibi intrinseca impotens producere sanctam affectionem, reddi potens ad eius productionem. Secundò: Nàm operationes intellectus, & voluntatis nequeunt ab eadem indivisibili virtute supernaturali effectivè procedere; cùm spectent ad lineas adæquatè distinctas, scilicèt, cognoscitivam, & affectivam; quapropter, estò lumen gloriæ sit donum excellentissimum, nequit in se adunare rationem principij cognitionis simul, & amoris: ergò auxilium elevans intellectum &c. Videantur Mag. Alvarez tom. de auxilijs disp. 74. Ledesma de auxilijs quæst. unica art. 16. PP. Salm. hic dub. 4. referentes alios pro nostra conclusione.

Primum.

Nèc obstat 1. Ex sancta cogitatione consequi necessariò, saltim ex natura rei, subitam affectionem in voluntate: ergò ultra illam non requiritur aliud auxilium. Non inquam obstat: Nàm etiam ex visione clara Dei consequitur necessariò amor eiusdem; & tamen huiusmodi actus procedunt ex principijs realiter distinctis spectantibus ad diversas lineas; quod quidèm motivum, ut supra diximus, etiam urget pro elicientia cogitationis, & affectionis. Nèc obstat secundò, quòd cognitio pręveniens voluntatem, movet ipsam ad sanctam affectionem: ergò potest illam elevare. Non inquam obstat: Nàm talis cognitio solùm movet voluntatem eam excitando, & alliciendo, non verò præbendo ipsi vires intrinsecas ad affectionem supernaturalem; quapropter his defici-

35

Occurritur instantiæ.

Alteri occurritur.

cientibus, nequit voluntas prorumpere in effectus supernaturales; non aliter, ac homo claudus excitatus, & provocatus ad motum, adhùc permaneret immobilis, nisi ei virtus gressiva tribueretur. Nèc obstat 3. quòd iuxta plures etiam ex Thomist. cognitio influit effectivè physicè in amorem: ergò ex vi illius potest elevari voluntas. Non inquam obstat. Primò: Nàm etiam species impressa influit effectivè in cognitionem, & tamen nequit supplere defectum virtutis ex parte intellectus ad eius elicientiam. Secundò: Nàm etiam pia affectio influit effectivè iuxta plures in actum fidei; & tamen ad huius elicientiam requiritur principium supernaturale elevans intrinsecè intellectum. Tertiò: Nàm talis influxus effectivus iuxta AA. illum tuentes est extrinsecus voluntati, & se tenens ex parte obiecti: quapropter nequit elevare voluntatem elevatione se tenenti ex parte subiecti, & quæ suppleat defectum intrinsecum virium illius.

Occurritur instat.

36 Inferes 2. Quòd cùm principia specificentur per actus, ad quos ex se ordinantur, ut stant sub eadem, vel diversa ratione formali; quotiès homo excitatur paulatim à Deo ad actus salutares per affectiones diversæ rationis ortas in eius voluntate, necesse est ponere diversa auxilia transeuntia pro illarum elicientia. Unde si quis carens habitibus perficientibus voluntatem excitetur à Deo per affectum subitum Religionis, timoris pœnarum, doloris de peccatis, desiderij beatitudinis, & similium; cùm prædicti affectus sint diversæ rationis, & gaudeant motivis diversis; oportet pro eorum elicientia diversa auxilia collocari in voluntate. Nàm, cùm auxilio transeunti nequeat maior amplitudo concedi, quàm habitui, si prædicti affectus, dùm sunt liberi, & absoluti, petunt connaturaliter ex diversis habitibus procedere; idem fatendum de affectibus indeliberatis respectivè ad auxilia. Oppositum autem dicendum, si tales affectus sint subordinati eidem rationi formali, & unus derivetur ex alio; sicuti ex amore oritur odium obiecti cõtrarij, & ex amore delectatio, & ex delectatione oritur timor amittendi obiectum, quod delectat.

2. Corol.

Inferes 3. Gratiam excitantem completè acceptam non in simplici dono consistere, sed plura dona complectere. Ratio est: Nam ex parte intellectus includit, tùm auxilium fluidum elevans intellectum ad sanctam cogitationem; tùm etiam ipsam cogitationem; cum voluntas nequeat excitari ad aliquem affectum, nisi ei proponatur ab intellectu aliqua convenientia. Gratia excitans ex parte voluntatis etiam includit duo, videlicèt, auxilium intrinsecè eam elevans ad subitam affectionem, & simul ipsam affectionem, per quam disponitur ad consensum liberum, quatenùs potest movere intellectum, ut perfectè, & deliberatè proponat prosequutionem obiecti, quòd imperfectè, & subitò fuit cognitum ex vi primæ cognitionis. Unde consensus liber, & salutaris, ad quem ordinatur gratia excitans, existit in signo sequenti ad cogitationem, tùm proponentem cum aliqua indifferentia elicientiam illius, tùm proponentem determinatè elicientiam eiusdem consensus. Si autem voluntas prævenita iudicio indifferenti subsequuto, tùm ad subitam cognitionem, tùm ad primam affectionem, nolit efficacitèr amplecti bonum propositum; tùnc verificatur cum proprietate eam resistere gratiæ excitanti, tàm spectanti ad intellectum, quàm ad voluntatem; cum omnes istæ gratię de se ordinentur, tanquam ad finem, ad existentiam consensus liberi, & salutaris.

37 Tertium.

Hinc inferes 4. iuxta sententiam à nobis stabilitam melius salvari per gratiam excitantem dari à Deo sufficientiam ad actus salutares. Ratio est: Nàm talis sufficientia nequit subsistere, nisi in voluntate detur virtus præcontentiva actus supernaturalis liberi, & efficacis; hæc autem virtus nequit dari in voluntate, nec ex vi subitæ cogitationis existentis in intellectu, utpotè ei extrinsecæ; nec recessus ex vi subitæ affectio-

38 Quartum.

tionis procedentis in ipsa voluntate. Tùm quia multotiès non existit quãdo voluntas prorumpit in actum salutarem. Tùm quia indeliberata affectio, estò disponat ad affectionem liberam, non est virtus præcontentiva illius. Oppositum autem contingit, si ponatur auxilium fluidum in voluntate. Quia cùm hoc possit permanere, estò transeat subita affectio orta ex prima cogitatione, remaneret in ipsa voluntate virtus intrinseca, per quam, præcedente ex parte intellectus, tum iudicio indifferenti, tùm iudicio practico determinato de consensu absoluto, & efficaci, possit voluntas illum elicere vi talis auxilij. Idem dicendum de auxilio fluido elevante intellectum; quod quidèm præbet vires, & sufficientiam intellectui, nedùm ad primam cogitationem subitam, sed etiam ad cognitionem perfectam, & proponentem obiectum supernaturale cum aliqua indifferentia. Videatur Mag. Lemos tract. 7. cap. 16. à num. 255.

39 Superst, ut circa connexionem, quam sancta cogitatio habet cum subita affectione, aliquid dicamus, ut ex eius decisione appareat, An gratia illuminationis, & affectionis sint unicum beneficium, vel plura? In hoc quæsito plura dicit Pater Aranda tom. 1. disp. 51. sect. 3. Asserit enim, quòd licèt attento fine, ob quem Deus infundit gratiam illuminationis, & affectionis prædictæ gratiæ sint unicum beneficium; cùm finis utriusque sit unicus, scilicèt, consensus salutaris; attamen oppositum dicendum loquendo ex natura rei, eò quòd licèt ad gratiam illuminationis necessariò consequatur aliqua complacentia, vel displicentia obiecti, non tamen, quæ sit determinatè supernaturalis.

Contra hunc modum dicendi

40 dico primò: *Omnis cognitio tàm naturalis, quàm supernaturalis proponens obiectum, ut conveniens, si sit subita, excitat necessariò per se loquendo aliquem affectum in voluntate circa tale obiectum.* Prob. 1. Nàm iuxta Divum Augustt. 3. de liber. arbitr. cap. 25. *Impossibile est, quin visis tangamur.* Hoc est, proponi aliquod obiectum, ut conveniens, quin voluntas illud contingat per amorem. Secundò: Nàm quælibet potentia, dùm non operatur modo libero, naturaliter tendit in suum obiectum, si sit ei debitè applicatum; sed obiectum virtutis est bonum ipsi applicatum per cognitionem: ergò cùm voluntas non operatur modo libero, necessariò tendit in illud per aliquam affectionem. Atqui dùm voluntas prævenitur subita cogitatione operatur, non ut potentia libera, sed per modum naturæ: ergò quotiès præcedit subita cogitatio, sive naturalis, sive supernaturalis &c. Tertiò: Non minus efficax est cognitio supernaturalis honestatis obiecti ad excitandum in voluntate amorem illius, quàm cognitio boni delectabilis ad excitandum in appetitu amorem eiusdem; sed quotiès subitò proponitur appetitui obiectum delectabile per se loquendo, excitatur in ipso aliquis motus iudeliberatus: ergò. Idem dicendum de voluntate præventa subita illustratione supernaturali. Deniquè: Nàm voluntas necessario amat obiectum sibi propositum, ut conveniens, quotiès non apparet aliquod motivum illam retrahens ab amore; aliter enim in omissione amoris non se gereret, ut appetitus rationalis; sed dùm voluntas prævenitur subita cogitatione unicè proponenti convenientiam obiecti, non apparet ipsi aliquod motivum retrahens ab amore: ergò.

Dico secundò: *Talis affectio per se loquendo est supernaturalis determinatè.* 41 Prob. primò: Nàm etsi libenter admittamus affectum entitativè naturalem posse excitari, & dirigi per cognitionem supernaturalem, ut satis probabiliter defendit Mag. Boliv. tom. 2. dub. 5. de Gratia Christi à num. 89. Attamen negari nequit, in hoc intervenire aliquam irregularitatem, & variationem ordinis rerum; cùm quælibet cognitio excitet de se affectum sibi proportionatum, & eiusdem ordinis cum ipsa: ergò cùm nullum sit fundamentum ad inversionem talis or-

ordinis dicendum est &c. Secundò, & explicatur hoc : Etsi non repugnet timor pœnarum inferni entitativè naturalis, & similitèr attritio naturalis de peccatis ; attamen omnes Theologi, præsertim morales, ad iudicandum, àn accedentes ad Sacramentum pœnitentiæ sint attriti attritione supernaturali necessariò requisita ad fructum illius capiendum, ducuntur hac regula generali, & in praxi omninò tuta, scilicèt, talem attritionem ortum ducere ex cognitione fidei, qua certò credunt Deum comminari pœnas inferni, & propter peccata privari illius gratia: ergò signum est dependentiam affectus à cognitione supernaturali per se loquendo probare illum esse supernaturalē : ergò voluntas prævenita illustratione supernaturali necessariò, saltim per se loquendo, prorumpit in affectum subitum supernaturalem.

§. VII.

Aliquæ instantiæ solvuntur.

42 ARguit primò Pater Aranda: Quod de se non connectitur cum requisitis ad affectum supernaturalem, non connectitur cum ipso ; sed huiusmodi est illustratio supernaturalis ; cùm nec connectatur cum præparatione speciali extrinseca Omnipotentiæ, nèc cum gratia intrinsecè auxilianti voluntatem ad elicientiam talis affectus : ergò. Secundò, & explicatur hoc: Nequit affectus esse supernaturalis, quin voluntas sit cum potestate completa ad illum ; sed illustratio supernaturalis non supponit, nec affert secum talem potestatem. Non enim eò ipso, quòd quis sit potens credere, dici valet esse potentem amare per charitatem : ergò. Tertiò : Illustratio supernaturalis est quasi applicatio bonitatis ad voluntatem, ut eam amet ; non verò est principium physicè elevans ad amorem : ergò quod sit supernaturalis non infert necessariò affectum supernaturalem. Patet consequentia : Nàm aliàs calefactio procedens ab igne supernaturaliter applicato foret entitativè supernaturalis, quod est absurdum. Denique : Illustratio supernaturalis non minuit activitatem naturalem, & conatum voluntatis ad affectus sibi proportionatos ; cùm gratia non destruat, sed potiùs perficiat naturam : ergò posita tali illustratione est potens ad affectus supernaturales : ergò si cum tali illustratione operatur voluntas, operatur tales affectus. Prob. conseq. Nàm causa necessaria operatur quantum potest: ergò &c.

Arg. 1.

Secundò.

Ultimò.

Resp. negand. min. Nàm per se loquendo nemo practicè excitatur à Deo ad affectum, quem nequit efficere ; aliter enim excitaretur ad aliquid sibi impossibile. Atqui illiustratio supernaturalis practica de se excitat voluntatem ad affectum supernaturalem ; igitur talis illustratio, etsi non sit potestas voluntatis ad affectum supernaturalem, exigit tamen ob sui tendentiam Deum infundere voluntati auxilium ad elicientiam talis affectus. Quapropter Deus decernens infundere cognitionem practicam supernaturalem, & excitativam, simùl decernit infundere voluntati auxilium, ut eliciat affectum, ad quem immediatè excitatur : quemadmodùm nemini infundit cognitionem excitantem ad credendum, quin simul infundat vires, quibus possit elicere piam affectionem determinantem ad actum fidei, & requisitum ad assentiendum revelationi: quidquid sit attenta extraordinaria providentia Dei.

43

Solutio.

Ad 2. Resp. negand. minor. Nec obstat instantia habitus fidei sine connexione cum habitu charitatis. 1. quia fides estò sit etiam practica, est tamen primariò speculativa. 2. Nàm habitus fidei non excitat per se primo ad actus charitatis, sed ad actus spei, timoris &c. Unde connaturaliter nequit existere sine spe, aut sine aliquo principio in voluntate ad aliquos actus supernaturales. 3. Nàm illustratio supernaturalis non excitat utcumque, sed immediatè, & in actu secundo ad affectum supernaturalem. Unde sicuti imprudenter quis homini non

44

Ad 2.

po-

potenti ambulare suaderet actum deambulationis ; ita discurrendum in præsenti. Ad 3. Resp. Illustrationem supernaturalem non esse utcumque applicationem bonitatis obiecti, sed bonitatis, aut entitativè supernaturalis, aut saltim sub motivo supernaturali ; aliter enim talis illustratio non esset supernaturalis. Undè non excitat voluntatem secundùm virtutem naturalem, sed secundùm potentiam obedientialem. Quapropter non se habet in ordine ad affectum in voluntate, sicuti applicatio ignis ad calefaciendum; cùm hæc unicè se habeat ex parte agentis ; illa verò ex parte obiecti voluntatis.

45 Ad ultim. Ad ultim. Resp. Quòd illustratio supernaturalis, esto non minuat activitatem naturalem voluntatis, eam tamen non movet : Nàm movens debet proportionari cum mobili. Nèc probatio in contra urget. Primò : quia sequeretur voluntatem non posse prorumpere in affectum supernaturalem, quin simul prorumpat in affectum naturalem, quod est prorsùs falsum. Secundò: Quia intellectus dùm intelligit principia, necessariò operatur, & tamen non discurrit, eò quòd solùm operatur quantùm potest, attenta vittute, qua in actu secundo utitur; non verò quantum potest, hoc est, secundùm omnem virutem, & varios modos potestatis, quos habet ad operandum. Undè illa propositio : Causa necessaria operatur in quantùm potest ; debet intelligi, quantùm potest secundùm virtutem, qua in actu secundo utitur, & per quam operatur.

Ex dictis constat responsio 46 ad interrogationem, scilicèt : An affectio sit beneficium distinctum Illatio. ab illustratione? Constat inquam, dicendo esse methaphysicè, & etiam physicè, dona distincta, proindèque beneficium diversum ; cùm Deus sua libertate, & dominio utens possit gratiam illuminationis sine gratia affectionis infundere. Attamen moralitèr, & in æstimatione reputantur, ut unicum beneficium integrum, & completum; eò, quòd moralitèr loquendo non ponunt in numero, sed ex ipsis consurgit unica libertas, & potestas completa ad consensum liberum. Ratio est levis momenti.

Et hæc de hoc dubio applicanda Litteræ Magistri in 2. distinct. 26. & reliquis usque 27. inclusivè.

(o)

DU-

DUBIUM IV.

AN GRATIA EXCITANS SIT NECESSARIA in omnibus subiectis ad actus liberos supernaturales, & qua necessitate?

N. 1 SI nomine gratiæ excitantis intelligatur cognitio supernaturalis præscindens à cognitione subita, & à cognitione perfecta, omnes ferè Theologi supponunt necessariam esse gratiam illuminationis ad operandum supernaturaliter; quapropter in præsenti sumitur gratia excitans pro cognitione supernaturali, subita tamen, & imperfecta, & ex qua oritur in voluntate affectio simplex, & indeliberata, per quam disponitur eadem voluntas, ut actum liberum, & absolutum eliciat. Deindè supponendum, dubium propositum posse exagitari, tàm pro homine, quem Deus primò vocat ad fidem, quàm pro homine iam fideli, quem potest excitare ad actus liberos spei, pœnitentiæ, & dilectionis super omnia. Deniquè supponendum ex dictis dub. 2. gratiam excitantem completè sumptam includere actus spectantes, tàm ad intellectum, quàm ad voluntatem, uti sunt delectatio, timor, simplex amor, & alia. Circa præsentem difficultatem discriminantur aliqualiter inter se Theologi. Pro quo videatur Pater Ripalda tom. 2. disp. 106. Mentem nostram in hoc puncto sequentibus conclusionibus explicabimus.

Videatur etiam M. Lorca disp. 18. de Gratia fol. 667.

(*)

§. I.

STATUITUR PRIMA CONCLUSIO.

Homo, qui convertitur ad fidem, nunquàm elicit primò actus fidei, aliosque liberos supernaturales, quin prius præcedat cognitio imperfecta supernaturalis, per quam excitetur à Deo.

ITA Mag. Alvarez de Auxil. disp. 88. Probant aliqui conclusionem nostram ex D. Augustin. lib. 2. de Peccat. merit. cap. 17. dicente: *Nolunt homines facere quod iustum est, sive quia latet, sive quia non delectat; ut autem appareat quod latebat, & suave fiat quod non delectabat, gratiæ Dei est &c.* Sed bonum honestum nobis apparere, spectat ad gratiam illuminationis: ergò talis gratia necessaria est ad supernaturaliter operandum. Sed hoc testimonium, aliaque innumera desumpta ex Concil. & PP. in quibus expressè affirmatur, hominem absque illuminatione Spiritus Sancti non posse supernaturaliter operari; solùm convincunt necessitatem gratiæ actualis illuminantis intellectum. Quod autem talis gratia illuminationis sit cognitio subita, & impotens se sola dirigere actum supernaturalem, de qua procedit nostra conclusio; non apparet qualiter ex prædictis testimonijs probetur. Quapropter loquendo intra terminos conclusionis, probatur primò sequenti ratione: Nàm Deus dùm illuminat supernaturaliter hominem, ut possit salutariter operari, se accon-

2 Prob. ex M.P.

commodat modo connaturali operandi illius ; hic autem modus est procedendo de actu imperfecto ad actum perfectum titulo agentis procedentis de potentia ad actū. Qua de causa nos experimur intellectū nostrum priùs apprehendere subiectum , & prædicatum alicuius propositionis , quàm formet iudicium de identitate, aut distinctione utriusque. Similiterque experimur; intellectum perpriùs principia, & postmodū conclusiones ex ipsis deductas per motū discursus intelligere: ergò fatendū est ita accedere intra ordinē supernaturalem, quatenùs intellectus perpriùs cognoscit imperfectè obiecta supernaturalia , & postmodum ea perfectè , & cum plena advertentia percipit. Explicat. hoc. Sicuti forma perfectè talis non inducitur, nisi in subiecto ad illam ultimatè dispositio , ita nec dispositio perfecta , quin procedat dispositio imperfecta : hac enim ratione ad calorem disponentem ultimo ad formam ignis præcedunt alij gradus caloris servantes inter se ordinem præcedentię iuxta ordinē perfectionis in ipsis repertū. Sed ad cognitionem perfectam supernaturalem regulativam actus liberi comparatur, tanquam dispositio, cognitio imperfecta supernaturalis: ergò intellectus de facto non informatur cognitione perfecta supernaturali &c.

Explic.

3 2. Ratio est desumpta ex D. Aug. ubi sup. dicente: *Ignorantia, & infirmitas vitia sunt, quæ impediunt voluntatem, nè moveatur ad faciendum opus bonum, vel ab opere malo abstinendum.* Ex quo testim. probat D. Th. & cum eo omnes Theol. 1.2.q.85.a.3. & rursùs q.109.a.9. hominem propter peccatum originale mansisse vulneratum vulnere ignorātiæ in intellectu; quod quidem , etsi aliqualiter sanetur per dona supernaturalia intellectualia; adhùc tamen remanet aliqua obscuritas in intellectu , secundum quam *quid oremus* (ut dicit Apostolus) *sicut oportet, nescimus* Qua doctrina supposita, sic efformo rationem. Nequit intellectus à se expellere ignorantiam rerum supernaturalium per cognitionem perfectam illarum, nisi aliquatenùs à voluntate ignorantiæ sanetur; sed hæc sanitas iuxta modum connaturalē non statim, sed paulatim, & per varios gradus acquiritur: uti contingit in eo , qui corporaliter ab aliqua infirmitate sanatur: ergò attenta suavitate divinæ providentiæ perpriùs illustratur intellectus hominis cognitione supernaturali subita, & imperfecta , quàm cognitione perfecta , & cum plena advertentia elicita.

Prob. 2. ratione.

4 Sed dices. Sine cognitione, quæ sit gratia excitans, nequit iuxta Concil. Trid. sess. 6. c. 6. & iuxta D. Augus. ubi sup. cap. 8. homo elicere actum salutarem. Atqui cognitio subita , & imperfecta, estò supernaturalis , non est gratia excitans , de qua loquitur Concil. ergò conclusio nostra impertinens est ad salvandam gratiæ excitantis necessitatem. Prob. min. Gratia excitans iuxta ipsum Conc. cap. 5. *est talis , quam homo potest abijcere , & cui potest liberè consentire.* Sed cognitioni subitę nequit homo liberè consentire, aut ei resistere; cum ipsam necessariò amplectatur per subitam affectionem ortam ex voluntate: ergò. Resp. 1. Quod si talis cognitio subita perseveret simul cum cognitione perfecta, & plenè advertenti , potest ei resistere voluntas non eliciendo consensum absolutum, & efficacem. Ratio est. Nàm talis cognitio , licet immediatè necessitet , & influat in affectionem indeliberatam , disponit tamen , aut inclinat saltim mediatè ad consensum absolutum, & liberum; igitur hoc deficiente resistit ei voluntas, licèt non secundùm omnem eius virtutem, benè tamen secundùm aliquam illius inclinationem. Resp. 2. Quod, etsi talis subita cogitatio in se transeat, permanet tamen virtualiter in iudicio perfecto supernaturali, tanquam in forma, ad quam dispositivè concurrit: quæ permanentia sufficiens est, ut dū voluntas directè resistit, & moraliter abijcit cognitionē perfectam supernaturalem, resistat etiam indirectè prædictæ cognitioni ad modum, quo, dùm quis resistit vocationi internę excitanti ad perseverantiam prædicationis externæ, dicitur etiam prædicationi externæ resistere , etsi desinat esse in seipsa ; ob permanentiā virtualem in gratia interna.

Dices.

Resp. 1.

Secundo.

§. II.

STATUITUR SECUND. CONCLUS.

Ante consensum liberum, de quo in præced. per se loquendo semper præcedunt affectiones indeliberatę, sive circa obiectum ipsum signatè attactum, sive circa ipsum liberum consensum.

5 ITa frequentèr Theologi, & expresè P. Suarez lib. 3. de Auxil. cap. 7. Prob. 1. ex D. Augst. lib. 2. contra duas epist. Pelagianorum cap. 9. dicente: *Benedictio dulcedinis est gratia Dei, qua fit in nobis, ut nos delectet, & cupiamus, hoc est, amemus, quòd præcipit nobis: in qua, si nos non prævenit Deus, non solum non perficitur, sed neque inchoatur in nobis.* Idem ad Simplic. q. 2. in fine: ergò ad amorem liberum efficacitèr adimpletivum præcepti semper præcedit in nobis &c. Prob. 2. ex dictis in præced. concl. Ante omnem affectum liberum supernaturalem, & cognitionem perfectam illū regulantem, præcedit in nobis aliqua cognitio subita, & imperfecta; sed ad huiusmodi cognitionem necessariò consequitur in voluntate aliquis affectus ei proportionatus: Nàm si cogitatio est de pœnis inferni v. g. oritur timor; si de Beatitudine consurgit desiderium illius, & his similia: ergo ad omnē consensum liberū, & salutarē semper præced. &c.

Prob. ex M. P. satis efficacitèr.

Secundo.

Prob. 3. à priori ex dupl. capite desumpta. 1. est: Nàm voluntas per motus supernaturales indeliberatos disponitur, ut prorumpat in actus absolutos, & deliberatos. Rursùs. Cum voluntas sit agens procedens de potentia ad actum, priùs prorumpit in actus imperfectos, quàm in actus perfectos: ergò cùm suavitas divinę providentiæ salvetur providendo unicuique iuxta modum illius, nunquam voluntas in nobis statim in actum perfectum, & salutarem prorumpit, sed paulatim; ut sic per motus imperfectos disponatur, & sit proportionata ad consensum absolutum, & efficacem: 2. desumitur ex vulnere infirmitatis, sive malitię, quòd remansit in voluntate per peccatum originale. Voluntas infirma, & imbecillis, nequit statim prorumpere in motū perfectum, & proprium hominis sani; sed perpriùs oportet, ut aliqualiter roboretur, & accipiat aliqualem vigorem intra ordinem supernaturalem; sicut enim per se loquendo, *Nemo repentè fit summus*; ita nemo infirmus fit repentè potens elicere motus hominis sani. Atqui affectiones subitæ supernaturales præstant voluntati aliquem vigorem, & robur, ut prorumpat in affectus liberos absolutos, & efficaces: ergò ad horum elicientiam fatendum est &c.

6 Prob. ratione.

Oppositum tuetur Vega lib. 6. in Trid. cap. 7. cum alijs, quos refert Suarez ubi sup. & cap. 8. num. 5. Quorum fundam. est 1. Voluntas potest subitò diligere, quod ante odio habebat, & è converso: ergò non est necessaria aliqua affectio indeliberata præcedens liberum amorem. 2. Consensus salutaris fit in instanti; sed si ad illius elicientiam præcederent in voluntate affectus indeliberati, non ita contingeret; siquidem prædicti affectus connaturalitèr præcedunt duratione ipsum consensum liberum: ergò. 3. Si ad elicientiā consensus præcederent tales motus indeliberati, sequeretur illum non esse in nostra potestate; cum in nostra potestate non sint prædicti motus; consequens est absurdum: ergò.

7 Arg. contra concl. 1.

Secundo.

Tertio.

Resp. ad 1. negand. mai. Nàm sicuti in intellectu præcedit cognitio imperfecta deliberationem, sive cognitionem proponentem obiectum cum plena advertentia; ita dicendum de voluntate ob modum connaturale operandi ipsi convenientem, videlicèt, procedendo de actu imperfecto ad actum perfectum. Ad 2. concessa maior. nego minor. Nàm etsi dispositiones ad aliquam formam tempore præcedant illius productionem; hęc tamen producitur in instanti, ut videre est in generatione substantiali. Quapropter, dùm dicitur; consensum salutarem produci in instanti, tenet verum de productione consensus secundum sibi intrinseca, & formalia; non tamē secundùm illa, quæ extrinsecè, & dispo-

8 Ad 1.

Ad 2.

Ad 3. positiva ad illum cõcurrunt. Ad 3. Resp. neg. sequel. Nàm licet prædicti motus indeliberati nõ sint in nostra potestate, & dominio, Deus tamen promptus est, ut eos nobis infundat, & inspiret, iuxta illud: * *Ecce ego esto ad ostium, & pulso.*

* Apocal. 3

§. III.

STATUITUR TERTIA CONCLUSIO.

In Christo Dño. in B. Virgine, & in Angelis, non præcessit gratia illuminationis, & affectionis; consistens in motibus indeliberatis, & imperfectis.

9 PRima pars est communis teste M. Boliv. tract. de Grat. Christ. dub. 5. à n. 67. & quòad omnes partes tuetur à M. Serna tract. de Grat. a. 9. Pro quo notat prædict. M. gratiam excitantem ex parte intellectus posse sumi, vel pro cognitione supernaturali perfecta proponenti bonum prosequendum per voluntatem, ut allieiës ad eius prosequutionem; vel pro cognitione supernaturali imperfecta proponenti bonum prosequendum sine indifferentia. Quo prænotato asserit primam gratiam illuminationis extitisse in Christo Dño. non tamen secũdam, quod est nostrum assertum. Ratio est. Nàm talis cognitio subita, & imperfecta non decet Christũ Dom. cum sapiat naturam alicuius defectus spiritualis, & ex parte animæ se habentis; Christus autem, etsi defectus corporales naturæ humanæ assumpserit, non tamen spirituales, repugnãtes perfectioni scientiæ, & gratiæ, ut docet D. Th. 3. p. q. 16. a. 4. 2. Nàm iuxta præsentem providentiam prima cognitio elicita à Christo Dño fuit visio beata, à qua, ut proprietas dimanavit scientia infusa, per quam etiam comprehensivè cognovit omnia dona gratiæ extra Deum. Sed ponere in intellectu cognoscente clarè, & quidditativè Deum, & comprehensivè omnia extra Deum, aliquam cognitionem subitam, & imperfectã est, si non repugnans ex terminis; quid indecens, & omnino superfluũ: ergò talis cognitio supernaturalis imperfecta non fuit in Christo Dño. 3. Nàm necessitas ponendi in nobis huiusmodi gratiam excitantem deducitur; aut ex vulnere ignorantiæ provenienti ex peccato originali, aut attento modo connaturali operandi in agente procedenti de potentia ad actum, ut per actus imperfectos disponatur ad actus perfectos; sed primum non habuit locum in Christo Dño. nec secundum; cum à principio suæ conceptionis fuerit plenus gratia, & veritate: ergò.

Prob. 1. pars.

Notat Boliva.

Secundo.

Tertio.

10 Ex his deducitur ratio prob. pro gratia affectionis consistẽti in affectione subita, & indeliberata. 1. Quia talis modus operandi in voluntate dicit imperfectionem; quapropter iuxta D. Th. 1. 2. q. 1. a. 1. tales actus non dicuntur actiones humanæ, cum in eorum elicientia non manifestetur modus proprius hominis in operando, scil. cum libertate, & dominio. 2. Nàm præcedentia huiusmodi affectionum ponitur, tùm propter infirmitatem voluntatis ad bonum honestum prosequendum contractam ex peccato originali; tùm, ut paulatim disponatur, ut maiori cum proportione possit in affectus perfectos, & absolutos prorumpere. Atqui in votate Christi Dñi. nulla præcessit infirmitas virium; & insuper per charitatem, & aliàs virtutes in summo gradu intensionis ei infusas, fuit ab initio facilis, & prompta in affectus heroicos, & perfectos prorumpere: ergò. 3. Nàm primus actus elicitus à voluntate Christi Dñi. fuit amor beatificus, ex quo processit amor liber circa genus humanum; rursùsque omnes eius affectus fuerunt imperati ex perfectissimo actu dilectionis: ergò in illo nullus fuit affectus subitus, & indeliberatus. Denique: Nàm subita affectio, ut ex dictis dub. 3. constat, oritur ex subita, & imperfecta cognitione boni honesti, & per illam regulatur: sed talis cognitio non fuit in Christo Dño. ut probavimus num. præcedenti: ergò nec talis subita affectio.

Aliæ rationes.

S. D. 1. p. q. 15. a. 4. in Christo omnes motus appetitus fuerũt ex iudicio rationis.

11 Quòad 2. partem, quàm tuetur Aranda referens pro se P. Suarez prob. eisdem fere rationibus. 1. Quia omisso, An B. Virgo Maria ab initio

Prob. 2. pars 1.

ſuæ conceptionis fuerit Beata per viſionem claram, & intuitivam Dei, eſt tamen aſſerendum fuiſſe plenè illuminatam; tùm ſcientia infuſa; tùm alijs donis Spiritus S. Sed intellectus ſic plenè inſtructus, & illuminatus, non indiget procedere de cognitione ſubita, & imperfecta, ad cognitionem perfectam, & cum plena advertentia rationis: ergò in B. Virgine Maria &c. 2. Quia ut ſupra Secundò. diximus, proceſſus in voluntate ex motibus imperfectis ad motus perfectos provenit ex infirmitate voluntatis ad opera heroica; quæ quidem infirmitas, & induratio ad bonum honeſtum, paulatim minuitur, & tollitur per affectiones imperfectas ſupernaturales, per quas remanet inclinata ad bona cœleſtia, & quaſi à bonis temporibus abſtracta: ergò voluntas illa, in qua nulla præceſsit infirmitas, nec propenſio in bona temporalia, non habuit neceſſe per affectus ſupernaturales imperfectos diſponi, & provocari ad bonum. 3. Tertio. Nàm voluntas excitata ad omnia exercitia libera ex perfectiſsimo actu dilectionis Dei ſuper omnia, non indiget excitari per actus imperfectos, & indeliberatos; imò potiùs ſuperfluè talis modus excitationis adſtrueretur in illa, non minùs, ac ſuperfluè accenderet quis lucernam ad videndum, Sole plenè illuminante in meridie. Sed voluntas B. V. fuit excitata ad omnes ſuas operationes ex actu perfectiſsimo dilectionis Dei ſuper omnia toto tempore ſuæ vitæ in ipſa durante, ut eſt certum, & iuxta plures Theolog. continuato cum viſione beata: ergò.

Quòad 3. part. prob. idem aſ- 12
ſumptum, utpotè conforme doctrinæ D. Thom. 1. p. q. 62. art. 2. aſ-
Prob. 3. pars. 1. ſerentis primum actum ſupernaturalem elicitum ab Angelis fuiſſe liberum, & meritorium: ex quo efficaciter deducitur in eorum voluntate non præceſsiſſe affectum aliquem ſupernaturalem omninò indeliberatum. Secundo 2. Nàm gratia in Angelis ſe accommodavit eorum naturæ; ſed Angeli ſunt naturæ intellectualis adeò perfectè cognoſcitivæ; ut eorum prima cognitio fuerit perfectiſsima, & comprehenſiva totius ordinis naturalis: ergò cognitio gratiæ eis infuſa fuit perfecta, & cum diſcretione percipiente obiecta ſupernaturalia: ergò ſuperfluè aſſeritur intellectum Angeli intra ordinem gratiæ proceſsiſſe de cognitione ſubita, & imperfecta, ad perfectã, ſive cum advertentia proponente obiecta ſupernaturalia. 3. Nàm iuxta doctrinam D. Thom. 1. p. q. 58. art. 3. quem Tertio. ſequuntur omnes eius diſcipuli: quia in Angelis non dantur cognitiones apprehenſivæ purè, nec diſcurſus intra ordinem naturalem, non admittitur talis modus cognoſcendi in ipſis intra ordinem gratiæ, eo quod gtatia, nec deſtruit, nec deprimit, ſed potiùs perficit naturam: ergò iuxta eandem doctrinam debet refutari efficax hæc conſequentia: *Intra ordinem naturæ intellectus Angeli non procedit de cognitione ſubita, & imperfecta ad perfectam: ergò nec intra ordinem gratiæ.* Ex his deducitur probatio etiã quòad affectionem ſupernam indeliberatam, & imperfectam; cum hæc ortum ducat, & reguletur per cognitiouem ſubitam, & imperfectam. Vide Zumel tom. variar. de volunt. hom. fol. 86. concl. 1.

§. IV.

Solvuntur aliquæ obiectiones.

LIcet concluſio ſit ſatis efficacitèr 13
probata, habet contra ſe aliqua argum. difficilia, & ex quorum ſolutione plurimum cognitio gratiæ Arg. 1. excitantis accreſcet. Objc. 1. Omnis actus ſupernaturalis liberè elicitus à Chriſto Dño. proceſsit etiã à Spiritu Sancto ipſum movente, & agente, ut dicitur Matthæi 4. Marci 1. Lucæ 4. Sed motio Spiritus S. fit per gratiam excitantem conſiſtentem in ſubita cognitione, & affectione: ergò talis gratia excitans præceſsit in Chriſto Dño. actus eius liberos. Reſp. cum M. Boliv. ubi ſup. diſtin. min. Per gratiam excitantem, conſiſtentem adæquatè in ſubita cognitione &c. neg. minor. Inadæquatè, conced. minor. & neg. ſeq. Gratia excitans ex parte intellectus, ut ſup. n. 9. diximus ex termi- Solutio.

minis, & in tota latitudine accepta solum dicit cognitionem supernaturalem, suadentem, & allicientem voluntatem ad fructuosè, & salutariter operandum; quòd quidem optimè convenit cognitioni, sive sit subita, & imperfecta, sive perfecta, & cum advertentia rationis elicita.

Si instes. Quod si instes: gratia excitans iuxta Concil. & PP. explicatur per motus supernaturales indeliberatos disponentes voluntatem ad liberè operandum: ergò implicat concedere in Christo Dño. gratiam excitantem,

Resp. & præfatos motus negare. Resp. PP. & Concil. loqui de gratia excitanti, quam Deus regulariter dispensat hominibus viatoribus, in quibus adest frequentèr difficultas, & improportio ad statim eliciendum actus perfectos; qua ratione oportet eos ab imperfectioribus incipere: quæ ratio non militat in Christo Dño. nec in B.ma Virgin. ut prob. relinquimus.

Sed ut dicta meliùs percipiantur objic. 2. Iuxta Conc. Arausic. c. 7. *liberum arbitrium nequit operari actum

14 ad vitam æternam conducentē absque illuminatione Spirit. S. *quę quidem doctrina non est, cùr restringatur ad homines viatores; aliàs ex prædicto canone non posset falsitatis convinci ille, qui affirmaret Christum Dom. & B. Virginem, per solius naturæ vigorem posse salutariter operari: quod videtur nefas concedere. Sed illuminatio Spiritus S. incipit per subitam cognitionem, per quam intellectus excitatur, ut evigilet, & ad Deum attendat: ergò in Christo Domino &c.

Arg. 2.

Resp. Hanc conseq. *Sine gratia*

15 *illuminationis nequit liberum arbitriū elicere actum salutarem: ergò nequit illum elicere sine præcedentia subitæ cogitationis*, esse inefficacem. 1. Quia quo perfectior est cognitio supernaturalis, eò perfectior est illuminatio Spiritus S. 2. Nàm cognitio practica fidei dirigens actum dilectionis Dei super omnia, non elicitur ab intellectu, nisi Deo illuminante; cum fides iuxta D. Petrum sit quasi lucerna lucens in caliginoso loco. Tùm quia actus donorum Spiritus S. spectantium ad intellectum, procedunt à Spiritu S. illuminante mentes nostras; & tamen prædicti actus non subitò, & imperfectè, sed perfectè, & cum superiori elevatione, dirigunt, & excitant immed. voluntatem ad actus salutares. Ex quibus patet, quod etsi sit certum, liberum arbitrium in Christo Dño. & B. Virgine, non potuisse elicere actus salutares absque gratia Dei illuminante, non propterea est concedendum in ipsis præcessisse cognitionem subitam, & imperfectam. Quod autem cognitio supernaturalis perfectè proponens obiectum, sit etiam gratia excitans; præter superiùs dicta, constat ex Div. Bernard. lib. de Grat. & lib. arb. dicenti: *Gratia liberum excitat arbitrium, cum seminat cogitatum.* Restringere autem talia verba ad cogitationē subitam, est prorsùs voluntarium. Ulteriùs: Nàm ut rectè arguit Illust. Alvarez disp. 88. concl. 2. Gratia excitans est illa, per quam Deus allicit, & suadet voluntati rectè operari: quapropter solum moraliter, & obiectivè, concurrit ad actus salutares. Atqui suadere, & allicere voluntatem, eam moraliter movendo, convenit cum proprietate cognitioni supernaturali perfectè tali; imò huic solum convenit immediatè, & cognitioni subitæ mediatè: ergò.

Nota.

Quæ cognitio sit gratia excitans.

Resp. & prob. 1.

Deindè: Nàm gratia excitans iuxta Trid. sess. 6. c. 5. *est Spiritus S. illuminatio, per quam tangit corda hominum, & cui voluntas potest dissentire, aut liberè consentire; * sed hæc omnia propriè conveniunt cognitioni supernaturali perfectę, & proponenti cum advertentia consensum salutarem; cū cognitioni purè subitę voluntas, nec liberè consentire, aut dissentire possit: ergò ratio gratię excitantis ex terminis convenit etiam cognitioni perfectæ supernaturali. Idem dicendum est de vocatione intrinseca: cum cognitio perfecta habeat moraliter movere voluntatem, ut convertatur in Deum, & ipsi possit voluntas consentire, aut dissentire. Nisi aliàs dicatur ex vi solius cognitionis supernaturalis subitæ, & imperfectę, constitui voluntatē cū libertate immediata ad actus supernaturales; quod omninò falsum iudicamus.

16

Secundo.

Idem de gratia, ut est vocatio.

Solutio. Et fundatur 2. & 3.

mus. Ex his omnibus constat, quam merito supra dictum sit PP. Ecclesiæ exponentes gratiam excitantem per motus imperfectos intellectus, & voluntatis, intelligendos esse de gratia excitante, prout dispensatur à Deo regulariter, & hoc quidem, non accepta gratia excitante adæquatè, sed inadæquatè, quatenùs Deus tales motus infundit, ut se accommodet connaturali modo operandi in hominibus, videlicèt, procedendo de imperfecto ad perfectum. Unde D: Prosp. 2. de voc. gent. cap. 26. loquens de gratia excitanti ait: *Per ipsam dari intellectum, & inspirari consilium, & corda nostra affectionibus fidei illuminari*: consiliũ, intellectus, & illuminatio fidei, etiã sunt cogitationes supernaturales perfectæ.

17 Arg. 3. Obijcies 3. & difficilius. Implicat voluntatem elicere actum salutarem, quin præcedat inspiratio Spiritus S. sed huiusmodi inspiratio consistit in affectionibus indeliberatis: ergò quidquid sit de Christo Domino: de alijs creaturis fatendum est necessariò præcedere tales motus ad elicientiam actus salutaris. Mai. traditur à Concil. Arausc. cap. 7. ubi asserit ad actus salutares esse necessariam Sancti Spiritus inspirationem; & à Conc. Trid. sess. 6. can. 3. Min. vero prob. 1. Nàm talis inspiratio ponitur ab Arausc. ut superaddita illuminationi; sed inspiratio, ut sic superaddita, affectũ voluntatis importat: ergò cum non possit esse affectus liber: cum hic affectus sit terminus ad quem inspiratio datur; dicendum est esse affectum indeliberatum. 2. Nàm inspiratio iuxta communem Theologorum acceptionẽ est idem, ac gratia affectionis; sed hęc gratia consistit in motibus voluntatis: ergò. Ex hoc argum. potest formari sequens discursus pro Bma. Virgine, & Angelis: Asserere Bmam. Virginem, & Angelos, dilexisse Deum absque prævenienti inspiratione Spiritus S. si non est erroneum, est prorsus falsum, & errori expositum; sed gratia inspirationis præveniens dilectionem Dei, alioque actus salutares, dicit affectus supernos indeliberatos: ergò. Aliud arg. potest poni, ex quo omne

Aliud argum.

agens creatum necessario procedit de potentia ad actum. Pro quo vide S.D. 1. p. q. 58. a. 1. ubi distinguit duplicem modum essendi in potentia.

Ad hoc argum. variè Resp. AA. nostram sententiam tuentes. Aliqui enim teste Suarez c. 7. à n. 2. asserunt illuminationem, & inspirationem, quam PP. & Conc. asserunt necessariò requiri ad actus salutares; esse eandem motionem cum sola diversitate muneris, & respectus, ita, ut, eadem sancta cogitatio dicatur illuminatio, quatenùs afficit intellectum; inspiratio vero, quatenùs invitat, & allicit voluntatem ad consensum. Ex qua doctrina constat solutio ad argum. Cum sancta cogitatio modo dicto accepta obtineat etiam rationem inspirationis moventis, & allicientis voluntatẽ, quin sit necessarius recursus ad motus indeliberatos. 18 Solutio quædam.

Contra hanc solut. plura obijciunt AA. præsertim PP. Salm. hic dub. 4. probantes ultra sanctam cogitationẽ illuminantem intellectum, & moraliter allicientem voluntatem; ulteriùs requiri aliam gratiam affectionis ei intrinsecam, per quam voluntas fiat potens prorumpere in actum liberum supernaturalem. Quod quidem prob. 1. Nàm Pelagius tandèm confessus est dari gratiam supernaturalem illuminationis intrinsecæ, per quam Deus excitabat voluntatem ad actus supernaturales; quo non obstante PP. præsertim Aug. ipsum impugnãt, probando talem gratiam esse insufficientem, utpotè non recedentem à gratia legis, & doctrinę. Ita lib. de grat. Christ. c. 10. 2. Nàm talis cogitatio, utpotè extrinseca voluntati, nequit eam intrinsecè elevare, ipsique præbere activitatem, ut actus supernaturales producat. Igitur fatendum est debere poni in voluntate ultra sanctam cogitationem, aliam gratiam ipsi intrinsecam, & moventem ad actus supernaturales. Quod si ab eis quæras: An talis gratia inhærens voluntati sit auxilium distinctum à motibus indeliberatis; An vero in prędictis motibus consistat? Resp. illã consistere in auxilio, estò prædicti motus aliqualiter disponant voluntatem ad actus liberos. 18 Reijcit 1. Secunda.

§. V.

§. V.

In quo ponitur doctrina valdè utilis.

20 SEd quamvis hæc solutio contineat veram doctrinam, & à nobis supra traditam, restat tamen decidere, *An gratia inspirationis, sive inspiratio Spiritus Sancti, cuius necessitatem ad actus salutares proclamant Concilia, & PP. unicè salvetur in affectionibus indeliberatis?* Sive, *An possit propriè verificari voluntatem operari ex prævenienti inspiratione Spiritus Sancti, casu, quò tales motus indeliberati non præcedant in voluntate?* Hæc est difficultas, & quæ (meo videri) multum habet de significatione vocis. Ad quam Resp. 1. *Stat voluntatem agere supernaturalitèr meritoriè ex inspiratione Spiritus Sancti, quin operetur ex motibus supernaturalibus imperfectis priùs eam excitantibus.* Prob. 1. Nàm voluntas Christi Domini operabatur liberè, & meritoriè ex inspiratione Spiritus Sancti, sive quod idem est, per Spiritum S. ipsam moventem, agentem, & dirigentem, ut constat ex PP. ad illa verba Matth. 4. *Ductus est Iesus in desertum à Spiritu.* Et ad illa verba Lucæ 4. *Iesus autem plenus Spiritu Sancto agebatur à Spiritu in desertum.* Unde S. Greg. lib. 18. Mor. cap. 23. ait: *Bonum latronem Deo inspirante ad Deum fuisse conversum.* Sed talis actus meritorius non fuit elicitus à Christo Domino ex aliqua affectione imperfecta, & indeliberata; cum talis actus fuerit perfectissimæ dilectionis, per quam voluntariè acceptavit præceptum Patris: ergò. Secundò. Nàm operari ex inspiratione Spiritus Sancti est operari ex motione, impulsu, & afflatu Spiritus Sancti, ut constat ex ipsa vocis significatione, de qua videatur Calepinus verbo *inspiratio*, & D. Thom. 1. p. quæst. 37. ar. 1. Sed *motio, impulsus, & afflatus Spiritus Sancti* de se significant aliquid præscindens à motione, quæ fiat per motus indeliberatos voluntatis, sive per quodcumque aliud auxilium; ergò. Vide Sanct. Doct. super Ioan. 6. lect. 5. De hoc puncto agit Illustr. Alvarez tom. Respons. disp. 2. cap. 10. per totum, tenens nostram assertionem.

Quæstio ingeniosa. Resp. 1. & prob. 1. Secundò.

Hinc colliges, Spiritum Sanctum non solum se habere, ut inspiratorem, dùm nobis sufficientiam, & libertatem ad actus salutares infundit; sed etiam, dùm nos per gratiam suam efficacitèr movet, & impellit ad salutaritèr operandum. Ratio huius dicti est. 1. Nàm inspiratio ex terminis, & etiam proùt attribuitur Spiritui Sancto, dicit formaliter motionem, & impulsum, per quem ubi vult, spirat operando in voluntate nostra. Sed non solum sufficientia ad actus salutares, verumetiam ipsi actus fiunt à voluntate nostra ex nova motione, novoque impulsu Spiritus Sancti, per quem nobis largitur actus salutares, tanquam dona propria ipsius: ergò Spiritus Sanctus, ut efficacitèr movens voluntatem, se habet verè, & propriè ut inspirator. 2. & dicta roborantur ex illo Apostoli ad Rom. cap. 8. *Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei.* Ex quo testimonio probant cummunitèr Thomistæ, gratiam ab intrinseco efficacem ad actus liberos; siquidèm iuxta Div. Thomam ibidem, voluntatem agi Spiritu Dei, est illam ex instinctu Spiritus Sancti moveri ad agendum. Tùm sic; sed voluntatem moveri ad liberè agendum ex instinctu Spiritus Sancti est illam ex inspiratione illius agere: ergò sic agere voluntariè restringitur ad motionem Spiritus Sancti unicè consistentem in affectionibus indeliberatis à Spiritu Sancto infusis.

21 Illatio ex dictis. Prob. 1. Secundò.

22 3. Nàm iuxta Div. August. epist. 105. *Spiritus Sanctus inspirat nobis affectum gemendi.* Et libr. de Correpț. & grat. cap. 2. *Deus occulta sua inspiratione operatur in nobis velle, & operari.* * Sed hæc omnia non aliter operatur, eaque Deus nobis largitur; nisi donando illa per gratiam efficacem libertati superadditam: ergò inspirare convenit propriè Spiritui Sancto, ut per gratiam efficacem moventi voluntatem ad actus salutares. 4. Nàm idem Sanct.

Tertiò. * Hancpost citat Apost. dicens: Oramus nè quid faciatis meli. 1. ad Cor. c. 3. Quartò.

Ex M. P. Parens lib. 1. de Grat. Christi cap. 3. referens sententiam Pelagij, ait, ipsum negare Deum in cordibus nostris operari inspirando dilectionem, & alios motus voluntatis; sic enim habet: *Adiuvat Deus hominem (inquit Pelagius) ut declinet à malo, & faciat bonum revelando, & ostendendo quod fieri debet, non etiam cooperando, & dilectionem inspirando*: ergò cum Magn. Par. impugnet Pelagium probando debere concedi gratiam, non solum ostendentem, quid fieri debeat à nobis; sed etiam facientem nos facere, sub huiusmodi gratia verè, & propriè continetur inspiratio Spiritus Sancti. Hoc ipsum confirm. ex D. Prospero lib. contr. Collatorem cap. 22. dicente: *Nullus est motus bonæ voluntatis nisi, quē creaverit diffusa per Spiritum Sanctum charitatis afflatus.* En *significationē* inspirationis Dei, scilicèt, *afflatus Spiritus Sancti.* Similitèr S. Leo Papa epist. 91. hæc habet: *Ipsam pœnitentiam ex Dei credimus inspiratione conceptam.* Et S. Greg. hom. 9. in Ezechiel. *Ipse aspirando nos prævenit, ut velimus, qui adiuvando subsequitur, nè inanitèr velimus, sed possimus implere, quod volumus.* Cum ergò in prædictis testimonijs, iuxta communem Thomistarum doctrinam fiat mentio gratiæ efficacis, per quam Deus donat nobis actus salutares, fatendum est huiusmodi gratiam contineri etiam sub gratia inspirationis, motionis, & impulsus Spiritus Sancti moventis corda nostra ad salutaritèr operandum.

Ex S. Prosper.

Ex alijs PP.

His omnibus accedit testim. 23 D. Thom. hic quæst. 109. art. 6. dicentis: *Præparationem ad gratiam iustificantem* (quæ iuxta ipsum ibi consistit in conversione libera animæ ad Deum per actum dilectionis) *fieri ex auxilio Dei interius moventis, & inspirantis bonum propositum.* Ubi notandum non dixisse Sanct. Doctorem *inspirantis sufficientiam, aut simplicem complacentiam, sed bonum propositum diligendi Deum, & pœnitendi de peccatis.* Hinc colliges, gratiam prævenientem, quam petimus à Deo ut velimus, & operemur actus salutares, posse, & debere dici etiam inspirationem; similitèrque per talem orationem nos protestari Deum esse inspiratorem omnium bonorum supernaturalium; nisi aliquis velit distinguere inter inspirationem Spiritus Sancti, & eius motionem, impulsum, & instinctum, in quo satis voluntariè loquetur. Quapropter dùm Ecclesia sic Deum exorat: *Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præveni, & adiuvando prosequere &c.* hoc orat, scilicèt, *prævenit Domine operando, ut velimus agere, & postquam velimus, adiuva, ut cooperando perficiamus.* Nàm cum priùs sit velle, quam operari: Deum aspirando causare in nobis bonum velle, est ipsum aspirando prævenire nostras actiones. Ita Mag. Lemos lib. 4. tract. 7. cap. 12. à num. 187. quæ expositio traditur etiam à D. Greg. ubi sup. num. añti.

Quinto ex S.D.

Dico 2. *Angelus (idem de Beatissima Virgine) elicuit primum actum charitatis in instanti suæ creationis ex inspiratione Spiritus Sancti, estò in ipso non præcesserit affectio aliqua supernaturalis omninò indeliberata.* Conclusio hæc colligitur ex præcedenti satis efficacitèr. Voluntas impotens diligere Deum super omnia dilectione libera, & salutari, quin per priùs Spiritus Sanctus ei infundat habitum charitatis, vel auxilium, & insuper eam moveat, & impellat ad elicientiam talis dilectionis, nequit diligere Deum absque inspiratione Spiritus Sancti; sed seclusis affectionibus omninò indeliberatis, scilicèt, timoris, & delectationis &c. verificatur voluntatem non posse diligere Deum super omnia dilectione libera, & salutari absque donis supra recensitis, provenientibus ex operatione, afflatu, & impulsu Spiritus Sancti: ergò. Videatur D. August. lib. 13. de Civit. Dei cap. 24. pro significatione huius vocis *inspiratio*, & Concilium Arausican. can. 25. affirmans Deum inspirare nobis fidem, & amorem sui; ex quo probat Mag. Lemos lib. 4. tract. 1. part. 2. cap. 3. gratiam efficacem meritò dici gratiam inspirationis. 24 Secunda conclus.

Hæc ad longum dixi, & meo videri satis solidè probavi, sentiens gratiam efficacem, sive prædeter- 25

mi-

minantem ad actus salutares rectè, & in ptoprio sensu dici etiam gratiam inspirationis ; ideòque dùm actus salutaris fit à Spiritu Sancto moventi , & prædeterminanti nostram voluntatem , propriè fit ex inspiratione illius. Per hanc doctrinam evanescit argumentum , quod formari potest contra gratiam ab intrinseco efficacem sub sequenti forma. In Concilio Arausicano cap. 8.ubi agitur de necessitate gratiæ ad actus salutares , solum fit mentio de gratia illuminationis , & inspirationis ; sed gratia ab intrinseco efficax sub nulla ex his continetur : ergò. Quod argumentum iuxta à nobis immediatè dicta , & stabilita , est inefficax ; secùs vero , si oppositum ab alijs teneatur.

Fit satis cuidam arg.

26 Omnia roborantur ex D.Anselmo lib. Cur Deus homo cap. 10. & D. Thom. 3. p. q. 47. ar. 2. asserentibus : *Patrem tradidisse morti Christum Dominum inspirando ei affectum charitatis, ad subeundam pro nobis mortem.* Quiquidem affectus , per quem nobis meruit , & in quo sanctificati sumus , fuit perfectissimè liber , iuxta illud Esaiæ 53. *Oblatus est, quia ipse voluit.* Videatur etiam D. Th. opusc. 17. cap. 9. ubi sæpè repetit hoc nomen *inspiratio* ; quare ly *inspirando* idem significat , ac intùs infundendo, & movendo voluntatem; quod ex se commune est actui indeliberato , & libero. Videatur P. Ripald. disp. 161. fol. 504. & Illustr. Palanco de Provid. quæst. 10. à num. 93. & à num. 17.

Si autem quæras , An gratia prædeterminans ad actus salutares possit etiam in aliquo sensu dici gratia excitans ? Resp. 1. Attenta communi significatione huius verbi *excito* posse sic appellari ; siquidèm iuxta Calepinum tale verbum idem significat , ac hoc verbum *moveo* ; quapropter de Deo revocanti mortuos ad vitam , dicitur eos ab inferis excitare. Undè illa verba , quæ profert Ecclesia in Adventu , scilicèt : *Excita Domine potentiam tuam , & veni,* idem significant , ac si oraret Deum, ut operetur determinando, applicando,&utendo sua potẽtia,ut mittat filium suum de Virgine natum. Ex quibus constat, omnem gratiam moventem , & applicantem voluntatem ad actum salutarem,posse dici in aliquo sensu gratiam excitantem. Resp. 2. Gratiam excitantem etiam aliquando sumi à SS. PP. pro auxilio efficaci gratiæ prævenientis, per quod Deus efficacitèr movet voluntatem, ut velit , & operetur. Ita Magist. Lemos tom. 4. tract. 7. cap. 12.n. 187. Hoc assertum prob. à prædicto Mag. ex illa oratione Ecclesiæ : *Excita Domine corda nostra ad præparandas Unigeniti tui vias.* Quis enim dubitat Ecclesiam postulare à Deo nomine excitationis talem præparationem, qua non solùm corda nostra possint , sed etiam de facto , & efficacitèr præparentur per opera pietatis ad susceptionem dignam Redemptoris ? Videatur Div. Aug. lib. 1. cont. duas Epist. Pelag. cap. 19. ubi gratiam, per quam Deus operatur in nobis velle bonum , excitantem appellat. Resp. 3. Gratiam excitantem iàm communitèr accipi à Theologis post Concil. Trid. pro gratia prævenienti moventi moralitèr , & obiectivè voluntatem ad actus liberos , & salutares. Rationem huius acceptionis deduco ex eodem Concil.sess. 6.cap. 5. & 6. distinguenti gratiam excitantem à gratia adiuvante : quæ distinctio manifestè indicat nomine gratiæ excitantis ipsum intelligere gratiam moralitèr moventem voluntatem, & spectantem ad constitutionem libertatis. * Id ipsum suadetur ex eodem Concilio can. 4. ubi asserit , * liberum arbitrium posse dissentire Deo excitanti;*cùmque gratiæ ab intrinseco efficaci dissentire nequeat , manifestum est nomine gratiæ excitantis non posse intelligi iuxta Concilij doctrinam , gratiam ab intrinseco efficacem. His omnibus accedit, quod cùm sit utendum nominibus , iuxta communem sapientum acceptionem: ideò dicendum gratiam prævenientem ab intrinseco efficacem , non posse dici,cum distinct.dicta nisi gratiam excitantem.

Secundo.

Tertio.

* Idem si excitatio additur ad motionem Dei

27 Cuidam quæst. fit satis 1.

28 Cum doctrina hucusque tradita optimè componitur gratiam inspirationis multotiès ac-

Notatu dignum.

ci-

cipi ſolum pro gratia excitanti, per quam liberum hominis arbitrium fit potens ad actus ſupernaturales, ita ut ei reſiſtere poſsit. Ita accipitur à Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 5. & can. 3. Quod ſi ſcire deſideras rationem huius acceptionis: Reſp. eam eſſe, quia videlicèt Concilium ibi loquitur de gratia inſpirationis, proùt differt à gratia adiuvante, per quam voluntas elicit actus proximè diſponentes ad iuſtificationem; gratia autē inſpirationis, proùt diſtincta ab adiuvante & ut conſtituit libertatem ad conſenſum, eſt excitans. Tùm quia iuxta Concili. ibi gratia inſpirationis ita conſtituit libertatem ad converſionem, ut poſt illam oremus Deum nobis donare talem converſionem ſua gratia prævenienti; * quę quidem oratio locum non haberet, niſi inſpiratio unicè ſtaret pro gratia ſufficienti.

* Iuxta illa verba: cũ reſpondemus &c.

29 Quapropter gratia inſpirationis, quæ ex terminis idem eſt, ac motio, ſive impulſus Spiritus Sancti, * eſt duplex, una moralis, effectiva altera: prima ſpectat ad conſtitutionem libertatis, eſtque reſiſtibilis à voluntate: ſecunda verò ſpectat ad exiſtentiam conſenſus ſalutaris. * Per primam donat nobis Deus poſſe ſalutaritèr conſentire: per ſecundam novo favore donat ipſum ſalutarem conſenſum. Unde nè quis audita gratia inſpirationis, ſive inſpiratione Spiritus Sancti, ſtatim nomine illius intelligat determinatè gratiam excitantem, & conferentem libertatem ad actum ſupernaturalem; oportet priùs diſcutere ex antecedentibus, & conſequentibus, de qua gratia inſpirationis fiat ſermo. Si namque ex contextu deducatur per illam Deum donare nobis poſſe ſalutaritèr conſentire, erit gratia inſpirationis purè moralis; ſi tamen denotetur, per talem gratiam Deum donare, & operari in nobis conſenſum, erit gratia phyſica inſpirationis: ſive phyſicè prædeterminans.

* Sic definitur à S. D. 1. 2. q. 68. ar. 1.

* Alitèr: una movens ex parte obiecti: Alia movens ex parte agentis, & quòad uſum.

30 Obijcies 4. Ideò in Angelis, & Beatiſsima Virgine, non præceſiſſet affectio indeliberata, quia eorum voluntas fuit præventa non cognitione ſubita ſupernaturali, ſed perfecta proponenti obiectum cum indifferentia; ſed hæc ratio eſt nulla: ergò. Minor prob. Ad quam cumque propoſitionem obiecti eſtò cum indifferentia, neceſſario excitantur in voluntate ſimplices affectiones circa extrema, aut obiecta indifferenter propoſita: ergò. Prob. añs. 1. ex D. Auguſt. lib. 1. ad Simplician. quæſt. 2. propè finem dicente: *Quis habet in poteſtate, ut vel occurrat id, quod eum delectare poſſit, vel delectet cum occurrerit?* ergò ex omni cognitione etiam indifferenti neceſſario excitatur in voluntate aliqua delectatio. 2. Nàm prima affectio Beatiſsimæ Virginis, & ſimiliter Angelorum, non proceſsit ab eorum voluntate, ut libera eſt, ſed ut obtinet rationem naturæ; ita colligitur ex D. Thom. hic, quæſt. 111. ar. 2. & quæſt. 9. ar. 4. & 6. interprete Cayetan. & alijs ex eius diſcipulis affirmantibus voluntatem per priùs ſe exercere ut natura eſt, quam ut potentia libera eſt. Sed affectio procedens à voluntate operanti per modum naturæ, eſt omninò indeliberata: ergò. 3. Nàm iuxta D. Anſelm. cap. 13. de Caſu Diabol. primus actus voluntatis in Angelo fuit omninò neceſſarius, ſcilicet, amor beatitudinis in communi, per quem amorem ſe movit ad liberè, & voluntariè operandum: ergo &c.

Arg. 4. ex doctr. P. Ripald.

31 Confirm. Confirm. Implicat voluntatem elicere affectum abſolutum, & perfectum ſupernaturalem, quin priùs ſe exerceat per ſimplices affectiones gratiæ; ſed huiuſmodi affectiones non ſunt liberæ voluntati: ergò ad omnem conſenſum abſolutum, & perfectum, præcedunt neceſſariò affectiones omninò indeliberatæ. Mai. in primis prob. 1. ex Div. Aug. ubi ſup. dicente: *Voluntas ipſa, niſi aliquid occurrerit, quod delectet, atque invitet animum, moveri nullo modo poteſt*: ergò. 2. Voluntas nequit efficacitèr amare id, quod perpriùs ſibi placitum, & gratum non eſt: qua de cauſa Div. Thom. expreſsè affirmat, tùm 1. p. quæſt. 20. art. 1. tùm 1. 2. quæſt. 25. art. 2. & alib. amorem ſtrictè dictum, qui eſt idem, ac ſimplex affectio, & complacentia boni,

eſſe

esse radicem, & originem omnium affectuum voluntatis: ergò. 3. Quia huiusmodi simplices affectiones se tenent ex parte potestatis in voluntate ad actus perfectos, & efficaces; sicuti in intellectu apprehensiones in ordine ad formandum iudicia de obiectis apprehensis: ergò implicat &c. Min. verò primi syllogismi prob. 1. Affectio, ad quam non se movet voluntas, non est libera voluntati: sed ad simplices affectiones non se movet voluntas, sed unicè movetur à Deo teste Div. Thom. hic quæst. 111. art. 2. ergò. 2. Affectiones gratiæ expertes omnis meriti non sunt liberæ; sed huiusmodi sunt omnes affectiones simplices, & inefficaces circa obiecta supernaturalia, iuxta communem sensum Theologorum: ergò.

§. VI.

Rejicitur argumentum ex P. Ripalda.

32 HOC argumento movetur P. Ripalda hic disp. 103. (quem sequuntur aliqui Recentiores) ad affirmandum, non solùm ex cognitione subita, & omninò determinata, oriri in voluntate affectionem simplicem omninò necessariam, sed etiam ex cognitione indifferenti. Cùmque huiusmodi cognitio proponat obiectum, ut ex una parte conveniens, & dignum prosequutione; & ex alia ut disconveniens, fugaque dignum, asserit ex tali cognitione oriri in voluntate duplicem affectum, scilicèt, & simplicem complacentiam circa illum sub ratione boni, & simplicem displicentiam de eodem, ut proposito sub ratione mali. His ergò affectibus constituitur voluntas cum potestate completa, & sufficienti, ut possit affectu absoluto, & libero, prosequi obiectum sibi propositum sub ratione convenientis; vel odio absoluto prosequi idem obiectum sibi propositum sub ratione disconvenientis. Hinc rursùs asserit, quoties voluntati proponitur ex una parte obiectum honestum, & ex alia obiectum delectabile prohibitum, necessariò resultare in ipsa voluntate simplicem complacentiam honestatis, & simplicem complacentiam circa obiectum delectabile.

Aranda disp. 51. §. 3. num. 181. Mens. P. Ripalda.

Illatio ex dictis.

Rejicitur primò ex Div. Aug. super Psalm. 118. conc. 8. circa finem dicente: *Sæpè, quid agendum sit, videmus, nèc agimus, quia non delectat, ut agamus*: ergò ex propositione obiecti honesti cum advertentia rationis non insurgit necessariò in voluntate aliqua delectario, aut affectio circa illud. Nèc valet dicere cum Ripald. Augustinum non negare omnem simplicem complacentiam: sed ideò affirmare bonum propositum sæpè non delectare; vel quia est tam remissa, ut sit quasi non esset; vel quia talis delectatio non durat, quando opus agendum est. Non inquam valet 1. Nàm delectatio constituens voluntatem cũ libertate, complensque eius potestatem ad affectum perfectum, & efficacem, non est delectatio se habens in voluntate perindè, àc si non esset; sed huiusmodi se habet simplex complacentia iuxta sententiam P. Ripalda, quantumvis remissa sit: imò iuxta ipsum affectiones simplicis complacentiæ, nedùm moraliter, sed etiam physicè effectivè influunt in actus absolutos, & efficaces: ergò. 33 Impug. 1.

Secundò: Nàm talis expositio opponitur Div. August. qui statim subdit: *Prævolat intellectus, & tarde sequitur, & aliquando non sequitur humanus, atque infirmus affectus.* Sed aliquando non sequi affectum etiam infirmum, qui absdubio est remissus, & inefficax, expressè opponitur cum hoc, quod est dicere semper sequi aliquem affectum, estò remissum, & inefficacem: ergò. Denique: Id, quod secundò asserit solutio,* scilicèt, ideò non oriri delectationem ex cognitione boni, quia nõ durat, qnãdo opus est agendum,* est prorsùs inutile, quia idem posset affirmari de alijs affectionibus indeliberatis, quæ frequentèr tempore præcedunt consensum deliberatum. Si igitur quia prædicta delectatio non durat, verificatur dictum Aug. posset etiam iuxta eius mentem affirmari, multotiès ex cognitione boni nullam affectionem oriri in voluntate 34 Secundò. Ultimo.

te. Rursùs : Quia, ut ex verbis immediatè relatis constat, non dixit Magn. Par. *Aliquando non durat affectus, sed tarde, & aliquando, non sequitur.* Per quæ patet secundam solutionem esse parùm congruam menti Divi Augustini.

35 Tertiò.

Rejicitur 3. Nàm voluntas in omnibus suis actibus debet proportionari cum intellectu ipsam moventè, & regulante; sed affectus omninò necessarij in voluntate non proportionantur cum cognitione intellectus indifferentèr proponenti, & regulanti ipsam voluntatem: ergò ex tali cognitione nequeunt oriri affectus omninò necessarij. Urgetur hoc: Causa, quæ non agit, nisi ut mota ab alio, eo modo agit, quò movetur ab illo; sed voluntas non agit, nisi, ut mota ab intellectu: ergò eo modo agit, quo movetur ab illo. Sed per cognitionem indifferentem intellectus voluntas movetur indifferentèr ab illa: ergò ex vi talis cognitionis nequit agere necessariò, sed indifferentèr. Vel alitèr: Affectus omninò necessarius procedit à voluntate, ut purè natura est, & non ut libera est: ergò procedit à voluntate regulata cognitione moventi ipsam sub ratione puræ naturæ. Sed cognitio indifferens non movet voluntatem sub ratione purę naturæ; cùm pro ùt talis sit tantùm determinata ad unum: ergò à voluntate, ut præventa cognitione indifferenti, nequit oriri affectus omninò neceffarius.

Urgetur.

36 Rejicitur quædam Resp. 1.

Nèc valet dicere, talem cognitionem proponere indifferentèr voluntati consensum absolutum, & illius omissionem: simùlque proponere necessariò ipsi voluntati affectionem simplicem, & inefficacem de elicientia consensus. Non inquam valet. 1. Ideò talis cognitio proponit indifferentèr elicientiam consensus efficacis, & illius omissionem, quia proponit indifferentèr obiectum ea ratione, qua est terminus consensus efficacis, & omissionis illius, scilicèt, quia proponit obiectum, ut ex una parte hic, & nùnc practicè conveniens, & ex alia, ut practicè disconveniens. Sed hæc eadem ratio militat in cognitione proponenti idem obiectum ea ratione, & formalitate, sub qua est terminus simplicis affectionis: ergò ex vi cognitionis indifferentis voluntas liberè agit, tàm consensum absolutum, quàm simplicem affectionem circa obiectum indifferentèr propositum. Prob. min. Obiectum est terminus simplicis affectionis inspectum præcisè ut bonum, & præscindens ab eius existentia, & consequibilitate. Ita expresè Ripalda num. 67. & communitèr Adversarij. Sed per cognitionem indifferentem etiam proponitur obiectum, ut partim bonum, & conveniens voluntati, & partim malum, sivè ipsi disconveniens: aliàs non excitaretur in voluntate simplex complacentia, & displicentia: ergò.

37 Reijcit. 2.

Urgeo 2. Supponendo, quòd sicuti obiectum formale intentionis efficacis est bonum, ut practicè consequibile; ita obiectum formale simplicis amoris est bonum, ut præcisè conveniens voluntati. Ideò voluntas præventa iudicio indifferenti, non necessariò, sed liberè intendit efficacitèr obiectum, quia ex vi talis iudicij non proponitur, ut determinatè conveniens eius consequibilitas, sed ut partim conveniens, & partim disconveniens; sed etiam per iudicium indifferens tale obiectum non proponitur, ut determinatè bonum, sed, ut bonum sub aliqua ratione, & sub alia, ut non bonum, sivè ut disconveniens voluntati; aliàs non esset indifferens in proponendo bonitatem obiecti: proindèque ex tali iudicio non resultaret necessariò aliqua simplex displicentia, quod est omninò falsum iuxta opinionem, quam impugnamus: ergò voluntas præventa iudicio indifferenti non elicit necessariò simplicem complacentiam, & displicentiam circa obiectum propositum. Hæc impugnatio mihi efficacissima est, utpotè fundata in Div. Thom. hic quæst. 10. ar. 2. dicenti: *Si voluntati proponatur aliquod obiectum, quod non secundùm quamlibet considerationem sit bonum, non ex necessitate fertur in illud voluntas.* Idem docet 1. part. quæst. 82. a. 3. & 2. Nèc potest dici Div. Thom.

Prob. ex S D.

Si dicas

lo-

loqui de amore efficaci determinato. Non inquam dici valet. 1. Quia talis expositio est voluntaria. 2. Quia loquitur de illo amore, de quo affirmat esse necessarium, dùm voluntati proponitur aliquod obiectum, ut ex omni parte bonum, vel saltim absque advertentia defectus bonitatis in illo; sed amor obiecti, quod ex omni parte apparet bonum, vel saltim non apparet, ut non bonum, non est amor determinate efficax, ut constat in amore orto ex subita cogitatione alicuius boni; & insuper in amore beatitudinis, ut sic præcisivè ab eius consequibilitate: ergò.

Reijcitur 1. & 2.

Tertio. 3. Ideò asserit voluntatem non ferri necessariò in tale bonum, quia motivum non adæquans virtutem mobilis non movet necessariò mobile; sed motivum simplicis apprehensionis est bonum qua tale: ergò dùm tale bonum apparet, ut non adæquans virtutem voluntatis in esse amantis, non movet necessariò voluntatem ad simplicem amorem sui. Sed dùm bonum apparet per iudicium indifferens, ut admixtum defectui alicuius bonitatis, & perfectionis, apparet, ut non adæquans virtutem voluntatis in esse amantis; cùm hæc se extendat ad omne bonũ: ergò in prædicto testimonio negat Divus Thomas necessitatem omnis amoris.

§. VII.

Probatur idem assumptum ab inconvenientibus.

38 SEquitur 1. Subiectum, ut proximè liberum ad peccandum, & non peccandum, necessariò causare in sua voluntate, tùm simplicem complacentiam boni honesti, tùm simplicem complacentiam boni delectabilis, in cuius prosequutione potest peccare; consequens est falsum: ergò. Mai. conceditur ab Adversr. & meritò; siquidèm ex cognitione proponenti indifferenter bonum honestum, & bonum delectabile, necessariò excitãtur in voluntate simplices affectiones circa talia obiecta: eò præcipuè iuxta illos, quia complent eius libertatem ad affectus liberos. Min. verò prob. Adamus, & Angeli, antequàm peccarent, fuerunt liberi ad peccandum, & non peccandum (quod etiam est verum loquendo de Angelis, qui non peccaverunt) sed affirmare in Adamo pro statu innocentiæ fuisse affectiones aliquas circa obiectum sibi prohibitum; similiterque concedere in Angelis, qui non peccaverunt, præextitisse similes affectiones circa propriam excellentiam sine subordinatione ad Deum, est prorsùs falsum: ergò. Prob. Min. Tales simplices affectiones, estò non sint imputabiles ob defectum libertatis, sunt tamen obiectivè malæ moraliter, & de se inordinatæ; sicuti odium Dei omninò indeliberatum. Ratio est: Nàm affectio quælibet illa sit, sumit speciem ab obiecto: ergò dùm obiectum est de se malum obiectivè propter repugnantiam ad rationem, quælibet affectio circa illud; estò non sit formaliter mala moraliter ob defectum libertatis, secùs tamèn materialiter, & obiectivè. Tùm sic: Sed affirmare in Adamo pro statu innocentiæ, & in Angelis, qui in Dei dilectione perseverarunt, præextitisse motus aliquos, sivè affectiones voluntatis ab intrinseco inordinatas, & de se repugnantes rectæ rationi, est prorsùs falsum; utpotè oppositum summæ fœlicitati, & paci, qua fruebatur Adamus pro statu innocentiæ, & similiter oppositum perfectissimæ puritati, qua boni Angeli prædíti fuerunt: ergò.

Primum inconv.

Confirm. & explic. hoc: Repugnat Adamum pro statu innocentiæ, & Angelos in dilectione Dei perseverantes, habuisse in sua voluntate aliquos motus allicientes, & inclinantes eos ad peccandum; sed simplex complacentia circa obiectum de se prohibitum, estò sit necessaria, allicit, & inclinat voluntatem ad peccandum: ergò. Mai. videtur certa, tùm quia magis de proximo inclinat voluntatem ad peccandum motus inordinatus in ipsa existens, quàm motus existens in appetitu sensitivo; sed status innocentiæ erat incompatibilis cum motu inordina-

39 Confirm.

to appetitus sensitivi inclinanti, & allicienti voluntatem Adami ad peccandum: ergò. Tùm quia voluntas Adami pro statu innocentiæ, nullam discordiam, & pugnam internam, sive rixam experiri poterat; sed existentibus simùl in eius voluntate affectione incitanti ad malum, necessariò daretur in ipsa aliqua pugna, & rixa interna, utpotè esset inclinata ad duo contraria: ergò.

Prob. 1. Min. vero prob. 1. Quia iuxta doctrinam Adv. & præsertim P. Ripalda disp. 103. sect. 2. à num. 10. Simplex affectio ad bonum, orta ex cognitione indifferenti, est gratia excitans ad consensum salutarem, proindèque allicit, & inclinat voluntatem ad illum: ergò pariter simplex affectio circa obiectū delectabile in se prohibitum allicit, & inclinat &c.

Secundo. 2. Quia id, quod se habet, ut radix, & origo omnis affectus liberi in voluntate, inclinat, & allicit ipsam ad liberè agendum. Sed iuxta Adv. sic se habent affectiones simplices, ortæ ex cognitione indifferenti: ergò per ipsas inclinatur voluntas ad liberè agendum. Sed simplex affectio circa obiectum delectabile in se prohibitum, si inclinat ad liberè agendum, inclinat voluntatem ad peccandum: cum liberè prosequi tale obiectum sit peccare: ergò. Idem inconveniens formari potest pro Beatissima Virgine potenti, & libera ad peccandum, de qua affirmare eius sanctissimam, atque purissimam voluntatem elicuisse affectiones omninò indeliberatas, circa obiecta in re prohibita, præscindendo ab existentia, & possibilitate consequendi talia obiecta, si non videtur impium, est omninò indecens tam excelsæ puritati.

40 Secundū. Secundum inconveniens est: Deo posse attribui, ut Authori speciali, & causæ per se, simplices affectiones circa obiecta delectabilia ab intrinseco repugnantia rationi. Consequens nequit concedi ab Adversf. ergo. Sequela prob. Quòd est causa specialis, & per se cognitionis excitantis necessariò simplicem affectionem circa obiectum purè delectabile, est causa per se specialis talis affectionis. Tùm: quia quod est causa causæ, est causa causati. Tùm: quia talis modus causandi, scilicèt, media cognitione excitanti voluntatem spectat ad genus causæ moralis, quod est genus causæ specialis. Sed Deus nō est causa per se cognitionis indifferenter proponentis voluntati prosequutionem boni honesti, vel boni purè delectabilis; cùm hæc iuxta Adversf. constituat libertatem, & Deus sit causa per se libertatis in voluntate, utpotè illam conferens ex propria determinatione: ergò. Min. verò prob. Tùm quia tales simplices affection. sūt pravæ obiectivè moraliter: undè qui liberè complaceret de ipsis, absdubiò peccaret. Tùm quia, ut suprà diximus, de se inclinant, positivèque disponunt voluntatē ad peccandum, sicuti affectiones simplices gratiæ inclinant, & disponunt voluntatem ad actus salutares (& iuxta plures ex Adversf. etiam effectivè influunt in illos;) sed etiam repugnat asserere Deum esse causam per se, & specialē omnium affectionum includentium imperfectiones recensitas,* cùm iuxta ipsos nequeat Deus esse causa per se entitatis peccati, adhùc sub ratione entitatis, & prout spectat præcisè ad ordinem physicum; ergò.

* Nota consequ.

§. VIII.

Corollaria ex dictis.

EX dictis inferes 1. contra Adv. Falsum esse primum actum nostræ voluntatis esse de se omninò necessarium. Ratio est: Nàm primus affectus nostræ voluntatis est amor strictè dictus, qui à Div. Th. 1. 2. quæst. 8. art. 2. appellatur *voluntas*; sed huiusmodi affectus potest esse liber: ergò. Prob. min. Quoties obiectum alicuius affectus proponitur indifferenter voluntati; hoc est, ut partim conveniens, & partim non conveniens, talis affectus potest esse liber: cùm indifferentia iudicij de se, & connaturaliter sit principium libertatis in voluntate. Sed obiectum amoris strictè dicti, scilicèt, bonum, ut præscindens à præsentia, & absentia,

41 Primum

Sic tenet P. Suarez infra cit.

tia, potest ab intellectu indifferentèr proponi voluntati, scilicèt, ut non plenè bonum, sed ut partim bonum, & partim non bonum: ergò.

Explicat. Explicatur hoc: Tres actus possunt dari in voluntate circa finem, scilicèt, simplex amor, sivè voluntas: intentio, & fruitio; primus tendit circa finem, ut amabilem propter se ipsum, eius bonitate præcisè inspecta; secundus tendit in finem, ut consequibilem per media; tertius verò tendit in ipsum, ut iàm habitum, & possessum. Ita Div. Thom. 1. 2. qu. 12. art. 1. ad 4. Tùm sic: Voluntas prę venta iudicio proponenti indifferentèr, tùm finem, ut consequibilem per media, tùm ipsum, ut iàm possessum, liberè intendit finem, & liberè fruitur illo: ergò voluntas prę venta iudicio proponenti indifferentèr finem, ut propter se amabilem; scilicèt, proponenti illum, ut bonum finitum admixtũ defectui plenæ bonitatis, & perfectionis, liberè diliget illum amore strictè dicto. Undè talis amor erit omnino necessarius, si reguletur cognitione determinata, & non advertenti defectum plenitudinis bonitatis repertum in fine, uti frequentèr accidit in nobis. Deniquè repugnat potentiam essentialitèr liberam non posse exercere suam libertatem circa actum primarium, & principalem ipsius; sed amor strictè dictus est huiusmodi, ut expressè affirmat Div. Thom. hic quæst. 25. ar. 2. & 1. contra Gent. cap. 91. ergò.

Ultimo. Huic modo dicendi expressè adhæret P. Suarez tom. in 1. 2. citatus à Ripalda n. 67. Undè immeritò connatur P. Ripalda illum exponere in sui favorem.

42 Inferes 2. Distinctionem traditam à Ripalda inter affectiones ineficaces voluntatis circa obiectum de se prohibitum, ex quibus quædam tendunt in bonum secundum se prę scindens ab eius existentia, & possibilitate; aliæ verò tendunt aliqualitèr in existentiam boni; qua ratione asserit * affectiones primi generis esse omninò necessarias, nullatenùsque malas moralitèr, secùs tamẽ affectiones secundi generis oppositas de causa. * Inferes, inquam, eff distinctionem

Secundo.

principio falso innitentem, & rursùs in se ipsa falsam. Ratio est: Nàm affectio simplex, quæ est primus affectus voluntatis, estò tendat in bonum præscindens à præsentia, & absentia, ut docet Div. Thom. 1. p. quæst. 20. art. 1. non præscindit ab existentia, & possibilitate; aliter enim nequit proponi voluntati, ut bonum; cùm prima bonitas rerum, sit earum existentia, vel ordo ad illam. Quapropter bonum præscindere à præsentia, & absentia, est iuxta ipsum S. D. ibi præscindere ab eò, quòd tale bonum possideatur, vel non, à diligente ipsum: qua ratione etiam consequuto fine perseverat in voluntate amor strictus circa illum; imò etiam ex ipsa possessione boni multotiès augetur affectus amoris. Ita Div. Thom. 1. contra Gent. cap. 91. & S. Greg. hom. 26. in Evnag.

Reijcitur quoddam discrimẽ.

Ratio 2. est: Nàm omnis affectio sortitur speciem ab obiecto formalitèr volito: ergò si hoc est de se malum, & dissonum rationi, affectio circa illud nequit non esse obiectivè mala moralitèr. Explic. hoc: In obiecto de se dissono rationi non solùm est prohibita consequutio illius, sed etiam eius delectabilitas; imò ideò prohibetur nobis consequutio talis obiecti, quia est consequutio obiecti de se mali, & prohibiti: ergò si affectio tendens ineffi-

43 Ruicit. quòad 2.

cacitèr ad eius consequutionem est mala saltim moralitèr obiectivè, quãdo fit sine libertate; idem fatendum de prima affectione. Præterea prima affectio voluntatis est unio affectiva cum bono dilecto, quia bonum est; * sed voluntatem uniri affectivè cum obiecto purè delectabili qua tali, licet non procuret eius consequutionem, est de se dissonum rationi, utpotè contra inclinationem, qua innatè propendit in bonum honestum: ergò. Deniquè: Nàm quis negare poterit, odium Dei strictè acceptum, & proùt opponitur amori strictè dicto summæ bonitatis illius, esse de se malum saltim obiectivè, quamvis ob defectum libertatis non sit imputabile ad culpam? Quapropter si homo per actum reflexum liberè complaceret in ipso, sine dubio

* Sic S. D. 1. 2. q. 26. a. 1. & q. 28. a. 1.

bio in tali complacentia peccaret. Nequit autem aliquis actus esse peccaminosus, nisi obiectum illius sit saltim obiectivè malum moralitèr.

44 Tertiò. Undè cēseatur actus liber.

Inferes 3. Ad investigandum, quinam affectus voluntatis sint aliqualitèr liberi, vel non, parùm conducere, quòd sint simplices complacentiæ, vel displicentiæ. Unde recurrere oportet ad cognitionem intellectus eas regulantem; àn scilicèt talis cognitio proponat aliquam indifferentiam ex parte obiecti, vel non? Constat hoc in amore strictè dicto charitatis, pròut distinguitur ab amore per modum desiderij efficacitèr, aut inefficaciter procurantis possessionem Dei; similitèrque in delectatione morosa circa obiectum turpe cognita eius turpidine, absque alio desiderio, sive intentione fruēdi realitèr illo: quiquidèm affectus sunt imputabiles ad meritum, & demeritum, dùmmodò fiant cum advertentia rationis: aliàs primus, imò & principalis affectus, tùm habitus charitatis, tùm vitij intemperantiæ non possent esse liberi, quod est absurdum. Ultimò. Inferes ultimò. Iuxta sententiam Adversariorum asserentium, ex iudicio indiferenti oriri in voluntate simplicem complacentiam, & & displicentiam obiecti indifferentèr propositi, debere concedi tales affectiones esse moraliter imputabiles ad meritum, & demeritum. Ratio est: Nàm quotiès voluntas vult aliquod obiectum, vel displicet in illo cum præcedenti advertentia, de eo quod tale obiectum est bonum, quia est præceptum, vel malum, quia prohibitum; est ipsi imputabilis complacentia, vel displicentia de tali obiecto; dummodo sit de se, & ab intrinseco consonum, aut dissonum rationi. Sed sic contingit; dùm affectus voluntatis regulatur iudicio indifferenti; aliàs immerito diceretur indifferens: ergò &c. De his satis.

§. IX.

Solvitur argum. positum num. 30.

AD argumentum positum num. 30. Resp. neg. min. & eius prob. propter superius dicta, & solidè probata. Ad testim. Div. Augustin. Resp. Ex illo potius probari oppositum: Nàm hominem non habere in sua potestate, ut delectet bonum, quod ipsi occurrerit; si loquatur Div. Augustin. de occursu per subitam cogitationem, idē est illum dicere, *talem delectationē non esse in potestate hominis, ac affirmare, non esse in eius libertate iuxta phrasim eiusdem Sanct. Doct. * Si autem loquatur de occursu per cognitionem indifferentem, coalescentem ex cognitione suadenti bonum, & ex cognitione allicienti ad malum; tùnc casus eatenùs dicitur delectationem non esse in hominis potestate; quia requiritur ulterior gratia ex parte Dei donantis talem delectationem, realitèr distincta à gratia illuminationis: *Nàm iuxta expressam doctrinam Mag. Par. ultrà gratiam illustrationis in intellectu requiritur ulterior gratia in voluntate, ut bona supernaturalia nobis dulcescant, & delectent: quapropter post verba relata subdit: *Cum ergò nos ea delectant, quibus proficiamus ad Deum, inspiratur hoc, & præbetur gratia Dei.* En ubi Mag. Par. ultrà occursum obiecti agnoscit novam gratiam in delectatione, & amore illius. Hinc inferes inefficacitèr Advers. quotiès legunt in D. Augustin. *Delectationem, & complacentiam voluntatis*, nomine illorum intelligere solum affectiones omninò indeliberatas voluntatis.

45 Respōsio. * Hoc est nonplebè insua &c.

Ad 2. prob. neg. añs. Cum enim libertas, aut necessitas in actu voluntatis proveniat; tanquam ex radice ab indifferentia obiectiva, vel determinata iudicij, parùm refert, quod talis actus sit primus ad hoc, ut non sit liber, si cognitione indifferenti reguletur. Nec Emin. Cayet. negat voluntatem esse liberā, saltim quoad exercitium; cum potiùs oppositum

46 Ad 1. prob.

firmet in expositione art. 2. quæst. 111. Nec contrarium docuit supra quæst. 9. art. 4. quia estò ibi affirmet primum motum voluntatis esse naturalem, & causatum ex instinctu Dei exteriùs moventis, accipit ly *naturalem*, pro eodem, ac necessario quò ad specificationem: in quo sensu etiam ipse D. Thom. ibi quæst. 10. art. 1. & 2. appellat amorem beatitudinis, & amorem, quo quis vult *esse, viverè, & intelligere*, affectus naturales, & procedentes à voluntate, ut obtinet rationem naturæ; cum tamen sit liber quòad exercitium. Ex quo constat ad testim. Anselm. Admisso enim talem amorem distinctum esse de mente illius (quòd plures negant) solum fuit necessarius quoad specificationem, quia circa beatitudinem ut sic; liber autem quoad exercitium; cum solum circa Deum clarè visum voluntas omninò necessitetur, si adsit perfecta cognitio.* De quo.

Ad S. Anselm.

* Mag. à S. Thom. 1. 2. q. 8. a. 5.

Ad confirm. neg. min. intellectam de simplici affectione respiciente pro motivo formali obiectum præcisè quia bonum, sive indifferenter, sive determinante proponatur: quare, quod talis affectio sit omninò necessaria, solum ex imperfectione subiecti procedentis de imperfecto ad perfectum provenire potest. Ad probat. ex D. August. Resp. 1. In tali testimonio solum affirmari voluntatem non posse moveri affectivè circa aliquod obiectum, nisi ei occurrat, & proponatur ab intellectu, ut voluntatem delectans, & ut quid ipsi gratum, & arridens; quod quidem tenet verum, etiam si ad talem motum affectivum voluntatis non præcedant affectiones omninò indeliberatæ. Solutio constat ex ipso textu: *Non enim dixit Mag. Par. voluntas nequit moveri, nisi priùs delectetur, sed, nisi occurrat aliquid, quod ipsam delectet.* 2. Resp. Quòd estò voluntas nequeat moveri, motu efficaci intentionis circa aliquod obiectum sine præcedentia alicuius delectationis, vel amoris circa ipsum; unde prob. huiusmodi delectationem, sive complacentiam necessario ex natura sua esse omninò indeliberatam? Quapropter in prædicta authoritate solum continetur doctrina tradita à Div. Thoma, & ex Magn. Par. deducta, qua docet hac 1. 2. quæst. 25. art. 2. & 1. contra Gent. cap. 97. amorem strictè dictum, per quem obiectum placet, & delectat voluntatem, esse originem, & radicem aliorum affectuum, scilicèt, *desiderij, intentionis, electionis &c.* Unde sicuti hæc consequentia est nulla: *Voluntas per se loquendo nequit intendere intentione absoluta, & efficaci aliquem finem, nisi perprius amore strictè dicto, aut etiam amore inefficacitèr procurativo tendat in ipsum finem: ergò ad omnem intentionem efficacem præcedit necessariò realitèr amor strictè dictus, & desiderium inefficax ex terminis indeliberatum.* Ita similitèr dicendum de consequentia, quam formant Adversar. ex testimon. Div. August. Cum hoc solo discrimine, quod Magn. Par. appellat delectationem id, quod à D. Thoma nomine complacentiæ, & amoris significatur.

47

Ad confirm.

Ad testim Mag. P. Resp. 1.

Secundo.

Si sit necessaria omnino.

Idem actus utramque terminum habere valet.

48

Ad alias prob.

Ad alias probationes Resp. Voluntatem dupliciter posse seipsam movere, vel tantùm elicitivè, vel elicitivè simùl, & applicativè: in primo actu tantùm se movet elicitivè, agendo, scilicèt, & recipiendo actum ab ipsa elicitum medio iudicio indifferenti; sicque contigit in Angelis. In secundo vero actu; cum iam supponatur constituta in actu ex vi prioris affectus se movet elicitivè, & applicativè. Unde quando D. Thomas hic quæst. 111. art. 2. dixit; *Voluntatem non se movere ad primum actum, ideòque gratiam moventem ad illum esse operantem*, intelligendum est iuxta distinctionem traditam, & de quo latè alibi, ubi hanc intelligentiam esse de mente ipsius cum pluribus Thomistis tuebimur. Hinc patet esse omninò falsum simplices affectiones esse omninò expertes meriti, & demeriti, & hoc esse commune assertum Theologorum. * Patet inquam; cum probat. in antec. relinquamus affectionem simplicem, sive amorem strictè dictum, ex natura sua esse in-

* Lorca disp. 15. de actib. hum. mèmbro 3. ait, oppositũ esse commune cõtra aliquos superiores.

differentem, ut reguletur iudicio determinato, vel indifferentem, proindèque indifferentem de se ad libertatem, vel necessitatem.

§. X.

Quid dicendum de homine iam fideli ad eliciendos actus fidei, & de homine iusto ad actus virtutis.

49 RAtio dubit. pro parte negativa est. Ad eliciendum actum fidei sufficit ex parte intellectus virtus supernaturalis ad credendum, & notitia divinæ revelationis; sed habitus fidei est virtus supernaturalis ad credendum, & notitia revelationis habetur in nobis per Ecclesiæ propositionem : ergò in tali homine non est necessaria alia gratia excitans ad credendum. Confirmatur. Gratia excitans, utpotè coincidens cum gratia sufficienti, non requiritur ad elicientã illius actus, ad quem homo præsupponitur verè sufficiens ; sed intellectus per habitum fidei constituitur cũ vera sufficientia ad elicientiam actus fidei : ergò. Denique iuxta D. Thomam hic quæst. 109. art. 1. *Unaquæque forma indita rebus habet efficaciam ad actus sibi proportionatos ; unde ad eorum elicientiam non indiget virtute superaddita, sed solum motione Dei* : ergò cum habitus fidei sit forma de se proportionata cum actibus fidei, estò indigeat auxilio Dei moventis ad credendum, non tamen aliqua gratia ei superaddita per modum virtutis. Atqui gratia excitans, sive consistat in auxilio fluido, sive in actibus indeliberatis, se habet per modum virtutis, & ad actum primum spectans : ergò. His moventur Mag. Zumel 1. 2. quæst. 111. art. 3. disp. 1. dub. 3. §. *Restat dicere.* P. Molina referens pro se Ruardum Taper, & alios, quos refert P. Suarez lib. 3. de Auxilijs cap. 8. num. 5. cum Cardinali Bellarmino lib. 6. de Gratia, & lib. arbitr. cap. 15. propos. ultima.

Ratio pro parte negat.

Confirm

Ultimo.

Sententia aliquor.

50 De hac difficultate latè agit Magister Lemos lib. 4. part. 2. tractat. 1. per totum, & Illustriss. Alvarez disput. 88. conclusion. 1. & 2. & rursùs disput. 91. ubi ex professò efficacitèr probant hominem iustum ornatum virtutibus supernaturalibus indigere gratia excitanti, & simùl gratia adiuvanti, ut prædictis virtutibus utatur ; cumque eadem sit ratio de homine habenti habitum fidei, ad hoc ut utatur prædicto habitu : fatendum est cum prædictis Magistr. hominem habitual. fidelem indigere etiam gratia excitanti ad hoc, ut eliciat actus fidei. Non permittit penuria temporis hanc difficultatem ex professò tractare ; quapropter brevitèr illam decidemus, tùm pro actu fidei, tùm etiam pro alijs actibus supernaturalibus, ad quorum elicientiam supponitur homo cum virtutibus supernaturalibus infusis.

§. XI.

Supponuntur aliqua.

IN primis certum est hominem fidelem indigere gratia efficaci adiuvanti ad eliciendos actus fidei. Ratio huius est. 1. Quia solus Deus est, qui in homine habenti habitum fidei, inchoat effectivè elicientiam actus fidei. Sed hoc non fit, nisi per auxilium gratiæ prævium efficacitèr adiuvans hominem ad credendum; cum concursus simultaneus non sit prior ad influxum intellectus in actum fidei : ergò homo habens habitum fidei indiget gratia adiuvanti, & prævenienti elicientiam actus fidei. 2. Nàm ab eo, quod est ad utrumlibet, non sequitur actio determinata, nisi ab aliquo principio perprius determinetur ; sed homo estò præditus habitu fidei se habet indifferentèr ad actu credendum, & non credendum; cum habitus solũ determinet existentiam quoad specificationem, non vero quoad exercitium: ergò ad eliciendum actum fidei præter habitum, indiget homo ulteriori gratia, sive auxilio determinanti, & moventi intellectum ad credendum. 3. Nàm de ratione su-

51

Prob. 1.

Secundo.

Tertio.

supremi dominij est determinare existentiam eorum, quæ sub illius dominio continentur; sed Deus est supremus Dñus. actus fidei eliciti ab homine fideli: ergò ad ipsum spectat determinare pro sua libertate, & dominio existentiam talis actus. Sed huiusmodi determinatio non fit per habitum fidei, ut est certum; deindè non per cõcursum simultaneum; cum omne determinans prævièe concurrat ad existentiam illius, quod determinat: ergò necesse est huiusmodi determinationem fieri à Deo per gratiam ab intrinseco efficacem, qua reducit ad actum, sibique subijcit creaturam in ipso actu credendi.

52 Secundo. Eisdem rationibus probatur etiam iustificatum ornatum virtutibus supernaturalibus, indigere hac gratia adiuvanti, & prævenienti, ut utatur prædictis virtutibus, & eliciat actus salutares; ut consideranti rationes supra positas manifestè constabit. Quod assumpt. roborari potest ex illo Conc. Arausc. c. 10. dicentis: *Adiutorium Dei etiam ab ipsis Sanctis, & renatis implorandum est, ut ad finem bonum possint pervenire, & in bono opere perseverare*; ubi expressè docet hominem iustificatum, & virtutibus infusis præditum indigere adiutorio Dei, ut se exerceat per opera pietatis; cumque tale adiutorium nequeat consistere in cogitatione purè subita, & indeliberata affectione; cũ his omnibus concessis adhùc homo remaneat cum indifferentia ad rectè operandum, & non operandum: tale adiutorium debet esse gratia præveniens, determinans, & applicans voluntatem, ut utatur virtutibus supernaturalibus. Hoc ipsum traditur expressè à D. Prospero in epist. ad Demetriad. sic dicentem: *Quia manifestissimè prophetica, Evangelica, & Apostolica doctrina, vult nos non esse superbos, & desides, oportet esse cooperatores gratiæ Dei, ita ut eius excitantem, adiuvantem, locupletantem, & provehentem gratiam subsequamur.* Quibus verbis non solum affirmat gratiam excitantem, sed etiam adiuvantem præcedere opera salutaria: ergò ad hoc, ut homo utatur virtutibus supernaturalibus, indiget gratia adiuvanti, prævenienti. Videantur nostri Thomistæ probantes necessitatem gratiæ ab intrinseco efficacis ad omnem actum salutarem.

§. XII.

Varijs concluſ. Reſp. quæſito.

53 Prima conclusio. HOc præsuppositio difficultas reducitur ad necessitatem gratiæ excitantis: *An, scilicèt, homo iustus èa indigeat, quoties elicit actum supernaturalem mediante virtute sibi infusa.* Pro cuius decisione dico 1. *Homo iustus indiget gratia excitãti illuminationis, ut utatur virtutibus infusis.* Ratio huius est: Nàm omnis actus salutaris etiam elicitus medio habitu supernaturali, supponit necessariò cognitionem supernaturalem circa obiectum talis actus; sed cognitio supernaturalis est gratia excitans illuminationis: ergò omnis actus elicitus medio habitu supernaturali &c. Mai. est certa, & ampliùs constabit ex dub. seq. Min. constat etiam ex ipsa quidditate gratiæ excitantis consistentis in hoc, quod est allicere, & movere voluntatem ad agendum media proportione honestatis, & convenientiæ in obiecto repertæ. Hoc ipsum constat expressè ex Concil. Arausc. can. 7. definiente: *Hominem non posse elicere actum aliquem ad vitam æternam conducentem absque illuminatione Spiritus Sancti.* Et etiam constat ex oratione, qua communitèr utitur Ecclesia dicens: *Spiritus Sancti gratia, quæsumus Domine, corda nostra illuminare &c.* Et rursùs: *Largire spiritum cogitandi &c.* Hæc autem illuminatio non fit, nisi media cogitatione supernaturali, per quam apparet nobis honestas in elicientia actus supernaturalis. Quapropter etiam filij Dei, scilicèt iusti, indigent agi à Spiritu Sancto, iuxta D. Paul. ad Rom. 8. *Aguntur autem*, ut exponit D. Augnst. *Spiritu Dei exhortante, illuminante, atque adiuvante.*

54 Secunda conclusio. Dico 2. *Hæc gratia illuminationis ex natura sua non petit esse gratia excitans consistens in cogitatione subita,*

ta, & indeliberata. Conclusio hæc
Prob. constat ex dictis in hoc dub. 1. Nàm Angeli, Christus Dominus, & Beatissima Virgo, & multotiès plures Sancti eximiæ virtutis, elicuerunt actus salutares mediis virtutibus infusis, quin cognitio supernaturalis regulativa, & directiva talium actuum fuerit cognitio subita, & imperfecta, sed perfecta, & proponens cum plena advertentia prosequtionem obiecti supernaturalis: ergò. Nec huic illustrationi perfectæ deneganda est ratio gratiæ excitantis, ut supra num. 15. fundavimus: Nàm cum concursus gratiæ excitantis sit movere, & allicere voluntatem ad rectè operandum, eo perfectius excitabit voluntatem, quo perfectiori modo eam ex parte obiecti moveat, &
Tertia. alliciat ad operandum. Dico 3. *Hæc gratia illuminationis necessario requisita ad actum salutarem, debet necessario actu, & physicè existere, dùm existit*
Prob. *actus.* Ratio est. Nàm voluntas non potest ferri in obiectum, nisi actu ab intellectu propositum. Sic enim se habet cognitio, ut bonum moveat actu voluntatem, sicuti se habet existentia in agentibus, ut physicè producant suos actus: quare sicuti existentia requiritur essentialitèr ad physicè agendum, ita cognitio requiritur ex parte finis, vel boni, ut actu moralitèr moveat voluntatem.

Dico 4. *Homo iustus ratione*
55 *status, in quo permansit post peccatum originale, indiget, regularitèr loquendo,*
Quarta. *gratia excitanti consistenti in cogitationibus subitis, & indeliberatis, ad hoc, ut utatur virtutibus supernaturalibus.* Ratio conclusionis in hoc
Prob. ex S. D. dub. iam insinuata deducitur ex doctrina D. Thom. hac 1.2. q. 109. a. 9. ubi probat hominem iustum ad recte vivendum indigere auxilio Dei, *non solum ratione generali, quia scilicèt nulla res creata potest in quemcumque actum prodire, nisi virtute motionis divinæ; sed etiam ratione speciali, propter conditionem status humanæ naturæ; quæ quidem, licet, per gratiam sanetur quantum ad mentem, remanet tamen in ea corruptio, quantum ad carnem, per quam servit legi peccati. Remanet etiam quadam ignorantiæ obscuritas in intellectu, secundùm quam quid oremus, sicut oportet, nescimus, & quia etiam nosmetipsos non perfectè cognoscimus, non possumus plenè scire, quid nobis expediat: & propter hoc etiam renatis in filios Dei per gratiam, convenit dicere, & nè nos inducas in tentationem.* Quam doctrinam desumpsit ex D. Aug. lib. 2. de pec. mer. cap. 17. ubi loquitur etiam de Sanctis, cum comprehendat Hieremiam.

Ex quo testimonio sic arg. Etsi per habitus supernaturales spectantes ad intellectum, uti sunt fides, 56
prudentia infusa, & aliqua dona Spiritus S. intellectus sit cõstitutus cum Prob. ratione.
sufficienti potestate ad agnoscendum perfectè obiecta supernaturalia, tùm speculativè; tùm etiam practicè: attamen, quia non plenè subijciunt sibi intellectum, nec ab eo omnem ignorantiam, & obscuritatem excludunt, tùm propter colligationem intellectus cum potentijs sensitivis sæpiùs cum obscurantibus propter inordinationem specierum in repræsentando; tùm etiam propter coniunctionem cum appetitu sensitivo, cuius inordinatæ passiones obnubilant rationem, & impediunt usum luminis supernaturalis: Hinc provenit vulnus ignorantiæ, præsertim in practicis, ex peccato originali contractum, non sanari perfectè per dona intellectualia supernaturalia, sed sanari imperfectè. Quem admodum vulnera malitiæ, & concupiscentiæ in voluntate, & appetitu sensitivo, residentia, non perfectè sanantur per virtutes infusas, sed tantùm minuitur fomes concupiscentiæ, non vero extinguitur, aut alligatur. His omnibus accedit modus connaturalis in agentibus imperfectis, & præsertim infirmis, & viribus attenuatis, qui est procedere de imperfecto ad perfectum. Ex quibus potest sequens ratio formari. Agens infirmum, & in quo remanet aliqua imperfectio ex parte virium, neqnit connaturalitèr loquendo prorumpere in actum perfectum, quin priùs se exerceat per actus imperfectos, quibus disponatur, & roboretur ad actus perfectos eliciendos; sed intellectus hominis iusti, estò sit ornatus,

natus fide, alijsque donis Spiritus Sancti, adhùc remanet cum aliqua obscuritate, & ignorantia circa agibilia, estque aliqualiter infirmus, & debilis ad cognoscenda perfectè objecta supernaturalia, ut ex dictis cōstat: ergò attenta imperfectione status naturæ humanæ, indiget homo iustus se exercere per cognitiones supernaturales subitas, & imperfectas, priusquam prorumpat in cognitionem supernaturalem practicā perfectè talem, & immediatè regulativā actuum virtutum supernaturalium.

§. XIII.

De gratia affectionis ad actus virt. supern. & fidei; solvitur q. rat. dubit.

57 EX hoc eodem principio prob. *Requiri etiam gratiam affectionis in actibus supernis indeliberatis consistentem, ut homo se exerceat per actus liberos virtutum supernaturalium.* 1. Nam ad cognitionem supernaturalem indeliberatam per se loquendo sequitur similis affectio: ergò si talis cogitatio præcedit regulariter ad usum liberum virtutum supernaturalium, idem dicendum de sancta affectione. 2. Quia voluntas ornata virtutibus supernaturalibus, adhùc retinet aliquam debilitatem, & infirmitatem ratione propensionis ad bona temporalia; cum virtutes supernaturales non plenè ei dominentur; qua de causa multotiès insurgunt in ipsa motus inordinati odij, accidiæ, desperationis, & similium circa objecta supernaturalia: ergò etiam in præsentia habituum indiget pro hoc statu roborari medijs affectionibus, & delectationibus supernaturalibus, ut postmodum eliciat actus liberos salutares. Hanc igitur gratiam tàm illuminationis, quàm affectionis, implorant etiam Sancti, dùm Deum exorant, ut eos non sinat incidere in tentationem, & ut liberet eos à malo; ut docet P. August. lib. de Correp. & grat. c. 11. & hom. 29. dùm inquirit: *Quomodo te à te liberat Deus?* Resp. *Dando tibi vires pugnandi adversus concupiscentias tuas, inspirando virtutem, dando menti tuæ cœlestem delectationem.* Verum tamen est Sanctos non hanc gratiam unicè exorare, sed etiam gratiam ab intrinseco efficacem donantem victoriam, ut advertit Ill. Castell disp. 3. q. 4. sect. 7. à n. 1224. ubi aliqua ad hoc concernentia invenientur. Hoc idem assump. confir. potest ex illo Cęlest. Pap. *Ut boni aliquid agant paternis inspirationibus suorum tangit corda servorum*; quæ verba expresè comprehendunt sub se hominem iustum, & filium adoptivū Dei, possuntque optimè adaptari inspirationi in affectione subita consistentis. Videatur Ill. Alvarez, & Lemos supra citati.

Concluſ. quòad 1. part.

Supereſt, ut dicamus de gratia requisita ad aliciendum actum fidei: hucusque enim actum est de actibus virtutum supernaturalium ad voluntatem spectantium. Cum actus fidei necessariò iuxta Thom. prærequirat actum piæ affectionis determinantē intellectum ad credendum, & huiusmodi affectio, utpotè supernaturalis, debeat regulari cognitione supernaturali; planè infertur actum fidei præsupponere gratiam illuminationis regulantem piam affectionem liberam, per quam determinatur. Sed tamen, quia ad huiusmodi affectionem liberam, & efficacem, voluntas, etiam si sit ornata habitu piæ affectionis, experitur aliquam difficultatem, & infirmitatem: tùm propter propensionem ad bona temporalia, tùm propter corruptionem appetitus eam inclinantis saltim indirectè ad illa; ideò regulariter loquendo oportet, ut antequam eliciat actum absolutum piæ affectionis ad bona repromissa, quòd per alios affectus supernos imperfectos disponatur, & præparetur; cumque huiusmodi affectus ex cognitione imperfecta supernaturali oriatur; inde fit ad actum fidei præcedere in hoc statu gratiam excitantem illuminationis, & affectionis, in motibus imperfectis consistentem.

58 Idem pro actu fidei.

Pia affectio est appetitus beatitudinis repromissæ.

Rationi dubitandi, qua etiam moventur, Vazquez, Montesinos, Granados, & alij, teste Ripalda sect. 6. ut negent gratiam inspirationis esse necessariam in homine iusto ad actus virtutum infusarum. Resp.

59 Solut. & AA. pro sententia opposita.

Gratiam excitantem non propterea requiri ad actum fidei, quia elevet intellectum præbendo vires physicas ad illius elicientiam, sed propter necessitatem piæ affectionis determinantis intellectum ad credendū; quia cum huiusmodi pia affectio sit actus liber absolutus, & volitio efficax credendi, necesse est huiusmodi affectionem regulari per cognitionem supernaturalem eam excitantem. Cum autem aliunde suppositā infirmitate, & debilitate virium, tùm in voluntate; tùm in intellectu, modus connaturalis sit procedere de imperfecto ad perfectum: inde est, quod ante iudicium perfectum regulans piam affectionem, debeant præcedere aliquæ cogitationes imperfectæ, & pariter in voluntate ante affectionem liberam, & efficacem, aliæ affectiones, sive motus supernaturales imperfecti.

60 Ex his constat ad testim. D. Th. ibi enim solum negat necessitatem alicuius doni gratuiti elevantis, & præbentis vires physicas intellectui, vel voluntati ad eliciendum actus sibi proportionatos, vel ratione sui, vel ratione virtutis supernaturalis; non autem negat alia dona præparantia, & moraliter disponentia voluntatem, & intellectum, ut eliciat actus supernaturales attenta corruptione secundùm rationem, & ignorantia circa agibilia, quas homo contraxit, & retinet post peccatum originale. Constat hæc solutio ex ipso Ang. Præc. testim. sup. concl. 4. dato. Ex hucusque dictis constat etiam necessitatem gratiæ excitantis in cognitione subita, & affectione indeliberata, consistentis, quam probavimus in homine iusto ad utendum virtutibus supernaturalibus; minimè obstare perfectioni talium virtutum; quia cum huiusmodi gratia à nobis adstructa non ponatur in voluntate, tanquam principium physicè influēs simul cum habitibus in actum supernaturalem, sed propter corruptionē status; quatenùs scilicèt indiget præparari, & disponi per actus imperfectos, ut postmodum in actus perfectos efficaces prorumpat; talis necessitas non arguit defectum aliquem privativum in virtutibus infusis, sed solum demonstrat infirmitatem, & vertibilitatem voluntaris ad rectè operandum, simulque volnera contracta ex peccato originali non esse totaliter sanata: nec hominem per iustificationem reparari ad pristinam sanitatem, qua in statu innocentiæ fruebatur; Dei providentia hoc disponente, ut legitimè certando consequatur gloriam, ubi natura humana totaliter, & perfectissimè erit reparata.

Ad. test. S. D.

Illatio.

Si inquiras: *An in Adamo pro statu innocentiæ præextiterit gratia excitans omninò indeliberata, tùm illuminationis, tùm affectionis?* Resp. consequenter ad dicta, & ad doctrinam D. Thom. 1. p. q. 94. a. 1. & 3. affirmantis: illum fuisse plenè instructum, tùm scientia naturali, tùm scientia supernaturali, per quam intelligebat more Angelorum misteria gratiæ; non præcessisse in eius intellectu aliquas cognitiones supernaturales omninò subitas, sive imperfectè proponentes obiecta supernaturalia. Præsertim; quia talis modus procedendi in ordine supernaturali per cognitionem, provenit in nobis ex vulnere ignorantiæ, quod non fuit in Adamo. Ex quo deducitur non fuisse in illo gratiam affectionis subitæ; cùm hæc ortum ducat ex cognitione subita, & imperfecta supernaturali. Nec huic obstat Adamum indiguisse illuminatione, & inspiratione, sive motione Spiritus Sancti ad liberè operandum. Non inquam obstat propter iam dicta in anteced. & confirmata exemplo Angelorum, & Beatissimæ Virginis. Ita tuetur Card. Bellarm. relatus à P. Suarez lib. 3. cap. 9. n. 5. Videatur Doct. Castell. tom. de lib. arb. disp. 3. q. 4. sect. 7. à num. 1227. excludens cum Emin. Cayet. & alijs, necessitatem subitæ cœlestis delectationis in Adamo pro statu innocentiæ ad salutariter operandum. Et M. Gonet disp. 5. de Grat.

61 Quid dicendum de Adam

De hoc iterùm dub. seq.

§. 3. *Et hæc de hoc dub. applic. ubi præced.*

(o)

DU-

DUBIUM V. APPENDIX.

AN OMNINO NECESSARIO DEbeant præcedere actus indeliberati ſanctæ affectionis, ne ſit violentus actus liber ſupernaturalis?

N. 1 DUb. 4. latè diximus gratiam ſubitæ illuſtrationis, & affectionis connaturalitèr requiri, ut homo eliciat, conſentiatque ſalutaritèr Deo vocanti: tùm quia connaturalitèr voluntas noſtra titulo agentis procedentis de potentia ad actum, priùs elicit actum imperfectum, quàm perfectum; ſequens in hoc modum noſtri intellectus priùs apprehendentis, quàm iudicantis. Tùm propter infirmitatem contractam ex peccato originali, vi cuius intellectus manſit debilitatus, & voluntas indurata ad bonum peragendum; quare neceſſe eſt intellectus debilitatem, & obſcuritatem, removeri per ſupernaturales illuſtrationis, & voluntatis duritiam auferri per ſanctas affectiones, quibus diſponatur ſuaviùs, ut bonum ſupernaturale affectu efficaci, & abſoluto proſequatur. Hinc ibidem diximus hos motus ſubitos non præceſiſſe in Adamo innocenti ad liberum conſenſum, nec in Angelo, nec in Beatiſsima Virgine libera à fomite, nec in Anima Chriſti Domini perfectiſsimè liberè, & ſalutaritèr operantis. Et quia hunc modum dicendi ſolidiorem exiſtimamus; opportunum duxi illum magis ſtabilire ſolvendo nova fundamenta, quæ tomo 3. q. 3. à n. 23. & q. 6. §. 2. & tomo 2. q. 12. §. 4. adducit ſatis ingeniosè M. Manſo, prejactam neceſsitatem propugnans. Sciendum tamen præd. Mag. in defenſione ſuæ opinionis dupliciter procedere. 1. Ex genere conſenſus ſalutaris, & liberi, ſic loco citato tomo 3. 2. Probando prædictos motus illuminationis, & affectionis, fuiſſe etiam in Chriſto Domino, Beatiſsima Virg. Angelis, & Adamo innocenti. Ita tom. 2. quare ut maiori claritate procedamus, eundem ordinem in impugnatione ſervabimus.

Motivum dub. refertur.

§. I.

Fundamenta pro parte affirmativa.

2 PRimum fundamentum, quod adducit, deſumitur ex D. Thom. 3. contr. Gent. cap. 88. dicente: *Quod ſi voluntas creata moveretur ab aliquo exteriori per modum agentis, & non per modum finis, violentaretur*: ergò ut non violentetur oportet moveri à Deo, tùm per modum agentis, tùm per modum finis. Sed per gratiam prædeterminantem movet Deus effectivè voluntatem, & per gratiam excitantem ſubitæ effectionis movet per modum finis: ergò neceſſario præcedunt ſubitæ effectionis ad gratiam prædeterminantem, nè voluntas violentetur. Ratio eſt: tùnc motus violentus eſt, quando eſt purè ab extrinſeco, ſubiecto non conferre vim; ſed ut voluntas conferat vim, debet ſe inclinare ad obiectum motus, in quod movetur: ergò debet præcedere talis inclinatio in obiectum ſibi propoſitum ut bonum. Sed voluntas non poteſt ſic ſe inclinare, niſi moveatur finaliter ab obiecto ſibi propoſito, ut bono: ergò motio finalis omninò neceſſaria eſt,

Primum motivum ex D.

Arg. rationis.

ut motio prædeterminans non inferat violentiam voluntati.

Confirm. hæc ratio: Deus
3 omnia movet conformitèr ad suas naturas; sed voluntas est appetitus rationalis, cuius obiectum est
Confirm. finis: ergò, ut moveatur à Deo prædeterminanti, debet præcedere finis alliciens voluntatem media propositione intellectus. Sed finis allicit voluntatem medijs affectibus indeliberatis: ergò istæ necessariò præce-
Urgetur. dunt prædeterminationem. Urgetur: Deus præmovet creaturas insensatas iuxta earum indeclinationes naturales præsuppositas: ergò debet præmovere voluntatem iuxta præsuppositam inclinationem elicitam; cùm voluntas sit appetitus elicitus. Sed huiusmodi inclinationes elicitæ habentur per actus indeliberatos præcedentes actus liberos: ergò illæ necessario præcedunt, nè gratia prædeterminans inferat violentiam voluntati.

Secundum desumitur ex M.P.
4 Tract. 26. in Ioan. ad illa verba: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui*
Secundũ ex M. P. *misit me, traxerit eum.* Contra quæ arguit de mente Pelagij: *Si trahimur ad Christum: ergò inviti credimus: ergò violentia adhibetur; non voluntas excitatur.* Resp. August. *Ideò voluntatem nostram, dùm trahitur, non violentari, quia trahitur amore, delectatione, illuminatione, & ostensione veritatis.* Sed isti sunt affectus indeliberati gratiæ excitantis, finaliter moventes voluntatem: ergò huiusmodi affectus sunt necessarij, ut quando Deus trahit hominem efficaciter per
Urgetur. fidem in Christum, non patiatur violentiam. Urgetur iuxta eundem M. P. quæst. 2. ad Simplicianum: *Voluntas, nisi aliquid occurrerit, quod eam delectet, nullo modo moveri potest:* ergò ut voluntas liberè moveatur in bonum, necessariò præcedit gratia excitans subitæ delectationis; adeò ut aliter se ipsam movere non possit; sed voluntatem moveri à Deo, & non se ipsam movere, est pati violentiam: ergò requiritur præcedentia talis effectionis, nè inferatur violentia per prædeterminationem.

Tertium fundamentum, quod
5 adducit tomo 3. à num. 22. est. Iuxta M. P. lib. 2. contra 2. epist. Pela-
Tertium. gian. cap. 5. Pelagius existimabat M. P. asserere, quod gratia adiuvans conferebatur à Deo homini invito, & reluctanti. Unde sic conquæritur M. P. *Hoc enim obijciendum putavit, quod invito, & reluctanti homini, dicamus Deum inspirare cupiditatem boni &c.*: ergò sentit M.P. gratiam Dei non inspirare cupiditatem, & studium virtutis homini reluctanti: ergò sentit, quod pro priori ad talem inspirationem debet homo supponi non reluctans. Sed hoc non potest verificari, nisi per subitas affectiones, spectantes ad gratiam excitantem; cum ante inspirationem cupiditatis boni non præcedat aliquis consensus positivus liber: ergò M.P. sentit ad evitandam violentiam necessariò prædere gratias excitantes ante gratiam adiuvantem inspirantem studium virtutis.

§. II.

Proponuntur aliquæ instantiæ contra hæc motiva, & probatur oppositum esse de mente D. Thom.

S Apient. Mag. sæpè citatus tom.
6 3. q. 3. à num. 34. expresè tuetur, quod licet ad actus liberos supernatur. sit necessaria subi-
Doctrina præf. M. ta affectio; non tamen ad actus naturales. Reddit rationem discrimi-nis; quia affectus indeliberati in ordine naturali solum requiruntur, ut obiectum appareat magis conveniens: cumque voluntas habeat vires, ut possit amare obiectum, estò non propositum, ut magis conveniens, non requiruntur simplicitèr. Affectus vero superni non solum requiruntur, ut obiectum principale appareat magis conveniens, sed etiam absolutè conveniens: quia videlicèt obiecta supernaturalia, nisi priùs gustentur, non apparent, ut convenientia; ideòque in ordine ad actus liberos supernaturales sunt simplicitèr requisiti. Idem docet latiùs tom. 3. q. 6. à num. 14.

Hoc

Hoc ſuppoſito ſic arguo. Iuxta hanc doctrinam poteſt Deus phyſicè prædeterminare ad actus liberos naturales honeſtos abſque præcedentia affectionis ſubitæ de ordine naturali : nùnc ſic : aut tùnc violentatur voluntas, aut non ? Primum nequit dici iuxta veram, & ſanam doctrinam. Si ſecundum, iterùm rogo. Vel Deus movet in hoc caſu ut finis, vel non? Si primum: ergò ſine affectionibus ſubitis exercet Deus munus cauſæ finalis reſpectu actus liberi voluntatis. Si ſecundum: ergò impertinenter adducitur authoritas D. Thom. cum non omnis actus liber honeſtus exigat influxum ex parte Dei per modum finis. Deindè, quia in prædict. teſtim. loquitur expreſsè D. Thom. de actibus naturalibus voluntatis ; ibi enim inquirit : *An Angeli, vel corpora cœleſtia poſsint directè immutare voluntatem humanam ad ſuas electiones?* ergò ſi ad electionem naturalem voluntatis non requiritur neceſſariò ſubita affectio naturalis, ut tuetur præfatus Magiſter, inefficacitèr adducitur authoritas S.D. reſtrictè pro actibus liberis ſupernaturalibus.

Format. diſcurſus

8

Hinc etiam ratio ibi adducta manifeſtam patitur inſtantiam. Nàm dùm voluntas libera vult bonum naturale ſine præcedentia affectionis, vel confert vim ſe inclinando in tale bonum, vel non ? Si ſecundum : erit violentia iuxta argumenti probationem. Si primum : ergò ut voluntas ſe inclinet in bonum, aut conferat vim ad actum, non eſt neceſſe quod pro priori moveatur finaliter ab illo per aliquam ſubitam affectionem. Confirm. eandem patitur inſtantiam : Nàm etiam, quando Deus præbet auxilium prædeterminans voluntati ad actus liberos honeſtos naturales, movet illam ſecundùm ſuam naturam, & proùt eſt appetitus rationalis : ergò ſi iuxta ſententiam arguentis, ut voluntas ſic moveatur, indiget præcedentia ſubitæ affectionis in ordine ſupernaturali ; aut inconſequenter procedit, aut ratio adducta manifeſtè inſtatur. Ex quo conſtat eadem inſtantia infirmari urgentiam ibi adductam.

Inſtatur.

Idem de confirm.

Idem de urgent.

Secundum argumentum quantum ad authoritatem M. P. ex lib. ad Simplic. etiam retorqueri poteſt: Nàm propoſitio M. P. utpotè univerſaliſsima, comprehendit voluntatem intra ordinem naturalem. Rurſùs, Arguens in confirmationem eiuſdem propoſitionis, & aſſumpti adducit illud Mag. Greg. hom. 36. *Quis amare poteſt incognita?* Quæ propoſitio etiam comprehendit actus naturales voluntatis, ad quos non neceſſario præcedit ſubita affectio, & ſubita cognitio. Hinc infero, quod licet poſsint aſsignari aliquæ rationes diſparitatis, ad hoc, ut adſtruatur neceſsitas præcedentiæ ſubitæ affectionis ad actus ſupernaturales, & non ad actus naturales; minimè tamè poteſt aſsignari pro tali præcedentia hoc, quod eſt voluntatem non violentari in actibus ſupernaturalibus ; ſiquidem, ut ex dictis conſtat, omnes rationes probativæ ad hoc aſſumptum inſtantur in actibus liberis naturalibus. Nec poteſt dici ad actus ſupernaturales Deum movere effectivè, & per modum finis; non tamen ad actus honeſtos naturales. Non, inquam, poteſt dici : Nàm negare huiuſmodi cauſalitatem Deo ad actus honeſtos in ordine naturales voluntatis ; eſt expreſsè contra D. Thom. 1. p. q. 106. a. 2. & 3. contra Gent. cap. 8. & 1. p. quæſt. 44. art. 4.

9

Ad motivum ex M. P.

Si dicas : Ut actus liber ſupernaturalis non ſit ullo modo violentus voluntati, debet præcedere aliquis conſenſus negativus ex parte eiuſdem ; hic autem conſenſus nequit ſubſiſtere, quin præcedant ſubitæ affectiones, & illuſtrationes ſpectantes ad gratiam excitantem. Reſp. Hanc probationem eſſe nobis ineficacem. 1. Nàm ſi voluntas præventa cognitione, & affectione ſubita amoris, poteſt negativè conſentire eidem affectioni, ſi adſit cognitio ſuadens oppoſitum ; cùr præventa duplici perfecta cognitione, una ſuadenti bonum, altera malum, non poterit liberè purè negativè conſentire abſque ſubita affectione. Et ratio eſt : Nàm conſentire non ſolùm dicitur reſpectivè ad affectionem ; ſed etiam

10

Replica 1 bis.

Solutio 1

etiam respectivè ad exhortationem, ut videre est in consensu negativo præstito ab Adamo suasioni Diaboli; nàm in illo non præcesserunt pro priori ad consensum pravum subitæ affectiones inclinantes voluntatem ad malum; aliàs non esset in tanta fœlicitate, nec frueretur summa pace, absque ulla rixa; * si ergò stat consentire negativè cogitationi suadenti malum absque præcedentia pravę affectionis; stabit etiam consentire negativè cogitationi supernaturali suadenti bonum absque præcedentia subitæ affectionis supernaturalis. Nè autem fiat recursus ad principium supernaturale influens in dictum consensum; pone illud consistere in auxilio fluido supernaturali, quod non negat prædictus Mag. in ordine ad actus supernaturales præcedentes habitum eiusdem ordinis. 2. Nàm loquendo intra ordinem naturalē, vel præcedit consensus negativus ex parte voluntatis amorem liberum honestum, vel non præcedit? Si hoc secundum: ergò, ut voluntas non violentetur in ordine ad actum liberum positivum prædeterminatum à Deo, non necessario prærequiritur aliquis consensus negativus; quod prædictus Mag. nequit concedere iuxta suam doctrinam. Si primum: ergò si stat talis consensus absque præcedentia subitæ affectionis in ordine naturali, & cum sola cognitione practica suadenti indifferenter bonum; idem poterit dici de consensu negativo præstito illuminationi supernaturali.

* Sic M. P. de Correct. cap. 21.

Roborat. solutio.

§. III.

Probatur hunc modum dicendi non esse de mente Div. Thom.

11

1. testim. ex S. D.

* Sic Cayet. ibi in fine

ANgelicus Mag. 1. 2. q. 9. art. 4. postquàm in corp. art. probavit, voluntatem non se movere (intellige applicativè, * & quòad exercitiū ad 1. actum liberum, sed moveri à Deo, ut speciali motore) ponit contra se hoc argumentum: *Voluntas non patitur violentiam; sed violentum est, cuius principium est extra: ergò voluntas non movetur ab extrinsecò.* Resp. ad 2. *Dicendum, quòad rationem violenti non sufficit, quod principium sit extra, sed quòd nullam vim conferat patiens, quod non contingit, dùm voluntas ab exteriori movetur, nàm ipsa est, quæ vult ab alio mota. Esset autem motus iste violentus, si esset contrarius motui voluntatis. Quòd in præsenti esse non potest.* Idem argumentum sibi objicit 1. p. quæst. 105. art. 4. & 1. 2. q. 6. art. 9. quibus omnibus Resp. Deum movendo voluntatem nullam violentiam inducere, quia movet ipsam, ut velit, & dando ei propriam eius inclinationem. Idem q. 22. de Verit. art. 8. & 9. propter quod salvat Deum * etsi sit principium exterius movens voluntatem ad proprios actus, non solùm per modum persuadentis; sed etiam immutando voluntatem ad velle, immutatione se tenente ex parte potentiæ; nullatenùs illam cogere, aut violentare; quia videlicèt eam immutat operando, ut velit, & transferendo illam de una inclinatione ad aliam: qua de causa asserit S. D. actualem inclinationem, ad quam Deus immutat volutatem, non esse contra inclinationem, quæ est in illa, sed quæ priùs inerat, subindèque non cogere voluntatem. *

Secundū

Ex his omnibus formo argum. mihi efficaciſsimum: D. Thom. locis 12
suprà relalatis, & alijs infra referendis, intendit argum. probare, quòd si Deus immutat effectivè voluntatem ad velle, sequitur illam violentare; cùm talis motus sit à principio exteriori, scilicèt Deo. Cui argumento semper occurrit dicendo * per talem immutationem non cogi voluntatem, quia videlicèt immutatur à Deo, ut velit, sive ut voluntariè influat in proprios actns; cum Deus moveat unumquodque secundum modum suum. * Nùnc sic: vel præcedentia subitæ affectionis, nè voluntas patiatur violentiam in actibus liberis, fuit cognita à D. Thoma, vel non? Si primum: quare talem præcedentiam omninò sub silentio clausit; si eam iudicavit necessariam ad solutionem argumenti. Si 2. ergò cùm recurrere ad solutionem argumenti pro-

Ex quib. formatur ratio.

propositi à Div. Thom. tuendo aliquam doctrinam ab ipso nō insinuatam; sit apud nos non satis solidè procedere; dicèndum est ipsum sentire talem præcedentiam minimè requiri titulo libertatis, & voluntarietatis actus.

13 Tertium.

Expressiùs etiam (si sic valet loqui) stat pro nostra sententia q. 28. de Verit. a. 4. ad 2. ubi cum sibi opposuisset illud Ioannis cap. 6. *Nemo venit ad me &c.* ut probaret volūtatem pati violentiam si efficac. trahitur à Patre. Resp. dicendum: Tractum illum, de quo dicitur Ioan. &c. *non importare violentiam, sed operationem divinam, qua operatur in libero arbitrio, vertendo illud, in quodcumque voluerit; & sic illud, ad quod homo trahitur, pertinet ad liberum arbitrium.* En ubi D. Thom. nec levitèr recurrit ad subitas affectiones, nè voluntas violentetur, dùm Deus ipsam efficac. trahit operādo in ea velle; sed unicè designat pro defectu violentiæ, hoc quod est Deum in illa operari, ut faciat ipsam voluntatem velle. Rursùs ad Rom. 8. lect. 3. ad illa verba: *Quicumque spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei*, asserit hoc dictum esse, *quia homo specialitèr movetur à Spiritu S. non solum, ut illuminante; sed etiam ut movente superiori instinctu cor eius ad benè agendum* iuxta illud Isai. 56. *Cum venerit quasi fluvius violentus, quem Spiritus Domini cogit.* En violentiam apparentem insinuatam in prædicto textu. Subdit tamen pro solutione Sanct. Doct. *Per huiusmodi superiorem instinctum non excludi liber. arbr. quia, scilicèt, ipsum motum lib. arb. Spiritus Dñi. in eo causat*, iuxta illud: *Deus est, qui operatur nobis velle.* Quid clariùs, ut non sit necessarius, aut utilis recursus, ut Deus non cogat voluntatem efficacitèr movendo illam ad suos actus; ad præcedentiam subitarum affectionum, quarum minimè meminit Sanct. Doct.

Ad Phil. 2

14 Quartum

Claudat assumptum celebre testim. Sanct. Doct. 3. contr. Gent. cap. 148. cuius titulus est: *Quod per auxilium divinum homo non cogitur ad virtutem.* Quid oportuniùs, ut nobis præbeat doctrinam, & motiva, vi quorum voluntas, etsi præveniatur ab auxilio Dei inomni actu virtuoso, non patiatur ullam violentiam. Igitur rationem dubitandi sic proponit: *Deus per auxilium sic movet voluntatem ad virtuosè operandum, ut illam trahat, agat, & urgeat. Sed trahi, agi, & urgeri coactionem importat: ergò per auxilium divinum homo cogitur ad virtutem.* Cui argumento Resp. ferè per tot. cap. * eo his non obstantibus, voluntatem non pati violentiam, quia ita operatur Deus in volūtate, ut faciat ipsam libere velle; & quia causat operationem voluntatis secundùm modum suum, qui est, ut voluntarie, & non coactè agat. * Cum ergò dubitare nefas sit Sanct. D. descripsisse efficacis. rationes, ut voluntas non patiatur violentiam, etsi à Deo efficacitèr moveatur ad virtuosè agendum, & in verbis relatis, nec levis insinuatio pro præcedentia subitæ affectionis ad actum liberum contineatur: dicendum de mente Sanct. Doct. non requiri necessariò præcedere actus indeliberatos in voluntate, ut per gratiam prædeterminantem ad actus salutares, non patiatur voluntas ullam violentiam.

15 Ratio deducta ex testim.

Ex his argum. à priori. Quod non requiritur, ut actus liber charitatis v. g. sit à principio intrinseco cum cognitione finis, non requiritur, ut sit voluntarius, proindeque repugnans violentiæ. Sed ad hoc non requiruntur subitæ affectiones: ergò. Prob. min. Actus charitatis eatenùs procedit à principio intrinseco cum cognitione finis, quatenùs procedit à voluntate intrinsecè elevata per habitum charitatis, vel auxilium fluidum, simùl cum cognitione proponenti Deum, ut summum bonum; sed ad neutrum ex his requiruntur necessariò subitæ affectiones, ut de se constat: ergò. Explic. hoc: Voluntas elevata ad actum charitatis, vel per habitum, vel auxilium fluidum, manet inclinata, qnòad specificationem ad amorem Dei: ergò Deum prædeterminare voluntatem sic intrinsecè elevatam, & præventam cognitione fidei proponenti Deum supra omnia diligibilem, est Deum facere voluntatem elicere

Explicat.

ope-

operationem iuxta virtutem, quam in se habet, & secundùm quam dicit inclinationem ad operandum. Sed voluntatem operari iuxta virtutem, & inclinationem, quam in se habet, ex diametro opponitur violentiæ: ergò his præcisè stantibus, excluditur violentia in actibus voluntatis à Deo prædeterminantis.

Ultimò. Denique: Subita affectio præcedens actum charitatis, nèc requiritur necessariò, ut voluntas per habitum charitatis sit inclinata in actu primo ad diligendum Deum, nec similiter necessariò requiritur, ut Deus proponatur voluntati ratione summæ bonitatis super omnia diligibilis, ut ex dictis constat; sed his præcisè stantibus, stant principia opposita violentiæ motus, ut ex illius definitione constat: ergò.

§. IV.

Satis fit argumentis.

16 AD primum Resp. 1. Talia verba, ut iacent, nèc eorum sensum propositum in argumento, reperiri in Div. Thom. ibi enim solùm docet, quod si Angeli, aut corpora cœlestia directè immutarent voluntatem creatam ad suos actus, illam violentarent, eò quòd voluntas creata solùm subordinatur in proprijs actibus Deo, ut primo agenti, & primo motori. Advertit tamen S. Doct. ibi, * voluntatem humanam posse moveri obiectivè, & per modum causæ finalis ab Angelis, quatenùs ei proponunt, vel persuadere possunt, operari liberè propter aliquas rationes convenientiæ, quæ in obiectis amabilibus à voluntate creata apparere possunt. Hęc autem doctrina impertinens est pro necessitate subitæ affectionis ad actum liberum supernaturalem. Resp. 2. Falsum esse motionem per modum finis requisitam ad actus liberos debere fieri per subitas affectiones præcedentes: Nā dùm voluntas movetur à bono proposito per intellectum, movetur ab illo in genere causæ finalis; cùm igitur prædeterminatio non conferatur voluntati, nisi præcedente iudicio proponente bonum supernaturale, ut ei conveniens, necessariò sequitur, Deum tunc casus movere voluntatem verè in genere causæ finalis causando iudicium ostensivum, & suasivum boni; & simul in genere causæ efficientis prædeterminando voluntatem, ut bonum propositum amplectatur. Hoc confirmari potest, dùm Deus necessitat voluntatem per iudicium omninò determinatum, aut quando movet ipsum ad subitas affectiones. Respectu horum actuum Deus etiam exercet duplex munus, scil. finalis, & effectivę, & tamen, ut munus causæ finalis exerceat respectu subitæ affectionis, non requiritur, quod præcedant aliæ subitæ affectiones; sed sufficit à Deo infundi cognitionem proponentem sine indifferentia bonum supernaturale, ad quod necessariò fertur voluntas: ergo similiter per hoc præcisè, quod Deus infundat cognitionem proponentem cum indifferentia bonum supernaturale, verificabitur voluntatem moveri à Deo in genere causæ finalis, seu obiectivę.

Quis causalitatem finis ad subitam affection. restringat?

17 Ad Confirm. Resp. Voluntatem moveri à Deo effectivè, quatenùs est appetitus rationalis; dummodò moveatur ad bonū apprehensum, & priùs propositum per rationem: ergò dùm non probetur, necessariò debere præcedere subitas affectiones, ut Deus infundat cognitionem practicam, & perfectam boni supernaturalis, non probatur, voluntatem sine illis non operari, ut est appetitus rationalis. Ad urgentiam Resp. Quòd si nomine inclinationis elicitæ eligatur aliqua inclinatio actualis; falsum est, debere supponi talem inclinationem, ut voluntas moveatur secundùm suam naturam, si autem intelligatur aliqua inclinatio habitualis, & per modum actus primi, libentèr concedimus, ut verum; attamen ad hoc sufficit, præcedere principium supernaturale elevans voluntatem cum prævis. boni ad supernaturaliter operandum, ut moveatur secundùm suā naturam, & prout differt ab insensatis. Istæ enim naturæ moventur iuxta inclinationem necessariò determinatam ad unum,

Solvitur 2. fundā.

Vide Ferrar. ibi §. circa illam.

* Et 1. par. q. 106. a. 2. & 111. art. 2. & 12. q. 9. art. 6.

Resp. 2.

Ad confir.

Ad urg.

unum, & non ſubditam quòad uſum cauſæ inſenſatæ. Si dicas: Habitum charitatis, vel auxilium fluidum non poſſe dici inclinationem elicitam: Reſp. Verum eſſe de inclinatione elicita per modum actus ſecundi; ſecùs de inclinatione per modum actus primi; ſiquidem ipſa voluntas dicitur etiam appetitus elicitus ante omnem actum procedentem ab ipſa.

Ad 2. argum. Reſp. 1. M. P. verbis relatis non loqui de affectionibus ſubitis, & omninò indeliberatis; cùm nullum verbum ad ſic intelligendum M. P. ibi inveniatur. Nàm affectus liberi, dummodò ſint imperfecti, & ad inferiorem virtutem pertinentes, poſſunt diſponere liberum arbitrium ad actus perfectioris virtutis: Nàm actus ſpei, & attritionis ſupernaturalis, & ſimilium, ſunt diſpoſitiones, quibus excitatur voluntas ad dilectionem Dei appretiativam ſupra omnia.* Reſp. 2. Admiſſo loqui Sanct. Doct. de ſubitis affectionibus, eas deſignaſſe non ut ſimpliciter requiſitas, ut homo gratia Dei traheretur ſine violentia ad credendum in Deum; ſed ut valdè conducentes ad explicandum modum abund. pietatis, quem Deus obſervat in converſione hominum; eos ſcilicèt trahendo ſuavitate, & delectatione, & ſe accomodando imperfectioni liberi arbitrij procedentis de potentia ad actum, & propter hoc priùs elicientis actum imperfectum indeliberatum inefficacem, quàm actum perfectum liberum abſolutum, & efficacem.

18 Solvitur 1. fund. 1.

* Sic S. D. 1. 2. q. 66. a. 6. Reſp. 2.

Si dicas: Si præcedentia ſubitæ affectionis non traditur à M. P. ut ſimpliciter requiſita, imò nèc, ut ratio à priori, ut homo trahatur gratia Dei ſine violentia, oportet à nobis aſſignare in doctrina M. P. cauſam, & rationem, ut etiam ſi homo trahatur gratia Dei, ut credat, & diligat eum ſuper omnia; hoc tamen fiat ſine violentia. Reſp. Hanc traditam eſſe ibi à S. P. in ipſa tractione ad fidem.* Et quia per gratiam Dei. Ita S. Doct. quæſt. 28. de Verit. art. 4. ubi ait: * Tractum, de quo dicitur Ioannis 6. &c. non importare violentiam; ſed operationem divinam vertentem liberum arbitrium in id, ad quodcumque voluerit. * Unde ſicut M. P. Pelagio obijcienti, quod ſi liberum arbitrium agitur à Deo, nequit aliquid agere. Reſp. Hoc minimè ſequi, ſed potiùs oppoſitum: quia per gratiam Dei liberum arbitrium agitur, ut agat, * ita ſimiliter in eiuſdem S. P. doctrina dicendum liberum arbitrium trahi ad fidem, & dilectionem ſine violentia, quia trahitur, ut credat, & diligat, à Deo habenti magis in ſua poteſtate voluntates hominū &c. Unde ait: *Ego dico: parùm eſt voluntate ire, etiam voluptate traheris.* * Ad illud ex q. 2. ad Simpl. Reſp. Solū probare debere præcedere ſubitas affectiones in voluntate humana poſt lapſum Adami, ut connaturali, & ſuavi modo, Deus illam prædeterminet ad actus liberos efficaces ſupernaturales, non tamen probare huiuſmodi præcedentiam requiri, nè inferat violentiam voluntati.

19 Replicab.

Reſpond. *

Non creditur quiſquam, niſi volens. Trahitur animus, & amore

De Corr. & grat. cap. 2.

2 In primis verbis excluditur violét. in alijs eſſend. ſuavitas Dei.

Ad teſtim. ex q. ad Simplic.

Pro inefficacia ult. teſtim. ad prob. aſſumpt. & inſuper, ut probet præcedere quemdam conſenſum negativum: plura ſcitu digna præparaveram, quæ penuria temporis omitto. Brevitèr tamen notandum, Lutherum imponere falsò M. P. quod iuxta ipſum Deus trahit ad iuſtitiam homines nolentes, & reluctantes, ut videre eſt apud M. Soto lib. 2. de natura, & gratia num. 86. Motivum huius erroneæ, & nequiſsimæ intelligentiæ, ortum duxit, ex quo apertè cognoſcebat iuxta doctrinam M. P. Deum convertere homines auxilio efficaci, & irreſiſtibili à libero arbitrio: ideòq; nulla prævia diſpoſitione. 2. not. Pelagij Diſcipulos ſolū admittere gratiam Dei, ut requiſitā ad perficiendum opus virtutis; non tamen ipſam prævenire bonum propoſitum, & ſtudium virtuosè operandi; ut ſic ſalvarent ſuum perverſum dogma; ſcilicèt gratiam Dei ſecundùm merita dari; ita M. P. loco cit. in argum. c. 10. * Dicunt enim ſe confiteri gratiam adiuvare uniuſcuiuſque bonum propoſitum, non tamen reluctanti ſtudium virtutis immittere, quaſi homo à ſeipſo ſine Dei adiutorio habeat propoſitum bonum, ſtudiumque

20 Ad ultim. teſt. M. P.

que virtutis, quo merito dignus sit adiuvari Dei gratia subsequenti. * Videatur Illustr. Alvarez disp. 1. n. 20.

21 His notatis Resp. Hanc propositionem: *Deus homini invito, & reluctanti immittit studium virtutis*, si accipiatur in sensu composito, esse prorsùs falsam,& implicatoriam,minimèque assertam à M.P.sed calumniosè esse illi impositam ab Hæreticis. Si vero accipiatur in sensu divisso, ut homo per gratiam Dei,iam non sit invitus, & reluctans; sed consentiens bono, est propositio verissima, & asseritur à M. P. tùm ibi cap.8.tùm lib. de Grat.Christ. c. 24. & pluribus alijs in locis,ubi expressè docet nos debere orare pro nollentibus, & repugnantibus credere; ut sint volentes, & consentientes: in quo expressè continetur per gratiam dantem credere, & velle, fieri hominem ex invito, & reluctante, ut iam non sit invitus, sed positivè consentiens. Hoc idem expressè docet S. Prosp. cap. contra Collat.dùm ait: *Per gratiam Dei hominem fieri ex invito volentem.* Constatque clarissimè in conversione D. Pauli, qui ex persecutore fidei repentè factus est vas electionis. Ex his constat sensum Mag. P. non esse, quod ante gratiam efficacem donantē velle,& credere, homo sæpè non sit invitus, & reluctans; sed unicè, quod homo dùm vult credere, non credat invitè, & reluctantèr, quod optimè salvatur, dùm per gratiam prædeterminantem aufertur duritia cordis,& efficacitèr fit,uthomo velit,&credat. Adducit in suum favorem M.Lemos lib. 4. p.2.tract. 1. cap. 3. sed facilè exponitur dicendo: nomine gratiæ excitantis intelligere cognitionem suasivam boni, quæ de se præscindit etiam à subita affectione, ut diximus dub. antec.

De hoc ex profes sò dub. speciali.

§. V.

An in Christo Dom. fuerit gratia excitans ex parte intellectus in subita cognitione consistens.

22 DEscendendo in particulari ad subiecta, in quibus prælaudatus Mag. ponit necessitatem simpliciter talem gratię excitantis totiès descriptæ ad actus liberos supernaturales; initium sumendum est à Christo Dom. de quo partem affirmativam ingeniosè tuetur, solvens motiva dub.antec.ponderata,& plura alia denuò in oppositum adducens. Ut autem clariùs procedamus; priùs agendum est de gratia illustrationis, & postmodum, de gratia affectionis. Prob.assumpt.1.Talis cognitio, nec est incompatibilis cum cognitione perfecta, nec dedecet Christum Dominum: ergò. Prob. añs. qnòad 1. part. Nàm in nobis possunt gratia illuminationis, & affectionis, estò imperfectæ, coexistere cum consensu libero; proindèque cum perfecta cognitione obiecti, de quo M. Boliv. de Grat. Christ. dub. 5. à n. 67.ergò.Quòad 2. prob.Cognitio infusa supernaturalis, est donum infusum à Spiritu Sancto specialitèr movente; sed non est dedecens Christo excitari, & moveri dono Spiritus Sancti: ergò. Urget.Pro priori ad cognitionem perfectam potuit esse in Christo Domino sine indecentia, cognitio imperfecta: ergò. Prob. añs. Pro priori ad cognitionem perfectam fuit in Christo carentia cognitionis perfectæ; sed magis distat à cognitione perfecta, illius carentia, quam cognitio subita: ergò.

Sic tom. 1 q. 12. à §. 4.

Primum motivum

Urgetur.

23 Confirm. Cognitio subita non arguit in Christo defectum moralem, aut physicum privativum: ergò. Prob. añs. pro 1. part. Talis cognitio, utpotè supernaturalis, est impotens regulare actionem moraliter defectuosam: ergò pro 2. prob. Defectus privativus lineæ intellectivæ, est ignorantia eorum, quæ debentur cognosci; aut cognitio imper-

Confirm.

pèrfectiòr, quam debeat esse; sed Christus Dominus estò habuerit cognitionem imperfectam, simùl habuit scientiam beatam, & infusam, per quam omnia cognovit, & aliundè pro signo priori illius instantis, non debebat habere aliam cognitionem, quam subitam: ergò talis defectus erit negativus in sciendo. Sed hic non repugnat Christo Domino. (De quo Illust. Godoy 3. p. disp. 44. n. 4.) ergò. Hinc à num. 41. ait, talem cognitionem non esse repugnantem cum perfectione scientiæ: Nàm cognitio, quæ movet, & iuvat ad usùm scientiæ perfectissimæ, non repugnat cum illa, sed talis est cognitio subita: ergò. Undè subdit, *quod pro priori ad visionem beatam elicitam à Christo Domino ex propria determinatione, habuit cognitionem subitam ex impulsu tantùm Spiritus Sancti*; cum cognitioni subitæ non repugnet, quod detur pro posteriori cognitio comprehensiva eiusdem obiecti.

24 Secundũ motivum

2. Probat assumptum num. 39. Actus liberi fuerunt eliciti à Christo Domino per gratiam sanctæ vocationis; sed gratia sanctæ vocationis proùt spectat ad intellectum, est cognitio subita, & imperfecta: ergò. Mai. constat. Tùm quia si, ut fugeret in Ægyptum, vocatus est à Deo, iuxta illud Matth. 2. *Ex Ægypto &c.* potiori iure, ut excellentissimè operaretur. Tùm quia prima gratia in Christo fuit vocatio; sicuti hæc in nobis, dicitur primus effectus nostræ prædestinationis. Min. vero pr. Talis vocatio nequit consistere in actu libero. Tùm quia iuxa Aug. lib. 83. quæst. q. 68. *Licet quis possit tribuere sibi, quod veniat, non tamen quod vocetur.* Tùm quia nemo potest vocare seipsum ad actus salutares: ergò vocatio est actus indeliberatus. Confirm. & prob. 2. ead. min. Ratio vocationis moventis voluntatem Christi Domini ad actus liberos, nequit convenire cognitioni perfectissimæ: ergò ponenda est talis vocatio in cognitione subita, & imperfecta. Prob. añs. Munus talis vocationis ponendus est in illo actu intellectus, qui secum trahit sanctam inspirationem; cum sit illuminatio tangens intrinsecè cor. Sed hæc est cognitio imperfecta: ergò. Mai. constat. Nàm ponenda est in Christo Domino vocatio in illo actu, in quo ponitur vocatio à Concil. Trid. sess. 6. cap. 5. stabilita; sed hæc est actus afferens secum sanctam inspirationem: ergò. Min. etiam constat. Nàm est sancta inspiratio tangens cor, quę nõ est solum cognitio, sed affectionem secum trahens: ergò. Vel alitèr. In Christo Domino ponenda est vocatio, quæ sit eiusdem rationis cum illa, quam Trid. ponit in nobis sess. & cap. cit. Sed ista est illuminatio afferens secum sanctam inspirationem, quam abijcere possumus: ergò.

Confirm.

Probat idem assumptum num. 25 36. Nàm admisso in Christo Domino non fuisse nisi cognitionem perfectissimam, adhùc non probatur, quod talis cognitio non possit regulare affectionem liberam, & simùl indeliberatam; eo quod in tali cognitione possunt distingui duæ terminationes, una, quatenùs proponit obiectum amandum cum indifferentia; id est cum omnibus rationibus trahentibus, & retrahentibus; & altera tantum repræsentante in illo rationes attrahentes; sub qua consideratione excitat affectionem indeliberatam. Si enim in visione beata distinguitur duplex terminatio; una, quatenùs proponebat obiecta honesta modo dicto: & altera, quatenùs repræsentabat futuritionem actus, & sub prima se tenebat ex parte actus primi ad actus virtutum, non autem sub secunda. (De quo Mag. Bolivar dub. 2. de Merit. Christ.) Cùr non poterunt similes terminationes distingui in cognitione, estò perfectissima Christi Domini, ita ut sub prima supra descripta regulet affectionem liberam, & sub secunda affectionem indeliberatam?

Aliud motivum.

§. VI.

An in Christo Domino fuerit affectio indeliberata, & subita.

PRælaudatus Mag. respondet affirmativè; & illam probat 1. destruendo fundamentum oppo-

26 Primum fundam.

positum, scilicèt, quod talis affectio petit regulari cognitione imperfecta; & hæc non fuit in Christo Domino. Siquidem non repugnat in tali cognitione distinguere duas terminationes, ut sub una regulet affectum liberum, & sub alia affectum indeliberatum. Si enim in eodem amore beatifico admittitur duplex terminatio, ita ut sub una sit necessarius, & sub alia liber, proindeque eædem terminationes distinguuntur, & admittuntur in visione illum regulante: idem poterit dici de eadē visione, ut affectum liberum, & indeliberatum regulet. 2. Prob. Primus actus liber fuit in Christo Domino ex inspiratione Spiritus Sancti, ut est certum. Sed hæc inspiratio fuit aliqua affectio indeliberata: ergo. Prob. minor. Talis inspiratio non fuit gratia efficax; sed ultra illam non remanet alia inspiratio digna hoc nomine, nisi affectio indeliberata: ergo. Maior Prob. primo. Licet gratia efficax possit etiam dici inspiratio, non tamen est illa inspiratio, quam docet Concil. Trident. sess. 6. cap. 5. Sed inspiratio, ex qua processit actus liber in Christo Domino, debet accipi pro inspiratione stabilita à Trident. ergo. Min. constat, quia doctrina Trident. est generalis, & nulla est ratio, ut excipiatur ab illa voluntas Christi in suis actibus liberis. Maior prob. facile. Nàm inspiratio stabilita à Concil. Trident. est gratia excitans distincta ab adiuvante; & rursus est inspiratio, *quam voluntas potest abijcere, & cui potest consentire, aut dissentire*; sed hæc omnia non quadrant gratiæ prędeterminanti, ut fatentur Thomist. ergo nomine talis inspirationis intelligitur affectio indeliberata moraliter movens voluntatē. Ex quo sequitur, quod; vèl primus actus liber Christi Domini non fuit ex inspiratione Spiritus Sancti, vèl ptocesit ex affectione indeliberata. Nec potest dici, quod talis inspiratio in Christo Domino fuit cognitio perfectissima, quæ processit à Spiritu Sancto. Non, in quàm, dici potest; nam talis cognitio pertinet ad solum intellectum; sed gratia inspirationis spectat ad voluntatem: ergo talis perfecta cognitio non potest dici inspiratio. Rursus: nam illa cognitio perfectissima non potuit esse inspiratio ad primum actum liberum; cum Christus Dominus fuerit liber in usu scientiæ infusæ; quapropter talis usus debet heri ex imperio voluntatis Christi Domini. Si enim nos habemus usum fidei ex imperio voluntatis liberæ, etiam Christus habuit usum scientiæ infusę ex imperio propriæ voluntatis. Sic num. 38. in fine.

Secundū fundam.

Quedam responsio præcl. 1.

Secundo.

Prob. 3. Nàm talis affectio iuvat voluntatem ad amorem liberum, & disponit illam, ut intensius amet libere: ergò non est incomparibilis cum eo, quod Christus Dominus elicuerit actum liberum pro posteriori. Nec valet dicere, quod talis affectio est imperfecta. Non inquam valet, quia nō est imperfecta privative, sed negative, quæ imperfectio non repugnat Christo Domino. Hinc asserit, quod voluntatem liberā, qua in 1. instanti acceptavit prȩceptum Patris de morte, præcesit affectio indeliberata eiusdem redemptionis. Vnde esto talis voluntas libera fuerit imperata ex amore beatifico, intercesit huiusmodi affectio indeliberata. Immo addit: quod etiam præcesit consensus negativus ad talem voluntatem liberā, qui consensus negativus fuit præfitus tum affectioni indeliberatæ, tum cognitioni perfecte illum proponenti, & etiam moventi moraliter: sic à num. 42.

27

Tertium fundam.

Confirmatur. Eo in Christo Domino ad amorem liberum in materia cuiusvis virtutis non præcessit aliqua affectio indeliberata, quia omnis actus liber fuit in illo imperatus ex amore beatifico. Sed hæc ratio non probat: ergò. Prob. min. Talis motio, & imperium amoris beatifici, est generale, & motio remota ad omnia opera virtuosa: ergò ultra illam necesse est ponere motionem specialem, & proximam ad actus virtutum, quæ alia nequit esse nisi affectio indeliberata, tendens in idem obiectum, ac tēdit affectio deliberata. Urg. Eo in Christo Domino non ponerentur tales affectiones indeliberatæ, quia talis modus prȩceden-

28

Confirm.

Urgetur

dendi poneret in illo imperfectionē, scil. procedere de actu imperfecto ad perfectum; sed hæc ratio non probat in Christo D. ergò. Pr. min. Licet procedere de actu imperfecto &c. qui sit imperfectus, vel ex subreptione, aut ex inadvertentia, dicat imperfectionem; secùs autem si actus imperfectus procedat ex motione Spiritus S. & iuvet, excitetque ad affectum supernaturalem libetum. Sed sic ponitur affectio indeliberata in Christo: ergò.

Iuxta Advers. hic est ordo. Cognitio subit causat affect. subitā, & hæc movet intell: ad cognit: perfectā.

§. VII.

An etiam in beatis in ordine ad actus liberos sit gratia excitans in actibus imperfectis consistens?

29 REsp. affirmativè præd. M. Probat illam ex M. Basilio lib. de Spiritu S. c. 16. *Quomodo Angeli dicunt, gloria in excelsis Deo, nisi à Spiritu S. accepta potestate? Nemo siquidem potest dicere Dominus Iesus nisi in Spiritu S.* Ex his verbis probant Concilia, & PP. necessariam in nobis viatoribus gratiam excitantem, & adiuvantem: ergò si sententia Apost. iuxta Basilium comprehendit etiam Angelos in Patria &c. Rursùs. Nàm ibidem subdit Basilius: *Quod Seraphim, dùm laudant Deum, hoc faciunt edocti per Spiritum Sanctum, & illius instinctum.* Sed actus indeliberatus in voluntate propriè dicitur instinctus; & idem de cognitione subita: ergò.

Fundamentum.

Pro instinctu vide dub. ant. nnm. 13. & S. D. super Ioan. c. 6. lect. 5.

§. VIII.

An idem dicendum de Angelis viatoribus?

30 REsp. affirmativè, eoque probatur ex Mag. Par. lib. 12. de Civit. cap. 9. dicenti: *Ex quo Angeli bona voluntate ad Deum sunt conversi, ostendit quamlibet bonam voluntatem inopem fuisse in solo desiderio remansuram, nisi ille, qui bonam naturam ex nihilo sui capacem fecerat, ex seipso faceret impellendo meliorem, prius faciens excitando avidiorem.* Ecce Angeli prædeterminati sunt à Deo faciendo naturam, impellendo meliorem, id est, faciendo eam amantem; quia natura amans melior est seipsa potente amare; Sed prius excitata est, ut avidiùs amaret, ibi: *prius excitando avidiorem.* Sed excitatio precedens amorem primum liberum, fuit indeliberata, ut patet: ergò. Nota M. P. non dicere *impellendo*, sed *implendo*.

Motivum proponitur.

Pro excit: vide dub. 4. n. 15. & 26.

§. IX.

An B. Virgo Maria fuerit excitata per actus imperfectos?

31 REsp. affirmativè prædictus A. illamque probat ex eo, quod operata est actus liberos ex motione Spiritus Sancti, quæ motio in actu indeliberato præcedenti primum actum liberum constituit. 2. prob. Quia voluntas B. Virginis ante elicientiam 1. actus liberi supernaturalis debebat habere vires proportionatas ad illum. Sed huiusmodi proportio, & inclinatio ad actum liberum supernaturalem, fit per actus indeliberatos; cum proprium horum sit disponere ad actus perfectos, inclinando, & faciendo habilem voluntatem ad illos: ergò. *Quid dicendum de Adamo pro statu innocentiæ?* Ad hoc Resp. affirmativè eisdem rationibus innitens, & insuper: quia fuit iustificatus more adultorum per dilectionem liberam, quæ petit supponere in voluntate aliquem affectum, quo eius voluntas inclinetur, & disponatur ad actus perfectos. Alia adducentur infra ex M. P.

Fundamentum

Idem sentit de Adam.

§. X.

Reflectitur circa cognitionem subitam in Christo Domino.

Prima animadversio.

32 PRælaud. M. fol. 514. col. 2. ad 2. ait: 1. *Cognitio elicita à Christo D. ex propria determinatsone, fuit visio beatifica cum hoc stat, quod in signo priori habuerit cognitionem subitam ex impulsu tantum Spiritus S.* Non percipio qua de causa dicat; visionem beatam fuisse elicitam à Christo D. ex propria de-

Nota: signū prior: dicer causalit: si ergò cogn. subita fuit &c.

determinatione? Hoc enim asserere propriè loquendo, est dicere illā fuisse elicitam ex imperio libero voluntatis: quod de nullo beato ab ullo Theologo conceditur. Rursus. Cum talis actus, & determinatio libera, supponat cognitionem liberam, necessariò debet concedi ante visionē beatam fuisse in Christo D. cognitionem perfectam supernaturalem, & nedùm subitam ex impulsu tantum Spiritus S. Deindè cognitio beata necessariò sequitur ad unionem essentiæ divinæ per modum speciei, & ad lumen gloriæ intrinsecum intellectui inhærēs; sed nihil horum fuit Christo D. conveniens ex propria determinatione suæ voluntatis; aliàs fuisset liberè beatus: ergo. Deniq. Si elicientia visionis beatę fuit in Christo D. ex libera determinatione suæ voluntatis, paritèr & amor beatificus ad illam necessariò sequutus, proindèque saltim mediatè exisseret ex propria libertate, essetque liber mediatè, & in causa quod nequit concedi.

Secunda animadversio.

33 QUantum ad illa ibidem posita, scil. *In signo priori habuit cognitionem subitam ex impulsu tantum Spiritus S.* Occurrit 1. advertendum, quod iuxta hoc assertum 1. cognitio, quæ irradiavit, & affulsit intellectui Christi D. non fuit visio lumē, proindèque nec 1. lumen gloriæ, sed hoc repugnat: ergò. Prob. min. 1. lumen, quod fuit in Christo D. fuit ratione gratiæ sanctificantis, in qua fuit radicatum; sed gratia sanctificans in Christo radicavit 1. lumen gloriæ; cum fuerit gratia comprehēsoris, & consummata secundum animam: ergò. Urg. Omnis cognitio supernaturalis in Christo fuit elicita ab intellectu medio aliquo habitu: ergò vel per lumen gloriæ, vel scientiā infusam, vel dona Spiritus S. Sed hoc ipso non fuit cognitio aliqua præcedens visionem beatam: ergò. Prob. ex doctrina D. Th. q. 20. de Verit. a. 2. probantis visionem beatam fuisse elicitam à Christo per lumen gloriæ, ad modum habitus communicatum; *eo quod actus non elicitur facilitèr, & delectabilitèr à potentia, nisi fuerit permanentèr inclinata ad illum; in Christo autem omnis operatio gratuita fuit delectabilitèr, & modo prędicto elicita. * Sed hæc ratio probat de omni eius operatione supernaturali hoc exigente sua dignitate, & perfectione: ergò.

Prob.

Urg. 1.

Urg.hoc 2. D. Th. 3. p. q. 34. a. 4. probat Christum D. habuisse scientiam beatam in 1. instanti suæ conceptionis sequenti discursu ferè eisdē verbis: *Christus D. habuit animam suam gratia sanctificanti data ipsi sine mensura, & cum abundantia perfectionis: sed gratia sic data non est sine actu: ergò fuit cum actu visionis*; sed hęc ratio probat etiam de omni actu habito pro signo naturæ: ergò. Rursus. Nāin nullo signo naturæ potest anima Christi intelligi quasi in via ad statum patriæ, utpotè descendens de Cœlo, & cœlestis homo factus: ergò nulla fuit cognitio supernaturalis visionem beatam prędecēs, sive ad illam disponens. Quod autem talis cognitio non processerit à scientia infusa, aut à donis Spiritus S. constat. Nàm talis scientia consequitur in Christo scientiam beatam, quæ fuit 1. operatio in gratia radicata. Ita S. D. 3. p. q. 10. a. 3. ad 2. ergò. Deindè: *Quia per scientiam infusam cognovit Christus abundantiùs, & plenius cæteris omnia illa, quæ per revelationem divinam hominibus innotescunt, sive pertineant ad donum Sapientiæ, prophetiæ, sive ad quodcumque donum Spiritus S.* Ita S. D. 3. p. q. 11. a. 1. Nec obstat, quod D. Th. 3. p. q. 34. a. 4. ait, Christum D. *subitò, & statim &c.* ergò non inconvenit ponere cognitionem subitam. Resp. ly *subitò* idem significare, ac sine mora, statim, & sicut etiam dicitur de Deo: *Facilè est in oculis Dñi subitò honestare pauperem.* Non autem sumitur pro imperfecta cognitione.

34 Urget. 2.

Tertia animadversio.

PONere in Christo D. *terminationem aliquam provenientem à visione beata, sed repræsentantem imperfectè bonum aliquod, ex qua terminatione oriatur affectus indeliberatus non solidè dicitur.* Oppositum tuetur n. 36. Ratio

35

est. 1. Nàm semèl quod visio beata regulet actus liberos proponẽdo eorum obiecta, talis propositio est iuxta modum repræsentationis, quę fit media essentia divina, ut specie illa repræsentante, & perfectionẽ cognitionis. At qui ponere, quod essentia divina ut species repræsentat 1. bona creata imperfectè, & postmodum perfectè, est voluntarium; cum illa repręsentet ratione continentiæ eminent. per modum causæ; & rursùs per talem visionem cognovit comprehensivè omnia, quæ sunt extra Deum, iuxta S.D. 3.p.q.10.a.2.ergo.

36 2. Quod species in actu 1. perfectè repræsentans aliquod obiectum, non sic illud in actu 2. repręsentet, provenit ex defectu luminis non habentis activitatem ad utendum tali repræsentatione; * sicuti ob hũc defectum, estò essentia divina de se sit comprehensiva sui, non cõprehensivè se repræsentat; atqui lumen gloriæ hunc defectum non patitur: ergò. Ulteriùs. Hæc terminatio imperfecta provenit ex quo repræsentat in obiecto solam bonitatem; non vero eius finitudinem; sed hanc terminationem implicat ponere in visione; cum omnis terminatio attingat illa bona, ut contenta in Deo, tanquam in causa quidditativè cognita; in quo necessario involvitur eorũ finitudo: ergò. Quare si verum est iuxta S.D. visionem beatam cognoscere comprehensivè omnia creata; cùr in hac terminatione comprehensiva distingui potest triplex terminatio; una attingens solam bonitatem, alia attingens quidditativè talia bona, alia comprehensivè? Aliàs etiam posset distingui terminatio purè apprehensiva; quod dicere nequit.

Secundo * S. D. 1. cont. Gent. c. 60. ex M P. 15. de Trin. cap. 16.

Tertio.

37 Nec illa diversitas terminationum in visione, ut proponenti obiectum, ut indifferentèr amabile, & futuritionem amoris eiusdem, aliquid probat. 1. Quia sunt circa diversa obiecta, at verò Adversi. in eodem obiecto viso clarè in Deo distinguit duplicem terminationem; unam incompletã attingentem rationem boni, non vero rationem boni creati, & limitàti; aliam verò perfectam, sic illud attingentẽ. 2. Nàm illa 2; terminatio provenit ex decreto libero Dei, de eo, quod Christus D. diliget obiectum indifferentèr propositum; ideòque accidit etiam terminationi proponenti indifferentèr obiectum. Attingere vero in obiecto finito essentialitèr solam bonitatem, & non limitationem, est diminute, & imperfectè illud attingere, cum omittat aliquid intrinsi. de essentia illius. Hinc oritur alia disparitas: Nã illa 1. terminatio fit cũ plena advertentia rationis, etsi nõ attingat futuritionem actus, non autem 2. Rursùs. 1. estò comprehensiva obiecti honesti non petit attingere futuritionẽ actus; benè vero 2. tum titulo quidditativę, tùm etiam titulo cõprehensivę.

Occurritur instantiæ adductæ.

Quarta animadversio.

38 *Ponere in Christo D. cognitionem subitam ordine naturæ antecedentem visionem beatam, dicit imperfectionem in Christo D. tùm titulo antecedentiæ, tùm titulo subitæ.* Prob. Nàm talis cognitio supernaturalis eliceretur nõ per scientiam beatam, nec per infusam, quæ ad hanc consequitur; sicuti & dona Spirit. S. Unde eliceretur, sine habitu, & per aliquod auxilium transiens. Ex quo sequitur non eliciendam esse connaturalitèr, & delectabilitèr à Christo D. quod redundat in eius imperfectionem. 2. Quia, ut dictum manet, 1. cognitio in Christo fuit circa Deum in se, fuitque beatitudo: cum gratia Christi, utpotè consummata quantum ad animam, sit radix amoris, & visionis Dei, tanquam actuũ, qui 1. in illa radicãtur. Neq; enim in Christo secundum partem intellectivam potest poni signum naturæ, in quo sit viator, aut saltim non intelligatur, ut comprehensor. 2. pars præcisiva constat. Nàm cognitio subita est imperfecta respectivè ad obiectũ, proùt petit cognosci, & arguit in intellectu defectum luminis; aut repræsenthationis ex parte speciei. Unde arguit in Christo defectum privativum, attenta eius diffinitate, & plenitudine luminis in eius intellectu.

Prob. 1. pars.

Secunda.

Quinta animadversio.

Ponere in Christo affectionem subitam ante actum liberum; quia repe-

36

ratus est liberè ex instinctu, sive impulsu Spiritus S. caret fundamento gravi. Pr. Nàm instinctus ex terminis est idem *ac motio*, sive *impulsus*; hic autem non est, cùr debeat fieri per subitam affectionem; imò actus donorum Spiritus S. qui sunt liberi, fiunt immediatè ex instinctu Spiritus S. quin immediatè consistant in aliquo subito affectu. Rursùs. Quia iuxta S.D. opusc. 2. cap. 224. in Christo D. *sic enim inferior appetitus illius rationi subijciebatur, ut ad nihil moveretur, nisi secundum ordinem rationis, secum, quod scilicèt, ratio ordinabat; vel permittebat appetitum inferiorem moveri proprio motu.* Et c. 230. *ut probet mortem fuisse voluntariam Christo D. ait: quidquid in Christo secundum humanam naturam erat naturale, totũ eius voluntati subiacebat propter divinitatis virtutẽ*, cui subiacet tota natura. Et 3.p.q.19.a.2. in corp. *In homine puro sunt quædam aliæ operationes, quæ non sunt propriè humanæ, sicut dictum est. Sed in homine Iesu-Christo, nullus erat motus sensitivæ partis, qui non esset ordinatus à ratione*, Idem docet q.15.a.4. ex M.P. Si enim in appetitu sensitivo omnes eius motus fuerunt ex rationis iudicio, & libera voluntate; quanto magis asserẽdũ de affectionibus elicitive ab eius voluntate procedẽtibus? Ex qua doctrina asserit ibi in puro homine dari plures operationes, quę nõ sunt propriè humanæ, scil. illæ, quæ non procedunt à ratione, & voluntate, sub quibus comprehendit operationes animæ vegetativæ, & aliquas pertinentes ad partem sensitivam. De Christo autem D. affirmat operationes tàm partis sensitivæ, quàm nutritivæ, fuisse operationes humanas. Hinc constat immeritò, & non conformitèr ad doctr. D. Th. affirmari, quod operationes, quæ iuxta ipsum 1.2.q. 1.a. 1. dicuntur non humanæ, solum sunt illæ, quæ ex ignorantia procedunt, aut ordinãtur ad malum.

Vide Lorca in 3.p. disp. 60.

Vide ibi defin. action. human. & nulla erit dubit.

§. XI.

40 *Satis fit argum in principio adductis.*

R elp. ad 2. motiv.

AD 1. Resp. Talem cognitionem imperfectam, hoc est, non attinge ntem obiectum, ut est in se adæquatè cognoscibile, esse indecentem Christo D. qui fuit plenus gratia, & veritate. Nec obstat, quod illa cognitio subita est etiam ex motione Spiritus S. Nàm est ex motione illius moventis imperfectè subiectũ. * Christo autem attenta dignitate personæ debetur omnis perfectio tàm in esse volitivo, quã in esse cognoscitivo. Rursùs. Quia talis cognitio non posset provenire ab aliquo lumine habituali, sed tantum transeunti; qui modus operandi dicit imperfectionem in subiecto, utpotè operanti absque cõnaturalitate, & delectabilitate. Quare illa propositio: *Donum Spiritus S. non repugnat Christo* distinguenda est. Donum elevans ad perfectam cognitionem, & amorem rerum. Sive ad perfectum modum operandi, conc. Elevans ad imperfectum modum agendi, neg. * Aliàs etiã deberent poni in Christo D. apprehensiones simplices supernaturales necessario præcedentes iudicia supernaturalia; cum etiam titulo supernaturalis debeant ex motione Spiritus S. provenire.

* Sic. 1. p. q. 58. a. 3. & 4.

* Triplex cognic. imperfecta. 1. p. q. 58. a. 7.

Ad 2. pr. Resp. Etiam in Deo posse distingui cognitionem, vel termin. ali quam rerum non comprehensivam: Nàm etiam pro priori ad illam non erat talis cognitio. Unde argum. est fallax: Nàm illud signũ priùs consistit in eo, quod lumen gloriæ, vel lumen scientiæ infusæ, causent perfectam cognitionem rerum. Attamen ex hoc non sequitur, quod in illo signo detur aliqua cognitio imperfecta. Unde potest dist. Pro priori *à quo*, conc. *In quo*, neg. Rursùs. Plùs distat distantia identitatis, permit. Distantia ponente imperfectionẽ in modò operãdi, neg. Cum cognitionem perfectam causari à lumine gloriæ, vèl scientiæ infusæ, in quo consistit talis prioritas, non sit imperfectio in Christo, sed aliquid necessario in illo ab omnibus ponendũ.

41 Ad aliud motivum Resp.

Nec obstat, quòd talis cognitio iuvat ad cognitionem perfectam; Nàm iuvat, sed imperfectè, & iuvamine requisito titulo imperfectionis. Nàm etiam simplices apprehẽsiones iuvant: & paritèr opinio est via ad scientiam iuxta S. D. 3.p. q.10. art. 3. ad 2. & tamen nec illę, nec opinio

fue-

fuerunt in Christo D. Imò nec fuerunt, aut possunt esse in Angelis; quòd ergò Angelis ob eorum naturam perfectam conceditur, debet concedi Christo Domino ob eius plenitudinem sapientiæ, qua ornatus fuit à primo instanti.

43 Ad aliud motivum Resp.

Ad aliud de vocatione Resp. Vocationem ad rectè operandum optimè salvari in cognitione perfectè rèpræsentante obiectū, quòd negari nequit, nisi dicatur actum liberum non procedere immediatè, sed tantum mediate, à Deo vocāte moraliter, quòd est penitus falsum. Nec obstat, quòd vocatio debet afferre secum sanctam inspirationem: Nàm sancta inspiratio etiam convenit cognitioni infundenti, aut causanti amorem liberum; siquidem inspiratio activè sumpta est idē, ac infusio spiritus, sivè amoris, & impulsus: quòd rectè verificatur de cognitione practica perfecta, ad quam sequitur immediatè amor liber boni honesti.*

* Verbum rei, quæ placet, est spirans amorem S. D. in 1. d. 27. q. 2. a 1

44 Ad testim ex Trid.

Ad id, quòd additur ex Trid. Resp. in Christo debere poni gratiam *vocationis*, *illuminationis*, *excitationis*, & *inspirationis*, quæ sit eiusdem rationis cum vocatione nostra quantum ad id, quòd dicit de perfectione necessario requisita ad actum liberum. Scilicèt, quòd sit cognitio practica moraliter movens, se tenens ex parte actus primi, & potestatis, cum indifferentia ad actum liberum, & illius omissionem: quòd vero huiusmodi vocatio proximè regulans actum liberum includat, vèl præsupponat cognitiones subitas, & imperfectas, disponentes ad perfectiorem cognitionem; hoc non decet Christum, ob plenitudinem sapientiæ tam in speculativis, quàm in practicis, quæ 1. irradiavit in intellectu eius

Ad ult.

Ad ultimum iam suprà dictum est omnem terminationem visionis debere poni in Christo perfectè cognoscenti obiectum creatum, proindequè nequit admitti aliqua terminatio movens ad affectum subitum. Ratio est; nàm illa terminatio attingit bonum creatum in Deo, ut in causa emin. proindequè, ut perfectè cognoscibile. Ad id, quòd additur de vsu scientiæ infusæ. Resp. Quòd ille usus liber regulabatur immediatè à cognitione perfecta, & hæc imperab. ex amore Dei, cum in tali usu mereretur. Quidquid autē fit ex Dei amore, fit propriè ex impulsu, & instinctu Spiritus Sancti.

§. XII.

Solvuntur argumenta de affectione indeliberata in Christo.

45 Motivū refertur.

PRæcipuum sistit in eo, quòd in Christo debet poni ad actum liberum, non quæcumque inspiratio, sed illa, quæ describitur à Trid. hæc autem nequit esse gratia efficax, movens, & adiuvans: ergò aliqua affectio indeliberata. * Sed si poni debet illa inspiratio, quæ ponitur à Tridentino, sequitur, quòd debet esse affectio subita elicita ab auxilio transeūti, quia hæc est, quæ adest pœnitentibus, ut disponantur ad iustificationem. Undè negò assumptum. Nàm ibi loquitur Concilium de gratia inspirationis determinate pro hominibus peccatoribus se disponentibus ad iustificationem in c. 5. & 6. hæc autem per se loquendo, & in præsenti statu fit mediis affectus indeliberatis; vndè Concilium ponit affectum amoris imperfecti. Dixi *frequenter*, nàm de D. Paul. affirmat D. Thom. 1. 2. q. 111. art. 2. in illo non præcessisse conversionem imperfectam, sed subito fuisse perfectè in Deum conversum, & libere gratiam consequutum. Hoc est mihi evidens; quia loquitur de inspiratione, à qua sumitur immediatum exordium nostræ iustificationis, & quæ est gratia per Iesum-Christum, & quam homo potest abijcere: quæ convenire nequeunt sanct. inspirationi cōvenienti beatificatis. Undè necessitas gratiæ excitantis, illuminationis, & inspirationis in Christo Domino iuxta alia principia constituenda est.

Solvitur.

Quia tamen videbitur alicui talem cognitionem perfectam non esse propriè gratiam inspirationis, eo quòd ipsa non tangit cor, sed spectat ad solum intellectum. Resp. Hanc rationem esse inefficacem: Nàm Conc. Trid. de illuminatione, quæ absdub. est cognitio, affirmat tangere cor, dū ita profert: *Ita ut tangente Deo cor per Spiritus S. illuminationem.* Deindè.

46 Solvetur quæ iam replic.

Nàm estò ad solum intellectum permineat, ut principium elicitivum, obiectivè, & finaliter spectat ad voluntatem; cum eam moveat, & tangat contactu morali ad actum liberum practicè alliciendo. Non enim movet intellectum, ut cognoscat, sed voluntatem significatam per *cor*, ut liberè velit.

45 Ad 3. pr. Resp. Quod talis affectio, estò iuvet, iuvat ob imperfectu modū procedendi in elicientia actus, sicuti dictum est de apprehensionibus simplicibus; ideòque nō condecer Christū tale iuvamen. Et quamvis talis affectio nō sit mala, nec sit imperfecta privativè, ponit in subiecto, & supponit aliquam imperfectionem ratione defectus activitatis ad statim prorum pendum in affectum liberum. Huiusmodi vero defectus nō est attribuendus Christo, sed potiùs perfectior, & actualior modus operandi, non oppositus muneri redemptoris.

Cōfilium iuvat etiam ad elect. & non fuit in Christ. S.D. q. 29 de Ver. a. 8. ad 9.

46 Illud, quod asserit in Christo Dño. præcessisse ad volitionem liberam redimendi genus humanum aliam affectionem indeliberatam eiusdem redemptionis, videtur voluntariū. Tùm quia volitio prima elicita à Christo, ut Redemptore, est illa, quæ iuxta David fuit scripta in cap. lib. id est Psalm. 1. de Christ.* hæc autem fuit voluntas cadens sub præcepto, iuxta illud Psalm. 39. *Ut facerem voluntatem tuam Deus*; & per quā iuxta Apost.* sanctificati sumus, quę omnia cōveniunt soli voluntati liberę. Tùm quia Christum D. non decet actus, qui non sit liber circa bonum creatum, utpotè finitum,* & itē; qui non sit meritorius. Et: qui non procedat effect. à virtute, vel donis; uti tenet A. de subitis affection.* Notandū n. 39. asserere. 1. *gratiam in Christo Dño fuisse vocationem, sicut in nobis 1. effectus prædestinationis est vocatio.* Hæc enim propositio absolutè paolata est falsa, & contra omnes Theol. Nàm 1. gratia absolutè fuit gratia unionis, deindè inter gratias accidētales fuit 1. gratia habitualis, quæ se habuit, ut eius proprietas, & consequenter lumen gloriæ, dona Spiritus S. cæteræque virtutes infusę, amor beatificus, & amor Dei, ut est ratio diligendi creaturas, qui fuit liber regulatus eadem visione, ut communiter tuentur Thomistæ.

* Iuxta Augusł

* Ad Hebr. 10.

* Talis affectio est imperfecte voluntaria. S.D. 1. 2. q. 6. a. 2.

* Sic tom 3. q. 4. n. 6.

Adverten tia quædam.

47 Ex hoc ipso sumi potest efficax argum. sub hac forma. Amor, quo anima Christi dilexit summam Dei bonitatem, ut est ratio diligendi creaturas, fuit liber, sicuti est liber Deo: sed talis amor fuit elicitus absque prævia affectione indeliberata: ergò. Prob. min. 1. Quia est communis sentent. Thom. fuisse eundē amorē cum duplici terminatione, primaria, & secundaria, proindèque non potuit intervenire aliqua affectio supernaturalis subita realiter distincta. 2. Quia talis amor fuit regulatus immediatè visione Dei, cū 2. terminatione quidditativa; undè inter 1. & 2. nequivit intervenire aliqua cognitio subita, vel etiam alia terminatio regulans subitam affectionem; cum repugnet terminatio visionis, quæ apprehensio sit. Huic accedit repugnātia consensus negativi, qui iuxta A. debet præcedere amorem liberum: quomodo enim mediare valet, si sunt duæ terminationes amoris identificatæ?

Admittit A pronùnc hāc sent.

Apprehēsio est positivè imperfecta in genere cognit.

§. XIII.

Solvitur argumentum, ex quo amor beatificus est motio generalis, & remota respectu aliorum actuum.

48 PRimo. Si hoc argum. est efficax, probat ad omnem 1. actum liberum debere præcedere, nedùm affectionem indeliberatam, sed etiam intentionē efficacem* illum proximè imperantem versantem circa eandē materiam. Ratio est; quia talis affectio, etsi aliqualitèr inclinet, & disponat voluntatem, ut exerceat actum liberum, non tamen imperat, aut determinat efficacitèr ad illum. Quod si dicatur per motionem proximam intelligi, non motionem imperantem, sed aliqualiter inclinantem. Contra est; quia hoc est, quod vertitur in utrum. Rursùs. Licet causa universalis non excludat consortium causæ particularis ad effectum particularem producendum, sed illam requirat, hoc solum probat, prętер amorem beatificum imperantem, intervenire, tùm

Solvitur aliud motivum.

* Prorsùs indeliberatum.

tùm cognitionem specialem, & constituentē specialem libertatem, & habitum supernaturalem, & gratiam prædeterminantem continentē actum in determinata specie; his enim positis necesse est actus ex eodem amore beatifico imperatos specie distingui. Cum actus sumat speciem à fine proximo, & non à fine remoto. Ad quid ergò necesse est affectionē circa eandem materiam imperfectam, & inclinantem voluntatem constituere?

§. XIV.

Ad fundamenta pro Beatis, pro Angelis, & Beatissima Virgine Maria.

49 RESp. illa esse inefficacia: Nàm fieri ex motione, & instinctu Spiritus S. non requiri ex affectu subito, inefficaci, & pro priori allicienti voluntatem. Actus enim donorum, qui fiunt liberè, ex impulsu efficaci Spiritus S. fiunt: Nàm gratia efficax est impulsus, & instinctus Dei indeclinabilitèr movens voluntatem. Ad illud: *Nemo potest dicere Dominus Iesus &c.* Resp. cum D. Thom. 1. 2. q. 109. a. 1. intelligi de Spiritu Sancto, aut inhabitante per gratiam, si talis confessio sit ex imperio charitatis; aut de illo, ut movente intellectum ad credendum, & linguam ad proferendum. Attamē nomine motionis intelligit S. D. universalem concursum Dei omnia moventis, ut videre est in corp. art. & ad 3.

50 Quod si Theologi probant ex illo præcedentiam affectivam indeliberatorum, nō probant unicè ex illo, sed ex alijs adiunctis, videlicèt ex infirmitate peccati, * aut ex imperfecto modo operandi in nobis. Illud, quod affert ex Nazianz. non est efficax. Nàm *doceri à Spiritu Sancto, & moveri ab illo* ad libere laudandum Deum, nihil conexionis dicit cum affectibus, aut cognitionibus recensitis, iuxta illud, *& erunt omnes docibiles à Deo, quia essentiam eius, videbunt in patria.* *

* Sic M. P. de peccat. merit cap. 17. dicens: Duo sunt vitia &c.

* S. D. ibi c. 6. lect. 5.

51 Illud, quod addit *de viribus proportionatis*, nil probat. Nàm voluntas elevata per habitum supernaturalem, & simul instructa cognitione practica proponenti bonum supernaturalem, ut efficacitèr, & liberè prosequendum, est proportionata physicè, & moralitèr ratione utriusque potestatis, qua gaudet; si aliunde non sit cum difficultate gravi, ratione infirmitatis peccati. Rursùs. Nàm cum beati supponantur efficacissimè adhærentes Deo per amorem, & per omnia ei placere cupientes; statim ac eis aliquid ut bonum, & ordinabile in Deum, ut finem ultimum proponitur; illud efficacitèr amplectuntur. Unde ille amor eminenter gerit munus, quod posset facere affectus indeliberatus.

§. XV.

In quo opinio Ill. Castell proponitur, & eius fundam. occurritur.

52 DOctrinam hucusque traditam eruditè tradiderat Ill. Castell tom. de Liber. arbitr. disp. 4. quæst. 3. à num. 1228. ubi cum pluribus Authoribus tuetur in Angelis, & in Adamo non præcessisse ipsorum liberam conversionem auxilium excitans in cœlesti delectatione, & affectione subita consistens; eo quod necessitas huiusmodi gratiæ affectionis solum adstruitur à Magn. Par. propter concupiscentiam carnis adversùs spiritum, quæ nullatenùs in Adamo pro statu innocentiæ, aut in Angelis extitit. Postmodum tomo de lege, & gratia quæst. 5. sect. 2. §. 5. à num. 821. doctrinam prius traditam expressè retractavit, oppositæ sententiæ firmitèr adhærens. Sed meo videri absque efficaci fundamento, ut constabit eius rationes proponendo.

Retractat priorem sentent.

53 Primum fundamentum desumit ex M. P. lib. 14. de Civ. Dei cap. 13. ubi loquens de Adamo pro statu innocentiæ sic ait: *Si voluntas in amore immutabilis boni, à quo illustrabatur, ut videret, & accendebatur, ut amaret, stabilis permaneret, non inde ad sibi placendum averteretur, & ex hoc intenebresceret, & frigesceret.* En ubi August. expressè ex parte gratiæ ex-

Primum fundam.

Sic etiam Manso.

excitantis ad permanendum ponit in Adamo illustrationem intellectus, & accensionem voluntatis. 2. Desumitur ex Concilio Arausican. & Tridentin. docentibus: *Universalitèr neminem posse salutaritèr agere absque illuminatione, & inspiratione Spiritus Sancti*, & hoc quidem ob excellentiam operum; ut colligitur ex illis verbis Tridentini, *sicut oportet*, & Arausicani, *proùt expedit*. Non ergò ob statum lapsus tantùm requiritur gratia illuminationis, & affectionis. 3. Ex August. lib. de natura, & gratia cap. 26. dicente: *Hominem perfectissimè iustificatum, nisi æterna luce iustitiæ divinitus adiutum, non posse rectè vivere*. Sed lux æternæ iustitiæ non solum lucet, sed ardet: ergò cum tale adiutorium divinæ lucis fuerit necessarium in Adamo &c.

Secundũ.

Tertium

54 4. Quia in statu sanitatis nulla erat ignorantia; & tamen ad opus salutare erat necessaria illuminatio aperiens, quod antea latebat: ergò estò nulla esset infirmitas, erat necessaria inspiratio suave faciẽs, quod volunt. nondelectabat. 5. Quia ad omnem intellectionẽ sequitur aliqua cõplacentia supernaturalis in voluntate; cum talis complacentia sit radix, & origo aliarum affectionum: ergò &c. 6. Nàm gratia excitans spectat ad adiutorium sufficiens, & sine *quo*: ergò si in statu sanitatis gratia excitans est solum illuminans, adiutorium sufficiens pro tali statu, esset gratia solum illuminans, & pro statu lapsus gratia illuminans, & gratia afficiens. Ex quo sequitur dari diversitatem intrinsecam, & entitativam inter gratiam sufficientem utriusque status: quod est aliqualitèr annuere Novatoribus. Tandèm sequitur gratiam Pelagianam consistentem in sola illuminatione admitti, saltim pro statu sanitatis. Alia adducit minoris momenti; & tandèm num. 824. concludit: *Nemo dicet Christum Dominum, & Beatissimam Virginẽ sola illustratione intellectus excitari ad opera meritoria*.

Quartum

Quintum

Sextum.

Ultimo.

55 Sed hæc levia sunt, ut statim constabit. Et ab hoc ultimo incipiendo, miror sane virũ adeo ingeniosum, atque eruditum in S.D. adstruere in Christo Domino necessitatem gratiæ excitantis in motibus subitis intellectus, & voluntatis consistentis, ad opera meritoria; quandoquidem prædictus modus operandi dedecens est plenitudinem scientiæ, & plenitudinem libertatis, quam Christus Dominus in omnibus suis actibus circa bona supernaturalia extra Deũ clare visum exercuit.* Qua ratione M. Bolivar, tract. de gratia Christi, dub. 5. §. 7. à num. 67. asserit esse *sententiam comunem* Christum Dominum non indiguisse prædicta gratia excitanti ad meritorie operandum. Ex hac doctrina iam aliqua fundamenta suprà relata, & à prædicto Illust. ponderata; apparent inefficacia, scilicèt, hominem non posse operari, proùt expedit ad salutem absque illuminatione, & inspiratione Spiritus Sancti, ut definit Arausican. Similitèrque neminem etiam plenissime iustificatum posse recte operari, nisi æterna luce iustitiæ divinitus adiuvetur, ut affirmat Aug. Et tandem, (ut alia ommittam) ad omnem illustrationem supernaturalem necessario sequi subitam complacentiam supernaturalem accendentem voluntatem ut in amore incommutabilis boni perseveret. Quandoquidem innegabile est Christum Dom. semper operatum fuisse ex Spiritu Sancto illum illuminante, agente, & inspirante, ut habetur Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4. & docetur expressè à D. Anselm. lib. *Cur Deus Homo*, cap. 10. & à D. Thom. sup. Paul. ad Hebr. 9. lect. 3. & 3. p. q. 47. a. 2. & opusc. 17. cap. 9. Rursusque innegabile est animam Christi Domini æterna luce divinæ iustitiæ fuisse divinitùs adiutam, & plenè accensam ad opera sanctitatis in summo gradu perfectionis, exercenda. Quod ergò ipse dixerit pro concordandis his testimonijs cum eo, quod Christus Dominus tali gratia non indiguerit; & nos paritèr pro Beatissima Virgine, Angelis, & Adamo innocenti dicemus.

Resp. in gen. ad omn. fundam.

* S D in 3. d. 18. q. 1. a. 5. Christus omni actu post 1. instant. meruit, & fuit Dominus illius.

56 Superest fundamenta in contra adducta solvere. Ad 1. Resp. 1. quod cum communitèr teneatur à Thomistis subitam affectionem supernaturalem oriri necessario ex cognitione su-

Ad 1 motiv. Resp. 1.

subita supernaturali contra P. Ripalda disp. 103. & de quo ex professò egimus dub. 4. §. fateri debet præ dictus A. illa verba : *Voluntas Adami illustrabatur a Deo, ut videret*, intelligi de illustratione subita, si contendit verba sequentia, scilicèt, *voluntas eius accendebatur, ut amaret*, intelligenda esse de accensione in subita, & omninò indeliberata affectione consistente. Quod autem & in Adamo plenè instructo scientia naturali, & infusa, iuxta quam teste Div. Thom.* more Angelorum intellexit; habuerint locum huiusmodi illustrationes subitæ, & imperfectæ, nec colligitur ex testimonio Magn. Par. nec fœlicitati, & elevationi, in quo fuit conditus Adamus, congruit. Respond. 2. Illustrationem supernaturalem, etsi perfectam, & proponentem perseverantiam in dilectione Dei cum indifferentia, dummodò sit practica; & vehementèr affectiva, merito dici activè accendentē voluntatem. Unde quia huiusmodi fuit illuminatio infusa Adamo, ut perseveraret in bono; ideò dictum est à M. P. voluntatem Ipsius fuisse non solum illustratam, ut videret, sed etiam accensam, ut amaret. Hoc confirm. potest ex illo Hymni in die Pentecostes, in quo Ecclesia petit illustrationem, & infusionem amoris, tanquam duo dona distincta, dùm ita clamat : *Accende lumen sensibus, infunde amorem cordibus.* In quibus illustrationem sensus appellat accensionem relatè ad amorem.

* 1. p q 94. art. & 3.

Secundo.

Sic Psalm. 39. in medit. mea exardescet ignis.

57

Ad secundū. & tertium.

Ad 2. latè dictum est dub. 4. & in præs. ubi diximus Christum Dominum, Beatissimam Virginem, Angelus, &c. exercuisse actus salutares ex illuminatione, & inspiratione Spiritus Sancti; quin propter hoc sit necesse concedere in eis motus subitos, & quasdam velleitates præcessisse. Ad 3. Resp. Lucem æternę iustitię semper ardere activè, & in actu 1. quatènus movet de se voluntatem ad actum dilectionis; hac enim ratione etiam eloquium Dei dicitur vehementer ignituū,* estò non semper in actu 2. causet in nostra voluntate ignem divinæ dilectionis: quia videlicet ex se, & ab intrinseco ad illius accensio-

* Psalm. 118.

nem ordinatur. Ad 4. Resp. Disting. Min. Erat necessaria illustratio supernaturalis subita, & imperfecta, neg. mai. Perfecta, conced. min. & neg. conseq. Fatemur ad omnem consensum liberum supernaturalem, debere præcedere illustrationem supernaturalem; eo quod motivum formale prędicti consensus debet esse supernaturale. Quod autē cuiusmodi illustratio debeat esse imperfecta, & ordine prioritatis necess. præcedere illustrationem perfectam, hoc solum contingere potest duplici de causa, videlicèt; vèl propter imperfectionem operantis; vèl propter sanandam ignorantiam ex peccato originali provenientem. Neutrum autem horum contigit in Angelis, aut in Adamo pro statu innocentiæ.

Ad quartum.

Ad 5. Resp. Subitam affectionem, sivè simplicem complacentiam, necessario consequi ad illustrationem subitam, & imperfectam; secùs verò ad perfectam, cum contra P. Ripalda, in dub. 4. §. 6. in solutione ad 4. propugnavimus. Ad 6. Resp. 1. illud debere solvi ab arguente; est enim satis probabile apud Thomistas Pelagiū admississet in tertio statu suæ hæresis, nedùm internas illustrationes in intellectu, sed etiam affectiones subitas accendentes voluntatem in desiderium Dei; ut videre est apud M. Gonet tract. de gratia art. 1. & 2. & M. Lemos lib. 1. tract. 1. cap. 14. Quin per hoc debeat concedi, quòd si huiusmodi motus imperfecti gratię excitantis fuerunt in Adamo pro statu innocentię, in hoc modo dicendi suffragari Novatoribus, aut opponi doctrinę M. P. Resp. 2. pro omnibus. Gratiam Pelagianam esse gratiam solius illuminationis, & non gratiæ præbentis veram efficaciam, & intrinsecam voluntati ad actus salutares, nec adiuvantem, *ut quo* ad illos. Ideòque Magnus Parens impugnat Pelagium asserentem *gratiam Dei ad hoc tātum nos adiuvare, ut sciamus, quid agere debeamus, non verò per illam præstari, ut quod scimus, agere valeamus.* Unde etsi in Adamo sola illustratio perfecta ex parte intellectus præcesserit; cum tamen voluntas illius per habitus supernaturales ipsi inhæren-

58

Ad quartum, & sextum.

Sic Miles cap. 4.

rentes, & veram sufficientiam ipsi præstantes, fuerit intrinsecè elevata; & insuper per gratiam ab intrinseco efficacem determinata ad plures actus supernaturales liberos, & meritorios, minimè infertur hunc modum dicendi favere Novatoribus, aut opponi specie tenus Mag. Par. *Et hæc de hoc dub. applic. &c.*

DUBIUM VI.

AN COGNITIO NATVRALIS possit excitare in voluntate actum intrinsece supernaturalem?

N. 1. Sensus Dubij.

ALijs terminis solet proponi præsens difficultas; scilicèt, an motus gratiæ excitantis adactus liberos supern: sint necess.entitativè supernaturales? Ex antea dictis constat gratiam excitantē per modū actus secundi includere, tùm cognitionem intellectus, tum etiam affectum voluntatis, quibus Deus excitat, & allicit homines, ut salutaritèr operentur. Hoc suppositò dubium est inter Theologos circa qualitatem talis gratiæ; an scilicèt sit entitative supernaturalis taliter, ut non solum iuxta præsentem providentiam repugnet affectum supernaturalem positivè dirigi, & excitari ex cognitione naturali, sed etiam repugnet phisice, & metaphisice. Circa quod diversę sunt opiniones: Aliqui enim tuētur non repugnare metaphisice affectum liberum intrinsecè supernaturalem excitari, & dirigi per cognitionem naturalem, ita Molina, Choninch. disputation. 14. de Fide, dub.8. Tannerus, Montoya, Torres, 2. 2. disp.25. Ripalda, tom.1. disp. 49. §. 4. & 5. & alij quos refert P. Aranda, tom.1.disp.54. Ex his tenent etiam plures nullam esse repugnantiam, adhuc physicè loquendo in eo quod afectus supernaturalis dirigatur per cognitionem naturalem. Oppositum tuentur omnes Thomistæ, quos sequuntur P. Suarez, lib.3. de Auxil. cap.8.9.& 10. Granados, Aranda, & quisdam alij relati ab Ovied. tract. 7. de Necessitate gratiæ, Controversia 6. punct. 4. Ut in re adeò gravi maiori claritate procedamus.

Sententię

§. I.

STATUITUR PRIMA CONCLUSIO.

Iuxta præsentem providentiam affectus liber intrinsece supernaturalis procedit directivè ex cognitione supernaturali.

ITa communitèr Theologi, probaturque ex Concilio Arausican. 2. Can. 7. definiente: *Hominem per naturæ vigorem, nō posse cogitare, ut expedit ad consequutionem vitæ eternæ, aut Evangelicæ prædicationi consentire, absque illuminatione, & inspiratione Spiritus Sancti.* Tum sic. Omnis actus liber supernaturalis est aliqualiter conducens ad vitæ eternæ consequutionem; sed iuxta Concilium ad elicientiam actus sic conducentis necessaria est illuminatio Spiritus Sancti: ergò in hac providentia omnis actus salutaris petit pro sui excitatione, & directione prædictam illuminationem. Sed illuminatio Spiritus Sancti proprie sumpta, & excedens naturæ vigorem, est cognitio supernaturalis: ergò. Ulterius. Cognitio regulans affectum liberum supernaturalem est cognitio, per quam intellectus cogitat, prout expedit ad consequutionem vitæ eternæ; sed talis

Prob. 1. Authorit.

lis cognitio iuxta Concilium nequit haberi per vigorem naturæ, quòd idem significat, ac non esse naturalem: ergò cognitio naturalis &c. Hæc prob. desumpta est, ex illo Paul. 2. ad Corinth. c. 3. *Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.*

3 Prob. 2. Enumerando actus supernaturales, per quos viator potest se exercere; nam prædicti actus sunt affectus credendi, attritio supernaturalis, actus spei, & dilectionis Dei super omnia; sed omnes isti nequeunt fieri absque illustratione supernaturali: ergò Prob. min. In primis affectus credendi Evangelicæ prædicationi iuxta Concilium Arausican. Canon. 5. habetur in homine per inspirationem Spiritus Sancti, simulque damnantur, qui dixerint talem affectum naturaliter nobis in esse: de quo videantur Theologi, tract. de Fide. Deinde, attritio supernaturalis iuxta Tridentinum, sess. 14. cap. 4. fit ex impulsu, & motione Spiritus Sancti; quòd etiam expresse docet sessio. 6. cap. 5. & 6. de omnibus actibus, quibus homo prępatatur ad iustificationis gratiã consequendã; affirmans illos fieri per Spiritus S. illuminationem, inspirationem, & gratię adiuti ortum: ergò, &c. 3. Si sola cognitio naturalis posset in hac providentia excitare affectum supernaturalem: ergò cum Philosophi ratione naturali cognoverint Deum ut summe bonum, potuerunt media illa absque cognitione supernaturali fidei, vèl alterius doni diligere Deum super omnia dilectione supernaturali; proindeque se disponere ad iustificationem, quod opponitur testimonio Apostoli ad Heb. 11 dicentis: *Sine fide impossibile est placere Deo.* Idem argumentum fieri potest de hęretico actu non erranti, quiquidem ductus cognitione naturali posset Deum super omnia diligere, & confiteri de peccatis contritione supernaturali; cumque per hos actus homo disponatur ad iustificationis gratiam consequendam; posset hæreticus absque fide consequi gratiam iustificationis; quod damnatur à Concilio Tridentino ubi supra. Quapropter contrarium huius asserti à plurib. tribuitur Pelagio neganti necessitatem gratiæ supernaturalis per Christum ad eliciendum actus salutares, sivè ad actus quibus homo proximè disponitur ad iustificationem, pro cuius impugnatione adduci possunt testimonia, dub. 1. ex Concilijs, & PP. deprompta.

Prob. 2.

Prob. 3.

§. II.

Solvantur argumenta.

4 OBjicies 1. Ut actus sit supernaturalis suficit habere pro sui directivo cognitionem, quæ sit gratia interna excitans; sed hæc non petit iuxta prędentem providentiam esse intrinsece supernaturalis: ergò Prob. min. 1. Sub gratia excitante externa in hac providentia continentur etiam plures entitates, & causæ naturales, v. g. ęgritudo, exhortatio amicorum, & alia huiusmodi: ergò etiam sub gratiæ interna excitanti potest contineri cognitio naturalis dummodo sit honesta. 2. Cognitio trahens hominem ad Christum est proprie gratia interna excitans, & sufficiens regulare actum supernaturalem; sed cognitio naturalis continetur etiam sub tali cognitione: ergò. Min. est D. Prosperi, lib. contra Collatorem, cap. 14. Ubi referens varios modos, quibus trahit Pater homines ad Filium, sic ait: *trahit igitur ad Deum contemplatio elementorum, & omnium, quæ in eis sunt ordinatissima pulchritudo.* Sed talis contemplatio est naturalis: ergò.

Argum. 1.

5 Resp. neg. min. Cognitio enim proximè directiva qua talis petit superioritatem, vèl saltim æqualitatem ordinis cum actu quem dirigit; si igitur actus voluntatis directus est intrinsece supernaturalis, potiori ratione erit supernaturalis intrinsece cognitio ipsum dirigens. Ad prob. Resp. Quòd, & si plures gratiæ externę sint quid naturale entitative, non tamen conducunt positivè proxime ad actus supernaturales, nisi prout substant cognitioni supernaturali, quam Deus excitat in homine vocato ad fidem,

Solutio.

Ad 1. min prob.

dem, & pœnitentiam: tum per ęgritudinem, tùm per amicorum exhortationem, tùm etiam per Ecclesiæ correctionem, quatenus in his omnibus apprehendit ad monitionem ministerialem Divinæ iustitiæ, & misericordiæ. Undè si Deus homini audienti Evangelij prædicationem non infunderet cognitionem supernaturalem apprehendentem illam, ut conducentem ad finem supernaturalem, nullus affectus supernaturalis excitaretur in eius voluntate.

6 Ad 2. Resp. Contemplationē elementorum, &c. de se trahere homines ad Deum ut Authorem naturæ, non verò ut Authorem gratiæ; nisi quatenus media cognitione supernaturali attinguntur elementa, prout scilicèt extrinsece ex divina ordinatione conducunt ad aliquem finem supernaturalem, videlicèt, conservationem electorum, & ad alios fines soli Deo notos. Ex his colligitur res naturales, & supernaturales, trahere hominem ad Christum, sed cum diversitate: illæ quidem remotè, & occasionaliter; istæ verò proximè, & immediatè, quiquidem modus trahendi proprius est gratiæ excitantis internæ.

Ad secundum.

7 Obijcies 2. Affectus piæ affectionis ad primum actum fidei est supernaturalis; sed ille regulatur cognitione naturali: ergò Prob. min. Talis affectus nequit regulari cognitione supernaturali, quæ sit cognitio fidei, ut de se patet: deinde, non cognitione supernaturali distincta à fide; cum fides sit prima cognitio intra ordinem gratiæ: ergò. Urgetur hoc. Si affectus pię affectionis ad primum actum fidei regularetur cognitione supernaturali distincta à fide, ab illa sumeret initium nostra iustificatio. Consequens est falsum, & contra Concilium Trident. sess. 6. dicente fidem esse radicem, fundamentum, & initium iustificationis: ergò. Confirmat. Intentio administrandi Sacramentum Baptismi elicita ab homine hęretico, est supernaturalis; cum tale Sacramentum sit validum: sed huiusmodi intentio nequit regulari aliqua cognitione supernaturali; tum quia in illo non est fides, quæ est initium omnis cognitionis supernaturalis. Tùm quia cognitio supernaturalis est infallibiliter vera; sed hæreticus non sic assentitur valori Baptismi, aut illius effectui: ergò.

Argum. 2.

Urgetur.

Confirm.

8 Resp. neg. min. de quo Theologi laic, tract. de Fide, & etiam videri possunt PP. Salm. tom. 5. tract. 14. disp. 3. dub. 4. à num. 80. & Mag. à Sanct. Thom. 2. 2. disp. 3. art. 2. tuentes tanquam certum, iudicium regulativum pię affectionis esse intrinsece supernaturale. Nec oportet omnem cognit. supern. esse cognitionem fidei, sed solum illam, quæ est assensus firmus, & per quem intellectus resolutorie iudicat de veritate obiecti revelati. Cognitio autem regulans piam affectionem non proponit directè veritatem misterij, sed solum convenientiam, & honestatem, quæ reperitur in hoc, quòd est firmiter assentiri misterijs revelatis. Undè esto sit supernaturalis, non tamen spectat ad habitum fidei. Per quæ Resp. ad urg. Advertunt tamen ibi communiter AA. quòd quamvis ad eliciendos actus pię affectionis detur in voluntate aliquis habitus supernaturalis: secus tamen in intellectu ad formandum iudicium regulativum pię affectionis: quia videlicèt in homine iam fideli potest pia affectio per actum elicitum ab habitu fidei regulari. Hinc constat fidem merito appellari radicem, & initium nostræ iustificationis; quia esto ad primum actum fidei præcedat aliqua cognitio supernaturalis, non tamen aliquis habitus, aut principium supernaturale cognoscitivum de se permanens. Ad confirm. neg. mai. Cum enim talis intentio non sit dispositio, aut ratione sui causa effectiva gratiæ, sed solum conditio quædam, nihil obest, quòd sit naturalis ad validitatem Sacramenti. Idem dicendum de intentione baptizandi imperata ex pravo fine, quæ quidem nequit esse supernaturalis.

Respond.

Ad urg.

Ad Confirm.

9 Obijcies 3. Cognitio habitus Theologiæ (qui est simul practicus, & speculativus) iuxta sententiam satis probabilem est entitativè naturalis; sed talis cognitio est potens regulare affectum supernaturalem: ergò

Arg. 3.

gò Prob.min.1. Omnis affectus circa Deum ut Authorem ſupernaturalem, & circa miſteria gratiæ, eſt affectus entitativè ſupernaturalis ; cum obiectum à quo deſumit ſpeciem, ſit ſupernaturale. Sed huiuſmodi eſt affectus regulatus cognitione Theologica: Cum obiectum illius tàm ſub ratione practicæ , quàm ut ſpeculativę , ſit Deus ut Author ſupernaturalis: ergò. 2. Affectus impotèns oriri à voluntate ſolis viribus naturæ , eſt intrinſecè ſupernaturalis ; ſed talis eſt affectus regulatus cognitione Theologica; ſiquidem talis cognitio dependet in omnium opinione à lumine fidei, ſe habenti per modum habitus primorum principiorum in ordine gratiæ: ergò affectus regulatus &c.

10 Pro ſolutione notandum, cognitionem , aut affectum aliquem ; non poſſe exiſtere ſolis viribus naturæ, ſivè ſecluſſo omni principio ſupernaturali : non probare ex terminis ſupernaturalitatem intrinſecam , & ex ſpecie ſua in tali cognitione , vèl affectu, ſed ad ſummum ſupernaturalitatem extrinſecam,& radicalē. Conſtat hoc,tum in habitu Theologiæ dependenti ab habitu fidei , tum in dote claritatis corporis glorioſi dimanante phyſicè à gloria animæ iuxta plures ex Thomiſt. quin ſit intrinſecè ſupernaturalis , utpotè obiectum attingibile per ſenſum. Hoc notato neg. min. Ad 1,prob. Reſp. illam retorquendo.Si enim cognitio Theologica,quamvis per ſe tendat in Deum ut Authorem gratiæ , eiuſquè miſteria , eſt intrinſecè , & ex ſpecie ſua naturalis ; cur affectus ex illa procedens , eſtò ſit circa Deum ut Authorem gratiæ , non erit intrinſecè naturalis ? Accipere enim ſpeciem ab obiecto formali æquè convenit cognitioni, ac affectui. Quapropter ſicuti cognitio Theologica, in opinione ſuprà relata,eſt intrinſecè naturalis, quia verſatur circa Deum ut Authorem gratiæ cognitum modo naturali , ſcilicèt , modo diſcurſivo innitenti illi principio *quæ ſunt eadem uni tertio , ſunt eadem inter ſe.* Alijſque ſimilibus : ita diſcurrendum de affectu regulato tali cognitione; quia & ſi tendat circa Deum ut A. ſupernaturalem gratiæ, non tamen propoſitum modo,& motivo ſupernaturali, ſed modo naturali ex vi, ſcilicèt,cognitionis diſcurſivæ. Semèl enim,quod quis per fidem aſſentiat his præmiſsis: *Omnis homo eſt à Deo beatificabilis, Chriſtus eſt homo*, poſtea per vires naturæ immediatè infert illum eſſe beatificabilem ex illo principio, *quæ ſunt eadem uni tertio , &c.* lumine naturæ noto. Nec ſufficit ad ſupernaturalitatem intrinſecam actus ſupernaturalitas ex parte obiecti *quòd* , ſi deficiat ſupernaturalitas ex parte motivi; ut conſtat in fide adquiſita circa miſteria gratiæ ob motiva credibilitatis, quæ quidem fides regulariter præcedit fidem infuſam. Ad 2. Reſp.Mai. eſſe veram de affectu, vèl cognitione excedenti tàm radicalitèr, quàm proximè , & immediatè , vires naturæ ; ſecùs verò,ſi ſolum excedat radicaliter, & præſuppoſitivè ; qualiter excedit cognitio Theologica vires intellectus iuxta opinionem arguentis , & iuxta noſtram reſponſionem ſolum excedit affectus regulatus cognitione Theologica.

Soluc. — Ad 2. probat.

11 Obijcies 4. Actus adorationis Hoſtiæ in re non conſecratæ eſt intrinſecè ſupernaturalis ; ſed talis actus non regulatur cognitione ſupernaturali : ergò. Prob.min. Cognitio regulativa talis actus eſt iudicium de illius conſecratione;ſed hoc iudicium nequit eſſe ſupernaturale ; vèl quia non eſt aſsignabilis virtus ſupernaturalis , à qua eliciatur ; vèl quia eſt in re falſum : ergò. Idem argumentum fieri poteſt de pœnitentia peccati in re non comiſsi , ſed tantum exiſtimativè ; quiquidem dolor eſt ſupernaturalis , utpotè ſufficiens ad percipiendum fructum Sacramenti ; cum tamen iudicium regulativum illius , utpotè in re falſum , nequeat eſſe ſupernaturale. Solutio huius argumenti ſatis difficilis alibi ſpectat , pro qua plura dicunt AA. præſertim in expoſitione D.Th.hac 1. 2. quæſt.57. art.5. quapropter brevitèr ex PP.Salm. (quorum doctrina mihi verior videtur) tom.1. in 1.2.quæſt. 77. art.5. à num.4. Reſpond. Notando primo. Iudicium,ſivè aſſenſum in re falſum,poſſe imperari à prudentia etiam

Arguit. — Reſpond.

etiam ſupernaturali. Ratio eſt: Nàm ſæpè dictat prudentia aſſentiendum, eſſe opinioni ſufficienter probabili,& credendum eſſe, quòd homines fidedigni teſtantur : eſſet namque manifeſtè imprudens, qui non niſi veris, & certis aſſentire. At qui contingere valet aſſenſum opinativum, & innitentē hominum teſtimonio,eſſe in re falſum : ergò. Rurſus. Omnis actus honeſtus eſt imperabilis à prudentia; ſed credere hominibus fidedignis, & aſſentiri opinionibus authoritate, & ratione munitis, eſt actus honeſtus; cum tunc diſcredere ſit de ſe inhoneſtum, & vituperabile : ergò. Hinc ſequitur iudicium de conſecratione Hoſtiæ,eſtò in re falſum,poſſe imperari à prudentia, quæ dictat, ut quoties occurrunt nobis motiva ſuadentia certò moralitèr, tùm poteſtatem Miniſtri, tùm eius rectam intentionem, iudicemus poſitivè (et non tantum conditionate, ut aliqui volunt) illum valide conſecrare. Nec ex hoc ſequitur tale iudicium elici à prudentia : nam dicitur prudens imperativè, aut obiective, quia videlicèt eſt conform. his, quæ prudentia dictat: non autem dicitur prudens elicitivè,cum repugnet prudentia elicere aſſenſum in re falſum; præſertim,ſi ſit prudentia ſupernaturalis.

12 Secund.

Notandum 2. Actum internum adorationis Hoſtiæ non regulari immediatè iudicio directo de illius conſecratione, ſed tantum mediate, aut præſuppoſitivè. Ratio eſt 1. Nàm talis adoratio nequit immediatè regulari iudicio ex natura ſua ſpeculativo; at qui hoc iudicium *hæc Hoſtia eſt conſecrata* eſt iudicium eſt natura ſua ſpeculativum : cum ſit circa obiectum,prout habet eſſe in re:ergò actus internus adorationis &c. 2.Voluntas nequit elicere actum circa aliquod obiectum, niſi proponatur ab intellectu,ut hic, & nunc ſibi conveniens : ergò nequit adorare Hoſtiam, niſi intellectus proponat eius adorationem,ut hic, & nunc honeſtam, & convenientem rectæ rationi. Sed iudicium proponens adorationem Hoſtiæ, ut honeſtam, & convenientem rectæ rationi,realitèr differt à iudicio de eius conſecratione : ergò. Hinc colliges hæc iudicia eſſe inter ſe valdèdiverſa : *Hæc Hoſtia eſt conſecrata: Honeſtum, & conveniens eſt rectę rationi adorare Hoſtiam, quam iudico certo moralitèr eſſe conſecratam.* 1. eſt directum, & pure ſpeculativum de exiſtentia conſecrationis; 2. Verò eſt reflexum, & practicum dictans formalitèr honeſtatem in actu adorationis. 1. poteſt eſſe falſum; 2. autem omninò verum eſt, tam practice, quā ſpeculative; ſiquidem iudicare * eſſe honeſtum, & convenientem rectę rationi adorationem Hoſtiæ,quàm per priùs exiſtimavi certo moralitèr eſſe conſecratam* ſemper eſt verum. Ex his prænotatis Reſp. neg. min. & illius probationem. Talis actus adorationis(idem de dolore peccati in re non commiſsi) regulatur proximè iudicio ſuperius deſcripto, quod quidem nulla falſitate gaudet, aut gaudere poteſt: undè merito eſt intrinſece ſupernaturale.Nec obeſt 2. iudicium pendere à primo. Nam pendet ab illo præſuppoſitivè,(non formalitèr, & motive. Deinde non pendet ab illo, quatenus eſt falſum in re, ſed quatenus fuit prudenter formatum, attentis motivis urgenter ſuadentibus eius formationem.

Reſpond.

Serna de merit. iuſti,dub.3. art.3.

Obijcies ultimo. Infidelis non credens ductus opinione minus probabili ſuę ſectę,peccat peccato infidelitatis; cum oppoſitum ſit propoſitio damnata ab Innocent. XI. quæ eſt ordin.4. ergò talis infidelis tenetur crederè miſteria noſtræ fidei ſibi prudenter propoſita : ergò tenetur ad actum piæ affectionis imperantem aſſenſum fidei. Sed talis infidelis ſolum habet cognitionem naturalem miſteriorum fidei:Cum cognitio,eſtò magis probabilis illorum, nequeat eſſe ſupernaturalis; aliàs eſſet omninò certa: ergò affectus credendi, qui eſt intrinſece ſupernaturalis, poteſt regulari cognitione naturali. Reſp. Hominem illum peccare adhęrendo ſuæ ſectæ propoſitæ, ut minus probabili; quia,videlicèt,eſt potens immediatè, & tenetur ad aſſentiendum doctrinæ magis probabili, ſaltim fide humana, & acquiſita. Quod ſi ita credat, & Deum exoret, ut illuminet ipſum de vera fide,certo

13 Arg.ult.

Solvitur.

cre-

credendum est Deum illuminaturum prædictum hominem illuminatione supernaturali: qua suppositâ tenebitur immediatè ad credendum fide Theologica, & infusa. Undè in forma dicitur. Consequens: tenetur credere doctrinam magis probabilē fide acquisita, concedo conseq. Fide infusa, subdist. Tenetur immediatè, neg. conseq. Mediatè, conc. conseq. Sēper tamē peccat peccato infidelitatis credendo suæ sectæ propositæ ut minus probabili; quia scilicèt talis actus est immediatè liber, & quem immediatè potest abijcere; estò in illis circunstantijs non sit liber immediatè ad assensum fidei infusę.

§. III.

SECUNDA CONCLUSIO.

Sola cognitio naturalis nequit ex natura rei immediatè regulare affectum supernaturalem.

14 Prob. & Author.

EST communis inter Theologos contra P. Koninch. Prob. 1. ex D. Aug. lib. de natura, & gratia c. 26. dicenti: *Sicut oculus corporis etiam plenissimè sanus, nisi candore lucis adiutus, non potest cernere; sic homo etiam perfectissimè iustificatus, nisi luce æternæ iustitiæ divinitus adiutus, non potest rectè vivere.* Sed impossibile est saltim ex natura rei hominem, quantumvis oculorum acie sanum, videre sine candore lucis: ergò & hominem iustum, ornatumque habitibus infusis efficere actus salutares, sine prævia luce divinæ gratiæ illuminantis. Id ipsum suadetur ex illo Pauli ad Hebræos: *Sine fide impossibile est placere Deo*; quæ verba manifestè probant impossibilitatem, saltim ex natura rei, ad eliciendum actus salutares sine cognitione supernaturali, quæ sit fides stricta, sivè lata, ut ab aliquorum opinione præscindamus. Prob. 2. Ex dictis concluſ. antec. gratia supernaturalis illuminationis est necessaria ad affectus supernaturales ex lege Divina, & iuxta providentiam à Deo statutam: ergò etiam est necessaria ex natura rei. Prob. conseq. 1. Nàm de ratione providentiæ divinæ suavitèr omnia disponentis est providere unicuique iuxta naturam ipsius: ergò necessitas gratiæ illuminantis ad affectus supernos desumpta ex lege Divina, & ex suavitate divinæ providentiæ, arguit necessitatem ortam ex ipsa natura affectus supernaturalis. 2. Nàm PP. & Concilia probantia necessitatem gratiæ illuminantis ad affectus supernaturales illam probant; tùm ex imbecillitate nostræ naturæ, tùm ex excellentia finis supernaturalis. Atqui huiusmodi necessitas nequit provenire vnicè ex lege Divina sic disponente; cum expressè fundetur in ipsis naturis rerum, scilicèt, excellentia affectus salutaris, & inferioritate virium ordinis naturalis: ergò necessaria est ex natura rei illuminatio supernaturalis ad elicientiam affectus intrinsece supernaturalis.

Secundo ex dictis.

15 Prob. 1. ratione.

1. Ratio. Cognitio naturalis solum potest ex natura rei dirigere immediatè affectum ad quem habet activitatem innatam; sed cognitio naturalis hanc non habet ad directionē affectus supern: ergò. Prob. min. 1. Cognitio naturalis nequit habere activitatē innatam ad directionem affectus excedentis ipsam excessu ordinis superioris; cùm activitas innata cuiusvis rei sit circa terminū sibi proportionatum, & quasi intra eandem speciem cum ipsa; ut videre est in omnibus causis operantibus iuxta activitatem illis à Deo inditam. Sed affectus supernaturalis est in ordine superiori ad omnem activitatem innatam cuiusvis rei naturalis: ergò. 2. Res naturalis nequit ex natura sua habere activitatem elicitivam affectus supernaturalis, ut est certum: ergò nec vim proximè directivam. Prob. conseq. Eo primum est verum; quia talis affectus quantum ad sui elicientiam, sivè passivam est supernaturalis; proindeque supra activitatem naturæ; sed etiam in sui directione passiva, est supernaturalis; cùm ratione illius denominetur voluntas formaliter rectificata, & intrinsece directa in finem supernaturalem: ergò. Vel aliter. Ex terminis dirigere, & illuminare aliquem ad consequtionem alicuius finis dicit aliquam superioritatem, & si non simplicitèr, saltim quantum

ad

ad aliquid respectu illius, quod operatur ex eius directione, & illuminatione. Sed hanc superioritatem concedere cognitioni naturali respectivè ad voluntatem, ut operantem supernaturalitèr, est prorsus falsum, & invertere ordinem rerum: ergò.

16 2. Ratio desumitur D. Thom. 1. part. q. 19. art. 1. docentis * quod sicut appetitus innatus consequitur naturam, sic appetitus elicitus consequitur ad naturam cognoscitivam constitutam in actu per cognitionē.* Ex qua Doctrina deducitur 1. quod quemadmodum ad universitatem naturarum in rebus consequitur diversitas in appetitu innato (qua de causa diversæ formæ naturales radicant diversas inclinationes naturales) ita similitèr ad diversitatem cognitionum, sivè virtutum cognoscitivarum, necessario consequuntur diversæ inclinationes elicitæ. Deducitur 2. quod si appetitus innatus, quia est proprietas naturæ, commensuratur cum illa tamquam principio à quo dimanat, etiam appetitus elicitus debet commensurari cum virtute cognoscitiva, & cognitione, ad quam consequitur. Ex his sic argum. Affectus, sivè appetitus elicitus supernaturalis, ex natura rei petit consequi ad virtutem cognoscitivam supernaturalem: ergò nequid ex natura rei dirigi cognitione naturali. Prob. añs. Appetitus elicitus supernaturalis petit ex natura consequi ad virtutem cognoscitivam distinctam ab illa, ad quam consequitur appetitus elicitus naturalis: Tum propter superius dicta: tum quia distinctæ proprietates petunt ex natura rei diversitatem in principio, cuius sunt proprietates: ergò appetitus elicitus supernaturalis petit ex natura rei &c. Prima consequentia constat. Nàm id quod ex natura rei consequitur ad virtutem ordinis superioris, nequit secundū sui naturam consequi ad virtutem ordinis longe inferioris. Confirm. 1. Inclinatio naturalis consequuta ad aliquam formam naturalem, nequit physicè loquendo consequi ad aliam formam, & præcipuè existentem in ordine inferiori: ergò inclinatio elicita supernaturalis nequit consequi ex natura rei ad cognitionem naturalem. Pat. conseq. Cum virtus cognoscitiva supernaturalis sit forma, ad quā consequitur inclinatio elicita supernaturalis. Confirm. 2. Id, quod ex natura rei convenit cognitioni supernaturali nequit convenire ex natura rei cognitioni naturali iuxta illud D. Th. 3. contra Gent. cap. 52. *quod est proprium, & connaturale naturæ superioris, nequit convenire inferiori, nisi ex influentia, & elevatione superioris.* Sed dirigere, & excitare affectum intrinsece supernaturalem est proprium, & connaturale cognitionis supernaturalis; cum omnis virtus cognoscitiva radicet appetitum elicitum sibi proportionatum: ergò cognitio naturalis nequit ex natura rei &c.

Prob. 2. & D. Th.

Confirm. 1.

Secunda

17 Deniquè. Cognitio sensitiva est impotens ex natura rei dirigere immediatè affectum spiritualem voluntatis: ergò, & cognitio naturalis affectum supernaturalem. Antecedens, non nisi absurde, negari potest; aliter enim homo carēs intellectu, aut omninò impeditus ab intellectione, posset se exercere per affectus voluntatis, proindequè operari ut agens rationale, etiam si ratione careret. Conseq. prob. insistendo doctrinæ D. Th. suprà traditæ. Eo primum est verum; quia omnis appetitus elicitus consequitur ex natura rei ad formam aprehensam sibi proportionatam; proindequeappetitus sensitivus ad formam apprehensam per sensum; intellectivus verò ad formam apprehensam per intellectum; cumque proprietates debeant commēsurari cum virtute formæ, ad quam consequuntur, cognitio sensitiva, quæ est longe inferior intellectiva, nequit ex natura rei excitare, & inmediatè movere appetitum intellectivum; cum movens, & motum debeant inter se proportionari. Sed hæc eadem ratio militat in cognitione naturali; & supernaturali, comparativè ad affectus, quos ex natura rei possunt excitare in voluntate: ergò cognitio naturalis &c. Videatur D. Th. 1. part. quæst. 1. art. 1. & 2. 2. quæst. 2. art. 1. & 2. Ubi probat necessitatem fidei, & cognitionis supernaturalis infusæ

Ultima

à

à Deo, ut homines medijs actibus supernaturalibus tendant in Deum ut finem gratiæ.

§. IV.

TERTIA CONCLUSIO.

Cognitio naturalis, etiam in consortio supernaturalis, nequit immediatè movere voluntatem ad affectus supernaturales.

18 AA. oppositum tuent.

EST contra P. Ripalda ubi suprà à num. 14. & Oviedo, licèt cum aliquali diſidio inter se. Ripalda enim asserit cognitionem naturalem posse movere ad affectum supernaturalem, etiam si proponat motivum pure naturale, & distinctum à motivo supernaturali, per cognitionem supernaturalem proposito. Oppositum huius tuetur Oviedo, solumque affirmat cognitionem naturalem proponentem idem motivum, quod apparet ex vi cognitionis supernaturalis, posse in consortio huius excitare talem affectum; de quo infra. Ratio est. Cognitio naturalis proponens motivum naturale, aùt eleva tur ex consortio cum cognitione supernaturali; vèl non? primum negatur ad Adversarijs; aliàs non moveret ut naturalis est: secundum probat non posse dirigere affectum supernaturalem: ergò. Prob. min. Eo cognitio naturalis nequit dirigere se sola affectum supernaturalem iuxta Advers. quia de se est improportionata, & in ordine longe inferiori ad prædictum affectum; sed hoc ipsum habet in consortio cognitionis supernaturalis, dummodo per ipsam non elevetur: ergò. Confirm. Ideò cognitio naturalis nequit ex natura rei se sola dirigere, & excitare affectum supernaturalem, quia aliàs natura subordinaret sibi vires gratiæ movendo habitus supernaturales ad eliciendos proprios actus; sed hæc ratio probat etiam de cognitione naturali in consortio supernaturalis: ergò prob. min. in dicta hypothesi cognitio naturalis verè, & propriè dirigeret, & moveret habitus supernaturales ad proprios actus, quamvis non unicè; cum talis motio etiam conveniret cognitioni supernaturali; ergò in dicta hypothesi vires gratiæ subordinarentur verè, & propriè, tum cognitioni supernaturali, tum etiam cognitioni naturali. Atqui iuxta dicta repugnat naturam ratione sui, & absque ulla elevatione, subordinare sibi vires gratiæ: ergò.

Prob. ratione 1. cont. Rip.

Confirm.

19 Prob. 2.

Secunda ratio est. Pro cuius intelligentia advertendum, quod licet cognitio naturalis possit iuxta Ripalda reddere efficacem cognitionem supernaturalem, cui associatur, non tamen constituit illam in esse sufficientis ad excitandum affectum supernaturalem: & merito quidem; cum repugnet affectus supernaturalis, ad cuius elicientiam non sufficiant vires gratiæ. Hoc prænotato pone hominem excitatum ad pœnitentiam cognitione naturali proponenti motivum purè naturale, & simul cognitione supernaturali motivum supernaturale proponenti, & quod talis homo eliciat actum pœnitentiæ. Nunc sic argum. Talis affectus supernaturalis pœnitentiæ, aut intrinsecè exercetur ob motivum precisè naturale, aut ob motivum supernaturalem, vel propter utrumque motivum constituens unicum motivum adequatum talis affectus? si primum: ergò affectus supernaturalis pœnitentiæ in dicta hypothesi solum dependet, & movetur à cognitione naturali; proindequè cognitio supernaturalis se habebit pure comitantèr, & non directivè per se. Conseq. patet: Nàm cognitio non alitèr influit in volitionē, nisi quatenùs hæc amplectitur motivum formale propositum ex vi talis cognitionis. Si secundum. Fit idem argument. de cognitione naturali, scilicèt, prædictum affectum supernaturalem non dependere ab ipsa; quandoquidem non movetur à motivo proposito per cognitionem naturalem. Si tertium, ut debet dici, infero primo: ergò affectus supernaturalis pœnitentiæ in dicta hypothesi pendet essentialitèr à cognitione naturali, & supernaturali: Cum quilibet actus pendeat essentialitèr à rationibus moventibus ipsum: *2. ergò talis affectus supernaturalis est talis conditionis, ut ad elicientiā non sufficiant vires gratiæ; quòd negat aperte P. Rip. Prob. hæc conseq. Affectus ille, qui variaretur essentialitèr existentibus solis

* Est frequens opin. ita Aranda in 1 2. disp. 14

viribus gratiæ,& deficiẽte cognitione naturali,deficeret affectus adcuius elicientiam vires gratiæ non sufficiunt; sed si prædictus affectus supernaturalis pendet essentialitèr ab utroquè motivo partialiter influenti in ipsum, talis conditionis est, ut variaretur essentialitèr deficiente cognitione naturali proponenti motivum naturalem, à quo in adęquate moveretur: ergò daretur affectus supernaturalis ad cuius elicientiam &c.

20 Explicat. hęc ratio.

Explicatur hoc. Repugnat iuxta superius dicta,& à Ripalda concessa, ordinem gratiæ excitantis emendicare virtutem, & sufficientiam à cognitione pure naturali ad excitandum affectus supernaturales; sed si affectus supernaturalis posset moveri in adęquate à motivo naturali, & à motivo supernaturali, cognitio gratiæ excitantis emendicaret virtutem, & sufficientiam à cognitione naturali pro excitatione talis affectus: ergò prob.min. Quælibet virtus partialis accipit sufficientiam,& virtutem cõpletam ab altera causa partiali in ordine ad elicientiam actus pendentis essentialitèr ab influxu utriusque;præsertim,si utraque causa partialis se teneat ex parte potentiæ: ergò si talis affectus moveretur partialitèr à motivo proposito per utramque cognitionem; sicuti cognitio naturalis non esset de se sufficiens ad illius excitationem,ità nec cognitio supernaturalis sine cognitione naturali.

21 Ultimo.

Denique.Repugnat gratiam illuminationis sup.naturalis compleri in esse efficacitèr moventis voluntatem ad affectum salutarem per cognitionem naturalem: ergò repugnat talem cognitionem dirigere affectum supernaturalẽ, & consequenter repugnat secundum assertum Ripal.Prob.ans.Repugnat gratiam supernaturalem compleri in ratione sufficientis ad actum salutarem per cognitionem naturalem: ergò etiam in ratione efficacitèr moventis. Conf.Patet,tum quia sicuti ut est grat.sufficiens,est in ordine superiori, ita etiam ut efficaciter movens.Tum quia ut efficacitèr movens addit supra se ipsam speciale beneficium intra ordinem gratiæ procedens à Deo ut Authore speciali discernenti salutaritèr consentientem à non consentiente. Sed repugnat speciale beneficium intra ordinem gratiæ,&discretionem provenientem à Deo,ut A. speciali,desumi ex aliquo purè naturali:* ergò repugnat cognitionem supernaturalẽ reddi efficacẽ ex consortio cognitionis naturalis.

* S.P Aug. de Fræd. SS.cap.4.

Ex his impugnatur modus dicendi P.Ovied. asserentis cognitionem naturalem, dummodo proponat motivum supernaturale,posse excitare affectum supernaturalem. 1. Ad hominem;ideò iuxta prædictum A.cognitio naturalis se sola nequit dirigere affectum supernaturalem, quia est improportionata cum illo,ut potè in ordine inferiori, ita num. 43. sed hæc ratio æquè probat de tali cognitione,etiam si proponat motivũ supernaturale,& sit coniuncta cum alia cognitione supernaturali:ergò.

22 Impugn. P. Ovied. 1.

2. Ideò iuxta ipsum nequit cognitio naturalis se sola dirigere affectum supernaturalem, quia prædicti actus magis distat inter se, quam cognitio sensitiva, & affectus spiritualis voluntatis: si ergò (prosequitur Ovied.)* affectus voluntatis nequit dirigi cognitione sensitiva, multo minus affectus supernus cognitione naturali;* sed hæc ratio probat etiam de cognitione naturali in consortio supernaturalis; siquidem affectus voluntatis nequit unicè à cognitione sensitiva, neque ab ipsa simul cum intellectiva inmediatè dirigi: ergò.

Secundo.

3. Ideò cognitio naturalis proponens motivum naturale nequit etiam in consortio supernaturalis,dirigere affectum supernum,quia sequeretur affectum supernaturalem pendere à viribus naturæ,& insuper;gratiam illuminationis supernaturalis reddi efficacem per aliquid purè naturale,scilicèt,per cognitionem suprà positam;sed hoc idem inconveniens sequitur,etiam si talis cognitio proponat motivum supernaturale,cum in sua entitate, & intrinseca tendentia sit purè naturalis:ergò affectus supernaturalis,&c.

Tertio.

4. De ratione affectus supernaturalis est esse supra omnem activitatem naturæ etiam directivam; sed quod talis cognitio proponat motivum supernaturale,non tollit quominus

23 Quart.Impugn.

nùs sit in se purè naturalis : ergò. Prob.mai.De ratione affectus supernaturalis est excedere omnem activitatem dispositivam naturæ ; quapropter actus honestus purè naturalis nequit positivè disponere ad formam entitativè supernaturalem ; sed concursus directivus de se exprimit maiorem perfectionem , quam concursus purè dispositivus : ergò. Vel alitèr. Si cognitio naturalis,dummodo proponat motivum supernaturale , potest immediatè dirigere affectum supernaturalem in consortio cognitionis supernaturalis: ergò etiã actus honestus purè naturalis , dummodo attingat motivum supernaturale (quod iuxta prædictum A. est possibile) poterit disponere positivè , & mereri etiam de congruo in consortio affectus supernaturalis,gratiam intrinsecè supernaturalem. Sequela prob. Nàm si excessus affectus supernaturalis supra cognitionem naturalem solum impedit procedere ex directione illius , quando proponit motivum purè naturale ; secùs vero dùm proponit motivum formalitèr supernaturale: idem poterit affirmari de dispositione , & merito de congruo in actibus honestis purè naturalibus , videlicèt, asserendo prædictus actus non posse disponere , nec mereri de congruo formam supernaturalem , dùm motivum ipsorum est aliquid naturale ; è contra vero ; si moveantur ab aliquo formalitèr supernaturali. Recolatur inconveniens adductum contra P. Ripald. scilicèt, gratiam supernaturalem posse reddi efficacem ad excitandum affectum supernaturalem ex aliquo purè naturali ; quod quidem inconveniens æquè militat contra modum dicendi P. Oviedo ; cum,etsi cognitio motivum supernaturale proponat , sit intrinsecè purè naturalis.

Aliter.

§. V.

Solvuntur argumenta.

24 OBijcies 1. Potest præmissa naturalis in consortio supernaturalis causare effectivè assensum supernaturalem,ut tenentur fateri AA. tuentes habitum Theologiæ esse intrinsecè supernaturalem : cum conclusio huius syllogismi : *Omnis homo est risibilis:Christus est homo:ergò Christus est risibilis* , inferatur ex præmissa maiori , quæ est entitativè naturalis: ergò etiam cognitio naturalis in consortio supernaturalis potest dirigere affectum supernaturalem. Conseq. patet.Tùm à paritate.Tùm etiã;quia plùs est effectivè influere in actum supernaturalem , quam purè directivè,& moralitèr in illum influere: ergò si &c. Omissis varijs solut. Resp. dist. ans. Influit effectivè , ut elevata per aliquem modum intrinsecè supernaturalem,conc.ans.Sine tali elevatione,neg.ans.&cons.Dèmodo autem,quo assensus præmissæ naturalis elevatur,ut influat effectivè in conclusionem supernaturalem , agunt nostri Thom.in præmio Theologiæ, præsertim M.Ferre ibi q.13.§.16.à n. 95.Sed instabis.Præmissę formales nõ tantum influunt effectivè in assensum conclusionis,sed etiam influunt,quasi in genere causæ formalis,illuminãdo,scilic.intellectum,circa veritatem conclusionis : ergò si præmissa naturalis elevatur aliquo modo intrinseco supernaturali,ut influat in assensũ conclusi:effectivè,& illuminativè, idẽ poterit dici de cognitione naturali in esse dirigentis affectum supernaturalem,scilic.posse illum dirigere , dummodò elevetur aliquo modo intrinseco derivato ex cognitione supernaturali,cui associatur.

Arguit.1.

Solutio.

Replic.

25 Resp.1. Permitt.conseq.Quin ex hoc aliquid inferatur contra nos, solum propugnantes in præsenti;cognitionem naturalem qua talem , & præcisa omni elevatione , posse in consortio supernaturalis dirigere immediatè affectum supernaturalem. Resp.2.neg.cons. Nàm assensus præmissarum non illuminat intellectum proponendo ei veritatem concluſ.in seipsa, sed tantummodò attingendo veritatem præmissarum illam radicalitèr,& in potentia cõtientium. Cognitio autem directiva illuminat proponendo voluntati actù , & formalitèr, obiectum prosequibile per affectum ; unde si non proponitur obiectum supernaturale , aut saltim

Resp.1.

Secundo.

sub motivo supernaturali, nequit excitare in voluntate affectum supernaturalem. Deindè duplex modus est illuminationis ; unus subiectivè per determinationem intrinsecam intellectus ad attingentiam veri; alter obiectivus, sive se tenens ex parte obiecti in ratione moventis intellectum, vel voluntatem. Assensus præmissarum illuminat 1. modo intellectum ad assensum conclusionis: quare in nullo distinguitur talis modus illuminationis à concursu effectivo ipsius ; cumque de ratione causæ effectivæ sit posse elevari à Deo ad productionem effectus excedentis eius virtutem naturalem ; ideò assensus præmissæ naturalis hoc modo elevari potest ad productionem assensus supernaturalis. Cognitio autem illuminat voluntatem purè obiectivè ostendendo ei bonitatem, quam debet prosequi : quapropter eius concursus in esse dirigētis spectat ad genus causæ formalis, & moventis quòad specificationem. Unde sicuti præmissa obiectiva nequit divinitùs elevari, ut inferat conclusionem obiectivam, quam in se, & ex natura rei non continet ; ita dicendum de cognitione in ordine ad directionem, & excitationem affectus voluntatis. Utrumque enim & obiectivè illuminat, & in genere causæ formalis concurrit, cui proprium est, ut non possit divinitùs præstare effectum formalem, quem ex natura rei præstare nequit. De quo §. sequenti in 5. probatione.

26 Arguit. 2. Obijcies 2. Cognitio, ad cuius præsentiam multotiès oritur in voluntate affectus supernaturalis, & qua deficiente, multotiès deficeret talis affectus, nequit non movere, & aliquam causalitatem exercere in illius elicientiam ; sed contingere potest, ut dùm existit cognitio supernaturalis, si accedat cognitio naturalis, oriatur in voluntate affectus supernaturalis : ergò cognitio naturalis in consortio supernaturalis &c. Min. constat ex experientia : Nàm sæpè contingit voluntatem præventam cognitione supernaturali excitanti ad dolorem peccatorum, non moveri ex illa unicè existenti ; secùs autem, si accedat alia cognitio repræsentans motivum naturale, circa quod, est vehementer inclinata, v. g. vitationem scandali, conservationem famæ, & his similia. Confirm. Cognitio naturalis potest facilitare voluntatem præventam cognitione supernatnrali ad hoc, ut operetur ex eius directione : ergò etiam potest simùl cum illa movere voluntatem. Consеq. patet. Nàm rationes probantes cognitionem naturalem non posse movere ad actus supernaturales, probant etiam non posse ad illos facilitare. Añs. prob. 1. Cognitio reddens voluntatem propensam in obiectum propositum per cognitionem supernaturalem, facilitat illam, ut operetur ex directione cognitionis supernaturalis. Sed cognitio naturalis potest esse huiusmodi : ergò. 2. Voluntas eò facilius, & vehementius amat aliquod obiectum amore supernaturali, quò proponitur maiori cum claritate, & intensione, bonitas illius ; sed hæc potest maiori cum claritate, & intensione proponi per cognitionem naturalem : ergò. 3. Virtus naturalis voluntatis coniuncta cum habitu supernaturali, influit immediatè in actus supernaturales : ergò etiam cognitio naturalis coniuncta cum supernaturali, poterit immediatè dirigere &c. Deniquè: Nàm Prædicatores sæpissimè proponunt peccatoribus motiva honesta purè naturalia, ut illos excitent ad salutarem pœnitentiam : ergò nè dicamus imprudentèr se gerere, fatendum est cognitionem proponentem motivum naturale &c. Sic P. Ripalda.

Confir. 1. Secundo. Tertio. Ultimo.

27 Solutio. Respond. Hoc, quod est cognitionem naturalem (idem de amore) iuvare, disponere, facilitare, & movere ad actum supernaturalem ; duplicem sensum admittere; primo *directè*, & per *influxum positivum* ; secundo *indirectè*, & per *influxum negativum*, removendo prohibens. Fatemur libentèr cognitionem naturalem, & affectum ex illa provenientem, posse influere, & conducere ad productio-

nem

nem actus supernaturalis 2. modo: Nàm cum eius elicientiam possint impedire, & retardare motiva purè naturalia; cognitio, & affectio naturalis prædicta impedimenta removentes, conducunt negativè, & per accidens ad existentiam actus supernaturalis; non aliter ac illè, qui currenti expedit viam removendo offendicula, dicitur eum iuvare ad currendum. Sed ex hoc nihil contra nos solum negantes concursum positivum cognitioni naturali per modum directionis, & motionis ad affectum supernaturalem.

Hinc neg. absolutè mai. intellectam de causa directè, & positivè influenti; aliàs etiam affectus turpis posset movere positivè ad actum supernaturalem: siquidem contingere potest, ut deficiat actus supernaturalis illo deficienti; ut patet in eo, qui turpitèr affectus circa aliquod subiectum, multotiès exercet pro illo actus supernaturales, v. g. sacrificium Missæ, & simul impletionem alicuius voti: quæ omnia omitteret, si erga illud pravè affectus non esset. Quapropter ultra dicta requiritur, aut continentia, aut superioritas in positivè movente, vi cuius subordinet sibi actum supernaturalem: quæ omnia repugnant cognitioni, & affectioni purè naturalibus. Deindè argumentum probat actum supernaturalem potiori iure attribuendum fore cognitioni naturali, quam supernaturali; cum hæc acciperet ab illa efficaciam, & complementum activitatis ad educendum ex voluntate consensum supernaturalem.

28 Resp. inform.

Si autem quæras: quænam sit causa, ut voluntas præventa cognitione supernaturali non eliciat affectum supernaturalem, nisi multotiès occurrat, etiam cognitio naturalis, proponens motivum naturalem? Resp. Causam proximam per se esse dominium, & libertatem voluntatis, vi cuius potest sequi, vel non ductum cognitionis supernaturalis. Quod si accedenti cognitione naturali supernaturalitèr operatur ex vi prioris cognitionis, non est quia moveatur ex illa, sed quia per ipsam removentur impedimenta ad eliciendam consensus salutaris; ut patet à simili in eo, qui decernit solū currere, dummodo offendicula ei perprius auferantur. Ad 1. confirm. neg. añs. intellectum de facilitate positiva. Cognitio autem naturalis, estò sit intensior, & clarior, solum movet voluntatem secundùm eius activitatem naturalem, secundùm quam est impotens prorumpere in actus supernaturales. Ex quibus constat ad 1. prob. añtis. & 2. confirm. Ad 3. Resp. Disparitatem stare in eo quod virtus innata voluntatis elevatur per habitum infusum eam intrinsecè informantem; unde cum prout sic considerata, sit iam intra ordinem supernaturalem, nihil mirum quod influat in actum supernaturalem. Cognitio autem naturalis, nec elevatur per supernaturalem, fatentibus Adversi. nec est capax talis elevationis; quia concursus cognitionis dirigentis spectat ad genus causæ formalis, media scilicèt propositione, & ostensione boni; unde si ex natura sua nequit dirigere aliquem affectum, nec poterit etiam divinitùs ex consortio cognitionis supernaturalis; uti contingit in omnibus formis, quæ nec divinitùs possunt præstare effectum formalem, quem ex natura sua noqueunt communicare. De quo rursùs infra.

Ad 1. confirm.

Ad 3. confirm.

29 Cuidam quæsito Resp.

Ex dictis constat ad ultimam, qua, scilicèt, de causa multotiès hominibus renuentibus exercere actus supernaturales proponantur à Prædicatoribus utilitèr, & prudentèr, aliqua motiva honesta naturalia, v. g. vitatio scandali, ignominiæ, aut bonorum temporalium iactura; constat, inquam: quia licet non proponantur, ut positivè conducentia, nec, ut ex eorum motione supernaturalitèr operatur, proponuntur tamen, ut removentia prohibens, ut prius sublatis à voluntate pravis affectionibus naturalibus maneat expeditus ad operandum, sequendo cognitionem supernaturalē, per quam excitatur à Deo, ut eliciat actus supernaturales. Hac eadem ratione docet D. Th. * esse maximè utile peccatoribus exercitium virtutum naturalium; quia etsi prædicti actus

30 Ad vlt. confirm.

* In 2. d. 27 q. 1. a 4.

tus , nec meritoriè adhùc de congruo, nec dispositivè conducant ad consequutionem gratiæ, & remissionem peccati ; conducunt tamen negativè impediendo plura alia peccata, & simul habilitando voluntatem, ut faciliùs operetur honestè intra ordinem naturalem.

§. VI.

ULTIMA CONCLUSIO.

Repugnat essentialitèr cognitionem naturalem se sola dirigere affectum intrinsecè supernaturalem.

31 ITa communitèr Theologi contra P.Ripalda ubi supra à n.18. Koninch,& Munièssa relatum àP.Aranda. 1. ratio est. Cognitio immediatè dirigens voluntatem ad actum, verè subordinat sibi voluntatem in elicientia talis actus : ergò si cognitio naturalis posset dirigere immediatè voluntatem elevatam per habitum supernaturalem ad elicientiam affectus supernaturalis,verè subordinaret sibi,tùm voluntatem , tùm etiam habitum supernaturalem. Sed hoc repugnat : ergò. Prob. hæc min. subsumpt. Implicat ,ordinem gratiæ intrinsecè supernaturalis verè subordinari ordini naturæ ; cum de ratione illius sit elevare , & extollere naturam ; nihil autem potest subordinari ei,quod ab ipso accipit elevationem. Sed talis cognitio , utpotè naturalis, spectaret præcisè ad ordinem naturæ:ergò.Explic. hoc. Cognitio naturalis nulla gaudet superioritate respectu voluntatis,ut elevatæ per habitum infusum ad ordinem supernaturalem , ut est certum : ergò nequit eam,proùt sic elevatam, dirigere ad elicientiam actus. Prob.conseq. Omnis cognitio directiva qua talis importat superioritatem respectu eius, quod dirigit ; tùm quia proùt sic exprimit quandam activitatem supra ipsum. Tùm quia munus dirigentis est munus illuminantis, & moventis; illuminans autem , & movens alterum , dicit aliquam superioritatem respectu illuminati,&mobilis: qua ratione nemo negare potest intellectum esse aliquomodo superiorem voluntate ; eo quod se habet in homine,quasi Rex in populo, & Dux in exercitu : ergò si &c.

Prob.conclus.1.

Explicat. ratio.

Dices:hanc rationem nullam habere efficaciam in sententia negante gratiam ab intrinseco efficacem ad actus supernaturales ; siquidem in prædicta sent. sola voluntas, quæ est agens liberum, determinat, & applicat principia supernaturalia ; proindèque illa sibi subordinat quantum ad elicientiam actuum supernaturalium.Igitur nullum inconveniens apparet in eo , quod voluntas, ut operans medio habitu supernaturali, subordinetur cognitioni naturali ipsam dirigenti.Sed contra est.Nàm in tali sent. estò voluntas determinet habitum supernaturalem,&alia comprincipia,talis determinatio procedit effectivè indivisè à voluntate , & ab habitu supernaturali;cum reipsa non differat ab ipso actu supernaturali. Unde voluntas , non ea sibi subordinat,proùt est intra ordinem naturæ; sed potiùs,proùt est associata, & elevata ad ordinem gratiæ , in quo nullum apparet absurdum. Attamè cognitio naturalis, & est præcisè intra ordinem naturæ,& ab intellectu solis viribus naturæ valet procedere;unde ex tali directione sequeretur voluntatem,ut elevatam ad ordinem gratiæ, verè subordinari intellectui , ut existenti purè intra ordinem naturæ: quæ quidè subiectio opponitur excellentiæ ordinis gratiæ supra ordinè naturæ.

32 Respond. Impugn.

2. Ratio est. Repugnat metaphysicè libertatem ad actum supernaturalem includere constitutivè proximè,aliquid purè naturale forma liter qua tale;sed libertas ad actū supernaturalem includit constitutivè, &proximè,cognitionem dirigentem, & moventē ad ipsum: ergò repugnat talem cognitionem esse entitativè naturalem.Min.const.Nàm volūtas nequit adhùc divinitùs , saltim liberè ferri in incognitum;cum liberè agere sit agere ex propria determinatione, consilio , & deliberatione. Mai. vero pr.Repugnat sufficientiam ad actum supernaturalem reddi constitutivè,& proximè talem ab aliquo purè natura-

33 Prob.2.

rali ; cum repugnet ordinem gratiæ accipere vires , & perfectionem ſuæ virtutis ab ordine naturę. Sed libertas ad actum ſupernaturalem dicit conſtitutivè proximam ſufficientiam ad illum : ergò repugnat &c. Confirm. Cognitio dirigens , ſuadenſque voluntati elicientiam actus, dicit fœcunditatem ad illius productionem ; qua de cauſa cognitio purè ſpeculativa v.g. *bis tria ſunt ſex* , dicitur infœcunda , & ſterilis ad excitandum in voluntate aliquem affectum: * ergò ſi cognitio naturalis poſſet dirigere voluntatem ad operandum ſupernaturalitèr , voluntas, ut elevata ad ordinem gratiæ per habitus infuſos, acciperet aliquam activitatem, & fœcunditatem à tali cognitione , ut poſſet ſupernaturalitèr operari. Siquidem talis cognitio ſe teneret ex parte actus 1. & abſque illa habitus infuſi eſſent , quaſi ſopiti, & dormitantes. At qui repugnat ordinem gratię accipere fœcunditatem in ordine ad proprios actus, ab aliquo purè naturali: ergò. Vel clariùs. Cognitio excitans immediatè affectum ſupernaturalem, eſt cognitio ſpirans amorem ſupernaturalem ; ſed repugnat cognitionem purè naturalem eſſe ſpirantem amorem ſupernaturalem ; tùm quia nequit ſpirare amorem , quem in ſe non continet. Tùm quia ordo naturæ ſe ſolo eſt infœcundus, & ſterilis ſpiritus ad fructificandum intra ordinem gratiæ : ergò.

Confirm.

* De quo S D. 1. p. q. 19. a. 4. & alibi.

34 Prob. 3.

3. Ratio , & magis à priori, innititur duobus principijs; 1. ſcil. voluntatem non poſſe amare , niſi obiectum propoſitum per intellectum, nec niſi ſub illo motivo , aut ratione formali , ſub qua ipſi proponitur. Ratio eſt. Nàm voluntas , cum ſit potentia cœca , commenſuratur eſſentialitèr cum intellectu in ſuis affectibus, & in illorum motivo. 2. principium non minùs certum in doctr. D. Th. eſt: actum ſcil. intrinſecè naturalem non poſſe adhùc divinitus tendere in obiectum ſupernaturale, & ſub motivo ſupernaturali ; vel etiam ſi obiectum naturale ſit, nō vero proùt ſtat, & formalizatur motivo ſupernaturali: pro quo vid. Ill. God. tom. 1. in 1. p. diſp. 9. His ſuppoſitis ſic formatur ratio. Repugnat eſſentialitèr voluntatem elicere affectum intrinſecè ſupernaturalē , per quem non tendat in proprium obiectum ſub motivo ſupernaturali; ſed voluntas nequit tendere in aliquod obiectum , ut ſtat ſub motivo ſupernaturali, niſi proùt ſic proponatur ab intellectu : ergò repugnat voluntatem elicere affectum intrinſecè ſupernaturalem , quin obiectum huius proponatur per cognitionem directivam ſub motivo ſupernaturali. Sed repugnat per cognitionem naturalem proponi aliquod obiectum , ut ſtat ſub motivo ſupernaturali ; cum actus accipiat ſuam ſpeciem à motivo formali , ſub quo ab ipſo attingitur obiectum: ergò repugnat cognitionem naturalem immediatè dirigere affectum intrinſecè ſupernaturalem. Explic. hæc ratio. Per cognitionem naturalem directivā voluntatis , vel proponitur motivum purè naturale, vel motivū ſupernaturale? Si 1. ergò affectus tali cognitione regulatus erit intrinſecè naturalis; cum formale ſpecificativum ipſius ſit quid naturale. Si 2. talis cognitio nequit eſſe naturalis ob ſimilem rationem. Siquidem motivum ſupernaturale ſpecificat actum ſupernaturalem: aliàs ad credendum aliquam veritatem propter divinum teſtimoniū non eſſet neceſſaria fides ſupernaturalis ; nec ad diligendum Deum , ut A. gratiæ eſſet neceſſarius habitus charitatis &c. ergò. Scio P. Ripalda cum alijs tom. 1. diſp. 45. tueri actum intrinſecè naturalē poſſe tendere in obiectum ſupernaturale, & ex motivo ſupernaturali ; ſed talis opinio ſuſtinenda non eſt , utpotè non conſona doctrinæ D. Thom. pro quo videatur Illuſt. Godoy ubi ſupra.

Explicat.

35 Prob. 4.

4. Ratio deſumitur ex antea dictis, & poteſt ſic proponi. Si cognitio naturalis poſſet immediatè excitare affectum ſupernaturalem , ad formam apprehenſam purè naturalem poſſet ſequi appetitus elicitus ſupernaturalis: ſed hoc repugnat: ergò. Prob. min. 1. Appetitus elicitus debet commenſurari cum forma apprehenſa, ad quā conſequitur; ſicuti in univerſum omnis inclinatio commenſuratur cū forma, ad quā conſequitur; ſed appetitus

elicitus supernaturalis non commensuratur cum forma apprehensa purè naturali; sed illam excedit essentialitèr excessu generis, & ordinis: ergò. 2. Ad formam entitativè naturalem nequit consequi inclinatio innata intrinsecè supernaturalis; quapropter sola gratia habitualis, quæ est fons, radix, & naturà in ordine supernaturali, inclinat innatè in visionem, & amorem Dei: ergò paritèr ad formam apprehensam purè naturalem &c. 3. & à priori. Forma, ad quam consequitur quævis inclinatio in bonum ipsi conveniens, exercet respectu talis inclinationis duplex genus causæ, scilicèt, activæ, aut quasi effectivæ, per modũ radicis; & insuper munus causæ formalis illam specificantis. Huius ratio est: Nàm iuxta diversitatem formarum resultant diversæ specificè inclinationes in fines diversos, ut videre est in omnibus rebus naturalibus, & etiam in cognitione repræsentanti bonum: quæ quidem, si solum rationem boni proponat voluntati, excitat in illa amorem strictè dictum; & affectum gaudij, si repræsentet bonum ut possessum; desiderij verò, si illud repræsentet ut absens: ergò omnis inclinatio consequuta ad formam, pendet ab illa in genere causæ formalis ipsam specificantis; proindèque nequit formam, ad quam consequitur excedere; aliàs non commensuraretur essentialitèr cum illa.

Prob. 2. min.

Tertio.

§. VII.

Ratio ultima, & aliquibus solutionibus, & instantijs occurritur.

36 Ratio proponitur.

COgnitio naturalis nequit ex natura rei dirigere immediatè affectum supernaturalem: ergò nec divinitus. Añs. conceditur ab Adv. excepto Koninch, ut vidimus §. 3. & conseq. prob. Causa ex natura rei impotens causare aliquem effectum, nequit divinitus illum producere, nisi ab eo in ratione causæ elevetur; sed cognitio naturalis nequit elevari à Deo in ratione dirigentis, & excitantis, affectum supernaturalem: ergò. Prob. min. Si talis cognitio posset elevari in ratione dirigentis, maximè per habitum infusum inhærentem ipsi voluntati; sed hoc repugnat: ergò. Mai. conc. ab aliquibus, & min. prob. 1. Id quod prævie suo modo determinat influxum, & concursum habitus infusi, nequit ab ipso in ratione sic determinantis elevari; alitèr enim causa in ratione talis posset elevari per effectum ab ipsa productum ad hoc, ut ipsum produceret. Sed cognitio in esse dirigentis movet prævie, & saltim moralitèr determinat influxum habitus supernaturalis: ergò. 2. Effectus formalis proprius habitus supern. est influxus elicitivus in actu 1. in affectũ supernaturalem; non verò directivus, & media propositione bonitatis: ergò ex habitu supernaturali nequit derivari in cognitionem aliquid ipsum elevans in ratione dirigentis, & ostendentis bonitatem obiecti. Conseq. pat. quia nihil potest reddi elevatum, & perfectum, in aliqua linea per id, quod est omninò extraneum, & ad ipsam nullatenùs spectans: ergò si effectus formalis proprius &c.

Dices 1. Potentiam passivam, tùm intellectus, tùm voluntatis, elevari in ratione talis per habitus supernaturales in illis receptos; & tamen habitus supernaturalis non est potentia passiva, sed activa ad supernaturalitèr operandum: ergò estò habitus non sit virtus directiva, poterit elevare cognitionem directivam sui. Ulteriùs. Potentia passiva intellectus, & voluntatis, realitèr præcedit habitus supernaturalis quò ad ipsorum receptionem; sed hac præcedentia non obstante talis potentia passiva elevatur per habitus supernaturales: ergò estò habitus infusus sit posterior in sui operatione cognitione dirigente ipsum, poterit illam elevare. Sed hæc solutio falsò nititur principio; siquidem intellectus (idem de voluntate) ut recipiat habitum fidei, nulla indiget elevatione; cum ratione sui sit capax recipiendi prædictum habitum iuxta illud D. Aug.* *Posse habere fidem, & charitatem, naturæ est hominum; habere autem gratiæ est fidelium.* Unde intellectus ratione suæ potentiæ obedien-

37 Prima solutio, & eius fund.

Impugn.

* De prædest. SS. cap. 5.

dientialis est immediatè receptivus fidei; sicuti anima ex vi eiusdem potentiæ est immediatè capax recipiendi gratiam habitualem. Quod si ad huius receptionem in adultis prærequiruntur aliquæ dispositiones, non propter hoc exercent concursum receptivum gratiæ, sed purè dispositivum propter modum connaturalem iustificationis in habentibus usum rationis. Ex quibus constat habitus supernaturales solum elevare potentias ad operandum supernaturaliter, & insuper ad receptionem actuum supernaturalium, secus verò; ut prædictæ potentiæ ipsos habitus recipiant.

38 Dices 2. Cognitionem naturalem posse elevari per omnipotentiam ei extrinsece assistentem præbendo robur, & vigorem, ut influat motivè in actum supernaturalem; ad modum quo voluntas per omnipotentiam extrinsicè assistentem elevatur ad producendum affectum supernaturalem. Sed hæc solutio parum solida est, & pro eius impugnatione notandum: quod licèt causa effectiva possit divinitus elevari intrinsecè, aut pure extrinsecè; ad productionem affectus, quem secundum virtutem sibi innatam non continet: oppositum autem contingit in causa formali. Ratio est: nam causa formalis causat per communicationem intrinsecam suæ entitatis: undè sicuti albedo nequit elevari, ut præstet effectum formalem illuminationis, vèl quemlibet alium essentialitèr ab ipsa diversum; ita causa formalis nequit ex elevatione præstare effectum formalem, quem ex natura rei nequit communicare, pro quo videatur Illust. Godoy, tom. 2. in 3. part. disp. 17. §. 4. Hoc notato reijcitur 1. prædicta solutio. Cognitio in esse dirigentis, & moventis voluntatem concurrit in genere causæ formalis ad affectum, quem excitat in voluntate: * ergò in esse dirigentis nequit divinitus præstare concursum, quem ex sui natura exhibere non valet. Añs. probat. 1. Cognitio in esse dirigentis, & manifestantis, movet quoad specificationem voluntatem, ut expresse docet D. Thom. hac 1. 2. quæst. 9. art. 1. sed motio quoad specificationem spectat ad genus causæ formalis obiectivæ: ergò. 2. Id quod se tenet ex parte obiecti in esse moventis voluntatem, concurrit in genere causæ formalis obiectivæ ad actum voluntatis; sed sic se habet cognitio directiva affectus voluntatis: ergò. Prob. min. Bonum nequit proximè movere voluntatè, nisi ut propositum ei ab intellectu: ergò cognitio ostensiva boni complet illud in esse moventis obiectivè voluntatem; proindequè se tenet ex parte illius in esse moventis obiectivè.

Secunda solutio.

Nota pro impugn.

Reijcit. 1.

* Non dico cogn. specific. aut esse obiect. sed se tenere ex parte ill.

2. Reijcitur solutio. Ex vi talis elevationis, quàm Adversarij adstruunt in cognitione; vèl per illam proponitur voluntati obiectum, ut amandum supernaturalitèr; vèl naturalitèr? Si 1. ergò per talem elevationem ponitur de novo in cognitione naturali repræsentatio intentionalis supernaturalis; quapropter huiusmodi repræsentatio erit formalitèr immediatè directiva affectus supernaturalis, & formalitas cognitionis naturalis se habebit purè de materiali ad talem directionem; ex quo nihil contra nos. Si 2. ergò si ex natura sua est impotens dirigere, etiam erit impotens, ut elevata. Prob. cons. Cognitio non alitèr dirigit voluntatem, ut amet, nisi proponendo obiectum ea ratione, qua ab ipsa debet amari; sed voluntas per affectum supernaturalem tendit in obiectum ut amandum supernaturaliter: ergo si &c. Confirm. Cognitio eatenus dirigit voluntatem, quatenus eam illuminat manifestando bonitatem in obiecto amabili: Nunc rogo; per talem elevationem; vèl ponitur in cognitione naturali manifestatio aliqua boni quam antea non habebat, vèl non? Si 1. præter quamquod talis cognitio essentialitèr variaretur; cùm adveniret ei de novo aliquid spectans ad essentiam illius. Iterum rogo, aut talis manifestatio est pure naturalis; & tunc remanet eadem difficultas: vèl est supernaturalis; & in hoc casu directivum formale, & immediatum affectus supernaturalis, non erit cognitio secundum sui attingentiam naturalem, sed prout est intra lineam

39 Secundo.

Confirm. hęc imp.

ma-

manifestationis supernaturalis ; ex quo nihil contra nos ; solumque erit difficultas, an scilicèt eadem entitativè cognitio possit adunare duplicem manifestationem, sivè attingentiam, quarum una sit naturalis, altera verò supernaturalis. Si dicatur 2. ergò cum cognitio non dirigat voluntatem, nisi media ostensione, & propositione bonitatis, nequit post elevationem dirigere affectum supernaturalem, si antecedenter ad illam cum eadem ostensione, & propositione, non poterat dirigere voluntatem.

40 Dices 3. Esse opinionem satis probabilē, quòd cognitio influit effectivè in actū voluntatis, de quo dub. sequenti : ergò si causa effectiva, iuxta superius dicta, elevari potest, non est cur cognitio naturalis nequeat elevari, ut moveat voluntatem ad affectum supernaturalem. Sed contra est. Nàm admissa tali opinione adhuc remanet integra difficultas ; siquidem, quamvis cognitio effectivè influat in actum voluntatis, attamen præter huiusmodi concursum, exercet munus causę formalis, & obiectivæ, quatenus influit ostendendo, & proponendo voluntati bonitatem in obiecto; quodquidem munus est, quod primò intelligitur in cognitione, præceditque virtualitèr munus causæ efficientis in illa repertum. Quapropter si cognitio priusnon elevatur, sub ratione manifestantis, & proponentis vitalitèr bonum, nequit elevari sub formalitate dirigentis. Tum sic; causa, quæ ex natura sua nequit dirigere affectum supernaturalem, non potest ex vi elevationis illum dirigere, nisi elevetur sub formalitate dirigentis ; aliàs sub tali formalitate maneret eodem modo impotens. Sed munus dirigentis in cognitione est munus manifestantis, & proponentis bonitatem in obiecto ; quod quidem nullo modo potest variari per elevationem ; tum quia spectat ad munus causæ formalis ; tum quia destrueretur talis cognitio ; utpote adveniens ei de novo manifestatio, & propositio, quam antea non habebat: * ergò adhuc admissa illa opinione, nequit cognitio naturalis elevari in esse dirigentis affectum naturalem.

Tertia solutio.

Reijcit.

* Et non se haberet ex conseq ad 1.

Dices 4. Verum esse causam formalem intrinsecam non posse ex vi elevationis præstare effectum formalem excedentem eius naturam ; eo quod talis causa influit per communicationem intrinsecam suæ entitatis. Attamen ; si sermo sit de causa formali extrinseca : qualitèr se habet cognitio respectu actus voluntatis ; nulla apparet ratio, ut sit incapax præstandi effectum ex vi elevationis, quem aliàs ex sui natura præstare nequit. Sed contra est. Nàm in utraque causa formali militat eadem ratio. Assumptum prob. 1. Nàm id, quod secundū sui naturam est impotens specificare per modum causæ formalis extrinsecę actum, vèl potentiam, nequit adhuc divinitus illa specificare ; ut videre est in omnibus obiectis formalibus : quapropter nec sonus visum, nec color auditum, specificare potest adhuc divinitus. Idem constat in termino formali extrinsece specificanti motum calefactionis, qui nec de potentia absoluta Dei potest alium motum specifice diversum specificare : ergò discrimen assignatum in solutione nullum est. 2. Nàm sicut forma intrinseca causat per sui communicationem, ita causa formalis extrinseca per modum termini, vèl obiecti, causat per sui terminationem : ergò ex vi elevationis, vèl ponitur aliquid ex parte obiecti de novo, vi cuius terminet habitudinem potentiæ, vèl actus, vèl non? Si 1. id quod de novo superadditur obiecto, erit causa formalis specificativa potentiæ, vèl habitus, non verò id, quod obiectum habet ex natura sua (& hoc admisso restat inquirendum de illo, quòd denovo superadditur, an sit naturale, vèl supernaturale.) Si 2. ergò si antecedenter erat impotens specificare aliquam potentiam, vèl actum, etiam manet impotens post elevationem. Prob. conseq. Non variato terminativo formali potentiæ ; vel actus, à quo sumit suam speciem, nequit ex illo variari species potentiæ, vèl actus: ergò si ex vi elevationis non additur obiecto, aliquid vi, cuius terminet habitudinem potentiæ, vel habitus, &c.

41 Quarta

Impugn.

Secundo.

Nec

42 Nec obstat cognitionem non esse
stricte causam formalem, adhuc ex-
trinsecam, respectu actus voluntatis;
Sidicas. cum non sit obiectum formale mo-
tivum, aut terminativum illius; ac
subinde rationem adductam non pro
bare repugnantiam elevationis in
Resp. cognitione dirigente. Non inquam
obstat: nàm cognitio in ratione diri-
gentis, & ostendentis bonum quamvis
non sit obiectum voluntatis, aut cau-
sa formalis specificativa illius, se te-
net ex parte obiecti, & illius causa-
litas ad munus causæ specificantis re-
ducitur, ut expresse docet D. Thom.
hac 1.2. quæst. 9. art. 1. & 1.p. q.82.
art. 1. de quo latè dub. sequenti: er-
gò eius influxus sapit naturam causæ
formalis, prout consideratur sub
formalitate dirigentis, & manifes-
tantis voluntatem suum obiectum:
ergò si causa formalis non admittit
elevationem, ut possit specificare ac-
tum, quem ex natura sua nequit spe-
cificare; idem dicendum de cogni-
tione in ratione dirigentis. Per hæc
Cuidam patet disparitas ad sequentem inst-
instât. sic tantiam. Assensus præmissæ naturalis
satis. concurrit illuminando intellectum
ad assensum conclusionis, huiusque
veritatem manifestando; & tamen
talis assensus potest elevari, ut influat
in assensum supernaturalem conclu-
sionis, si habitus Theologiæ admitta-
tur entitativè supernaturalis: ergò
esto cognitio influat in actum volun-
tatis per modum illuminantis, & ma-
nifestantis &c. Patet inq. Nàm talis
modus illuminandi in assensu præ-
missarum est concursus purè effecti-
vus se tenens ex parte intellectus,
quem intrinsece complet, & deter-
minat, ut assentiatur conclusioni; un-
dè non mirum assensum naturalem
posse elevari, ut influat in assensum
supernaturalem conclusionis. Illumi-
natio autem, & manifestatio, ui cuius
cognitio dirigit actum voluntatis se
tenet ex parte obiecti, & ratione
illius cognitio movet voluntatem
quoad specificationem, hoc est præ-
sentando illi suum obiectum.

Videantur dicta, nu-
mer. 25.

)((§) (***) (§)(

§. VII.

Solvuntur argumenta.

OBijcies 1. Non opponitur su- 43
pernaturalitati actus voluntatis procedere ex directione
naturali: ergò quod talis actus re- Argum. 1
guletur cognitione naturali, non re-
pugnat essentialitèr. Añs. prob.
Quoties actus requirit ad sui produc-
tionem, aliquod principium supernatu-
ralem, subsistit intrinsece super-
naturalis; cum hoc ipso excedat
vires solius naturæ; sed actus proce-
dens ex cognitione directiva natura-
li requireret ad sui productionem;
aliquod principium supernaturale,
scilicèt, habitum infusum existen-
tem in voluntate, vèl saltim omni-
potentiam specialitèr applicatam à
quibus, ut principio effectivo proce-
deret: ergò. Conf. 1. Licèt volun- Confirm.
tas influat partialitèr per virtutem si- 1.
bi innatam in actum charitatis; quia
tamen influit dependentèr ab altero
comprincipio supernaturali, prædic-
tus actus est supernaturalis; sed in ca-
su præs. licèt cognitio naturalis diri-
gat voluntatem, non influit se sola in
affectum supernaturalem, sed simul
cum principio elevanti voluntatem
per modum virtutis: ergò. Urget Urgetur
hoc. In sententia admittente con- hęc con-
cursus partiales in actum charitatis, firm.
v.g. estò sola voluntas non producat
illum effectivè, sola tamen voluntas
determinat existentiam talis actus.
Tum sic. Actus supernaturalis non
minus superat vim determinativam
naturalem, quam superet vim direc-
tivam purè naturalem: ergò si vir-
tus innata voluntatis potest se sola
determinare existentiam actus su-
pernaturalis, poterit etiam cognitio
naturalis &c.

Conf. 2. Actus tantum accipit
naturalitatem, vèl supernaturalita- 44
tem, à principijs physicè influentibus
in ipsum, non verò à causis tan- Secundo.
tum moralitèr influentibus; cum na-
turalitas, & supernaturalitas, actuum
sint intra ordinē physicum. Sed cog-
nitio directiva non influit physicè
effectivè, sed tantum moralitèr, in

ac-

actum voluntatis: ergò dummodo actus effectivè ptocedat à principio supernaturali, parum refert cognitionem ipsum dirigentem esse entitativè
Tertio. naturalem. Confirmat. 3. Cognitio eatenus dirigit voluntatem, quatenus ei intentionalitèr applicat bonum ab ipsa amabile; sed hoc ipso eius naturalitas non obstat supernaturalitati actus; tum, quia si est applicatio, est pura conditio. Tùm quia stat applicationem esse supernaturalem, & operationem agentis esse naturalem; ut patet in igne miraculosè applicatio ad comburendum. ergò
Quarto. 4. Ut actus sit supernaturalis, satis est sufficientiam ad illum esse à Deo ut Authore supernaturali; sed sufficientia ad actum non desumitur precisè ex cognitione dirigentis, sed propriè consistit in habitu, vèl auxilio elevanti extrinsecè, aut intrinsecè voluntatem; cùm cognitio tantum influat moralitèr in actum voluntatis: ergò non repugnat voluntatem actuatam principijs supernaturalibus elicere actus salutares ex directione solius rationis naturalis.

45 Resp. neg. añs ob plura motiva. primo. Quia de ratione actus supernaturalis est excedere omnem activitatem solius naturæ; concursus autem directivus dicit aliquam activitatem erga actum, quem dirigit. 2. Quia ordo gratiæ nequit subijci tanquam superiori ordini naturæ. Et omne dirigibile ut tale subijcitur dirigenti ipsum tanquam superiori. 3. Quia cognitio directiva complet obiectum voluntatis in ratione moventis, & specificantis actum procedentem ab illa; undè si cognitio est naturalis, obiectum per illam propositum non erit supernaturale in ratione obiecti, proindeque affectus circa illum non erit intrinsecè supernaturalis. 4. Nàm si actus supernaturalis petit excedere concursum dispositivum pure naturalem: quapropter actus honesti naturales nequeunt positivè remotè disponere ad gratiam supernaturalem: à fortiori debet etiam excedere concursum directivum, & positivè excitantem, de ordine naturali. 5. Quia repugnat actum essentialitèr exigentem ad sui existentiam processum à Spiritu Sant. ut effect. adiuvanti, & non exigentem processum ab illo, ut illuminante & inspirante; hæc enim duo munera in ipso mutuo connectuntur, & sibi invicem correspondent.

Ostendit. falsitas 1: anteced. pluribus motivis.

Ad 1. añtis. prob. Resp. Talem 46 modum arguendi esse inefficacem; aliàs posset actus supernaturalis cadere sub merito congrui operum naturalium, & ab ipsis dispositivè dependere; cum his non obstantibus adhuc exigeret talis actus pro sui productione aliquod principium supernaturale. Quòd si dicatur prædictam suppositionem esse complicatoriam; id ipsum nos pariter dicimus pro casu directionis provenientis à cognitione pure naturali. Undè illa propositio: *Actus exigens ad sui existentiam principium supernaturale est supernaturalis*, sic debet disting. *Exigens principium supernaturale operans modò proprio, & ab ipso exacto*, concedo mai. *operans modo repugnanti*, neg. mai. Principium enim supernaturale petit nèc subijci, nec applicari, adhuc moralitèr, ad proprios actus per aliquid pure naturale. Nec enim componi valet, quod aliquis actus ad sui existentiam necessario requirat adiutorium Spiritus Sancti, si eius directionem, & illuminationem necessario non requirit. Ex quo constat in dicta hypothesi actum voluntatis fore, & non fore supernaturalem.

Ad 1. pr. anteced.

Ad 1. Conf. Resp. Iuxta opinionem statuentem concursus partiales 47 virtutem affirm. innatam voluntatis elevari intrinsece per habitum supernaturalem; insupèrque nihil per modum actus, aut operationis procedere à voluntate, quòd etiam indivisim non procedat ab altero comprincipio supernaturali: oppositum autem contingeret in præsenti hypothesi; siquidē cognitio naturalis procederet ab intellectu ex solis viribus naturæ operanti; & aliunde, talis cognitio non elevaretur per aliquod principium supernaturale ad hoc, ut immediatè simul cum altera cognitione excitaret affectum supernaturalem. Ad urgentiam Resp. Aliud esse voluntatem unicè determinare existentiā actus liberi supernaturalis;

Ad 1. confirm.

Ad illius urg.

aliud

aliud verò voluntatem unicè, aut solitarie sumptam, illum determinare; primum est verũ, quia volũtas est unicum determinativum actus; secundum autem est falsum: cum talis determinatio non proveniat à voluntate, nisi adiuta, & elevata per habitum supernaturalem simul efficientem prædictam determinationem, utpotè indistinctam ab ipso actu supernaturali. Quòd explicari potest in sententia Thomistarum, iuxta quos, & si solum intellectus denominetur videns Deum, hæc tamen denominatio non convenit intellectui solitarie sumpto, sed ut elevato per lumen gloriæ. Ex quibus in forma dist. añs. Sola voluntas determinat; solitudine excludente aliud determinativum prętèr voluntatem, conced. añs. Solitudine excludente aliud principium elevans voluntatem, ut ipsa determinet, neg. añs. & conseq. Ad eius prob. dist. añs. Actus supernaturalis excedit virtutem determinativam purè naturalem, puritate excludente principium supernaturale, tam determinativum, quam elevativum ad determinandum, conced. añs. Puritate excludente solum principium supernaturale determinativum, neg. añs. & conseq. Si autem cognitio naturalis existens sinè consortio supernaturalis posset dirigere affectum supernaturalem, & illa esset unicè directiva; & ad exercitium directionis non elevaretur per aliquod principium supernaturale directivum, aut effectivum talis directionis: Undè constat disparitatem esse manifestam.

Solutio nform.

48

2. Confirm. Si quid prob. probat actus naturales posse disponere positivè ad gratiam supernaturalem, & ipsam mereri de congruo: cum iuxta probationem ibi adductam, supernaturalitas formæ unicè debeat desumi ex principijs physicè influentibus in illam. Undè Resp. 1. Actum accipere supernaturalitatem à principio supernaturali operanti modo supernaturali; secus autem non sic operanti. Voluntas autem non operatur, ut elevata per habitum supernaturalem, nisi quando operatur, ut potẽtia obediẽtialis; nequit verò voluntas operari ut potentia obedientialis, si in ratione talis non est illuminata per intellectum. Atqui directio naturalis non illuminat voluntatem sub ratione potentiæ obedientialis, sed pure naturalis: ergò. Resp. 2. Añs. esse verum de illo, à quo actus accipit formaliter supernaturalitatem; non tamen intellectum de illo, à quo illam accipit arguitivè, & connexivè; hoc enim est gratiã illuminationis, & inspirationis: siquidem est argumentum efficacissimè probans actum non exigere pro sui principio effectivo aliquid supernaturale, si aliàs fieri potest, ex directione, & impulsu purè naturali. Ad modum quo licèt gratia non accipiat suam supernaturalitatẽ ex actibus ad illam disponentibus, aut merentibus de congruo; est tamen argumentum plenè convincens illam non esse supernaturalem, si natura se sola potest mereri de congruo, aut influere dispositivè in gratiam. Ad 3. Confirm. Resp. Actum accipere supernaturalitatem ab obiecto, ut supernaturaliter applicato, hoc est applicato voluntati ut elevatæ supernaturalitèr; directio autem naturalis nequit illuminare voluntatem ut elevatam per habitum supernaturalem: ratio est, nàm ordo naturæ nequit illuminare gratiam, ut ex se manifestum apparet: voluntas autem ut elevata existit iam intra ordinem gratiæ. Undè in forma potest responderi, disting. mai. applicatione eiusdem ordinis, vèl superioris ad actum, quem dirigit, conced. mai. Applicatione ordinis inferioris, neg. mai. Aliàs eodem argumento posset probari solam cognitionem sensitivam posse excitare affectum voluntatis.

Ad 2. confirm. resp. 2.

Resp. 2.

Ad tertiã

Deindè Resp. Cognitionem directivam non esse puram applicationem; cùm se teneat ex parte obiecti ut complementum illius in ratione moventis, & terminantis actum voluntatis. Qua ratione iuxta D. Thom. 1. 2. quæst. 9. art. 1.* Cognitio movet voluntatem quoad specificationem, sivè motione se tenenti ex parte obiecti * ex quo deducitur bonum propositum voluntati cognitione pure naturali non esse formalitèr, & in esse

49

Alia solutio.

esse obiecti aliquid supernaturale, proindeque nequit specificare affectum supernaturalem. Quod explicari potest in revelatione supernaturali, applicata tamen nobis per rationem naturalem ; quæ quidem prout sic precisse applicata, movere nequit ad fidem supernaturalem. Similiterque: bonum apprehensum per cognitionem sensitivam qua tale, nequit esse formaliter obiectum voluntatis; quia, scilicet, estò bonitas sit ratio formalis in recto motiva voluntatis, cognitio tamen intellectiva se habet, ut complementum essentiale respectu boni in ratione motivi voluntatis. Hinc cōstat exemplum adductum de applicatione ignis nullam vim habere: Tum quia talis applicatio, & si sit antecedenter miraculosa ; hoc est sumpta pro victoria distantiæ localis; secus tamen, sumpta formaliter pro contactu ad passum ; cum hic proveniat ex quantitate ignis extensi in ordine ad locum: Tum quia talis applicatio, nec in recto, nec in obliquo, specificat calefactionem: cognitio verò, utpote se habens ex parte obiecti ut complementum illius in esse talis, pertinet ad specificationem actus voluntatis. Ad ult. Resp. Falsum esse sufficientiam ad affectum supernaturalem consistere in solo principio elevanti ; siquidem voluntas sinè directione intellectus est nedum consequenter, sed etiam antecedenter impotens amare. Undè quemadmodum sinè cognitione intellectus indifferenter proponentis obiecta, non datur libertas in voluntate ; ita sinè cognitione ostensiva boni non datur facultas, vèl sufficientia ad operandum. Quapropter instantia potius est in favorem nostrum ; nàm si repugnat sufficientiam ad actum supernaturalem de ordine gratiæ provenire à natura se sola operanti ; cum sinè cognitione non sit in voluntate sufficientia ad actum: repugnabit voluntatem ex sola directione naturali posse applicare habitus infusos ad supernaturaliter operandum ; aliàs virtus elicitiva supernaturalis ratione habituum, redderetur sufficiens in voluntate ad operandum per cognitionem directivam pure naturalem.

Ad ult.

Loquim. de suffic. proprie accept.

Obijcies 2. Ideò cognitio naturalis non posset excitare affectum supernaturalem, quia est improportionata cum illo ; sed hæc improportio potest uinci à Deo inspecta eius potentia absoluta : ergò. Prob. min. 1. Materia prima non dispositа ad formam est improportionata ad illius receptionem ; similiterque agens distans à passo est improportionatum ad operandum in illo: sed hæc omnia possunt vinci à Deo de potentia absoluta, & supernaturali: ergò. 2. Cognitio sensitiva est de se improportionata ad excitandum affectum spiritualem voluntatis; sed non repugnat divinitus huiusmodi affectum dirigi, & excitari cognitione sensitiva : ergò. Nec valet dicere : improportionem inter cognitionem naturalem, & affectum supernaturalem esse essentialem ; proindequè insuplebilem à Deo. Non, inquam, valet. Quia improportio, quæ non consistit in defectu virium ad elicientiam affectus supernaturalis, nequit esse improportio essentialis ; sed cognitio non prebet vires voluntati ad elicientiam affectus supernaturalis ; cum tantum habeat applicare, sivè manifestare illud obiectum, quod debet amare: ergò improportio inter cognitionem naturalem &c.

50

Arguit. 2.

Sidicas. cont. Est.

Resp. Solutione data. Nàm improportio inter cognitionem naturalem, & affectum supernaturalem, adstruitur à nobis, ne natura subijciat sibi vires gratiæ, aut ex se sit fœcunda positivè in aliquo verò sensu ad opera gratiosa ; cumque hæc omnia sequerentur, si sola cognitio naturalis dirigeret affectum supernaturalem ; ideo existimamus talem improportionem esse essentialem. Per quæ constat ad duo exempla adducta in 1. prob. Quod si scire desideras, quotuplex sit genus dispositionis ex parte subiecti in ordine ad aliquam formam; & quòd nàm ex eis sit suplebile à Deo, quod nam autem non: Consule D. Thom. Complutense Collegium, lib. 1. physic. quæst. 3. art. 6. Ad 2. prob. neg. min. Utpote contra D. Thom. 1. 2. quæst. 9. art. 2. improportio enim inter cognitionem sensitivam, & affectum vo-

51

Respond. Solut. dat.

Ad exem. pla.

luntz

luntatis, est impropertio obiectiva; cum obiectum voluntatis sit bonum cognitum sub ratione vniversali boni: Sub qua consideratione nequit apprehendi per cognitionem sensitivam essentialiter determinatam ad bonum in particulari. Ex quo plane infertur talem improportionem esse essentialem, utpote consistentem in defectu alicuius pertinentis ad specificationem affectus voluntatis. Hinc constat impugnationē solutionis esse nullam. Nàm defectus in pot.ad elicientiam alicuius actus potest esse essentialis, dummodo se teneat, aut ex parte virium agentis; aut ex parte obiecti; cum ab utroque suo modo actus accipiat speciem, de quo D.Thom. hac 1. 2. quæst. 1. art.3. & 1. p. q.3. art.77.

Ad imp. solut.

§2 Sed contra instat Koninch. & arguit 3. Voluntas tendens in bonum supernaturale, & ex motivo supernaturali, tendit in illud per affectum supernaturalem; sed voluntas potest sic tendere directa sola cognitione naturali: ergò pr.min. Voluntas potest tendere in obiectum ea ratione, & ex illo motivo, quo proponitur ipsi per cognitionem; sed per cognitionem naturalem potest proponi bonum supernaturale, & sub motivo supernaturali, ut tuentur probabiliter plures AA. ergò. Confirmat. Si sola cognitio naturalis non posset excitare affectum supernaturalē, homo certo cognosceret, quando eliceret affectum voluntatis naturalem, & quando eliceret affectum supernaturalem; sed iuxta comune placitum Theol. nequit homo certo cognoscere affectum ab ipso elicitum esse determinate entitativè supernaturalem sicuti nequit cognoscere, an amor quem experitur circa Deum, sit naturalis, vel sit supernaturalis: ergò. Sequela probat. Homo certò cognoscit suam cognitionem esse naturalem, si in re ita sit; cum intellectus sit reflexivus supra proprios actus; proindeque discernit inter cognitionem naturalem, & supernaturalem: ergò si affectus supernaturalis petit essentialiter dirigi cognitione supernaturali, & affectus naturalis cognitione naturali, homo certo cognosceret, in quo casu affectus suæ voluntatis esset naturalis, & in quo casu esset supernaturalis.

Arguit 3.

Confirm.

§3 Resp. neg. min. iuxta doctrinam D. Th. & Philosophor. asserentium actus intellectus, & voluntatis accipere suam speciem essentialem ab obiecto, ut stat sub motivo formali; proindeque si hoc est formaliter supernaturale, etiam actus, qui ab illo specificantur, sunt essentialiter supernaturales. Undè, & si oppositū tueantur aliqui: eorum A. tamen opinionem nullatenus possumus admittere, tum propter dicta, tum etiam propter 3. rationem probativam conclusionis, §.6. adductam.

Respond.

§4 Ad Confirm. Resp. Intellectum non posse certo discernere, an cognitio illius fiat solo lumine naturę; vel an fiat lumine gratiæ; estò actus in re sit supernaturalis; de quo tractatu de fide circa illud Dub. *An, scilicèt, possit quis scire se fide divina, & supernaturali, credere misteria nostræ fidei?* Nec obstat reflexio intellectus; nàm hæc regulariter solum est exercite talis, quæ non sufficit ad discernendum directè, & signate, inter cognitionem naturalem, & supernaturalem. Quapropter licèt homo possit experimētal: aliquādo cognoscere, quod affectus propriæ voluntatis non est supernaturalis, non tamen potest sic cognoscere suum affectum esse supernaturalem etiam pro casu, pro quo re ipsa sit supernaturalis. 1. constat, quia potest certo, & experimē aliter cognosc. se operari solum ex motivo, & cogn. naturali; uti contingit, quando cognoscit se moveri ab aliqua utilitate, vel commoditate temporali. 2. etiam constat, nam ad hoc, ut quis certo sciat suum affectum esse supernaturalem, necesse est duo certo scire: primum, scilicèt, voluntatem eius esse præventam illustratione practica supernaturali: 2. nullam in eo protunc existere cognitionem naturalem; quæ duo difficillimum est certo cognoscere pro hoc statu, in quo omnia cognoscimus, per connotationem, & comparationem ad obiecta sensibilia naturalia nobis magis nota.

De hoc PP. salm. Negativ. Resp.

§5 Denique obijcies. Potest affectus

Arg. ult.

tis supernaturalis imperari ex affectu honesto naturali: ergò etiam potest dirigi per cognitionem naturalem. Añs. tuentur plures Theologi, & inter ipsos aliqui Thomistæ relati à PP. Salm. tract. de fide, disp. 5. dub. 2. conseq. constat. Tum à paritate. Tum etiam; quia actus imperans activè influit in actum imperatum, illum què sibi subijcit, & subordinat: per quæ rationes adductæ in probatione conclusionis manifestam patiuntur instantiam. Urget. hoc. Licèt affectus honestus naturalis non possit efficacitèr imperare affectum supernaturalem, potest tamen inefficacitèr, iuxta aliquos ex Thom. Sed hoc ipso potest etiam cognitio naturalis dirigere affectum supernaturalem: ergo. Prob. min. Si affectus honestus naturalis potest imperare inefficacitèt affectum supernaturalem, potest positivè allicere, & inclinare voluntatem ad illius elicientiam. Sed hoc concesso nulla est ratio, cur cognitio naturalis nequeat exercere concursum directivum in affectum supernaturalem: ergò.

Urgetur.

56

Resp. neg. añs. Tam de imperio efficaci, quam semi efficaci, aut inefficaci, distincto à simplici complacentia. Ratio est 1. Quia sequeretur exordium, & initium consensus salutaris posse provenire ex viribus naturæ; cum sit certum imperium esse quoddam exordium, & inchoationem actus imperati. 2. Quia imperium, præsertim efficax, facit sibi debitam existentiam actus imperati; natura autem nequit sibi facere debitum actum salutarem, & gratiam supernaturalem necess. requisitam ad illius existentiam. 3. Quia sequeretur, quod ex duobus hominibus habentibus æqualem sufficientiam intra ordinem gratiæ ad salutariter operandum, ille, qui per actum honestum naturalem imperaret actum salutarem, se discerneret à non imperanti per aliquid pure naturale, discretione, inquam, saltim radicali. 4. Quia omnis concursus positivus in ordine ad formas supernaturales, sivè sit physicus, sivè moralis, denegandus est actibus pure naturalibus. Videantur Illust. Godoy, tract. de Visione, disp. 9. & 10. & M. Poliv. ibidem dub. 3. §. 3. & Illust. Montalv. Nec obstat opinionem contrariam esse probabilem iuxta Thom. Nàm à nobis reputatur falsa, & parum, aut nihil consequens ad sententiam, quam modo propugnamus.

Soluțio.

Affectus natur. nequit imperare supernat.

Vide à nobis dicta tom. 1. dubio 14. de moral.

Sed tamen in gratiam aliquorum Thom. responderi potest permisso antecedenti neg. conseq. 1. Ratio discriminis est; nàm cognitio dirigens affectum supernaturalem non solum activè influit, & movet ad existentiam illius, sed etiam se tenet ex parte obiecti, ut complementum essentiale eius in esse moventis quoad specificationem; cumque actus supernaturalis necessario requirat motivum illius in ratione talis esse supernaturale; ideò cognitio naturalis nequit ipsum immediate dirigere. Oppositum verò contingit pro casu imperij provenientis ex actu honesto naturali; cum hic non determinet voluntatem, nisi sit præventa cognitione supernaturale, per quam intrinsece, & per se regulatur affectus supernaturalis. Undè iuxta hanc solutionem non est deneganda cognitioni naturali directio affectus supernaturalis, quia præcisse influeret, & inchoaret talem affectum; cum hæc omnia convenire ualeat imperio naturali: sed quia cognitio ingreditur, & se tenet ex parte obiecti in ratione moventis voluntatem; quod quidem nequit esse formaliter quid supernaturale, si proponitur per cognitionem pure naturalem. 2. Ratio discrim. est; quia imperium naturale extrinsece, & per accidens, ex dominio, scilicèt, voluntatis, influit determinando principia supernaturalia ad actus supernaturales, quin ex parte ipsorum sit aliqua exigentia, ut ex actu pure naturali imperentur; in casu autem præsentis quæstionis: cum sola cognitio naturalis esset directiva affectus supernaturalis, iste dependeret per se, & intrinsece, absque interventu dominij voluntatis, ab aliquo pure naturali; quæ dependentia est omnino repugnans. Sed præstat 1. solutio.

57

Aliter respond. valet.

Admitt. talis opinio, & assignat. disparitas.

§.

§. VIII.

Occurritur alijs min. momenti.

Argues. OBijcies. Iudicium de consecratione hostiæ à Sacerdote celebrante, est sufficiens regulare actum adorationis, qui sine dubio est supernaturalis; sed tale iudicium est entitativè naturale: ergò. Prob. min. Tale iudicium, estò sit prudenter formatum, potest esse in re falsum, ut est certum. Sed hoc ipso nequit esse entitativè supernaturale, ut modo debet supponi: ergò. Nec obstat si dicas: hanc universalem: *Omnis hostia ritè consecrata est adoranda*, cognosci fide supernaturali, proindèque per illam regulari actum adorationis. Non inquam obstat 1. Quia saltim in consortio cognitionis supernaturalis poterit cognitio naturalis regulare affectum supernaturalem. 2. Quia talis cognitia universalis solum mediatè regulat affectum supernaturalem; regulativum vero proximum, & immediatum adorationis hic, & nùnc exhibitæ, solum est iudicium de consecratione huius hostiæ in particulari; quemadmodum omnis effectus particularis petit pro causa proximè, & immediatè ipsum efficiente aliquam causam particularem ab universali distinctam. Confirmat. hoc exemplo Confirm. eius, qui probabiliter, aut probabiliùs, vel si mavis, certo moraliter, credit se comisisse peccatum læthale in casu gravis tentationis, estò in re tale iudicium sit falsum: in quo casu tenetur elicere actum doloris supernaturalis ad sui iustificationem; cum tamen iudicium regulativum illius sit purè naturale: tùm quia in re falsum. Tùm quia non innititur alicui motivo supernaturali.

Solutio. Ad 1. Resp. ex his, quæ frequentèr dicuntur tract. de conscientia, & nos latè propugnavimus tractat. de merit. iust. negando tale iudicium esse regulativum immediatum affectus adorationis; cùm non proponat ex vi suæ tendentiæ aliquam honestatem, aut convenientiam ad finem supernaturalem; sed solùm Consecrationem illius Hostiæ in particulari. Voluntas autem nequit immediatè regulari in suis affectibus, nisi ex parte illorum proponatur ab intellectu honestas, aut conveientia. Undè affectus adorationis supernaturalis in dicto casu regulatur sequenti iudicio: *Bonum, conveniensque rationi supernaturali, est hic, & nùnc adorari Hostiam, quam prudentèr iudico esse consecratam*; quod quidèm iudicium est supernaturale, simulque verum, tàm practicè, quàm speculativè, ut de se constat. Interim videatur Mag. Sern. apud Ferr. tract. de merit. iust. dub. 3. art. 4.

Ad confir. Resp. eodem modo: Nàm iudicium illud erroneum non Ad confirm. est immediatum excitativum doloris liberi supernaturalis; sed iudicium de honestate, aut conducentia ad salutem apprehensam in dolore de peccato, quod iudicat fuisse ab illo commissum: quod quidèm iudicium est supernaturale. Aliter potest argui, in Aliud argum. casu scil. quòd quis fidelis invincibiliter erroneè iudicet *dari Quaternitatem Personarum in Divinis*, vel alia huiusmodi; quia sic audivit à Parrocho, & alijs. In hoc enim casu tenetur elicere actum fidei; unde omittens actum fidei contra conscientiam operatur, peccatque contra fidem: ergò potest elicere actum fidei. Cumque cognitio inducens obligationem credendi, utpotè erronea, sit naturalis, non repugnat ex vi huius excitari, & regulari aliquem actum liberum supernaturalem. Ad hoc Resp. neg. tùnc Respond. casus hominem teneri credere fide divina subiectivè; sive Theologica, aut infusa: aliàs fides posset elicere assensum falsũ, quod negatur à Theol. tract. de fide. Solum ergò tenetur elicere actum, qui sibi videatur esse actum fidei infusum; licet in re non sit. Sic enim operando adimplet obligationem, quam sibi conscietia erronea dictat. Nec obstat in omis. actus, quẽ existimat esse præceptũ, peccare contra fidem: Nàm malum exquocumque defectu. Et rursùs; quia ad tale peccatum sufficit operari contra conscientiam, estò invincibiliter erroneã.

§. IX.

Corollaria ex dictis.

§8

INferes 1. Cognitionem naturalem non posse conservare se sola affectum supernaturalem 1. elicitum media cognitione supernaturali- Primum.

Oppositum tuetur P. Montoya; sed
Prob. 1. ex dictis facilè suadetur: Nàm conservatio positiva alicuius rei est continuata productio illius: ergò causa se sola impotens ob sui inferioritatem producere aliquem effectum, nequit illum se sola positivè conservare: ergò si cognitio naturalis &c. Ulteriùs.
Secundo. Causa conservativa effectus quoad sui substantiam, æquivalet in virtute causę 1. influenti in ipsũ; sed ordo naturæ nequit sic æquivalere ordini gratiæ; cum sit in ordine longè inferiori: ergò. Concedi tamen valet prædictam cognitionem naturalẽ posse conservare per accidens, & removendo prohibens, existentiam affectus supernaturalis; talis enim modus conservationis longè differt à 1. pro quo videatur S.
Secundũ. D. 1. p. q. 114. a. 2. Inferes 2. Voluntatẽ præventam illustratione supernaturali, & naturali, circa idem, vel diversũ obiectum, habere libertatẽ, ut eliciat affectum naturalem circa illud, sequendo ductum rationis naturalis, vel affectum supernaturalem sequendo illustrationem supernaturalem: nõ tamen habere libertatem, ut moveatur ex utraque illustratione, si velit elicere affectum supernaturalem. Ratio est: Nàm actus voluntatis nõ movetur à cognitione, nisi ratione motivi propositi per ipsam; cumque cognitio naturalis solum possit proponere motivum naturale, sequeretur affectum supernaturalẽ adæquatè talem moveri saltim inadæquatè ab aliquo purè naturali; quod iuxta principia solida circa specificationem actuum repugnat.

59 Inferes 3. Gratiam excitantem affectionis in actu indeliberato consistentem, & moventem voluntatem ad
Tertium. affectum liberum supernaturalẽ, necessario debere esse etiam supernaturalem. Ratio est: Nàm sicuti gratia illuminationis dirigit voluntatem ostendendo, & suadendo elicientiam affectus supernaturalis; ita gratia affectionis movet positivè voluntatem, eãque intrinsecè inclinat ad elicientiam talis affectus; sed nihil purè naturale potest movere positivè voluntatem, eamque inclinare ad elicientiam affectus liberi supernaturalis: ergò gratia affectionis &c. Idem confirm. potest ex his, quibus probãt Th. tract. de Vis. repugnare appetitum elicitũ naturalem adhùc inefficacem, ex quo possit positivè procedere affectus supernaturalis; insuperque ex his, quibus tract. de Prædest. probãt actus honestos naturales non posse obtinere rationẽ dispositionis, adhùc remotæ, ad gratiam supernaturalem; siquidem affectus intrinsecè movens, alliciens, & inclinans voluntatem ad affectum liberum supernaturalem, absolubiõ obtinet rationẽ dispositionis respectu illius. Deniq. Quia iuxta hunc modum dicẽdi meliùs salvantur testim. Conc. & PP. asserentium homines nõ posse salutariter operari sine gratia Dei illuminanti, & inspiranti: pro quo recolantur dicta dub. 1. & 2. & videri potest P. Ripalda tom. 2. disp. 106.

Inferes 4. Necessitatem gratiæ excitantis supernaturalis, acceptæ pro 60
actibus indeliberatis, & imperfectis, ad eliciendum actus liberos supernaturales; non esse absolutam, & ex terminis loquendo, ut ex dictis dub. anti. constat: esse tamen necessitatem conditionatam, scil. ex suppositione, quod ad elicientiam actus liberi supernaturalis debeat præcedere aliqua cognitio imperfecta, & subita affectio, alliciens voluntatem: siquidẽ in hac hypothesi, nec cognitio, nec affectio, possunt esse quid purè naturale, ut ex toto dub. constat. Inferes 5. Ad actus
Quintum virtuosos naturales, maximè si sint ardui, etiam præcedere regularitèr loquendo actus excitantes, scil. illustrationem, & affectionem in voluntate, per quam voluntas disponitur, ut prorumpat in actus liberos, & perfectos. Ratio est. Quia omne agens procedẽs de potentia ad actum priùs prorumpit in actum imperfectum, quam perfectum; unde sicuti intellectus priùs apprehendit, quam iudicet in speculabilibus; ita similiter priùs elicit cognitionem practicam imperfectam, quã perfectam proponentem elicientiam actus honesti cum indifferentia, & libertate. Id ipsum contingit in voluntate, præsertim post peccatum originale, vi cuius mãsit debilitata ad operandum honestè etiam intra ordinem naturæ; quapropter priùs ex gratia Dei, ut A. naturæ, afficitur amore, & complacentia indeliberata circa bonum virtutis, ut postmodum sic roborata,

rata,&dispositâ eligat amore efficaci, & absoluto,virtuosè honestèq operari.Cæterùm,cum tàm intellectus,quã voluntas,habeant virtutem intrinsecã sufficientem adelicientiam horum actuum(cum sint purè naturales)non requiritur infusio alicuius qualitatis per modum principij in intellectu, aut voluntate ; sed sufficit sola Dei motio excitans intellectum , ut subitò apprehendat convenientiam in elicientia actus honesti , & motio excitans voluntatem , ut subitò eam amet,& per quã disponatur ad actum honestum liberum , & efficacem. An autem cognitio supernaturalis possit dirigere affectum naturalem ; quin propter hoc appareat aliqua inconsequentia in dictis hoc dubio? Videatur pro hoc Mag. Boliv. tract. de Gratia Christi dub. 5. §. 6. à num. 82. Non enim repugnat virtutem superiorem , qualis est cognitio supernaturalis, respectivè ad cognitionem naturalem , posse exercere , & producere id ipsum , quod facit virtus inferior. Unde estò talis cognitio proponeret motivum , quod respectivè ad ipsam esset supernaturale, proponeret etiam voluntati motivum naturale ; ut ex illo moveretur ad elicientiam affectus naturalis. *Et hæc de hoc dub. applicand. litteræ Mag. ubi præcedens.& in 2.d.41.*

DUBIUM VII.

AN GRATIA EXCITANS ORDINIS naturæ consistens in actibus intellectus, & voluntatis,influat physicè effectivè in actus liberos ad quos excitat?

§. I.

SUPPONUNTUR ALIQUA.

N. 1 ACturi dubio sequenti de concursu gratiæ excitantis supernaturalis ad actus liberos salutares ; oportunum duxi triplici de causa priùs examinare concursum cognitionis , & affectionis intra ordinem naturæ ad actus liberos absolutos , & efficaces eiusdem ordinis. 1. ut solidiùs procedamus agentes de influxu gratię excitantis relatè ad actus supernaturales, discurrendo cum proportione ad actus naturales. 2. ut doctrinam Ang. Mag. circa prædictum concursum percipientes , illustremur ; & plura scitu digna (ut legenti constabit) eiusdem luce aperiantur. 3. ut sententiam probabiliorem in via D.Thom.dissidentibus inter se SS.MM.intra Scholam Angelicam circa modum,quo cognitio regulans actum voluntatis influit in illum , authoritate , & rationibus ostendamus. Quia tamen gratia excitans includit cognitionem , & affectionem ; de his sigillatim agemus, & Authores pro utraque sententia ibidem referemus.

Certum est 1. gratiam excitantem in sensu suprædicto acceptam 2
influere aliquomodo effectivè in consensum liberum , & efficacem ; si- Primo.
quidem prædicti motus disponunt, adiuvantque voluntatem ad elicientiam talis consensus,proindèque exercent aliquem concursum effectivũ in ipsum iuxta doct.D.Th.2.Phys.lect.5 ubi sic habet:*Considerandũ quod quadruplex est causa efficiens scil.perficiens,*

præparans, adiuvans, & consilians. Attamen solum causa perficiens est efficiens cum omni rigore. Unde difficultas procedit de concursu effectivo
Secundo. propriè tali. Certum est etiam 2. illuminationem intellectus concurrere effectivè moralitèr ad prædictum consensum. Ratio est. Nàm concursus effectivus moralis saltim inadæquatè consistit, & explicatur per hoc, quod est suadere, & allicere voluntatem ad consensum; sed illuminatio intellectus ostendens voluntati honestatem repertam in consensu, suadet, & allicit ipsam ad elicientiam prædicti consensus: ergò talis illuminatio concurrit &c. Explicatur hoc. Suasio, & ostensio exterior facta voluntati unius hominis ab altero homine, concurrit per modum causæ ad actum, quem suadet; cum influat in existentiam illius; sed non per modum causę physicè influentis: ergò saltim per modum causæ effectivæ moralis: ergò potiori ratione illustratio interiùs suadens, & alliciens voluntatem ad liberum consensum, erit causa effectiva moralis illius. Ex quo deducitur, Deum media illustratione practica boni, per quam allicit voluntatem, eamque hortatur, ut honestè operetur, rectè dici causare effectivè moralitèr existentiam talis consensus. Quapropter restat dubium; An ratione huiusmodi illustrationis, quam infundit, exerceat etiam munus causæ physicè influentis in actum voluntatis ex tali illustratione consequutum.

3 Certum est 3. hanc eandem causalitatem moralem convenire affectioni indeliberatæ voluntatis in ordi-
Tertio. ne ad consensum liberum. Ratio est. Nàm voluntas per huiusmodi affectionem intrinsecè inclinatur, trahitur, & allicitur, ut eliciat liberum consensum: ergò talis affectio est causa saltim moralitèr influens in existentiam illius. Diximus illustrationem, & affectionem esse causam effectivam, saltim moralem, respectu consensus liberi: Nàm respectivè ad potentias intellectus, & voluntatis, exercent munus causæ quasi formalis: quatenùs, scilicèt, media sui unione intrinseca cum illis influunt in existentiam consensus liberi, ad quem movent voluntatem. Nec oportet, ut concursus effectivus moralis affectioni indeliberatæ conveniens, sit eiusdem rationis secundum speciem infimam cum concursu effectivo motali illustrationi intellectus convenienti. Iste enim est concursus moralis directivus, & strictè suasivus consensus liberi; ille autem dicitur moralis, quatenùs se tenet ex parte obiecti, & quatenùs trahit suavitèr voluntatem ad liberè consentiendum mediāte complacentia, & delectatione circa bona.

Advertendum tamen cum M. Prado in Metaph. part. 2. controv. 8. art. 2. causam *physicam effectivam* attento rigore vocis esse causam corporalem, sive sensibilem iuxta doctrinam Div. Thom. 6. Metaph. lect. 1. Unde in hoc sensu verum est prædictos motus gratiæ excitantis, non esse causam physicè effectivam etiam consensus supernaturalis, cum nec in hoc sensu Deus, vel Angelus possint dici causa physica, cum non sint causæ sensibiles, & agentes cum motu. Cæterùm causa *physica*, iuxta communem Theologorum, & Philosophor. acceptionem, sumitur iam pro causa verè, propriè, & realitèr seipsa influenti in existentiā effectus; & non propriè hortando, alliciendo, & invitando, ad illius executionem. In quo sensu Deus est causa physica dùm creat, & Angelus, dùm efficit motum; & intellectus, & voluntas, quando producunt intellectionem, & volitionem. Ex quo apparet, quod inquirere; An gratia illuminationis, & affectionis influant physicè effectivè in cōsensum naturalem; est idem ac inquirere; An influant in illum per influxum positivum propriè talem distinctum ab influxu per modum obiecti, & per modum finis, sive per modum alicuius purè disponentis voluntatem ad liberè consentiendum? Et quamvis sit etiam omninò indubitatum prædictos motus non concurrere effectivè ut quod; Tùm etiam ut quo per modum potentiæ, aut virtutis: cum huiusmodi concursus solū homini, & eius voluntati conveniat; restat tamen difficultas de concursu effectivo per modum complentis activitatem voluntatis; qualitèr intē-

4 Adverten dum.

tio

tio efficax finis est causa electionis, & assensus præmissarum est causa assensus conclusionis.

§. II.
STATUITUR PRIMA CONCLUSIO.

Cognitio naturalis non concurrit effectivè ut quo in aliquo verò sensu ad actum voluntatis, quem dirigit.

5 ITa Magist. à Sanct. Thom. in 1. 2. q.9.art.1.Magist.Gonet de actibus hum. disp.6. art. 1. Referens pro se plures antiquos Thom. P. Oviedo, controv.1. de necessit. gratiæ punct. 7. eamque, ut probabiliorem existimant,P.Ripalda disp. 107. & quidam Recent. Complutensis,concedentes influxum effectivum solum illustrationi supernaturali. Prob. ex D. Thom. 1. contra G. cap. 27. per hæc verba: *Intellectus non movet voluntatem secundum modum causæ efficientis, sed secundum modum causæ finalis, proponendo ei suum obiectum, quod est finis.* Deindè 1. p. q.82. art. 4. Sic ait: *Aliquid dicitur movens dupliciter; uno modo per modum finis, & hoc modo intellectus movet voluntatem; alio modo per modum agentis, sicut alterans movet alteratum, & impellens movet impulsum, & hoc modo voluntas movet intellectum, & omnes animæ vires.* Quo nihil videtur clarius. Rursus hac 1.2. q.9. art. 1. postquam distinxit duplicem modum movendi aliquam potentiam; unum, scilicèt,ex parte subiecti, & quoad exercitium; alterum verò ex parte obiecti, & quoad specificationem, subdit: *Hoc 2. modo intellectus movet voluntatem proponendo, & præsentando ei suum obiectum.* At qui motio ex parte obiecti se tenens pertinet ad genus causę formalis, vel finalis, extrinsecè specificantis: ergò intellectus nullatenus influit effectivè in actus voluntatis,quos dirigit, & excitat media cognitione naturali. Similia docet quæst. 22. de verit. art.2.

Auth. pro concl. ex S. D.

6 Ratio à priori est. Id, quod concurrit ad actum voluntatis, concursu se tenenti ex parte obiecti talis actus, non concurrit effectivè ad ipsum; sed hoc modo concurrit cognitio intellectus ad actum voluntatis:ergò talis cognitio,&c.Mai videtur certa; siquidem causa influens in effectum influxu se tenente ex parte alterius concausæ influit eodem genere influxus; quapropter,quia dispositiones ad formam substantialem se tenent ex parte materiæ,quam prępparant, ac disponunt ad illam, eorum causalitas reducitur ad genus causæ materialis. Similitèr,quia ars effectivè concurrit ad existentiam artificiati,instrumentum, & alia comprincipia, quæ se tenent ex parte illius, influunt etiam effectivè in idem artificiatum; idem de actione productiva termini, quæ se tenet ex parte virtutis activę ut causalitas illius. Minor verò prob.Id ratione cuius obiectum voluntatis redditur proximè, expedite,& complete potens movere,& allicere volũtatem ad sui amorem, influit concursu se tenenti ex parte obiecti; utpote complementum,& quasi ultima perfectio illius in esse talis.Sed obiectum voluntatis non est potens proximè,expedite, & conplete movere,& allicere voluntatem ad sui amorem, nisi actu propositum per cognitionem intellectus, ut est certum: ergò.

Prob. rat.

Explic. hoc. Cognitio proponens voluntati bonum ab ipsa amabile,conplet prædictum bonum in ratione moventis voluntatem ad amorem:tum quia voluntas nequit ferri in incognitum: tum quia obiectum formale voluntatis tam motivum,quam terminativum, explicatur his terminis: *Bonum apprehensum ab intellectu.* Qua ratione iuxta D. Thom. 1.part. quæst.80.art. 2. ad 1 *appetibili non accidit esse apprehensum per sensum, vel intellectum; sed per se ei convenit.* Sed obiectum formale voluntatis concurrit ad sui amorem in genere causæ formalis, sive finalis: ergò cognitio proponens bonum voluntati nequit concurrere in genere causæ efficientis ad talem amorem. Prob. hæc conseq. Causa formalis obiectiva, vel finalis, nequit compleri in ratione talis,complemento,sive actualitate per se, per concursum spectans ad genus causæ efficientis; cum prædictæ causæ sint ex genere suo diversæ: ergò si bonum

7 Explicat.

in ratione moventis, & allicientis voluntatem, concurrit ad sui amorem in genere causæ formalis &c. Sic ex S. D. 1. p. quæst. 106. a. 2. dicente: *Ostensionem boni esse motionem ex parte obiecti.*

Urgetur sub alia forma. Cognitio intellectus non aliter influit in actum voluntatis, nisi quatenus ei proponit, sive ostendit bonum ab ipsa amabile; sed huiusmodi concursus non est effectivus cum proprietate: ergo. Prob. minor. Concursus per modum proponentis, sive ostendentis voluntati bonum ab ipsa amabile, est concursus per modum dirigentis ipsam voluntatem ad actum amoris; quid enim aliud est dirigere cum proprietate; quam proponere, sive ostendere alteri ratione, aut motiva, quibus determinetur ad operandum? Sed concursus directivus ex se non dicit veram, & propriam efficientiam in id, ad quod dirigit: ergo. Minor, præterquam quod videtur certa respectu agentis liberi, cuius directio ad genus causæ moralis tantum spectat, prob. Exemplo Logicæ dirigentis alias scientias, sive ostendentis modum, quo valeant efficere proprias demonstrationes. Et exemplo Magistri dirigentis discipulum ad acquisitionem scientiæ; & exemplo pueri dirigentis cœcum. Et tamen huiusmodi concursus directivi, non spectant propriè ad genus causæ efficientis: ergo voluntatem dirigi ductu rationis &c. Nec obstat, quòd Magister dirigens non ponit aliquid intrinsecè in discipulo; cognitio autem est intrinseca volenti. Non inquam obstat. 1. Nàm quòd talis cognitio extrinseca voluntati, sit intrinseca volenti, se habet per accidens ad variandum genus causæ, cum habeat eundem modum concurrendi, scilicèt, ostendendo, & proponendo voluntati bonum ab ipsa amabile. Quapropter propositio, & directio proveniens à Magistro erit causa moralis purè extrinseca, propositio vero à cognitione proveniens erit causa moralis intrinseca volenti ratione unionis.

8 Urgetur.

Quædam Respons. impugn.

§. III.

Refertur, & explicatur quædam Thom. sententia.

QUidam Sapientissimi Magistri infra citati asserunt, bonum apprehensum ab intellectu simul cum iudicio de convenientia illius, non solum influere in actum voluntatis per modum causæ obiectivæ, aut finalis, sed etiam per modum causæ efficientis *ut quo*; proindeque simili influxu gaudere cognitionem repræsentativam boni, licet in recto, & secundum se accepta, non sic influat. Pro cuius intelligentia advertunt bonum apprehensum posse dupliciter considerari: 1. quidem secundum esse reale, quod habet in re, & extra intellectum; & sub hac ratione concurrit tanquam causa formalis specificans actum voluntatis; utpote terminus proprius actus voluntatis. 2. autem modo potest considerari bonum apprehensum secundum quod habet esse intra intellectum media notitia, & iudicio de convenientia sui: & hoc pacto concurrit effectivè simùl cum voluntate, ut movens ipsam ad productionem actus amoris. Quod alijs terminis breviùs, & clariùs explicatur. Bonum apprehensum, sive finis habet, & movere voluntatem ad sui amorem per modum principij, & formæ determinantis voluntatem ad actus in determinata specie, & simùl habet esse terminum prædicti amoris, sive cuiusvis alterius inclinationis. Si hoc 2. modo consideretur bonum apprehensum, non concurrit effectivè ad actus voluntatis; cum prout sic solum habeat terminare per modum obiecti inclinationem illius. Unde sicuti centrum v. g. hac ratione nō influit effectivè in motum lapidis, ita discurrendum de bono apprehenso, prout terminat inclinationem elicitam voluntatis. Si autem consideretur 1. modo, sic influit effectivè ut *quo*; cum se habeat, ut forma actuans, & movens voluntatem; de ratione autem formæ est esse principium *quo* effectivum operationis. Ita

9

6

Mag.

Magist. Zumèl, tom. variarum, tract. de voluntate hominis, fol. 53. & Magist. Lemos, tom. 3. part. 1. tract. 2. cap. 17. ubi sententiam Cayetan. Paludan. Conrado, & aliorum Thomist. satis solidè, & ingeniosè illustrat. sed ut clarius procedamus.

Mag. Ban. problem. 1. p. q. 82. art. 2. & M. Ildef. Baptista, disp. 113.

§. IV.

SECUNDA CONCLUSIO.

Bonum apprehensum non concurrit effectivè ut* quo *ad actum voluntatis.

10 PRob. ex D. Thom. hac 1. 2. quæst. 9. art. 1. ubi explicans, qualitèr obiectum voluntatis ipsam moveat; solum concedit motionem quoad specificationem actus, dicens: *Obiectum movet determinando ad actum ad modum principij formalis, à quo in rebus naturalibus actio specificatur* Sed movere quoad specificationē, & motione se tenēti ex parte obiecti non est effectivè movere; aliàs genus causæ formalis, & specificativæ, confunderetur cum genere causæ efficientis: ergò bonum apprehensum, quatenùs consideratur, ut movens voluntatem, non influit ut *quo* in eius act. 2. D. Thom. 1. part. quæst. 48. art. 1. ad 4. (per quod explic. illud Commentatoris 3. de Anima textu 55. *Undè Balneum in anima est agens desiderium* in quo fundantur AA. oppositi) hæc habet: *Aliquid dicitur agere triplicitèr. Uno modo formalitèr, sicut albedo facit album. Alio modo effectivè, sicut Pictor dicitur facere album parietem. Tertio modo per modum causæ finalis, sicut finis dicitur efficere movendo efficientem.* Ex quo testimonio infertur primo bonum apprehensum, prout habet esse in anima mediāte sui cognitione, non influere proprie effectivè, ut expressè affirmat D. Thom. ubi immediatè. Infertur 2. bonum apprehensum influere in actum voluntatis tantum per modum causæ finalis. Sed hic influxus non est propriè influxus effectivus; cum causa finalis, & causa efficiens ex genere suo distinguantur: ergò bono apprehenso etiam, prout habet esse in anima, non convenit influxus proprie effectivus.

Prob. ex Ang. Mag.

Aliud test. tim.

Prob. ratione. Bonum non concurrit effectivè ad actum voluntatis, prout habet esse in anima mediante sui cognitione: ergò bonum &c. Prob. añs. Bonum non concurrit effectivè ad actum voluntatis ea ratione, qua habet esse in cognitione, ut dirigenti, & illuminanti voluntatem ad actum amoris; cum munus ostendentis, & dirigentis, sit munus causæ moralis se tenens ex parte obiecti, moventis quoad specificationem. Sed bonum, prout habet esse in anima mediante sui cognitione, est bonum habens esse in cognitione, ut dirigenti, & illuminanti voluntatem ad actum amoris; cum essentia talis cognitionis sit ostendere, & repræsentare voluntati bonum ab ipsa amabile: ergò bonum, prout habet esse in anima &c. Explicatur hoc. Ideò bonum apprehensum, prout habet esse extra animam, non concurrit efficienter ad amorem sui, quia prout sic trahit ad sē voluntatem, in quo solum exprimitur munus causæ formalis extrinsece terminantis prædictum amorem; sed hæc eadem ratio militat in bono, prout habet esse in anima media cognitione sui: ergò si 1. modo consideratum non concurrit effectivè &c. Prob. min. Bonum trahit etiam voluntatem ad amorem sui ea ratione, qua est obiectum motivum voluntatis; sed ratio obiecti motivi convenit bono apprehenso, prout habet esse in anima media cognitione sui: ergò bonum apprehensum, prout habet esse in anima, habet etiam trahere ad se voluntatem ad amorem sui.

11 Ratio probat.

Explicat.

Nec valet dicere bonum apprehensum sub ratione obiecti terminativi trahere ad se voluntatē per modum termini; at verò sub ratione obiecti motivi trahere illam ad se activè, & per modum moventis, ideòque, & si 1. modo non dicat aliquam efficientiam in sui amorem; secus tamen 2. modo. Non inquam valet. Bonū apprehensum consid. sub munere obiecti motivi nequit trahere ad se voluntatem effective ut *quo*; aliàs, ut concedit solutio, nequit illam trahere

12 Sidicas:

Rejicitur

effectivè sub munere obiecti terminativi : ergò bonum apprehensum &c. Prob. mai. Bonum apprehensum sub munere obiecti motivi exprimit munus obiecti formalis *quo* respectu voluntatis ; cum obiectum motivum cuiusvis potentiæ , & actus sit idem quod obiectum *quo* illius ; sicuti obiectum terminativum accipitur pro eodem,ac obiectum *quod*. Sed bonum apprehensum submunere obiecti formalis *quo* voluntatis nequit traherillam ad se effectivè:etgò bonum apprehensum sub munere&c.Prob.min. Bonum apprehensum nequit trahere ad se volunt.effectivè sub munere exprimente munus causæ formalis extrinsecè illam specificantis;cum causa formalis , & effectiva genere distinguantur ; sed munus obiecti formalis *quo* , est munus causæ formalis extrinsecè specificantis potentiam , vel actum,cuius est obiectū formale *quo*, ut est innegabile : ergò bonum apprehensum sub munere obiecti formalis *quo* voluntatis nequit effectivè trahere illam ad sui amorem.

13 Terria ratio.

Prob. 3. conclus. De ratione causæ efficientis , sive ut *quod*, sive ut *quo*, est assimilare sibi effectum ; præsertim si sit principalis: Iuxta illud omne agens agit sibi simile; * sed amor procedens effectivè à voluntate , nec assimilatur cognitioni , nec bono apprehenso,prout habet esse intra animam:ergò talè bonum nullatenus concurrit effectivè ad sui amorem. Min. quoad 1. part. est certa ; cum amor , & cognitio solum genericè conveniant , & aliundè differant essentialitèr penès diversitatem lineæ. Quoad secundam, verò prob. Amor essentialitèr est inclinatio,& impulsus voluntatis in bonum apprehensum ; sed huiusmodi formalitas inclinationis, & impulsus, nullatenus convenit bono apprehenso , sive consideretur , prout habet esse extra animā,sive prout habet esse in anima; cum illùd sub utraque considerat.activetrahat ad se voluntatem: ergò. Hæc ratio confirmari potest ab opposito,scilicèt, in specie intelligibili , de qua plures Thom.probant influere effectivè ut *quo* in intellectionem sequenti discursu. Id quod præcedit intellectionem,& terminum illius , tanquam principium, cui per se assimilatur prædictus terminus, concurrit effectivè ut *quo*, cum ipso intellectu;cum omne agens intendat assimilare sibi effectum in forma, quæ est principium *quo* agendi ; sed verbum mentis , sive species expressa , quæ est terminus per se intellectionis , & intellectus intelligentis per illam , assimilatur speciei impressæ præcedenti per modum principij : ergò species inpressa concurrit effectivè ut *quo* simul cum intellectu ad productionem verbi. Sic Magist. à S. Thom. lib. de Anima circa concursum speciei intelligibilis ad cognitionem obiecti.

* De hoc S. D. q. 62. art. 1.

Sic S. D. 1. p. q. 5. art. 1.

§. V.

Solvuntur argumenta contra primam conclusionem.

OBijcies 1. Quod est causa , & principium amoris,influit effectivè in amorem ; sed huiusmodi est cognitio iuxta D. Thom. 1. 2. quæst. 27. art. 1. Ubi hæc habet: *propter hoc dicit Phil.9.Ethicorum,quod visio corporalis est principium amoris sensitivi , & contemplatio spiritualis principium amoris spiritualis* : ergò. Confirm. Id quod comparatur ad voluntatem, ut movens ad mobile,& activum ad passivum, est principium effectivum saltim ut *quo* actuum voluntatis ; cum agere idem sit,ac efficere. Sed iuxta D. Thom. 1.p. quæst. 82. art.3. ad 2. *intellectus est prior voluntate, sicut motivum mobili , & activum passivo* : ergò intellectus media sui cognitione influit effectivè ut *quo* in actus voluntatis. Urgetur. Id, quod se habet, ut fructus , & proles cognitionis , procedit effectivè ab illa ; sed sic se habet amor respectu cognitionis practicę ipsum excitantis; ut docet D. Aug. lib. 15. de Trinit. cap. 23. & expresis verbis S. Bern. lib. de Interi Domo , cap. 68. pagina mihi 1063. ergò cognitio practica amoris &c.

14 Arguit. 1. Confirm. Urgetur.

Resp. mai. Ex terminis esse absolutè falsam. Ratio enim causæ , & principij convenit , non solum causæ effec-

15 Solutio

effectivæ, sed etiam causæ influenti per modum obiecti, vèl per modum finis; vèl per modum causæ exemplaris : quapropter idèa absolute dicitur *principium cognitionis, & operationis arte facti*, quin tamen effectivè concurrat ad cognitionem, vèl operationem illius. Deindè claritatis gratia, disting.mai. Quòd est causa, & principium amoris purè per modum proponentis, & ostendentis voluntati bonum, quod est obiectum amoris, neg.mai. Quod est causa, & principium amoris alitèr, perm. mai. & cum eadem explicatione ad testim. D.Thom. in minori neg.conseq. Ut enim diximus in prob. Conclus. concursus ostensivus, & illuminativus non est de se propriè effectivus, sed directivus, & in agentibus liberis ad genus causæ moralis spectans. Causalitas autem, sive influxus, quem S. D. attribuit cognitioni respectu amoris loco adducto, solum est ostensivus, quod facile convincitur referendo verba antecedentia, & subsequentia. Probaverat enim cognitionem esse causam amoris hoc discursu. *Bonum est causa amoris per modum obiecti. Sed bonum non est obiectum appetitus, nisi prout est apprehensum*: ergò *apprehensio est causa amoris.* Deindè post verba relata in argumento subdit: *Sic igitur cognitio est causa amoris ea ratione, qua, & bonum, quod non potest amari, nisi ut cognitum.*

16 Ex quibus liquet D. Thom. solum attribuere cognitioni causalitatem obiectivam, quatenus se tenet ex parte obiecti, ut potentis proximè movere voluntatem ad sui amorem; cumque obiectum sit causa, & principium actus ab illo dependentis; ideò absolute dixit cognitionem boni esse causam, & principium amoris. Quod confirmari potest ex eodem S. Doct. 2. 2. quæst. 26. art. 2. ad primum dicente: *Visio est causa dilectionis, quia est via quædam ad acquirendam dilectionem*; ubi solum tribuit concursum dispositivum, sive directivum visionis in ordine ad actum amoris. Deindè quæst. 22. de verit. art. 11. ad 5. Explicans qualiter intellectus media sui cognitione sit causa amoris; hæc habet *dicendum quod intellectus movet voluntatem non ut inclinans eam in id, in quod tendit, sed sicut ostendens id, in quod tendere debet. *Sed concursus ostensivus obiecti, in quod debet tendere voluntas, non est proprie effectivus, sed pure directivus actus: ergò.

17 Ad Confirmat. Resp. Cognitionem se habere ad actum amoris, ut causam activam, & moventem voluntatem ad illius elicientiam; non probare determinate concursum effectivum, sed, vèl effectivum, vèl directivum, vel obiectivum. Constat hoc. Tum in idea activè concurrenti ad cognitionem, & productionem artefacti. Tum etiam in causa finali activè moventi voluntatem ad sui amorem, & electionem mediorum. Tum etiam in habitu logicæ directivè concurrenti ad acquisitionem aliarum scientiarum, & in Magist. illuminate discipulum ad cognitionem scientificam alicuius veritatis : quapropter omnis concursus, dummodo non sit concursus passivus, meritò dicitur activus, estò non sit proprie effectivus, sed vel directivus, vel obiectivus. *

18 Ad urg. Resp. Amorem in proprie dici prolem cognitionis practicæ; cum voluntas à qua effectivè procedit, non sit potentia assimilativa, ut latè docent Thom. cum suo Angel. Præcept. 1. p. q. 27. art. 2. & 3. Quapropter ex tali locutione Diui Bernard. & P. August. solum prob. Cognitionem se habere, ut principium amoris; ad quod sufficit esse principium directivum, vel se tenens ex parte obiecti, quod obtinet rationem principij formalis specificantis actum amoris. Per hæc constat ad fundamentum, quo movetur Magist. Medina, quæst. 10. art. 2. ad tuendam sententiam oppositam; * quia, scilicèt, si cognitio esset pura applicatio boni ad actum amoris, tantum esset causa per accidens illius, sicuti se habet applicatio ignis respectu combustionis * solvitur inquam. Nàm, ut sit causa per se, sufficit, quod se teneat ex parte obiecti illam essentialitèr complendo in ratione proximè moventis, & terminantis actum amoris; ita ut bonum non intelli-

* Sic S. D. 1. p. q. 105. art. 5. excipiens solam materiam.

Ad urg.

Ocurrit fundam. M. Med.

telligatur adæquatè, & completè constitutum in ratione obiecti motivi, aut terminativi actus amoris; nisi intelligatur, ut practicè cognitum. Undè non se habet sicuti applicatio ignis ad passum; hæc enim est purè localis non complens per se virtutem contentivam ignis in ratione virtutis productivæ: cuius oppositum contingit in cognitione complente per se, & quasi actuante bonitatem intrinsecam obiecti, ut in actu 2. alliciat, & moveat voluntatem.

19 Obijcies 2. Cognitio practica boni est cognitio fœcunda amoris, quemadmodum cognitio purè speculativa dicitur sterilis, & infœcunda. Sed fœcunditas importat efficientiam physicam: ergò. Confirm. 1. Cognitio facilitat, & inclinat voluntatem ad amorem: ergò physicè effectivè influit in illum. Prob. conseq. Quia habitus est facilitas, & inclinatio potentiæ ad proprios actus, influit physicè effectivè in illos: ergò si &c. 2. Amor essentialitèr procedit à principio non solum cognoscitivo, sed etiam actu cognoscente bonum; cum nec de potentia absoluta Dei valeat existere amor sinè actuali cognitione: ergò ex parte principij amoris supponitur essentialitèr cognitio. Sed id, quod essentialitèr præsupponitur ex parte principij efficientis amorem, se tenet ex parte illius, & simili influxu concurrit: ergò cum voluntas effectivè influat in amorem, paritèr, & cognitio. Hac ratione probatū manet cognitionem boni non tantum se habere ex parte obiecti, sed etiam ex parte voluntatis. 3. Causa ita influens in effectum; ut quo maior fuerit eius perfectio, perfectior evadit effectus, physicè influit in illum; cum maior perfectio effectus, nec ex causa morali, aut dispositiva desumi valeat. Sed quo maior est perfectio cognitionis eiusdem boni, eò perfectior evadit amor: ergò. 4. Amor causatur effectivè ab illo, à quo essentialitèr dependet; cum Deus solum concursum effectivum in principio vitali nequeat supplere; qua ratione cōmuniter dicunt Theologi actus vitales non posse produci à solo Deo: ergò si amor essentialitèr pendet à cognitione boni &c. Ita Pater Aranda motiva à deo diversa coacervans.

Arguit. 2. Confirm. 1. Secundo. Tertio. Quarto.

Resp. Fœcunditatem ex terminis respectivè ad actus intellectus, vèl voluntatis, præscindere à causalitate physica, & morali; undè ex fœcunditate reperta in cognitione practica solum infertur habere activitatem ad causandum, & excitandum amorem, sive hoc fiat per influxum physicum sive moralem. Et quidem; sicut fœcunditas videtur importare efficientiam physicam, ita radix, & generans, similem efficientiam importat, & tamen, quamvis cognitio fidei sit radix iustificationis iuxta Concil. Trident. sess. 6. cap. 8. & iuxta D. Thom. 1. 2. quæst. 66. art. 6. ad 3. Cognitio fide generet spem; non tamē propter hoc cognitio fidei habet plusquam concursum directivum, aut dispositivum in acquisitionem gratiæ, & elicientiam actus spei; ut ibidem docet D. Thom. ergò ex fœcunditate &c. Quia propter cognitio purè speculativa dicitur infœcunda, quia nec continet effectivè amorem, nec ad illum disponit, nec potest proximè illum excitare adhuc moraliter. Ad 1 Confirm. (omisso cognitionem inclinare voluntatem ad amorem; cum oppositum doceat D. Thom. quæst. 22. de verit. art. 2. ad 5. de quo supra) dist. añs. facilitat, & inclinat ostendendo obiectum, in quod tendit voluntas, conced. añs. facilitat, & inclinat subiective, & se tenendo ex parte voluntatis. neg. añs. & conseq. Logica enim etiam facilitat intellectum ad acquirendas alias scientias: similitèrque doctrina Magist. facilitat discipulum: insuperque Consilium, & exhortatio suadent, & inclinant voluntatem ad rectè operandum; & tamen in his omnibus non reperitur concursus physicus effectivus, sed ad summum moralis, & dispositivus. Ad consequentiæ prob. Resp. Habitum esse complementum intrinsecum virtutis in potentia, cui inhæret; quapropter potentia redditur complete potens operari ratione habitus; undè non mirum exercere concursum effectivum, simùl cum potentia. Deindè: nàm habitus inclinat per modum

20 Respond. Ad 1. confirmat. Cur habitus effect. influit.

na-

naturæ in actus similes his, quibus fuit genitus; cumque omne agens assimiler sibi affectum in forma, quæ est ei principium quo agendi, ideò habitus effective ut *quo* influit in actus procedentes à potentia. Neutrum autem horum invenitur in cognitione respective ad amorem.

21

Ad secunda.

Ad 2. Resp. mai. esse falsam. Nàm si potentiæ distinguantur realiter ab anima, & inter se, ut est expressa doctrina D. Thomæ, amor non procedit tanquam à causa effectiva à principio actu cognoscente; cum huiusmodi non sit voluntas, sed solus intellectus. Imò, etiam si potentiæ non differant realiter ab anima, falsa est mai. in sensu formali; cum voluntas, à qua procedit effective amor, non sit formaliter loquendo principium cognoscitivum, nec actu cognoscens. Undè solum verificatur amorem procedere essentialiter à voluntate, ut præventa actuali cognitione. Sed ex hoc quid contra nos? Nàm dum subdit arguens hoc modo: ergò *cognitio se tenet ex parte voluntatis efficientis amorem*, malè infert. Nàm ex quo cognitio procedat ab intellectu, ut fœcundato specie impressa, non sequitur illam se tenere ex parte intellectus: similitèrque, quamvis artefactum non procedat ab arte, nisi ut respicienti ideam, non propter hoc idea se tenet ex parte artis, ut efficientis arte factū. * Idem constat in quacunque actione non egredienti ab agente, nisi ut operanti propter aliquem finem, quin tamen concursus causæ finalis sit concursus effectivus. Ad hoc enim, ut aliquid se teneat ex parte alicuius potentiæ, præter unionem intrinsecam cum ipsa, requiritur, ut ei præstet vires ad operandum, vel ad minus vires intrinsecas potentiæ reddat complete potentes, & efficaces ad agendum, uti contingit in habitu acquisito. Nihil horū cognitioni convenit, quæ est extrinseca voluntati, nihil intrinsecum in ipsam derivans: nec ei præstat vires ut velit, sed unicè ostendit obiectum prosequibile à voluntate secundum vires, quas in se habet; non aliter ac ille, qui ostendit alteri viam per quam ambulat: per quam quidem ostensionem, & directionem, nihil virtus, aut activitatis præbet ad ambulandum.

* Suntenim causæ gener. dist.

Ad 3. neg. mai. absolutè sumptam, sivè ex termin. Nàm quo perfectius est obiectum formale specificativum actus, eo perfectior est actus; & tamen munus illius non est munus causæ efficientis, sed formalis. Idem constat in idea: nam quo hæc fuerit perfectior, eo artefactum evadit perfectius, & tamen concursus ideæ non est effectivus, ut infra videbimus ex D. Thom. Ut igitur actus voluntatis sit perfectior, dum excitatur ex perfectiori cognitione eiusdem boni, sufficit illam se tenere ex parte obiecti ut moventis, & terminantis prædictum actum. Si dicas argumentum procedere de maiori perfectione intensiva amoris; quæ quidem maior intensio nequit provenire à causa formali obiectiva, sed unicè à causa efficienti. Resp. Quod intensio amoris ut octo, v. g. duo requirit ad sui existentiam, scilicèt, virtutem intrinsecam in voluntate ad talem intensionem, & rursus, quod talis virtus excitetur secundum totam latitudinem gradualem media cognitione. Fatemur cognitionem proponentem aliquid bonum cum maiori intensione, & vivacitate, causare in voluntate amorem magis intensum. Cæterum hoc non præstat immediatè, & ratione sui, sed excitative, & vialiter, alliciendo voluntatem media bonitate obiecti, ut in elicientia amoris utatur intensione virium, quas intrinsecè habet. Quapropter maior intensio amoris directe, & effective, provenit à perfectiori virtute inclinativa voluntatis; à perfectiori verò cognitione provenit, tanquam ab aliquo excitanti obiective voluntatem, ut utatur, & se applicet ad amorem secundum suam virtutem intrinsecam, cum maiori intensione. Huius doctrinæ signum efficax est, quod si voluntas non haberet vires, nisi ad amorem intensum ut quatuor, etiam si cognitio practica esset intensa ut octo, amor non esset intensus, nisi ut quatuor.

22

Ad tertiam.

Si instes.

Respond.

Ad 4. neg. mai. Nàm quilibet actus vitalis essentialiter pendet à causa

23

Ad quart.

causa formali illum extrinsece specificante ; similiterque actio cuiuslibet agentis pendet essentialitèr à causa finali; & tamen nec concursus finis, nec obiecti extrinsece specificantis , est concursus effectivus propriè loquendo. Deindè , nàm existentia physica agentis in se , vel in sua virtute,requiritur essentialitèr ad effective operandum , & tamen prædicta existentia nec,ut *quo*,nec ut *quod* concurrit effectivè , sed tantum se habet, ut conditio ad agendum. Undè dependentia essentialis actus voluntatis à cognitione provenit , ex eo quod obiectum formale voluntatis est bonum ut apprehensum. Sicut ergò Deus nequit suplere bonitatem in obiecto ut moveat , vel terminet actum amoris , ita nequit suplere cognitionem practicam illius ; eo quod se habet ex parte obiecti, ut illud essentialitèr complens in ratione obiecti motivi , & terminativi. Quod explicari potest in dictamine prudentiæ essentialitèr requisito ad actum virtutis moralis, quin concursus illius sit propriè effectivus , sed unicè directivus actum virtutum moralium.

Specialitas conditionis.

24 Obijcies 3. Ideò cognitio boni non influeret effective in amorem, quia ad illum concurrit manifestando, & ostendendo voluntati bonum, quod est obiectum amoris ; sed hæc ratio est nulla: ergò.

Arguit. 3.

Prob.min. 1.

Prob.min.1. Assensus præmissarum iuxta Th.sent.influit effective in assensum cõclusionis; & tamen concursus illius est per modum illuminantis,&manifestantis intellectui veritatẽ obiectivã conclus. ergò.

Secundo.

2. Species impressa iuxta eorundem sentẽtiam influit effective in cognitionem obiecti ; & tamen eius influxus proprie consistit in repræsentatione , & manifestatione obiecti: ergò.

Tertio.

3. Angelus superior illuminat inferiorem proponendo, & manifestando ipsi obiectum excedens cognitionem illius,modo proportionato,ut ab illo possit perfecte cognosci ; sed Angelus superior non solum obiective, sed etiam effective,influit in cognitionem elicitam ab Angelo, quem illuminat: ergò.

25 Min. prob. Ex difficili testimonio D. Thom. 1. p. quæst. 106. art.1. ubi ait : *Cum ad intelligendum duo concurrant, scilicèt , virtus intellectiva , & similitudo rei intellectæ : secundum hæc duo unus Angelus alteri veritatem notam notificare potest. Primo quidem fortificando virtutem intellectivam eius. 2. autem manifestando veritatem ex parte similitudinis rei intellectæ ipsam particulariter , & cum distinctione proponendo.* Sed concurrere confortando virtutem intellectivam confortatione distincta à manifestatione , & propositione obiecti , est concurrere effective,&concursu se tenente ex parte virtutis intellectivæ; aliter enim non esset discrimen inter duplicem modum concurrendi assignatum à D. Thom. ergò. Denique: intellectus per actum imperij dirigit voluntatem ad usum activum mediorum manifestando, & proponendo ei media iam electa,ut proximè exequibilia ; & tamen iuxta frequentem sensum Thomistarum actus imperij, utpote movens quoad exercitium voluntatem ad usum activum , influit effective in illum: ergò.

Angelus illuminãs influit effectivè.

Ultima

Hoc argumentum continet plura,quorum discusio ad varios tractatus ex professo spectant : quapropter breviter de illis agemus. Ad 1. min. prob. Resp. Assensum prẽmissarum non concurrere præcisse per modum illuminantis intellectum , sed etiam per modum determinantis intrinsece, & complentis eius activitatem ad assensum conclusionis. Ratio est, nàm cum discurrere sit ex una cognitione ad alteram procedere , non intelligitur intellectus complete potens , & complete virtuosus percipere veritatem conclusionis , nisi ut constitutus in actu intrinsece per assensum præmissarum. Quemadmodum non intelligitur voluntas potens completè procedere ad electionem mediorum,nisi constituta per prius in actu per intentionem finis. Undè sicuti hæc effectivè influit in electionem , sic assensus præmissarum in assensum conclusionis. Cognitio verò, nec intrinsecè determinat,aut intrinsecè complet inclinationem activam voluntatis ; sed solum eam excitat proponendo obiectum suæ inclina-

26

Resp. ad parit. assẽsus præmissar.

tio-

tioni conveniens. Videatur D. Thomæ Complutense Collegium in Logica, quæst. 10. art. 2. Adest alliud discrimen. Nàm assensus præmissarum non illuminat intellectum proponendo ei veritatem obiectivam conclusionis; aliàs non distingueretur ab assensu conclusionis: quare eius illuminatio non se tenet ex parte obiecti, sed potius ex parte subiecti, scilicèt, intellectus, qui per manifestationem expressam veritatis obiectivę præmissarum redditur potens percipere veritatem obiectivam conclusionis tantum virtualitèr, & in ipsis contentam. Cognitio autem ita concurrit ad amorem, ut ex sua tendentia habeat proponere directè, & in se ipso obiectum motivum, & terminativum illius; & ideò eius concursus se tenet ex parte obiecti.

27

Ad 2. probat. min.

Ad 2. Resp. Speciem impressam duo habere, vi quorum concursus illius non solum est obiectivus, sed etiam effectivus; scilicèt, & esse formam intrinsecè actuantem intellectum; & simul esse principium, cui assimilatur terminus productus per intellectionem, videlicèt verbum, sive species expressa. Nàm omnis forma agentis, cui per se assimilatur effectus ab ipso productus, concurrit effectivè ut quo ad actionem productivam illius. Neutrum horum invenitur in cognitione excitante amorem in voluntate; cum ipsi non uniatur intrinsecè; & rursus amor, cum sit pondus, & inclinatio in rem amatam, non assimilatur cognitioni; siquidem hæc oppositio modo se habet trahendo, scilicèt, res ad se mediante verbo per illam producto. Videantur Thom. tract. de anima circa modum concursus speciei inpressæ in cognitionem obiecti, inter quos Mag. Bañez, t. 1. in 1. part. quæst. 12. art. 2. concl. 2. & tom. 2. quæst. 75. art. 2.

28

Ad 3. circa illum. Angel. superioris.

Ad 3. probationem (qua utuntur aliqui, ut probent causam intrinsecè impotentem producere aliquem effectum posse reddi potentem per assistentiam pure extrinsecam alterius causæ: pro quo videatur Magist. Ledesma, tom. de auxilijs, quæst. unic. art. 1. & Magist. Lezana, tract. de visione, disp. 5. art. 2. §. 3. ubi eius inefficaciam aperte convincunt.) Resp. neg. min. illuminat. enim Angeli superioris nihil intrinsecum derivat in intellectu Angeli inferioris; sed solum manifestat ipsi veritatem per modum magisterij, & doctrinæ, proponendo ei obiectum modo proportionato, ut ab illo possit cognosci. Quapropter non solum unus Angelus alterum illuminat, sed etiam unus homo alterum valet illuminare, ut testatur D. Paul. ad Ephes. 3. affirmans sibi fuisse datum à Deo, ut per Evangelij prædicationem omnes gentes illuminaret. Sicut ergò unus homo non concurrit effectivè in cognitionem elicitam ab intellectu, quem illuminat, sed tantum obiectivè, aut directivè; idem fatendum de Angelo superiori illuminanti inferiorem.

Negatur assumpt. & prob.

Nec obstat per illuminationem Angeli superioris confortari virtutem intellectivam inferioris. 1. Quia iuxta eundem S. Doct. quæst. 9. de verit. art. 1. *Etiam Magister tradens discipulo medium ad cognitionem scientificam alicuius veritatis, confortat virtutem intellectivam illius*; & tamen non influit effectivè physicè in prædictam cognitionem. 2. Nàm etiam lux solis, v. g. confortat visum ad videndum, quin propter hoc effectivè causet visionem. 3. Nàm talis confortatio explicatur ibi à D. Thom. ad modum, quo lapis confortatur ex propinquitate ad centrum; de quo certum est non influere effectivè in motum lapidis, quamvis talis propinquitas conducat, ut talis motus sit velocior. 4. Et redditur ratio à priori. Nàm omne principium adiuvans alterum comprincipium ad agendum, dicitur illum confortare, sive concurrat effectivè cum ipso, sive tantum per modum principij formalis: obiectum autem concurrit per modum causæ formalis extrinsecè specificantis intellectum Angeli. Cum ergò Angelus illuminans alterum proponat, & ostendat obiectum modo proportionato ad sui perfectam cognitionem, hoc est, proponat illud cum distinctione, de articulatione, & claritate; ideò dicitur confortare virtutem intellectivam illius.

29

Si iterum instes respond.

Sed adhuc restat explicare, in quo di-

30

Explicat. in quo sistat illum. Angel.

differat huiusmodi confortatio virtutis intellectivę à manifestatione se tenente ex parte rei intellectæ; quam distinctionem aperte tradit D. Thom. loco citato. Ad hoc Resp. in illuminatione duo reperiri. Unum est repræsentatio vivacior ex parte speciei. Aliud est lumen exterius Angeli superioris extrinsecè tangens intellectum Angeli inferioris media propositione obiecti. Quando igitur Angelus superior illuminat inferiorem, non solum causat obiectivè in illo vivaciorem, & perfectiorem repræsentationem ex parte speciei, sed etiam trahit ipsum, ut intelligat iuxta modum Angeli superioris: quare ratione huius elevationis ad altiorem modum intelligendi dicitur virtutem intellectivam Angeli inferioris confortari quoad modum per illuminationem superioris. Undè Angelus superior per propositionem magisterialem obiecti duo facit, scilicèt, & disponit speciem repræsentativam Angeli inferioris, & simul rapit, elevatque, virtutem intellectivam illius, ut maiori connatu, & altiori modo obiectum percipiat, & ideò ratione huius dicitur confortari virtutem intellectivam Angeli inferioris per illuminationem. Videatur Magist. à S. Thom. tract. de Angelis, disput. 25. art. 2.

31 Ad 4. Resp. Imperium dirigere voluntatem ad usum activum non solum proponendo, sed etiam intimando illius elicientiam, & hoc quidem propter efficaciam, quam participat ex electione efficaci mediorum; qua de causa non solum movet voluntatem quoad specificationem, sed etiam quoad exercitium, ideòque dicitur iudicium practice practicum. A lij autem actus intellectus non gaudent tali efficacia, sed tantum habent ostendere voluntati obiectum ab ipsa prosequibile. Quapropter solum determinant illam quoad specificationem, non verò quoad exercitium. Cæterùm advertere oportet propriũ concursum effectivum imperij solum esse talem per modum extrinsecè applicantis, & determinantis voluntatem ad usum activum; qui concursus non est rigorose effectivus; sed tantum reductivè, ut dici solet de concursu voluntatis applicantis intellectum ad intelligendum, & alias potentias ad suos actus; cum tamen voluntas non sit proprie principium effectivum adhuc ut *quo* intellectionis, & aliorum actuum; pro quo videantur Magist. Bañez, tom. 2. in 1. p. quæst. 82. dub. 1. §. *Notandum* 1. Magist. Medida 1. 2. quæst. 9. art. 1. concl. 4. Ildephonsus Baptista, disp. 114. dub. 2. Nec ex hoc inferas Deum prædeterminantem non esse principium verè effectivum actus, ad quem prædeterminat. Nàm talis prædeterminatio intrinsecè determinat, & actuat voluntatem reducendo illam de actu 1. ad act. 2. ideòque movet stricte illam quoad exercitium. 2. Talis prædeterminatio continet in se, & intrinsecè, quidquid actualitatis, & perfectionis invenitur in operatione creaturæ. 3. Nàm ratione talis prædeterminationis voluntas, & aliæ causæ creatæ subordinantur in operando Deo ut causæ primæ; cum què perfectio voluntatis creatæ consistat in huiusmodi subordinatione ad Deum, ut prædeterminantem, ideò dependentia operationis creaturarum à Deo ut prædeterminanti, est dependentia ab ipso, ut à causa propriæ effectiva faciente, & operationem creaturæ, & creaturam facere talem operationem. 2. Advert. quod esto imperium etiam dirigat, & illuminet ad usum activum; efficientia non convenit ei ex hoc capite; sed ex intimatione, & efficacia voluntatis: undè ratio probativa manet in suo robore.

Ad ult. prob.

Qualiter concurrat imp.

Obijcies 4. Verbum in divinis est principium activè spirans; sive producens Spiritum Sanctum: ergò etiam Verbum in creatis producit activè amorem. Añs. est de fide, & conseq. prob. ex D. Thom. 1. part. quæst. 36. art. 2. Ubi probat Spiritum Sanctum activè procedere à Filio, quia nimirum Spiritus Sanctus, procedit, ut amor; & de ratione amoris est procedere à Verbo; cum nihil amemus, nisi quod prius mente concipimus: ergò. 32

Arguit. 4

Nec valet dicere Verbum divinum esse Verbum subsistens; ideòque producere activè Spiritum Sanctum 33

Reijcitur quædam solut. 1.

Sidicas objc. 1.

tum. Non inquam valet 1. Nàm subsistentia, cum sit tantum conditio ad operandum, nequit variare genus causæ, sed solum modum causandi penès ut *quo*, & ut *quod*: Undè calor, si per se subsisteret, non minus esset principium productivum *quo* calefactionis, ac est, dum inhæret; verba sunt D. Thom. 1. p. quæst. 51. art. 1. ergò si Verbum in creatis non producit active amorem, nec Verbum in Dominis, esto sit per se subsistens. 2. Si amor in creatis solum producitur à Verbo mentis in genere causæ formalis, vel finalis, processio illius esset inefficax exemplum ad suadendam processionem Spiritus Sancti à Verbo Divino, ut principio verè productivo illius; ut de se constat; sed hoc non est dicendum: ergò.

Secundo.

34

Cur Spirit S. proced. active à Verbo.

Resp. Spiritum Sanctum procedere à Filio, ut principio activè illum spiranti, probari à D. Thom. duplici ratione efficacissima. 1. est. Sola oppositio relativa distinguit realiter divinas personas; nam diversę relationes, & si opponantur disparate, non verò relativè, non distingunt realiter personas; ut patet in relatione activa spirationis, & paternitate, quæ inveniuntur in persona Patris; sed Filius, & Spiritus Sanctus sunt personę realiter distinctæ: ergò opponuntur relativè. Sed oppositio relativa in Divinis solum est secundum originem unius personæ ab alia: ergò Spiritus Sanctus procedit à Filio. 2. Ratio est: Pater communicat Filio virtutem spirativam, sive productivam Spiritus Sancti: ergò. Prob. añs. Pater communicat Filio omne id, in quo non opponitur relative cum illo; sed Pater non opponitur relative cum Filio in virtute productiva Spiritus Sancti; cum hęc sit voluntas Patris, ut affecta relatione spiratoris: ergò Pater non opponitur &c. Ex dictis constat Verbum Divinum esse principium *quod* active productivum Spiritus S. non præcisè quia Verbum subsistens; sed quia communicans cum Patre in virtute productiva Spiritus Sancti, scilicèt, in voluntate ut affecta relatione spiratoris. Verbum autem in creatis, nec est subsistens in voluntate productiva amoris, nec intrinsecè ut *quo* afficit ipsam voluntatem ad productionem amoris; solum què concurrit repręsentando, & ostendendo ipsi bonum amabile: quapropter nec, ut *quod*, nec ut *quo*, producit active actum amoris.

35

Ad 1. impugn.

Per quæ constat ad primam impugnationem: Illa enim esset efficax si Verbum Divinum produceret ut quod active Spiritum Sanctum, quia præcisse est Verbum subsistens; sed res non ita se habet; cum talis modus producendi illi conveniat, quia est Verbum subsistens in eadem natura, & voluntate, in qua Pater subsistit.

Ad secundam.

Ad 2. impugn. Resp. Exemplum adductum à D. Thom. de processione amoris à Verbo creato esse efficax ad explicandum inter processionem verbi, & processionem Spiritum Sancti dari prioritatem originis; ita ut sicuti in nobis processio Verbi præcedit causalitate processionem amoris, sic similitèr fateri debet in Divinis processionem Verbi origine præcedere processionem amoris, qui est Spiritus Sanctus. Quod autem ordo prioritatis, & originis, inter utramque processionem sit ordo principij ut *quod* activi, hoc alia ratione suadetur, & explicatur ab Angel. Doct. scilicèt;* quia Filius realiter distinguitur à Spiritu Sancto, & omnis realis distinctio super processionem fundatur: & insuper; quia communicat cum Patre in virtute spirativa, sive productiva Spiritus Sancti ob defectum oppositionis relativæ in prædicta virtute. *

36

Arg. ult.

Denique obijc. Voluntas, ita dimanat ab essentia animæ, ut ab illa procedat mediante intellectu se habenti respectu illius, non solum per modum finis; sed etiam per modum principij activi: ergò actus voluntatis dependet ab actibus intellectus non solum in genere causæ finalis, sed etiam in ratione principij activi. Añs. est D. Thom. 1. p. quæst. 77. art. 7. ubi docet: *Quod licet omnes potentiæ fluant ab essentia animæ, non tamen exequo, sed cum ordine quodam: ita ut potentiæ illæ, quæ sunt priores secundum ordinem perfectionis, & naturæ, sint principia aliarum per modum finis, & principij activi*: ergò cum intellectus

tus sit prior voluntate secundum ordinem perfectionis, & naturæ, est principium illius per modum finis simul, & principij activi. Conseq. verò prob. Nàm idem ordo debet servari inter actus potentiarum, ac servatur inter ipsas potentias; cum istæ specificentur per ordinem ad proprios actus: ergò si intellectus, &c. Confirm. 1. Intellectus est medium à priori, per quod demonstratur omnem substantiam intellectivam esse volitivam; ut est irrefragabile iuxta doctrinam D. Thom. 1. part. quæst. 19. art. 1. demonstrantis à priori existentiam voluntatis in Deo ex eius intellectu: ergò etiam cognitio intellectus se habet, ut causa à priori respectu actus voluntatis. Confirm. pat. Nàm iuxta superius dicta potentiæ, & earum actus, debent inter se proportionari quoad ordinem prioritatis, & posterioritatis.

Confirm. 1.

37

Nec valet si dicas, adhoc sufficere cognitionem se habere à priori respectu actus voluntatis prioritate in gener. causę finalis, vel formalis; proùt se tenet ex parte obiecti specificantis voluntatem, & actus ipsius. Non inquam valet: Nàm dum D. Thom. demonstrat voluntatem in omni substantia intellectuali per intellectum, tanquam per medium à priori, non accipit bonum apprehensum tanquam medium talis demonstrationis; imò potius de tali bono apprehenso affirmat se habere, tanquam terminum, in quem tendit voluntas subsequuta ad intellectum constitutum in actu per formam intelligibilem: ergò cognitio non infert à priori actum voluntatis ratione boni apprehensi, & proùt se tenet ex parte illius, sed ratione sui, & proùt se tenet ex parte intellectus. Confirm. 2. Iuxta communem Thom. doctrinam desumptam ex D. Thom. 1. p. quæst. 83. art. 1. & hac 1. 2. quæst. 77. art. 2. ad 1. indifferentia iudicij in intellectu est radix libertatis in voluntate. Ex quo deducitur 1. non posse dici cognitionem se habere tantum, ut conditionem se tenentem ex parte obiecti ad actus voluntatis; cum conceptus radicis longe differat à ratione conditionis. 2. Nàm radix proprie loquendo dicit influxum effectivum in id, quod radicat: ergò cognitio influit effectivè saltem ut *quo* in actus liberos voluntatis.

Respons. quædam reijcit.

Confirm. 2.

Neg. añs. de principio Physic. & proprie activo. Nec obstat testim. D. Thom. Nàm debet exponi de principio reductivè, & secundum quid tali. 1. Nàm apponit exemplum in sensu ducente originem ab intellectu; qui cum proprietate nequit dici principium proprie activum illius. 2. Quia in sol. ad 2. ait: *quod sicuti quantitas dicitur subiectum qualitatis; eo quod hęc non recipitur in substantia, nisi mediante quantitate; ita dicendum de origine unius potentiæ ex alia.* Undè sicuti quantitas non est verè causa materialis receptiva qualitatis, sed secundum quid, & per modum dispositionis se tenentis ex parte substantiæ, pariter discurrendum de origine unius potentiæ ab altera. 3. Quia ipse Sanct. Doct. in 2. dist. 24. quæst. 1. art. 2. in sensu à nobis dicto se ipsum exponit per hæc verba: *Inter potentias animæ est quidam ordo originis, scilicèt, ut origo unius originẽ alterius præsupponat, qua mediante quodammodo ab essentia animæ procedat. Notentur* li *præsupponat*, & ly *quodammodo*, & sic manifestum fiet unam potentiam activè originari ex altera; secundum quid, & quatenus præsupponit originem alterius. Cæterùm cognitioni nequit attribui hic modus activitatis respectu actus voluntatis. Ratio est. Nàm dimanatio fit per simplicem resultantiam spectantem ad genus physicum; processio verò actus voluntatis à cognitione contingit per ostensionem bonitatis in obiecto illius; ideoque ad genus causæ moralis stricte spectat. Ut igitur salvetur proportio inter potentias, & actus earum, sufficit dari prioritatem inter actus, licèt non secundum eundem modum causandi penes physicum, & morale.

38

Solutio.

Fundat. 1.

Secundo.

Tertio.

Ad 1. confirm. Resp. Intellectum non nudè sumptum, sed ut constitutum in actu per formam intelligibilem, sive per bonitatem apprehensam, & in ipsò intelligibiliter existentem; assumi à D. Thom. ut medium à priori demonstrativum voluntatis

39

Ad 1. confirm.

tatis; ut in ipso videre est. Ad hoc autem sufficit, quod bonitas apprehēta sit ratio à priori obiectiva, & per modum causæ formalis radicans actum voluntatis. Ad 1. repl. Resp. Bonum apprehensum, ut habēs esse in re, esse terminum inclinationis voluntatis, quia fertur ad res, ut sunt in seipsis; at verò ut existens in intellectu median-teforma intelligibili, esse rationem à priori inferentem intellectionem.

Ad 2. conf. Resp. cum M. Zumel tom. Var. tract. de Vol. hom. fol. 265. quod quamvis cognitio sit tantū con-
40 ditio, & non comprincipium productivum actus voluntatis quoad suam
Ad 2. con firm. entitatem; potest esse radix, & vera causa libertatis, & necessitatis in tali actu. Ratio est 1. Nàm libertas, & necessitas, estò sint denominationes intrinsecę actibus volūtatis, sunt tamen extra cōstitutionem specificam ipsorum; nihil autem prohibet aliquid se habere, ut conditionem respectu alterius quòad sui essentiam, vel sub una formalitate, & se habere, ut causā respectu eiusdem sub alia formalitate, vel quantum ad aliquam denominationem ei accidentalitèr convenientem. Nàm licet causa creata applicās potentiam naturalem ad operandum non sit principium verè effectivum operationis, est tamen causa, verumque principium contingentiæ talis operationis; cum potentia naturalis secundum se sit ab intrinseco determinata ad operandum: ergò pariter affirmari potest in præs. quod licet intellectus indifferentèr proponens obiectum voluntati non sit causa verè effectiva actus quòad sui entitatem, potest tamen esse verum principium, in quod tanquam in radicem reducatur contingentia moralis, sive libertas talis actus. Aliter Resp. D. Rios tract. de iudic. indif. dub. 1.

§. VI.

Solvuntur argum. contra 2. concluſ.

41 OBijc. 1. Quod se habet, ut principium activum respectu actus
Primo arg. voluntatis, influit effectivè in illum; cum agere ex terminis idem sit; ac efficere. Sed sic se habet bonum apprehensum respectu actus voluntatis: ergò. Min. est D. Th. 1. p. q. 80. a. 2. dicen-
Prob. 1. min. tis: *Potentia appetitiva est potentia passiva, quæ nata est moveri à bono apprehenso: appetibile apprehensum est movens immobile: appetitus autem est movens motum: passiva autem, & mobilia distinguntur secundum distinctionem activorum, & motivorum:* ergò cum sit innegabile bonum apprehensum esse principium motivū illius &c. 2. prob. min. ex hoc. Potentia passiva dicitur relativè ad potentiam, sive principium activum; sed iuxta D. Th. potentia appetitiva est potentia passiva, quæ nata est moveri à bono apprehenso: ergò bonum apprehensum &c. Idem docet 1. p. q. 82. a. 2. Secundo:

Resp. ex terminis. Rationem principij activi nō dicere determinatè rationem physicè effectivi. Assump. sua-
42 detur 1. ex D. Th. 1. p. q. 48. a. 1. ad 4. ubi causæ finali formaliter sumptæ
Solutio. concedit concursum activū; quatenus movet causam efficientem ad operādum; & tamē causa finalis formaliter
Princip. activum non est necess. effectivum. sumpta, non influit effectivè. 2. Nàm non solum causa formalis intrinseca v. g. forma substantialis causat activè compositum substantiale, sed etiam causa formalis extrinseca v. g. obiectum formale motivum potentiæ, vel actus, causat activè id, quod specificat, similitèrque idea activè causat, influitque in existētiam artificiati: quin tamen concursus activus obiecti formalis, vel ideæ, sit propriè effectivus. 3. Nàm habitus logicę activè concurrit ad demonstrationes aliarum sciētiarum (nisi velis dicere concursum directivum esse concursum passivum) & tamen Logica, verè non influit effective in demonstrationes aliarum scientiarum, nec quòad substantiam, nec quòad formam illarum. 4. Ratione à priori. Nàm omnis causa verè influens in effectum, dummodò eius causalitas non sit passiva, consistens in receptione formę, qualis est causalitas materiæ primę, vel causalitas potentiarum vitalium ad receptionem suorum actuum; potest dici activè influere, hoc est, per modum actus ad productionem illius.

Ex his apparet meritò appellari à
43 D. Th. voluntatem, potentiam passivam, & mobilem (non quidem quia sit
Cur voluntas sit potent. passiva. potentia purè passiva; cū sit certū effectivè producere suos actus, & sit definitum in Conc. Trid. verè, & propriè

operari actus liberos supernaturales, quibus homo se præparat ad iustitiã) comparativè ad suum obiectũ, à quo verè,& propriè movetur,non motione quòad exercitium,& ex parte subiecti;sed motione quòad specificationem,& in genere causæ formalis extrinsecè specificantis.Unde hæc propos.*Bonum apprehensum comparatur ad voluntatem, ut movens illam ad amorem.* Sic debet dist.Ut movens per modum *obiecti*, sive per modum *finis*, aut per modum *principij formalis specificantis actum amoris*,conc. añs. *Ut movens per modum agentis, sive per modum, quo alterans movet alteratum,& impellens movet impulsum*,neg.añs. Sic D. Th.sup. §.2.Similitèr hæc propos. *Bonum apprehensum se habet activè ad actus voluntatis*, debet sic dist. Se habet activè, proù: ly *activè* contraponitur ad se habere purè passivè,conc.añs. Pro ut ly *activè* significat idem, ac agere,seu efficere,neg.añs.Vel aliter. Se habet activè, activitate propria formæ specificantis actum voluntatis, conc.añs.Activitate alterius generis, neg.añs.Solut.constat ex dictis.Ad 2. min.prob.Resp. Potentiam passivam dici respectivè ad aliquam potentiam activam;cæterùm non requirit, quod respectu omnium,ad quę comparatur ut potẽtia passiva,respiciat illa ut potẽtiam activã.Nàm si tantum sit passiva propter dependentiã ab aliquo ut obiecto,sive fine,nõ oportet,ut obiectum,& finis,sit potẽtia activa respectu illius;si autem sit potentia passiva, respectu alicuius, quia ab ipso movetur quòad exercitium, tùnc tale movens habet rationem potentiæ activę respectu voluntatis. Voluntas solum se habet hoc 2.modo ut potentia passiva compatativè adDeum prædeterminantem, vel ad intellectum, per actum imperij efficacis,illam moventem quòad exercitium:respectivè vero ad obiectum, & illius cognitionẽ, solum se habet passivè 1.modo, hoc est,per modum dirigibilis, & regulabilis à tali cognitione.Exemplum habes in materia prima; quæ titulo potentiæ passivæ requirit aliquod principium verè effectivum, à quo formã substantialem recipiat; quin tamen propter hoc forma substantialis, ad quã se habet etiam, ut potentia passiva,sit principium effectivum receptionis sui ipsius.

Ad 2. pr. minor.

Obijc.2.Bonum apprehensum est forma determinans voluntatem ad hanc,vel illam speciem actus:ergò simul cum voluntate producit effectivè actus illius secundum eorum specificationem. Añs. est certum, tùm quia voluntas nudè considerata est principium universale, & indifferentèr se habens ad actus specie diversos:ergò bonũ apprehensum est forma determinans voluntatem, ut hos actus specie prę alijs producat. Tùm quia iuxta D.Th.1.2.q.9.a.1. *Obiectũ movet potentiam determinando actum ad modum principij formalis, à quo in rebus naturalibus actio specificatur*; sed bonum apprehensum est obiectũ voluntatis : ergò se habet per modum formæ,aut principij formalis, determinantis ipsam ad specificationẽ suorum actuum.Conseq.vero prob.1.De ratione formæ est esse principiũ *quo* effectivum operationis procedentis ab illo,cuius est forma: ergò si &c. 2. Quia species intelligibilis se habet,ut forma determinans intellectũ ad speciem huius,vel alterius intellectionis, est principium *quo* effectivũ concurrẽs simul cum intellectu ad productionem intellect.ergò.3.Actiospecificatur ab actu,qui est principium agẽdi;ita D.Th.hac 1.2.q. 1.a. 3. ubi apponit exemplum in calefactione,dicens: *Illam sub formalitate actionis specificari à calore, qui est principium actiuum illius; sub formalitate verò passionis, aut motus,specificari à calore per ipsam productio*:ergò si specificatio actuũ voluntatis,sive,quod actus voluntatis sit huius,vel alterius speciei,provenit à bono apprehenso tanquam à forma,vel principio &c.

44

Arg.2.ex Eminent. Cayetan.

Hoc argum.continet fundam.quo Emin.Cay.movetur ad affirmandum bonum apprehensum concurrere *ut quo* effectivè ad actusvolũtatis,saltim quòad eorum speciẽ.Non,quia existimet rationẽ genericã volitionis, v. g. produci à voluntate se sola, & à bono apprehenso solum produci rationem specificam illius; sed, quia esto volitio adæquatè, & secundum omnia sui prædicata producatur, tam à voluntate;quam à bono apprehenso, ex parte tamen rationis formalis *sub qua*

45

Respond.

Sic plures Thomist. seq.Emin Cayet.

quæ volitio cōrrēſpondet bono apprehenſo ſecundum ſui ſpeciem conſiderata,ut principio activo,& ſecundum rationem genericam volitionis, correſpondet voluntati. Patet hoc à ſimili in intellectu, & ſpecie intelligibili, ex quibus coaleſcit unicum principium completum, & totale intellectionis. Licèt enim intellectio adæquatè *ut quod*,ſive ex parte rationis *quæ*,effectivè proveniat ab utroque,attamen ſub diverſa ratione formali correſpondet intellectui, & ſpeciei intelligibili; ſiquidem intellectus producit intellectionem ſub ratione gen.intellectionis;ſpecies verò producit illam ſub ratione ſpecifica, ſive,proùt eſt intellectio huius obiecti præ alio; quapropter communitèr dicuntur cauſæ partiales, non quidē partialitate effectus, ſed cauſę. Et,ut eidem exemplo inſiſtamus,utrobique videtur eandem rationem militare; nam ſicuti ſpecies intelligibilis eſt forma intellectus, & iſte eſt principium univerſale de ſe indifferens ad plures actus ſpecie diverſos, quorum determinata ſpecificatio deſumitur à forma intelligibili; ita ſimilitèr comparatur bonum apprehenſum ad voluntatem.Sicut igitur ex intellectu,& ſpecie intelligibili, fit unicum principium totale productivum intellectionis; idem fatendum de bono apprehenſo, & voluntate. Sic Ildeph. Baptiſta,& Magiſt. Bañez.

46 Fatemur libentèr bonum apprehenſum eſſe formam actuantem, & determinantem voluntatem ad ſuos actus quoad ſpeciem; tum propter teſtim. D.Th.in arg. adductum.Tum, quia id expreſſe affirmat idemS.Doct q.22.de verit.a.12.& in 3.diſt.27. q. 1.a.1. & 1.p.q.46.a.1. in ſolut.ad 10. Tum quia eſt obiectum voluntatis,& hoc iuxta eundem hac 1.2.q.18. a.2. *habet rationem formæ*.Cærerùm ex hoc non infertur influere effectivè *ut quo* in actus voluntatis. 1. Quia obiectum formale in ratione talis ſe habet, ut forma reſpectu actus, quem ſpecificat:& tamen munus obiecti formalis, non eſt munus cauſæ efficiētis *ut quo*. 2. Nàm idea eſt forma, tum artefacti, tum etiam artis operantis conformitèr ad illam;& tamen concurſus ideæ non eſt proprie effectivus, ſed ad genus cauſæ formalis ſpectans: Ut docet expreſſe D.Thom.2.Phyſic.lect.5.lit. *B* ubi cauſam formalem definit,& divīdit per formam, & exemplum ſive ideam,*quæ dicitur cauſa,in quantum eſt ratio quidditativa rei*. 3.& à priori.Nā munus propriū formę, eſt formalizare,hoc eſt dare eſſe ſpecificum rei,cuius eſt forma;hoc autem de ſe prę ſcindit à dare eſſe per modum efficientis, per modum termini formalis,per modum finis, & per modum obiecti primarij motivi,aut terminativi.

Prob.inef ficac.arg. 1.

Deindè:ex quo voluntas de ſe indifferens ad actus ſpecie diverſos determinetur à bono apprehenſo,ut hūc actum ſpecie præ alio producat, non infertur illud eſſe principium effectivum *ut quo* partialiter concurrens cū voluntate. 1. Nàm etiam idea determinat artem, ut producat artefactum indeterminata ſpecie:ſimiliterque potentia ambulativa hominis v. g. quæ de ſe eſt indifferens ad motus diverſę ſpeciei,ſcilicèt,ſurſum,deorſum, rectum,& obliquū, determinatur quoad ſpeciem motus à termino formali illius;vel à medio,per quod exercetur talis motus: & tamen ex hoc non licet inferre ideam,vel terminum motus,eſſe principium *quo* effectivum.2. Nàm præmiſſæ obiectivæ determināt intellectum,ut eliciat aſſenſum ſcientificum indeterminata ſpecie;cum diverſitas ſcientiarū ex diverſitate principiorum, quibus innituntur,proveniant; & tamen præmiſſæ obiectivæ non influunt effectivè *ut quo* ad aſſenſum concl. 47 Secundo.

3. Quia iuxtaD.Th.hac 1.2.q.1. a.3.& q.72.a.3. *Actus humani ſortiuntur ſpeciem determinatam ex finibus proximis,& immediatis*,quin propter hoc dici valeat cauſalitatem finis eſſe effectivam *ut quo*. Idem dicendum de obiecto formali actus, vel potentiæ. Ex his conſtat,quid dicendum ſit de illa propoſitione, cui innititur argumentum, ſcilicèt, *de ratione formæ eſt eſſe principium quo effectivum operationis*. Conſtat, inquam illam eſſe abſolute falſam, ut probavimus ſupra exemplo ideæ, obiecti formalis.Unde ſolum eſt de ratione formæ, quod ſit principium determinatè effec- 48 Tertio.

fectivum *ut quo*, sed vel effectivum, vel formale, vel movens quòad specificationem. Quapropter, etsi idea ut est ratio, sit principium cognitionis, & ut exemplar, sit principium operationis teste D. Th. 1. p. q. 15. a. 3. non tamē exprimit munus principij effectivi *ut quo* cognitionis, vel operationis. Unde claritatis gratia triplex modus formæ potest distingui, scilicèt, *forma*, per quam aliquid constituitur in suo esse; & *forma*, ad quam agens respiciens operatur; & tandèm *forma*, in quam inclinatur agens. Prima est principium effectivum *ut quo* operationis, quia vnumquòdque agit, in quantum est in actu per formam sibi intrinsecam. Secunda, utpotè habens rationem ideæ, non exposcit concursum effectivum, sed concursum spectantem ad genus causæ formalis. Tertia, quæ est propria boni apprehensi, non requirit concursum effectivum: quia, videlicèt, eius concursus consistit in hoc quod est trahere, & allicere ad se voluntatem ratione suæ bonitatis ut cognitæ. Hic autem modus trahendi est modus causæ obiectivæ, sive causæ moralis requirentis ad sui causalitatem cognitionem in subiecto, ubi exercet munus causæ.

49

Aliquor. solut. reijcit. 1.

Sed restat reddere discrimen; cùr, scilicèt, forma intelligibilis sit principium *quo* effectivum intellectionis; non vero bonum apprehensum respectu actus voluntatis? Resp. aliqui. Formam intelligibilem actuare, & determinare intellectum per unionem intrinsecam cum illo; bonum autē solum determinare, & actuare voluntatem per modum formæ ei extrinsecæ. Sed hoc discrimen impugnatur multiplicitèr à Magist. Lemos. 1. Nàm substantia Angeli obtinet rationem speciei intelligibilis in ordine ad propriam cognitionem; & tamen non unitur intellectui Angeli per inhærentiam, aut informationem intrinsecam. 2. Nàm iuxta Div. Thomam quæst. 4. de Veritat. art. 1. *Verbum interius est causa, non solum finalis; sed efficiens verbi exterioris*; cum tamen Verbum interiùs sit intrinsecè in solo intellectu, & non in potentia loquutiva producenti Verbum exteriùs. 3. & à priori. Nàm licet de ratione principij *quo* se tenentis ex parte potentiæ sit inhærentia, vel unio intrinseca cum illa; non tamen de ratione principij *quo* se tenentis ex parte obiecti, & adintegrantis per modum causæ partialis principium totale, & completum productivum actus; ut constat in pluribus causis partialibus producentibus eundem effectum, quarum neutra alteri inhæret, vel intrinsecè unitur. Sed bonum apprehensum, estò effectivè concurrat cum voluntate, se tenet ex parte obiecti, & aliunde concurrit cum illa tanquam causa partialis: ergò ex quo extrinsecè non uniatur voluntati &c.

Secundo.

Tertio.

Sed hæc non obstant, ut discrimen assignatum subsistat, licet non tanquam causa adæquata, ut requisitum tamen, ad efficientiam *ut quo*. Intellectus enim, & voluntas, non sunt potentiæ purè activæ, sed activæ simùl, & passivæ; quatenùs actuantur, & determinantur à proprijs obiectis. Unde species intelligibilis hac ratione petit intrinsecè uniri intellectui, vel per inhærentiam, vel per puram terminationem, vel per intrinsecam radicationem; uti contingit in substantia Angeli in ordine ad sui cognitionem. Ratio ergò ptop ter quam species intelligibilis influit effectivè *ut quo* intellectionem, est: quia omne agens assimilat sibi effectum in forma, quæ est principium *quo* effectivum operationis. Verbum autē, quod est terminus intellectionis, per se assimilatur speciei intelligibili. Quapropter concursus huius non solum est obiectivus, sed effectivus. Impulsus vero, qui est terminus productus per actum voluntatis, non assimilatur dono apprehenso, sed solum voluntati, quæ est inclinatio, pondus, & impulsus per modum actus primi. Unde licet se habeat ut forma actuans voluntatem, non tamen ut forma, cui voluntas intendit assimilare terminū ab ipsa productum; cuius oppositum contingit in specie intelligibili. Accedit ad hoc: quod species est principium intellectionis, ut forma, qua intellectus intelligit, & non

50

Vera sol.

ut

ut id, quod intelligit; bonum autem apprehensum determinat voluntatem ad sui amorem, tanquam quid cognitum ut quod, & hic modus concurrendi est proprius concursui per modum obiecti, & finis: quæ non aliter causant nisi mediante sui cognitione.

51 Ad 3. Resp. Quod estò omnis actio specificetur ab actu, qui est principium effectivum illius, non tamen oportet, quod omne id, à quo specificatur, sit principium effectivū. Satis enim est, quod sit principium, à quo pendet essentialitèr actio: cum igitur finis sit principium actuum humanorum; rectè ex hoc probat D. Th. ab illo specificari actus humanos. Si autem quæras; cur ad formam naturalem sequatur motus naturalis tanquam ad principium effectivum ut *quo*, non autem motus elicitus voluntatis sic sequatur ad formam apprehensam? Resp. Motum gravium v. g. consequi ad formam gravis, tanquam ad principium executivum se ipso radicans, & recipiens tale motum; qui modus influendi spectat ad genus causæ physicæ effectivæ saltim *ut quo*. Appetitus verò elicitus, nec consequitur executivè ad bonum, nec in illo radicatur, aut recipitur, sed solum hæc omnia habentur in voluntate. Quapropter amor solum consequitur ad bonum apprehensum, tanquam principium obiectivè movens, & excitans voluntatem ratione convenientiæ propositæ per cognitionem.

Ad 3. pr. argum.

52 Denique obijcies. Actus voluntatis quòad sui speciem habet causam effectivam; cum proùt sic sit quid creatum; sed hæc nequit esse sola voluntas: ergò est bonum apprehensum simùl cum voluntate. Prob. min. Voluntas nequit se sola efficere actum secundùm illam rationem, qua ipsum non continet; sed voluntas se sola non continet suos actus quòad ipsorum speciem: tùm quia est de se indifferens ad plures specie diversos. Tùm quia; quod actus voluntatis sit huius speciei præ alia, provenit à diversitate boni appetibilis: ergò. Resp. instando argumentum in idea, à qua provenit diversitas specifica ideato-

Arg. ult.

Solutio.

dum, arte se habenti, ut principio universali, & indifferenti ad omnia artefacta. Indifferentia igitur voluntatis solum probat indigere alio comprincipio ipsam determinante, ut producat actus indeterminata specie, non tamen, quod tale comprincipium concurrat *ut quod* effectivè simul cum voluntate, sed sufficit illud concurrere in genere causæ formalis, aut obiectivè extrinsecè specificantis. Ad modum, quo indifferentia, & universalitas materiæ primæ ad diversa composita substantia constituenda: solum probat indigere forma substantiali determinante eius indifferentiā, ut compositum hoc specificè præ alio constituat; non tamen indigere illa, ut concurrenti per modum potentiæ passivę cum ipsa materia prima. Sicut igitur sola materia prima est, quæ recipiendo formam substantialem constituit compositum; non tamen constituit illud se sola, sed simul cum forma: ita solum voluntas efficit actum indeterminata specie constitutum, non tamen illud efficit se sola, sed simùl cum bono apprehenso illam obiectivè determinati. *Valdè, enim diversum est; solum voluntatem efficere suos actus, & talem efficientiam convenire voluntati sumptæ solitariè*, hoc est sine concursu, & adiutorio formali, sui obiecti. 1. concedimus. 2. negamus.

§. VII.

ULTIMA CONCLUSIO.

Affectiones naturales omnino indeliberatæ, non concurrunt physicè effectivè ad elicientiam actus liberi.

53 SUpponit conclusio, quod quemadmodum in ordine supernaturali voluntas per prius prorumpit in actus imperfectos subitæ affectionis, & complacentiæ, quam in actus liberos, & perfectos; sic intra ordinem naturalem simili modo progreditur, antequam se exerceat per actus virtutum, & moraliter perfectos. Quę doctrina fundatur, tùm in modo proprio cuiuslibet agentis procedentis de

Notandū.

potentia ad actum: tùm in infirmitate, & debilitate virium, adhùc circa bonum honestum naturale, convenienti voluntati ex parte originali, quæ quidem debilitas quodammodo excluditur per subitas affectiones in bonum virtutis; sicuti infirmitas voluntatis ad prosequendum bonum supernaturale quodammodo sanatur per inspirationes, & affectiones supernaturales. Quapropter, ut sciamus qualiter affectio supernaturalis influit in consensum liberum supernaturalem satis proderit indagare; quænam concursum exercet affectio naturalis in consensum liberum honestum moraliter.

54 Prob.Si affectio naturalis concurreret effectivè ad consensum liberum honestum naturalem, vel concurreret movendo quòad exercitium voluntatem ad elicientiam illius, vel saltim complendo eius activitatem ad talem consensum. Sed neutro modo concurrit: ergò subita affectio naturalis &c. Min. quòad 1. part. prob. 1. ex D. Th. 1.2.q.9.a.3. ubi asserit: *Voluntatem entenùs seipsam movere quòad exercitium in suis actibus, quatenùs per actum intentionis se applicat, & determinatur ad actum electionis.* Si autem sentiret voluntatem per simplicem affectionem circa finem, se movere etiam quòad exercitium ad amorem liberum, & efficacē illius, absdubiò nonomisisset huiusmodi motionem in voluntate; quandoquidem optimè noverat voluntatem, iuxta frequentem modum operandi, per priùs se exercere per affectiones simplices omninò indeliberatas, quam per affectiones liberas, & efficaces. Unde probatio adducta etsi sit argum. negativum, est satis efficax iuxta immediatè animadversa.

Prob. quia non movent quo ad exercitium.

2. Id quod relinquit voluntatem indifferentem ad consensum liberum, & eius carentiam, non movet strictè quòad exercitium volunt. ad consensum; cū motio physic. quòad exercit. propriè accepta sit motio efficax, & applicativa voluntatis ad operandum* sed affectio subita circa bonum honestum sic relinquit voluntatem in ordine ad consensum liberū circa idē bonum, ut est omninò certum: ergò.

* Hæc est motio quoad usū ita art. 1. usus est applicat. ita, q. 16. ar. 1.

55 Quòad 2. vero prob. destruendo fundam. in cont. Nàm sicuti voluntas priùs movetur motu simplici subito, & inefficaci, quam motu libero, & efficaci; ita intellectus ob eandem rationem (scil. titulo agentis procedentis de potentia ad actum) priùs apprehendit obiecta, quam iudicet de ipsis, similitèrque, priùs iudicat imperfectè, quàm perfectè. Atqui simplex apprehensio non concurrit effectivè ad formationem iudicij; cum hoc tantum effectivè procedat à virtute iudicativa intellectus, & repræsentatione speciei; ut optimè docet D. Th. Compl. Colleg. in Logica q. 10. a. 2. ergò. Conf. Nàm quemadmodum propter imperfectionem voluntatis in operādo est ipsi connaturale priùs prorumpere in actus subitos, & inefficaces, quam in actus liberos, & efficaces; ita ob eandem rationem est ei ipsi connaturale intra ordinem actuū liberorum elicere priùs actum remissum, quam intensum; nemo enim in bono, aut in malo, repentè fit summus. Sed huiusmodi prioritas inter actus liberos remissos, & intensos, non est propriè effectiva, sed dispositiva, quatenùs scil. voluntas per actus remissos fit habilior, promptior, & expeditior ad actus intensos, ut expressè docet D. Th. 2.2.q.24.a.6. ubi loquens de actibus remissis charitatis ait: *Quilibet actus charitatis disponit ad illius augmentum, in quātum ex uno actu charitatis, homo redditur promptior ad iterùm agendum secundùm charitatem, & habilitate crescente homo prorumpit in actum ferventiorem dilectionis.* Cuius causa effectiva est voluntas elevata per habitum charitatis, vel auxilium fluidum: ergò ex quo voluntas &c.

Prob. quia non complent actu vitatem volunt.

Confirm.

56 Hinc colliges, non ex quacumque prioritate inter actus procedentes effectivè ab eadē potentia, deduci causalitatem effectivam unius in alterum, vel quòad exercitium, vel per modum actus primi complentis activitatem potentiæ: quemadmodum non deducitur efficacitèr causalitas materialis unius formę circa aliam; ex quo ex parte subiecti recipientis aliquam formam præcedat existentia unius ad existentiam alterius: quod manifestè constat in rotunditate ad receptionem motus, & in præcedentia ca-

Illatio ex dictis.

lo-

caloris remissi ad calorem intensum; & alijs huiusmodi: quæ quidem, etsi reducantur ad genus causæ materialis; tantum secundum quid, & impropriè sub illo continentur. Sic igitur, ex quo unus actus voluntatis, vel alterius potentiæ, præcedat elicientiam alterius actus, tauquam dispositio reddens illius virtutem promptiorem, & expeditiorem ad perfectam operationem, nō prob. vera causalitas effectiva; sed ad summum secundum quid, & impropriè talis: qualiter se habet simplex apprehensio ad formationem iudicij, & cognitio confusa rerum ad cognitionem distinctam ipsarum; inter quas est innegabilis præcedentia unius ad alteram, ut docetur communiter in Physica.

Alia rat. prob.

57 Ratio à priori est. Voluntas præventa cognitione indifferenti, & proponenti aliquem finem honestum, ut practicè consequibilem, est potens proximè activè tendere in illum per intentionem liberam, & efficacem; liberam quidem, quia regulatur iudicio indifferenti, quod est radix, & origo libertatis; efficacem vero, quia respicit terminum practicè consequibilem. Sed hæc omnia integra, & perfecta, subsistunt absque præcedentia aliorum affectuum, qui dicuntur subiti, simplices, & inefficaces, ut est de se certum: ergò etiam pro casu, pro quo prædicti affectus antecedāt propter modum operandi regularem voluntatis, non debet eis attribui concursus plusquam dispositivus habilitandi, & expediendi activitatem voluntatis, eiusque duritiam emoliēdo, ut cum maiori facilitate, & connaturalitate, explicet voluntas suam activitatem eliciendo operationē perfectam, liberam, & efficacem. Quod explicari potest exemplo densitatis in corpore calido, conducentis utique ad hoc, ut maiori velocitate, & efficacia comburat; quin propter hoc activè cum proprietate concurrat ad cōbustionem.

Quando affect. sūt riter. generi.

58 Hęc mihi vera, veriora tamen apparent, quando subitę affectiones sunt alterius generis à consensu libero, & efficaci voluntatis, per quem amplectitur bonum honestū naturale. Quod sic explico. Multotiès enim præcedunt in voluntate; priùs quam liberè, & efficaciter bonum virtutis amplectatur; affectiones subitę, timoris, amoris, & delectationis circa aliud obiectum conducens ad finem virtutis, ipsique subordinatum. Exempli gratia. Ad dilectionem liberam, & efficacem Dei A. naturæ super omnia præcedunt, vel possunt præcedere, affectus imperfecti, scilic. timor mortis, amor concupiscentiæ, gratitudinis, & delectationis purè naturalis in operibus ab ipso productis, ostendentibus eius gloriā, & pulchritudinem. Quis enim negare potest huiusmodi affectus disponere voluntatem, eamque aliquatenùs iuvare, ut ad dilectionem efficacem Dei A. naturæ super omnia, quasi gradatim ascendat. De his igitur affectibus, mihi certum est, non influere effectivè in dilectionem efficacem Dei super omnia; tùm propter superius dicta; tùm & præcipuè; quia sunt valdè imperfecti, & longè inferiores ipso actu dilectionis. Tum, quia cum prædicti affectus secundum sui speciem possint, sintque imperabiles ab actu dilectionis, proindèq possint ab illo activè procedere; non apparet ratio, ut è converso ipsi influant effectivè in dilectionem, sed tantum dispositivè, sive excitativè moraliter.

Instabis contra concl.

59 Sed argues. Intentio finis influit in electionem mediorum, sicuti assensus præmissarum in assensum conclusionis: ergò etiam affectus subitus, & inefficax in affectum liberum, & efficacem. Conseq. constat. Tùm à paritate: Tùm quia, sicuti voluntas media intentione finis se movet ad electionem mediorum; ita medijs subitis affectionibus se movet ad liberè consentiendum. Tùm quia, ideò intentio finis influit effectivè, quia, videlicèt, determinat intrinsecè voluntatem ad electionem mediorum (idem de assensu præmissarum, respectivè ad assensum conclusionis, sed affectiones simplices etiam intrinsecè actuant, & determinant aliquomodo voluntatē ad amorem efficacē boni honesti: ergò.

Solutio.

60 Conc. ānū. neg. conseq. 1. disparitas est. Nàm voluntas per intentionem finis se movet quoad exercitium ad electionem mediorum, ut expressè docet D. Th. 1. 2. q. 9. a. 2. Cum-

que movere quòad exercitium, vel quòad usum, sit effectivè influere, ideò intentio hoc modo influit in electionem, motus autem subiti, & inefficaces non sic movent voluntatem ad actus liberos, ut est certum, & experientia testatur; quandoquidem voluntas multotiès eis resistit; quapropter solum habent influxum dispositivum in consensum liberum. Sed quia existimo intentionem finis ultra influxum effectivum consistentem in motione quòad exercitium ad actum electionis, habere usum influxum etiam effectivum conveniētem suo modo assensui præmissarum respectu assensus conclusionis, ad quem, iuxta veriorem sententiam, ille non determinat quòad exercitium. 2. disparitas stat in eo quod intentio finis complet intrinsecè virtutem voluntatis ad eligendum; ita ut voluntas non intelligatur completè potens eligere, nisi præcedat intentio finis; sicuti nec intellectus intelligitur completè potens, sive in actu primo completo ad assentiendum conclusioni, non præintellecto assensu præmissarum. Ratio est: Nàm virtus elective qua talis essentialitèr est virtus se determinans ex intentione finis, & propter intentionem, ad electionem mediorum. Sicuti virtus discursiva in intellectu est virtus deducens unum assensum ex altero, & propter illum: qua de causa uterque intrinsecè complet complemento actus primi activitatem physicam intellectus, & voluntatis. Non sic cōtingit in motibus subitis; cum hoc ipso, quod voluntas sit præventa iudicio indifferenti proponenti finem honestum practicè consequibilem, intelligatur cum potestate completa, & expedita ad liberè, & efficacitèr illum amplectendum: unde etsi ad talem consensum præcedant, non tamen ut voluntati aliquam activitatem, aut complementum activit. ipsi præstent; sed solum eam disponunt, & præparant, ut cum maiori connaturalitate, & minori difficultate se exerceat per actus absolutos liberos, & efficaces. Alia argumenta infra commodiùs solventur agentes de gratia supernaturali affectionis.

Aliud argum. potest sic formari. Ars, præsertim Mechanica, est verè effectiva artefacti: unde Phil. 6. Ethic. cap. 4. definit Artem: *Habitus cum vera ratione factivus.* Sed Ars non aliter convenit nisi dirigendo, & docendo qualiter sit opus faciendum: ergò ex quo cognitio influat in actum voluntatis dirigendo &c. Resp. Artem (quælibet illa sit) effectivè concurrere ad actus proprios illius, ut docentis per certas, & determinatas regulas, quomodo sit opus faciendum. Si vero sit Ars liberalis; potest etiam effectivè influere in usum regularum intra propriam materiam, ut dicitur de Logica; dummodo usus accipiatur pro recta conclusione circa agēda ex propr. regulis deducta. Concedimus etiam Artem domificandi v. g. effectivè influere in actus externos; proindèque in ipsum artefactum exteriùs; hoc tamen contingit, quia actus directivus, & dispositivus, quem immediatè efficit, ex adiuncto imperio voluntatis, efficacitèr imperat actus externos, quibus exequitur artefactum: unde ex hoc capite participat influxum effectivum; & quantum ad hoc assimilatur imperio relatè ad usum activum voluntatis. Hæc doctrina intelligitur, dùm artefactum fit ab eodem Artifice; Nàm si artefactum exequatur ab alio ex directione Artificis; tùnc solum directivè influit in illud, & reductivè ad genus causæ physicè effectivę pertinet. Notándum ad rationem habitus, aut cognitionis practicæ sufficere ordinari ex se ad praxim, hoc est ad opus alterius potentiæ ab intellectu; de quo in Logica, estò physicè effectivè non influat.

Et hæc de hoc dub.

&c.

61 Aliter arg. Resp.

(*)

DU-

DUBIUM VIII.

AN GRATIA EXCITANS INtrinsece supernaturalis in Sancta cogitatione, & affectione consistens, influat effectivè in consensum liberum supernaturalem?

N. 1 ETsi difficultatis propositæ decisio ex dictis dub. præcedenti videatur constare, quia tamen claritati, & profectui discipulorum intendimus, & insuper ad formandum iudicium circa concursum gratiæ excitantis supernaturalis in actus salutares, necesse est plures difficultates evolvere, & plurima testimonia SS.PP. in vero, & germano sensu exponere: Ideò dubium speciale pro fine iam insinuato proponimus. Adest etiam alliud motivum satis efficax pro specialitate huius dubij, scilicèt, quia,& si sit satis probabilis, & frequens antiquorum Thomistarum sententia, affirmans cognitionem boni, & bonum ut cognitium,influere effectivè in actus voluntatis, sive sint liberi, sive indeliberati; remanet tamen adhuc gravis difficultas circa concursum illustrationis supernaturalis, & sanctæ affectionis in consensum liberum supernaturalem.Si enim per talem illustrationem, vel etiam per sanctam affectionem, potest elevari voluntas ad productionem consensus prædicti supernaturalis; iam non erit necessariũ aliquod auxilium fluidum prætèr gratiam sanctæ cogitationis, & affectionis, cuius existentiam Thom.cum Angel.Præcept. in absentia habituum validissimè propugnant. Undè prius proponemus aliqua minus difficilia, & quæ ex dictis dub. præcedenti videntur constare, ut postmodum id, in quo maior apparet difficultas,decisum,& solide fundatum relinquamus.

Notandũ.

§. I.

STATUITUR PRIMA CONCLUSIO.

Illustratio supernaturalis non influit effectivè in affectionem subitum supernaturalem ex illa provenientem.

ITa Cardinalis Bellarm.Albelda, & omnes Thom. qui negant cognitionem naturalem influere effectivè in actus voluntatis, quos invenies citatos dub. antecedenti, §. 2. quibus firmiter adhęret Magist. à S. Thom. hac 1.2. quæst.9. art.1. Prob. 1. iuxta superius dicta. Id quod concurrit ad statũ affectionem in voluntate ei ostendendo, & repręsentando bonitatem obiecti talis affectionis, non influit physicè effectivè in illam; sed sic concurrit illustratio supernaturalis, sive sancta cogitatio à Deo immissa: ergò non influit effectivè &c. Mai. in qua est difficultas, prob. ex D. Thom. 1. p. quæst.106. art.2. dicente: *Voluntas immutatur dupliciter: uno modo ex parte obiecti, alio modo ex parte ipsius potentiæ. Ex parte quidem obiecti movet voluntatem,& ipsum bonum, quod est voluntatis obiectum, & ille qui demonstrat obiectum; putà,qui demonstrat aliquid esse bonum.* Ex qua doctrina prob.ibi unumAngelum non posse directè im mutare voluntatem alterius, sed tantum indirectè, & immutatione se tenente ex parte obiecti.Idem docet,quæst.22. de verit. art.8. quo supposito sic argum. 2

Prob. ex S.Doct.

Id quod influit in actum voluntatis influxu se tenente ex parte obiecti, non influit physicè effectivè in illum; obiectum enim formale solum influit influxu spectante ad genus causæ formalis extrinsecę; sed iuxta D. Thom. quod influit in actum voluntatis ostendendo, & proponendo voluntati aliquod bonum, influit influxu se tenenti ex parte obiecti: ergò. Videatur idem S.D. hac 1.2. quæst. 80. art. 1.

Confirmat. & explicat. hoc. Id, 3 quod non influit in amorem, nisi medio obiecto amoris, non influit physicè, sed tantum moraliter, aut obiectivè in amorem; sed illustratio supernaturalis non influit in sanctam affectionem, nisi mediante obiecto, quod proponit, ut conveniens voluntati: ergò. Mai. const. Nàm quod taliter influit in amorem, non aliter influit, nisi iuxta modū obiecti, & ut se tenens ex parte illius, ut conditio per se ad excitandum in voluntate amorem: ergò. Ulterius. Munus proprium sanctæ cogitationis, in qua consistit gratia actualis illuminans, est facere *ut nobis appareat, quod antea latebat*. Ita expresse D. August. lib. 2. de peccator. meritis, cap. 17. sed huiusmodi concursus non est propriè effectivus, sed directivus, & ad genus causæ moralis spectans; ut manifeste apparet in eo, qui alteri ostendit viam ad ambulandum, quam antea ignorabat; & in Mag. manifestanti, & ostendenti discipulo medium obiectivum ad cognitionem veritatis antea ignotæ, de quibus omnibus affirmare influxum physicè effectivum est omninò voluntarium: ergò. Hic discursus deducitur ex D. Aug. tract. 26. super Evangelium Ioannis, ubi immutationē nostræ voluntatis, quæ fit per manifestationem bonitatis in obiecto eam allicientis, & invitantis, explicat exemplo ovis, quæ ostensione rami viridis trahitur; & pueri, qui demonstratione nucis ad currendum incitatur, dum hæc profert: *Ramum viridem ostendis ovi, & trahis illam; nuces puero demonstrantur, & trahitur.*

Confir. 1.

Secundo.

4 Prob. 2. Si subita illustratio supernaturalis influeret physicè in sanctam affectionem, cognitio fidei etiam influeret physicè effectivè in actum charitatis, quem dirigit; similiterque visio beata eodem influxu physicè effectivo concurreret ad amorem beatificum; sed hoc est falsum; cum iuxta S. Doct. 1. 2. quæst. 66. art. 6. fides tantum dispositivè, aut directivè moraliter, influat in actum charitatis: ergò. Sequela prob. Tum quia prædictæ cognitiones excedunt in perfectione illustrationem supernaturalem; proindeque omnis causalitas in actum voluntatis titulo perfectionis conveniens illustrationi subitæ, debet concedi cognitioni fidei, & visioni beatæ. Tum quia, sicuti subita cogitatio supernaturalis influit media ostensione, & propositione bonitatis; ita similiter cognitio fidei, & visio beata influunt in actum charitatis: ergò si &c.

Alia rat.

Nec valet si dicas cum D. Marin. 5 Visionem beatam eò purè directivè, & moraliter concurrere, quia PP. & Concilia non affirmant illam esse *effectricem amoris, præbere vires, & elevare voluntatem ad amorem* qualiter affirmant de gratia illuminante. Non inquam valet 1. Quia nullam assignat ration. pro adstruenda efficientia physica in his verbis; cum tamen testimonia PP. & Conciliorum non sint expressa; imò nec efficacia, pro eius opinione suadenda. 2. Quia iuxta hanc sol. redditur inefficax ratio, quaipse A. probat concursum effectivum physicum sanctæ illustrationis in affectus supernaturales, quæ talis est. Scilicèt, *sine sancta cogitatione non adest in voluntate sufficientia ad amorem*: ergò *physicè influit in illum*. Redditur inquam inefficax, ut tantisper considerantì patebit. Tum quia etiam PP. affirmāt omnem cognitionem esse causam amoris; quod est prorsùs idem. Tum quia etiā iuxta illos cōtemplatio est amoris principium. Denique: quia esto sit certum iuxta PP. & Concilia gratiam auxiliantem esse effectricem, & præbere vires voluntati ad affectus supernaturales; restat ipsi A. probare quod gratia auxilians de qua PP. & Concilia loquuntur, accipiatur adæquatè pro sancta cogitatione, & pia affectione; siquidem ad salvandam eorum locutionem, sufficit dicere sanctam affectionem influere physicè

Quædam Respons.

Reijc. 1.

Secundo.

Ultima

cè

cè in consensum liberum supernaturalem, & sanctam cogitationem influere moraliter in eundem consensum. Sed de hoc infra.

§. II.

SECUNDA CONCLUSIO.

Talis illustratio supernaturalis non influit physicè effectivè in consensum liberum supernaturalem.

6 CONclusio colligitur ex præcedenti: nam si illustratio non influit effectivè, sed purè directivè in subitam affectionem, quam immediatè excitat; multo minus in affectionem liberam, & efficacem, quam solū mediatè excitat, poterit influere effectivè. Ulterius, quia esto non repugnet subitam illustrationem coexistere cum perfecta cognitione supernaturali, ut dub. 1. §. 6. diximus. Consensus liber supernaturalis non regulatur nisi per illuminationem supernaturalem proponentem illum cum indifferentia: ergò adhuc admisso actum liberum supernaturalem procedere effectivè à cognitione perfecta supernaturali, minime infertur hoc modo dependere à subita illustratione supernaturali. Nec valet dicere subitam illustrationem influere effectivè mediatè in consensum liberum, quatènus, scilicèt, influit physicè cum intellectu immediatè in cognitionem perfectam supernaturalem. Non inquam valet 1. Quia falsum est cognitionem supernaturalem immediatè regulantem assensum liberum supernaturalem influere in ipsum plusquam moralitèr directivè, & ex parte obiecti; pro cuius probatione recolantur dicta tum dub. præced. tum conclusione prima immediatè adducta: ergò ex quo subita illustratio effectivè influat in illustrationem perfectam, non probatur influere effectivè in prædictum affectum.

Prob. ex dictis.

Si dicas.

Contra est 1.

7 2. Quia falsum est inter prædictas illustrationes dari causalitatem physicè effectivam; sed solum dispositivam propter modum imperfectum nostri intellectus procedentis, adhuc intra ordinem gratiæ, de motu imperfecto ad perfectum; ut accidit in apprehensionibus præcedentibus iudicium, & in cognitione rei secundum prædicata communia, priùs quam acquirat cognitionem perfectam, & distinctam ipsius; quin in hac prioritate detur vera efficientia unius cognitionis in aliam, sed solum causalitas dispositiva: : : : Advertendum tamen cum Magist. Lemos, tom. 4. tract. 7. part. 1. cap. 15. à num. 236. per gratiam excitantem subitæ illustrationis non determinari immediatè intellectum ad cognitionem perfectam supernaturalem; sed mediatè, quatènus ex dicta illustratione oritur in voluntate affectus indeliberatus timoris, aut amoris, & voluntas sic affecta movet intellectum, ut perfectè cognoscat finem supernaturalem, & iudicet, an sit liberè, & efficacitèr amplectendus. Undè licèt talis affectus indeliberatus, non sit efficax ad educendum ex voluntate liberum consensum, est tamen efficax ad excitandam in intellectu perfectam cognitionem, per quam voluntas sit libera ad consentiendum.

Secundo.

§. III.

TERTIA CONCLUSIO.

Etiam si illustratio supernaturalis perfecta regulans consensum liberum influat effectivè in ipsum, adest grave discrimen inter AA. Thom. & aliquos Jesuit.

7 CUm plures Thom. teneant cognitionem practicam boni influere physicè effectivè ut *quo* simul cum voluntate in omnem actum illius, sive necessarium, sive liberum, ut ex dub. præced. constat; nè aliquis existimet horum sententiam aliquatènus favore aliquorum opinioni ex AA. Societatis, quam in præsenti impugnandam suscepimus: ideò conclusionem istam adiecimus, ut discrimen inter utrosque assignemus, & id, in quo sistit præcipuæ difficultas, explicemus. Certum enim est

Doct. Th

non

non esse idem aliquid posse effectivè partialiter influere cum alio, ac posse ei præstare vires ad efficiendum. Constat hoc in specie intelligibili concurrenti effectivè cum intellectu (iuxta frequentem Thom. doctrinam) ad intellectionem; cum tamen non præstet ei vires ad intelligendum, ut potè non se habens ex parte intellectus, sed ex parte obiecti. Constat etiam in pia affectione determinante intellectum quoad specificationem, & quoad exercicium ad assensum fidei; quin ipsi præstet vires physicas ad credendum. Id ipsum videre est in actu imperij respectivè ad usum activum voluntatis; & in actu unius virtutis imperantis actum alterius, ad quam nullas vires præstat voluntati.

8 Et ut exemplo familiari AA. Societatis utamur: Species intelligibilis naturalis absque intrinsecelevatione influit effectivè simul cum habitu fidei ad assensum procedentem ab illo; de qua certum est nullam vim, aut activitatem præbere intellectui, ut supernaturalitèr credat. Ratio horum est. Nàm concursus effectivus partialis ex se non petit unam causam præberi alteri virtutem, aut complementum intrinsecum virtutis ad operandum; sicuti non petit, quod una operetur per alteram, aut in virtute illius; ut clare conspicitur in duobus portantibus lapidem, aut duplici calore simul partialitèr producente eundem numero calorem in ligno: ergò ex quo omnis cognitio practica boni influat partialitèr effectivè simul cum voluntate &c. Multo tamen certius est: quid longe diversum esse *unum influere effectivè cum altero, ac posse illud elevare, ut absque alio principio supernaturali intrinseco producat operationem supernaturalem*; vel si mavis, ut etiam producat effectivè operationem, ad quam non prehabet virtutem proximè elicitivam. Constat hoc in specie intelligibili naturali concurrenti ad assensum fidei, per quam nequit elevari intellectus, ut sine omni principio supernaturali eliciat talem assensum.

Prob. exempl.

9 Idem dicendum de visione Beata ad actum fruitionis, vel de essentia Divina vnita per modum speciei absque infusione luminis gloriæ. Imò etiam si talis causa partialis concurrat effectivè cum altera determinando, & complendo intrinsecè illius activitatem, non propter hoc potest illam ita roborare, ut producat aliquē actum suam vim innatam excedentem. Ratio est. Nàm virtus effectiva in tali causa est, quasi conditionata, pro casu, scilicèt, quod in altera concausa adsit virtus ad operandum. Hac ratione, & si volitio efficax videndi influat activè in eius elicientiam, non gaudet hac activitate, nisi homo habeat potentiam visivam. Similitèr; & si assensus præmissarum influat effectivè in assensum conclusionis, & intentio finis in electionem mediorum: Si tamen intellectus non haberet virtutem intrinsecam discursivam, & voluntas facultatem intrinsecam electivam; nec intellectus posset elicere assensum conclusionis ex vi assensus præmissarum; nec voluntas electionem ex vi intentionis finis. Videatur Pater Suarez lib. 3. de auxilijs, cap. 17. numer. 7. qui hanc doctrinam approbat.

Prosequit assumpt.

10 Ex his manifeste deducitur, quod, & si aliqui Thomistæ asserant illustrationem subitam influere effectivè in affectionem indeliberatam voluntatis ex illa provenientem, & pariter; illustrationem perfectam supernaturalem in consensum liberum; negant tamen præbere uoluntati vires physicas ad elicientiam horum actuum; & potiori ratione negant pleno ore posse voluntatem ratione talis illustrationis elevari, ut producat affectus supernaturales secluso omni auxilio intrinsecè eam elevante. Quapropter concedunt auxilium fluidum ad hoc, ut intellectus producat sanctam cogitationem; si desint habitus infusi; & rursus aliud auxilium in voluntate, ut sanctam affectionem eliciat, in quibus auxilijs collocant rationem gratiæ primo, & simpliciter excitantis; ut dub. 2. vidimus. At verò aliqui ex Adversar. de quibus infra; ita attribuunt sanctæ cogitationi influxum effectivum, tum moralem, tum physicum; ut affirment

Illatio ex dictis.

præ-

præbere vires voluntati, ut prorrumpat in affectus supernaturales, tam liberos, quam indeliberatos; imò, & fortasis dicet Aliquis non repugnare, ut voluntas ex vi illustrationis supernaturalis absque auxilio intrinseco affectionis fiat potens elicere affectum supernaturalem liberum, & salutarem. Patefacto iam discrimine adeo gravi inter Thom. & AA. Societatis sit.

§. IV.

QUARTA CONCLUSIO.

Repugnat voluntatem ex vi solius illustrationis supernaturalis elevari, ut eliciat consensum liberum, & salutarem.

11 EST communis inter Theologos, excepto Ripalda, quem pro opposita sent. citat P. Aranda tom. 1. lib. 12. disp. 51. à num. 16. fateor tamen mentem Ripaldę esse satis obscuram, ut videre est in ipso disp. 110. sect. 9. * quamvis ibidem num. 64. satis insinuet nostram sent.

Prob. 1. Prob. 1. Voluntatem elevari ad consensum liberum salutarem ex vi supernaturalis illustrationis secluſa omni affectione indeliberata, alioque principio supernaturali, est ratione illius habere virtutem præcontentivam talis consensus; sed hoc repugnat: ergò repugnat vi solius illustrationis supernaturalis elevari, & habere vires ad consensum liberum salutarem. Min. prob. 1. Ex illa doctrina generali, qua communitèr probant discipuli Div. Thom. causam intrinsecè impotentem producere effectum aliquem, non posse reddi potentem per formam ei tantum extrinsecè assistentem. Sed voluntas secundum sibi intrinseca, non est potens ad consensum liberum supernaturalem; cum activitas intrinseca ipsius naturalis sit, & aliunde prædicta illustratio est illi extrinseca, utpotè inhærens intellectui: ergò ex vi talis illustrationis nequit &c. Prob. eadem min. Virtus immediatè præcontentiva, & elicitiva consensus supernaturalis, est virtus spectans ad lineam affectivam; cum ipse consensus sit formalis, & actualis affectio ad bonum supernaturale, & aliunde actus secundus, & actus primus se tenens ex parte potentiæ, intra eandem lineam debeant collocari; sed illustratio supernaturalis non dicit actualitatem, aut virtutem intra lineam affectivam, sed cognoscitivam: ergò ex vi illius &c. Vel alitèr. Voluntatem elevari ad conversionem affectivam supernaturalem, est virtutem affectivam innatam ipsius accipere maiorem actualitatem, & perfectionem in ratione potentiæ affectivæ; sed illustratio supernaturalis nequit præbere voluntati maiorem actualitatem, & perfectionem in ratione potentiæ affectivæ; cum actualitas, & perfectio, quam in se habet talis illustratio, sit actualitas ostensiva, & manifestativa boni: ergò.

* Quia id attribuit relatè ad subitā affect.

De quo tract. de visione, & charit.

12 Hæc probatio est efficax, non solum in sententia asserente habitus, aut auxilia supernaturalia esse totam rationem proximam agendi in voluntate actus supernaturales; sed etiam in sententia adstruente virtutem innatam partialem in ipsa voluntate. Ratio est. Nàm voluntas nequit producere affectum supernaturalem, nisi eius virtus partialis per alterum comprincipium partiale elevetur, ita ut adæquatè ex parte rationis *quæ* illum activè præcontineat; at qui virtus partialis affectiva conveniens voluntati nequit elevari in ratione talis per illustrationem supernaturalem; cum perfectio, & actualitas huius non sit affectiva, & per modum inclinationis ad bonum supernaturale: ergò. Quod urgeri potest exemplo formarum expectantiam ad diversas lineas, vel diversa genera, etiam si una alteram in perfectione, & actualitate excedat; ut videre est in dulcedine, cuius perfectio specifica non redditur maior ex consortio cum luce, vel alijs qualitatibus. Nec virtutes morales reddunturintrinsecè actualiores ad suos actus ex consortio virtutum intellectualium. Imò, etiam si admittatur posibilitas elevationis per auxilium extrinsecum omnipotentiæ Dei; adhuc subsistit ratio proposita; siquidem

Urgetur.

dem omnipotentia continet eminenter perfectionem, & activitatem præstabilem à principio supernaturali, tam cognoscitivo, quam affectivo: quapropter potest se sola effectum formalem illius supplere. Cæterùm cum huiusmodi continentia, aut æquivalentia in virtute affectiva, nullatenus conveniat cognitioni: ideo primo admisso, non debet admitti secundum. Vel dicendum erit: quodlibet ens posse per quodlibet elevari ad operationes supernaturales.

13 Hinc deducitur 2. probat. Nàm si illustratio supernaturalis posset elevare voluntatem ad actus supernaturales dilectionis Dei &c. posset etiam intellectus elevari ad eliciendum actum fidei v. g. per habitum, & actum
Prob. 2. piæ affectionis existentis in voluntate; idem què posset concedi in ordine ad actus donorum Spiritus Sancti perficientium intellectum, & supponentium charitatem; aliasque virtutes infusas in voluntate: eo præcipuè, quia sicut intellectus subordinat sibi voluntatem eam dirigendo, ita voluntas subordinat sibi intellectum quoad plures suos actus illum movendo, & determinando. Consequens nequit concedi nisi immutando, & pervertendo essentias rerum: ergò.

14 2. Ratio est. Id, quod non præstat vires physicas voluntati in ordine ad affectus supernaturales timoris di-
Prob. 3. lectionis spei &c. nequit ad horum elicientiam ipsam elevare; sed huiusmodi est illustratio supernaturalis, quæ est gratia excitans: ergò. Mai. constat. & min. prob. Talis illustratio supernaturalis excitat voluntatem ad affectus supernaturales ostendendo, & repræsentando convenientiam, & honestatem in elicientia talium actuum; sed per huiusmodi ostensionem, & directionem non præstat aliquas vires physicas voluntati: ergò. Min. prob. multipliciter primo ex D. Bernard. lib. de gratia, & libero arbitrio in principio dicente: *Duo sunt mihi necessaria doceri, & adiuvari. Non quicumque ostendit viam, præbet etiam Viaticum itinerranti. Siquidem non est eiusdem facilitatis scire, quid faciendum sit, & facere: quoniam; & diversa sunt; cæco ducatum præbere, ad cæco præbere vehiculum.* Ubi expresse tradit cognitionem supernaturalem excitantem, & allicientem voluntatē ad benè operandum, non præstare ei ullas vires physicas. Quod sequens exemplū manifeste confirmat. Nàm sicut homo Claudus, vel infirmus per hoc, quod ab alio excitetur ad currendum, non ei vires aliquæ tribuuntur, ut currat; ita similitèr voluntas hominis infirma, & sinè virtute ad actus liberos salutares nullas vires, aut sufficientiam physicam, accipit per hoc, quod intellectus ei ostendat bona supernaturalia, & videat quam malum, & amarum sit derelinquere Deum.

Hac ratione probat D. August. lib. de gratia Christi, cap. 10. & sequentibus, contra Pelagium asserentem: 15
Deum operari in nobis per gratiam suam velle bonum; quatènus illuminat intellectum suadendo bonum, & ostendendo, quid faciendum, quid vè fugiendum sit per intrinsecam revelationem Spiritus Sancti: probat, inquam, illum in his omnibus non recedere à gratia legis, & doctrinæ; insuperque ipsum Pelagium non confiteri veram gratiam adiuvantem infirmitatem hominis per submini-
Dicta roborant. ex M.P.
strationem spiritus, & virtutis, per quam faciat nos facere. De quo Illust. Alvarez lib. 1. tom. de gratia, disp. 1. art. 2. ex quibus, & alijs testimon. Magni Par. quæ in præsenti non vacat referre, manifestè deducitur: *Deum per gratiam illuminationis, qua movet intellectum ad evigilandum, & attendendum ad ea, quæ ad salutem nostram æternam conducere possunt, non dici propriè adiutorem nostrum, nec præbere vires voluntati, aut sufficientiam ad supernaturalitèr operandum.* Ideòque necessariam esse ulteriorē gratiam, per quam id quod faciendum novimus, facere *valeamus*, proindequè ad rectè operandum hominem indigere, non solum illuminatione Spiritus Sancti: sed etiam eius sancta inspiratione, per quam donat nobis ipsum benè velle. Sicut ergò repugnat, Catholicè loquendo, hominem per solam gratiam legis, & doctrinæ, posse elicere actus salutares, &
Gon disp. 1. de grat. art. 2.

se

De hoc Alv. disp. 76. Lem. tom. 4. tract. 7. p. 2. cap. 12.

se disponere ad iustificationem; ita dicendum de gratia illuminationis nudè sumpta. Hæc *probatio* urgentissima est, utpotè authoritati Concilij Arausican. cap. 7. & Concilij Trident. Sess. 6. Canone 1. & 3. & SS.PP. inixa. Videatur S. Prosp. Carmine de ingratis cap. 14.

16 Contra hanc concl. aliqua levis momenti opponi valent. 1. est. Gratia illuminans, iuxta satis freq. sent. in-

Arguit. 1. fluit effectivè physicè in actus supernaturales: ergò ex vi illius potest voluntas reddi potens producere tales

Confir. 1. actus. Confirm. 1. Id, quod influit effectivè in actum supernaturalem, ut forma fœcundans, & actuans voluntatem ad illius elicientiam, potest eam elevare, & præbere vires ad talem productionem; cum unumquodque reddatur potens operari per formam ipsum actuantem, & fœcundantem; sed cognitio practica supernaturalis hoc modo influit effectivè in actus supernaturales iuxta Aliq. Thom. ut ex dict. dub. anteced. const. referendo plurium Thomistarum sententiam: ergò. 2. Actus

Secundo. procedens à voluntate sola illustratione supernaturali præventa esset supernaturalis; cum hoc ipso, quod ab illa procederet, exigeret pro sui existentia aliquod principium supernaturale: proindeque excederet vires solius naturæ: ergò non repugnat consensum salutarem procedere à voluntate elevata per solam supernaturalem illustrationem. Nec obstat illam

Tertio. non esse de linea affectiva; nàm licet non sit in tali linea formaliter, est tamen in illa virtualiter; cum cognitio sit principium amoris: quod sufficiens est, ut possit elevare voluntatem ad affectus supernaturales.

17 Resp. Concesso añti. neg. cons. Cuius inefficacem illationem probatam relinquimus exemplis, & ra-

Respons. Ad 1. confirm. tione §. 3. Ad 1. Confirm. Resp. dist. mai. Id quod se habet, ut forma actuans, & fœcundans extrinsecè, neg. mai. Ut forma actuans intrinsecè subdist. Si se teneat ex parte potentiæ, conced. mai. Si ex parte obiecti se teneat, neg. mai. & cum eadem minor: dist. neg. conseq. Species intelligibilis etiam se habet, ut forma actuans, & perficiens intellectum ad intelligendum; & tamen nequit supplere defectum virtutis in ipso existentē; si enim intellectus non esset illustratus lumine gloriæ, vel lumine fidei ad credendum, non posset ex vi unionis essentiæ Divinæ per modum speciei videre Deum, nec per aliquam speciem supernaturalem ei infusam, elicere assensum fidei. Ad 2. Resp. 1. Prædictum affectum fore, & non fore supernaturalem; cum ex una parte excederet exigentiam naturæ, & ex alia non procederet à voluntate elevata in ratione potentiæ affectivæ, ut probatum relinquimus. Actus autem intellectus, & voluntatis, desumunt suam speciem à principio effectivo eorum per modum potentiæ, & simul ab ipsorum obiecto.* Resp. 2. dist. añs. Exigeret ad sui existentiam principium supernaturale cognoscitivum, conced. añs. Voliti-

Ad secūd.

* Sic S. D. 1. p. q. 77. a. 3.

yum, neg. añs. Sicuti species supernaturalis repræsentativè talis, non sufficit, ut cognitio sit supernaturalis; si non adsit virtus intellectiva supernaturalis. Ad 3. Resp. Cognitionem esse de linea affectiva excitativè, & extrinsecè; undè, si in voluntate non sint vires supernæ ad affectus supernaturales, nequit illas supplere; imò modus concurrendi excitando, & suadendo supponit adesse in voluntate vires, quas excitet: nemo enim prudenter exhortatur, aliquem ut supra eius propriam facultatem operetur; nec aliquid prodest scire quid oporteat facere, si ad faciendum desint vires.

Ad tertiā.

2. Oppones. Non repugnat illustrationem supernaturalem præbere 18 vires voluntati ad affectum salutarem: ergò nec repugnat elevari per

Arguit. 2. illam. Añs. prob. Eo repugnaret, quia illustratio non spectat ad lineam affectivam; sed hæc ratio nulla est: ergò. Prob. min. Assensus præmissarum præbet vires intellectui ad assensum conclusionis; & intentio finis ad electionem mediorum; & tamen assensus præmissarum pertinet ad lineam simpliciter intellectivam: assensus verò conclusionis ad lineā discursivā. Similiter intentio finis spectat ad lineam intentivam; electio verò ad li-

neam

neam electivam spectat. Ulterius. Nàm elevatio, aut exhibitio virium ad operandum, non repugnat fieri per causam æquivocam: ergò ex quo illustratio superna non sit in linea volitiva, aut affectiva, non rectè denegatur ipsi posse elevare, aut præbere vires voluntati, ut salutariter velit.

19 Resp. Falsum esse in rigore Sermonis assensum præmissarum (idem de actu intentionis in ordine ad electionem) præbere vires ad assensum conclusionis; siquidem intellectus de se habet virtutem ad assentiendum conclusioni; quapropter solum verificatur prædictũ assensum complere, iuvare, & expedire eius virtutem discursivam propter dependentiam unius assensus ab altero; vndè exempla potius sunt in favorem nostrum. Si namque intellectus non gauderet virtute intrinseca discursiva, non posset ex vi assensus præmissarum reddi potens complete ad discurrendum: cum ergò voluntas secundum se non gaudeat virtute productiva affectus supernaturalis, & hæc nequeat à cognitione provenire; cum eius munus sit ostendere, & manifestare voluntati bonum, quod debet amplecti; nequit præbere vires physicas, ut amet; nec rursus illam physicè complere. Ad prob. in contra Resp. diversitatem illam esse tantum specificam contentam intra eandem lineam generice; cognitio verò, & affectio, sunt lineæ etiam genere diversę. Ad ulteriorem prob. Resp. Quod elevatio per causam æquivocam est possibilis; dummodo hæc actu eminenter contineat perfectionem, & virtutem principij intrinsecè elevantis; qualis est Omnipotentia. Hoc autem non reperitur in cognitione superna, ut iam advertimus à numer. 10.

20 Consequenter ad dicta asserendum est * subitam illustrationem supernaturalem non elevare voluntatem, ut producat sanctam affectionẽ indeliberatam; nec ei vires Phys. aliquas præstare potest pro eius elicientia. * Ratio est, nam talis affectio est intrinsecè supernaturalis, & supernaturalitate affectiva per modum inclinationis actualis; quapropter, nec potest voluntas elevari ex vitalis illustrationis ei extrinsecę: Nec insuper adhuc admissa possibilitate elevationis per auxilium extrinsecum; hæc posset provenire à sola illustratione non præhabente virtutẽ affectivam, & in inclinatione ad bonum consistentem. Explicatur hoc. Esto libertas, & necessitas iuxta Thom. sit denominatio intrinseca actibus, non tamen variat speciem, aut substantiam illorum. Undè si actus liber à voluntate elicitus, quia supernaturalis, requirit elevationem intrinsecam in potentia illum eliciente; idem prorsus dicendum de actu necessario, aut indeliberato, si sit supernaturalis. Similiter, si affectio libera supernaturalis nequit procedere à cognitione superna, ut principio adæquatè elevante voluntatem; idem dicendum de affectione indeliberata, respectivè ad illustrationem supernaturalem, à qua immediatè excitatur. Undè in sententia Thom. principium elevans voluntatem ad talem affectionem est auxiliũ illi inhærens; in sententia verò Aliorum est omnipotentia extrinsecè assistens. Hæc omnia firma subsistunt, etiam si talis subita illustratio influat effectivè ut quo in sanctam affectionem iuxta dicta §. 3. & 4. Nec obstat quod nullum aliud princip. supernaturale in est voluntati, quo fiat supernatur. simplex affectio: ergò subita illustratio &c. Nàm in sent. Th. adest auxilium fluidum: in Aliorum verò Omnipotent. supern. applicata.

Illust. sub. nequit elevar. effect. affert.

Arg. Rip. disp. 110. sect. 9.

Respond.

§. V.

QUINTA CONCLUSIO.

Motus voluntatis subiti supernaturales non influunt physicè effectivè in consensum liberum supernaturalem, sive versentur circa diversum obiectum, sive circa idem.

21 IN hac conclusione conveniunt omnes Thomistæ, & si illam non ex professo, sed quasi transeuntèr pertractent; ut videre est in Magist. Alvarez, & Magist. Lemos ubi suprà n. 11. §. 4. quibus adhærent P. Sua-

Authores pro conc.

Suarez lib. 3. de auxil. cap. 17. Tannerus, Oviedo, Arriaga. Oppositum tenet Aranda lib. 2. disp. 59. referens plures in sui favorem, & ex nostris M. Albelda, diverso tamen motivo; eo quod prædictus M. gratiam prædeterminantem constituit in motu indeliberato ab intrinseco efficaci, & determinante voluntatem ad consensum salutarem, ut videre est in ipso disp. 58. sect. 3. Pro intelli-
Notandū gentia notandum, duplex esse genus motuum gratiæ affectionis, qui ad consensum salutarem movere possūt. Aliud eorum, qui respiciunt idem obiectum, quòd respicit actus salutaris, cum sola diversitate ab illo penès liberum, & deliberatum, penès efficacem, & inefficacem, absolutum, vel conditionatum: v. g. simplex affectio circa cultum Religionis, delectatio, & displicentia mali ei opposita. Ex his affectibus potest voluntas moveri ad affectum liberum, & absolutum Religionis. Aliud est eorum motuum, qui diversum respiciunt obiectum: v. g. timor inferni, displicentia peccati, delectatio beatitudinis, gratitudinis affectus ob tot beneficia à Deo accepta; de quibus negari nequit, movere voluntatem ad actum efficacem dilectionis, &, ut in Deum perfectè convertatur. Hac ratione affirmat D. Prosper. lib. contra Collat, cap. 14. *Deum miris, & ineffabilibus modis trahere ad se homines per gratiam suam, scilicèt, lætitia, desiderio, delectatione, amore boni, odio mali, spe premij, timore pœnæ &c.* De quo aliqua diximus dub. 1.

Hoc supposito prob. 1. pars con-
22 clus. Quam etiam tuetur Ripald. disp. 110. sect. 9. n. 67. & disp. 109. n. 6.
Prob. 1. pars conclus. Et claritatis gratia loquamur de timore inferni, vel simplici complacentia beatitudinis, respectivè ad actum charitatis, vel contritionis. Primo ex Div. Thom. hac 1. 2. quæst. 62. art. 4. ubi loquens de modo, quo actus spei, timoris &c. conducunt ad actum charitatis, affirmat tantum concurrere dispositivè. Tùm sic: plùs activitatis, & perfectionis invenitur in affectu efficaci spei, quam in simplici affectione timoris, vel simplici delectatione beatitudinis: ergò si affectus efficax spei, aliarumque virtutum efficaces affectus, solum dispositivè influunt in actum charitatis, à fortiori idem dicendum de alijs affectibus indeliberatis. 2. ratione ex ipso deducta. Actus non habens in se virtutem præcontentivam actus charitatis, nequit in illum influere effectivè; sed huiusmodi est actus indeliberatus timoris: ergò nequit in actum charitatis influere effectivè. Prob. min. 1. Actus, qui est longè imperfectior essentialiter, & specificè ex obiecto, ipso actu charitatis, nequit illū physicè activè præcōtinere; sed huiusmodi est affectus indeliberatus timoris: ergò. 2. Actus, qui ob sui imperfectionē dis- *
ponit remotè ad alterum excedentē, S.D. 2. 2. q. 19. ar. 7 de timore
nō præcontinet ipsum physicè effectivè; sed sic se habēt affectus supra recensiti in ordine ad actum dilectionis; cum tantum extrinsecè ad illum disponant: ergò.*

Confirm. 1. Actus non præ- 23
continens activè speciem actus charitatis, nequit illum proùt sic effectivè producere; sed motus prædicti, utpotè existentes intra speciem inferiorem, nequeunt activè continere speciem actus dilectionis, ut est evidens, & excessus inter obiecta talium actuum apertè convincit: ergò non influunt effectivè in actum dilectionis quòad sui speciem. 2. Idem ordo servari debet inter actus virtutum, & ipsas virtutes; atqui habitus virtutis inferioris, esto possit extrinsecè conducere, & subordinari alteri virtuti superiori; non præbet vires per se activas voluntati ad illius acquisitionē: ergò nec actus virtutis inferioris potest activè influere &c.

Confir. 1.

Secundo.

2. pars prob. 1. ex dictis dub. 24
præcedent. num. 56. ubi probavimus necessitatem prioritatis, & præcedentiæ inter actus indeliberatos, sive inefficaces; & inter actus liberos, & efficaces, circa idem obiectum; non probare concursum effectivum, sed solum dispositivum: quatenùs reddūt voluntatem aliqualiter inclinatam, & minùs difficilem ad consensum absolutum, & efficacem. Nàm quemadmodum in ordine physico ad introduc-

Prob. 2. pars conclus. 1.

tionem formæ præcedunt, aliquæ dispositiones aptantes subiectum removendo illius impedimenta; ita intra ordinem gratiæ affectus imperfecti, & inefficaces circa bonum supernaturale, præcedunt consensum liberum, & efficacem, tanquam dispositiones præparantes voluntatem removendo inclinationes impedientes eius elicientiam, & quasi emollientes, & sanantes duritiem eiusdem, ut quasi modo connaturali prorumpat in consensum salutarem. Videantur ibi adducta, & aliquibus exemplis ex D. Thom. desumptis confirmata.

2. Prob. ead. pars. Si amor simplex, & indeliberatus divinæ bonitatis effectivè influeret in amorem liberum, & efficacem Dei super omnia, deberet illū in se activè præcontinere; sed hoc est falsum: ergò, & quod physicè influat effectivè in talem amorem. Mai. est certa, & min. prob. 1. à parit. Nàm sic se habet apprehensio supernaturalis de veritate mysterij ad assensum perfectum fidei, & iudicium de illius veritate; sicuti se habet simplex complacentia summæ bonitatis Dei in ordine ad efficacem dilectionem eiusdem. Idem que dicendum de simplici displicentia peccati in ordine ad contritionem perfectam, & efficacem illius detestationem; ut tantisper considerranti patebit. Sed falsum est apprehensiones subitas supernaturales veritatis mysterij revelati habere in se virtutem physicè productivam assensus fidei; vel quia talis assensus effectivè producitur ab habitu fidei; vel quia post prædictas apprehensiones necessariò præcedunt ad talem assensum; tùm iudicium supernaturale credibilitatis mysterij: tùm etiam affectio determinans intellectum ad credēdum, per quam Spiritus S. iuxta Arausic. cap. 5. donat nobis ipsum credere corrigendo voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem: ergò similitèr &c.

25 Prob. 2.

3. Prob. ratione. Actus, qui in se non continet, adhuc virtualitèr, efficaciam dilectionis Dei super omnia, non gaudet virtute physica præcontentiva illius; sed talis est amor simplex, & inefficax divinæ bonitatis:

26 Prob. 3.

Tùm quia actus robustissimus, & specialissimus, viris robustior. & grat. specialissim. exposcit. Tùm; quia si prædictus amor contineret activè amorem absolutum, & efficacem, posset illum etiam imperare. Atqui repugnat amorem liberum, & efficacem Dei super omnia ex simplici complacentia imperari: ergò. Urgetur. Actus, qui est longè imperfectior altero, nequit præcontinere illum virtute propriè activa; cum omnis causa efficiens, præsertim principalis, sit perfectior, vel saltim æqualis perfectionis cum effectu; sed simplex amor Dei est longè imperfectior actu efficaci, & libero dilectionis super omnia: ergò. Explicatur hoc. Dilectio perfecta Dei super omnia ex sua specie habet subijcere ei, ut fini ultimo, omnem inclinationem, & affectionem voluntatis per totalem conversionem in ipsum: ut docet D. Thom. 2. 2. q. 24. a. 12. ergò causa activè producens talem dilectionem debet omnia illa per virtutem sibi intrinsecam continere. Sed amor Dei inefficax, qui est quasi velleitas quædam, nequit adhùc virtualitèr omnia illa præcontinere. Tùm quia talis præcontinentia est propria habitus charitatis. Tùm, quia cum ordo agentium sit iuxta ordinē finium; si finis unius actus longè excedit finē alterius, nequit proveniré à 2. ut causa verè activa.

Urgetur.

Explicat.

27 Quædam solut.

Nec valet dicere cum Patre Marin tom. de Libero arbitrio disp. 1. section. 3. num. 45. quod licet prædictus amor (idem de alijs motibus subitis) sit imperfectior actu libero, & efficaci charitatis; complexum tamen ex illo, voluntate, & omnipotentia applicata; esse æquè perfectum, vel perfectiùs illo. Unde argumentum solum probat prædictum amorem non esse causam adæquatè productivam, secùs vero causam inadæquatam; hæc enim potest esse imperfectior suo effectu, ut tenentur fateri Thom. ponentes auxilium fluidum; quod quidem est imperfectiùs actu salutari, quem activè producit.

Ripalda num. 42.

28 Reijcit. 1

Non inquam valet 1. Nàm falsum est voluntatem elevatam gratia

tia affectionis non esse causam adæquatam consensus salutaris. Aliud namque est esse causam unicam; aliud esse causam adæquatam in suo ordine. Quapropter voluntatem indigere omnipotentia simultaneè concurrente; minimè tollit illā esse causam adæquatam omnium actuum, quos elicitivè producit. Dicere autem Deum operantem simùl cum causis creatis concurrere tanquam causam partialem, & inadæquatam, est extraneum à Philosophia, & negare eundem effectum posse pendere à pluribus causis totalibus, & adæquatis diversi ordinis.

Secundo. 2. Nàm si sufficit complexum ex causa creata, & omnipotentia esse perfectiùs, aut æquè perfectum cum effectu producto; non poterit efficacitèr probari aliquam operationem à causa creata determinata longè imperfectiori, non posse provenire principalitèr effectivè. Ratio est manifesta. Quia cum omnis operatio, & effectus, pendeat necessariò à concursu divinæ omnipotentiæ, quæ infinitè excedit omnem creatam perfectionem, non posset probari efficacitèr talem operationem esse supra virtutem causæ creatæ ob quemcumque excessum perfectionis supra illam. Posset enim promptè Respond. dicendo * ex tali excessu probari non esse causam adæquatam: secùs vero inadæquatam simul cum divina omnipotentia.* Hinc ulteriùs sequitur falsò assignari à Philosoph. inter conditiones causæ efficientis principalis, quod saltim adæquet in perfectione suum effectum; etiam si sit adæquata in suo ordine sequel. constat.

29

Tertio. 3. Nàm complexum illum ea ratione, qua includit voluntatem, quæ est potentia entitativè naturalis, non addit perfectionem elevantem perfectionem motus indeliberati; sed potiùs res è converso se habent. Deindè ea parte, qua includit omnipotentiam applicatam, non importat perfectionem elevantem vires voluntatis ad elicientiam salutaris consensus: ergò in tali complexo non salvatur virtus physicè productiva talis consensus. Mai. constat, & prob. min. Omnipotentia applicata, sive præparata ad simultaneè concurrendum cum voluntate, & motu sanctæ affectionis, concursu generali, non elevat vires earum ad productionem salutaris consensus; tùm quia concursus simultaneus non est concursus in causam, sed in effectum; tùm quia, & si omnipotentia possit simultaneè concurrens cum intellectu, aut voluntate, præbere eis vires ad productionem actus supernaturalis; hoc tamen tenet verum apud AA Societatis, quando applicatur à Deo concursu speciali supplente concursum habitus supernaturalis; atqui hæc applicatio specialis omnipotentiæ locum non habet in præsenti; cum AA. tribuant influxum effectivum gratiæ affectionis, nè fiat recursus absque necessitate ad elevationem per auxilium extrinsecum: ergò complexum illud qua parte importat omnipotentiam, non dicit aliquid elevans voluntatem, & motum indeliberatum, ad elicientiam consensus salutaris.

§. VI.

STATUITUR SEXTA CONCLUSIO.

Complexum ex gratia illuminationis, & affectionis, non est principium elevans physicè voluntatem ad consensum salutarem.

30

HÆc conclusio; quæ est principalis in præsenti, & cuius oppositum tuentur AA. supra citati, ut sine recursu ad auxilium extrinsecum, voluntas habeat sufficientiam physicam ad electionem salutarem; colligitur ex superiùs stabilitis. Plùs enim activitatis requiritur in forma elevante voluntatem ad consensum salutarem; quam in forma estò physic. coeficiente cum voluntate prædictum consensum, sine eo quod ipsam elevet vires activas ei præbendo: ut constat in pluribus causis, tàm naturalibus, quam supernaturalibus.

Prob. 1.

Ex quibus, & si una simul cum altera influat effectivè in eundem effectum, non tamen potest alteram elevare præbendo ipsi virtutem præcontentivam effectus. Atqui illustratio supernaturalis, & similitèr subita affectio ex illa proveniens, non influunt physicè effectivè, sed tantum moralitèr, & dispositivè in consensum salutarem, ut conclusione 1. 2. & 5. probatum relinquimus: ergò ex vi talis complexi voluntas non elevatur ad elicientiam consensus salutaris. Confirmat. Nàm, quidquid sit de affectione simplici supernarurali, mihi omninò certum est; illustrationem supernaturalem non posse præbere voluntati virtutem physicè præcontentivam actus salutaris, utpotè extrinsecam voluntati; nulla autem forma dat virtutem agenti, nisi subiecto, & potentiæ, cui inest; & insuper, quia cognitio, utpotè extra lineam affectivam, & tendentiam inclinativam in bonum; nequit dare, aut augere virtutem physicè præcontentivam salutaris consensus: ergò complexum illum ex illa parte, qua includit illustrationem, nequit elevare per modum principij voluntatem ad consensum salutarem.

Confirm.

31 Sed quia iuxta superiùs §. 3. animadversa, & ab omnibus meo videri concedenda; quid longè diversum est: cognitionem supernaturalem, & sanctam affectionem influere effectivè simùl cum voluntate ad salutarem electionem, ac voluntatem reddi physicè potentem illam elicere per sanctam cogitationem, & affectionem, tanquam per principium, à quo vires activas recipiat; ideò hoc influxu effectivo omisso, vel admisso, prob. 2. conclusio. Si motus supernaturales componentes prædictum complexum elevarent voluntatem præbendo ei virtutem physicè productivam consensus salutaris, vel hoc haberent iuxta suam virtutem connaturalem, eo modo quo habitus infusus est principium actus; vel hoc præstarent tanquam instrumenta, quibus Deus utitur ad elevationem voluntatis? Neutrum dici potest: ergò

Prob. 2.

prædictum complexum non est principium physicè elevans voluntatem ad consensum salutarem. Min. quòad 2. partem, in qua est minor difficultas, prob. 1. Nàm iuxta principia alibi à Thomist. propugnata, causa instrumentalis nequit elevari ad effectum excedentem illius virtutem, nisi mediante aliqua motione virtuosa ipsi intrinseca, per quam præcontineat effectum, ad cuius productionem elevatur; undè necesse est ponere elevationem passivam in ipso complexo, ut postmodum elevet voluntatem: quod est absurdum, vel ridiculum.

Probat. min. quo ad 2. part 1.

Sic S. D. 3. p. q 62. art. 4.

32 2. Si prædicti motus concurrerent, ut instrumenta ad elicientiam consensus salutaris, esto non indigerent elevatione intrinseca alicuius virtutis, benè tamen aliqua speciali motione, & cooperatione Dei, quæ si non esset miraculosa, esset tamen multum irregularis. Præsertim iuxta præsentem providentiam, in qua Deus suavitèr vocat, & convertit homines ad actus salutares: ergò cum talis irregularitas, & miraculosa operatio ex parte Dei non sit revelata, nec ex revelatis sufficientèr colligatur, non est dicendum &c. 3. Quia modus agendi instrumentalitèr non est proportionatus modo agendi liberè, & cum dominio, quod habet voluntas supra suos actus; cum instrumentum, etsi sit principium actus, non tamen est in ipso, agere, vel non agere; qua ratione probat Div. Thomas 2. 2. q. 23. a. 2. contra Magistrum voluntatē non elevari instrumentalitèr ad actum charitatis per assistentiam, vel solam motionem Spiritus S. ergò prædicti motus nequeunt elevari per modum instrumenti &c.

Secundo.

Tertio.

Pap virt. instrumē taria, vide in solut. ad ult.

33 Minor vero quòad 1. partem prob. Id, quod est determinatio actualis, & se habens in voluntate per modum actus secundi, nequit ei præbere virtutem quòad subst. proximè effectivam, & præcontentivam alterius actus; sed sic se habet sancta affectio in voluntate: ergò. Prob. mai. Id, quod modo dicto est determinatio voluntatis, solum habet actualitatem de linea actus secundi de-

Probat. quoad 1. part.

ter-

terminantis, & complentis virtutem potentiæ ad actum; sed quod solum habet actualitatem de linea actus secundi determinantis, & complentis activitatem potentiæ, nequit ipsi præbere activitatem proximè contentivam actus: ergò. Prob. minor. Modus activitatis in unaquaque re est iuxta modum actualitatis illius; cum unumquodque agat in quantum est in actu: ergò quod in se non est actualitas per modum actus primi, sed determinatio, & complementum actualitatis potentiæ, quæ est actus primus; non est quòad substantiam activitas, & potestas productiva actus. *

* S.D.q. 1. de pot. a. 1. Actus 1. dicitur forma, quæ est princip. oper.

34 Confir. 1. Confirmat. & explicatur hoc. Et si unus actus influat effectivè cum potentia ad productionem alterius, ut intentio ad electionem, & assensum præmissarum ad assensum conclusionis, nequit tamen præbere potentiæ virtutem præcontentivam illius; sed solum eam determinare, & complere; quapropter estò virtus electiva voluntatis compleatur per actum intentionis, intentio tamen non est principium quo elicitivum electionis: unde si talis virtus prælectiva, quòad substantiam non præexisteret in voluntate, minimè redderetur potens completè, & expeditè producere electionem per actum intentionis: ergò licet sancta affectio possit complere activitatem voluntatis ad consensum salutarem; non tamen potest illam elevare præbendo ipsi virtutem physicè præcontentivam talis consensus.

35 Et ratio utrobique est eadem. Quia principium activum *ut quo*, & per modum virtutis elevans potentiam ad operationem, debet reduci per illam, tanquam per actum secundum, & proprium exercitium ipsius: operatio enim est actualitas, & proprium exercitium principij activi *ut quo*, & se habentis per modum virtutis ad operationem. Electio autem non est propriè exercitium; & actus secundus intentionis, sed exercitium virtutis electivę voluntatis, licet actuatę, & determinatę per actum intentionis existentem pro priori. Tùm sic: sed consensus salutaris v. g. actus dilectionis, est actus secundus, & exercitium voluntatis, ut potentis diligere: ergò si hæc potestas non solum completur, sed quòad substantiam sui, provenit ab actu indeliberato, talis dilectio erit proprium exercitium, & actus secundus illius. Sed hoc repugnat; tùm ex ratione communi operationis, quæ nequit esse propriè actus secundus alterius: tùm quia dilectio efficax Dei super omnia, solum est propriè actus secundus, & exercitium illius, quod iuxta sui essentiam spectat ad lineam actus primi: ergò licet actus indeliberatus possit complere, & habilitare potestatem voluntatis ad actum salutarem, nequit illam per modum causæ formalis constituere, & præstare voluntati.

36 Secundo. Confirm. 2. Si affectus indeliberatus secundum sibi intrinseca elevaret voluntatem, dando ipsi virtutem physicè productivam consensus salutaris, prædictus affectus esset eminenter, vel saltim virtualiter, & in munere habitus, sive virtus supernaturalis; atqui concedere hoc affectui simplici, inefficaci, & per modum velleitatis, videtur absurdum: ergò. Sequela probatur. Ratio propria habitus, & virtutis supernaturalis, est præbere potestatem voluntati ad actus liberos supernaturales, ut constat ex definitione virtutis infusæ tradita à Div. Augustin. & explicata à Div. Thoma hac 1. 2. quæst. 55. art. 4. scilicèt: *Bona qualitas mentis, qua rectè vivitur, & quam Deus in nobis, sine nobis operatur.* Tùm quia habitus supernaturalis in hoc differt ab habitu naturali, quod iste solum præbet facilitatem; ille vero præbet simpliciter posse: ergò si &c.

37 Explic. Explicatur hoc. Qualitas supernaturalis, ita elevans voluntatem, ut ipsi præbeat facultatem physicè productivam actus salutaris, est virtus supernaturalis per modum habitus, si aliunde sit ab intrinseco permanens; vel saltim est virtus supernaturalis per modum dispositionis, si sit ab intrinseco transiens; sed affec-

affectus indeliberati iuxta Adversarios modo supra dicto elevant voluntatem : ergò sunt virtutes supernaturales per modum habitus , vel saltim sunt virtutes , & auxilia de se fluida supernaturalia illorum oculis maximè contraria.

38 Sed dices: Actus possunt producere habitus per modum causæ principalis iuxta cõmunem sententiam Thomist. ergò etiam possunt præbere potentiæ potestatem, & facultatem productivam aliorum actuum. Ulterius. Quod se tenet ex parte actus 1. ad aliquem actum præbet potestatem ad productionem illius ; sed non repugnat unum actum se habere ex parte actus 1. ad elicientiam alterius actus: imò potius sic se habere intentionem ad electionem, & assensum præmissarum ad assensum conclusionis, est satis frequens Thomist. opinio : ergò nihil prohibet affectum indeliberatum præbere voluntati virtutem physicè productivam consensus salutaris.

Dices 1.

Secundo.

39 Sed hæc levissima sunt. Fateor actus intellectus (idem de actibus voluntatis) producere effectivè habitus intellectuales, non quia sint virtus activa ad eorum productionem; hæc enim est intellectus ut actuatus lumine principiorum, in quo virtualitèr continentur habitus scientiæ. Sed quia intrinsecè adiuvant, & complent virtutem intellectus determinando eius indifferentiam. Idem dicimus de habitibus virtutum acquisitarum. Hi enim iuxta doctrinam D. Thom. hac 1. 2. q. 63. art. 2. ad 3. continentur tanquam in virtute , & principio *quo* productivo in inclinatione innata voluntatis ad bonum rationis convenienti ipsi ex subordinatione ad intellectum ut practicum : quamvis ad vincendam indifferentiam ex parte voluntatis requiratur multitudo actuum, per quos eius activitas determinetur, & compleatur. Ad 2. neg. mai. Nã ; species impressa se tenet ex parte actus primi ad intelligendum , & tamen non præstat intellectui virtutem intelligendi. Similitèr existètia requisita ex parte actus primi ad operandum, non præbet causæ virtutem ad operationem u. Quapropter, ut aliquid se teneat ex parte actus primi , sufficit; vel quod præbeat posse , vel illud compleat , vel illud expediat , vel se teneat ex parte alterius comprincipij ; & hoc modo se habet cognitio ad actum amoris : cum bonum ut intellectum moveat voluntatem ad sui amorem.

Resp.

Ad 1.

Propter hæc mihi certum videtur, non solum affectum supernaturalem inefficacem , & per modum simplicis complacentiæ, non præstare voluntati virtutem activam consensus salutaris ; verumetiam affectum supernaturalem liberum absolutum , & efficacem, non posse talem virtutem præstare ; ita ut voluntas absque alio principio elevanti possit elicere affectus supernaturales etiam inefficaces: v. g. dilectio Dei efficax super omnia nequit se sola elevare voluntatem , ut Deum diligat amore inefficaci. Ratio est 1. Nàm unus actus potest complere , & determinare activitatem potentiæ ad elicientiam alterius actus , non tamen potest esse virtus quòad substantiam præcontentiva illius ; cum hæc quòad sui essentiam sit in linea actus primi simplicitèr talis , & intrinsecè reducibilis tanquam per proprium exercitium per illum actum , quem in virtute continet : actus, sive operatio potentiæ, nec est constitutivè in linea actus primi simplicitèr talis , nec alia operatio potest se habere, ut exercitium proprium , & causalitas illius. Secundo : quia nemo dat in genere causæ formalis , quod ipse non habet : sed dilectio efficax Dei super omnia non est in se potestas, aut principium quo per modum virtutis ad amorem inefficacem Dei : ergò nequit ratione sui præbere voluntati virtutem præcontentivam illius. Unde excessus in perfectione conveniens prædictæ dilectioni erit sufficiens , ut possit imperare amorem inefficacem , & si mavis , complere activitatem voluntatis habitam ex vi alterius principij ad elicientiam illius; secùs vero, ut sit virtus quæ productiva amoris inefficacis. Ad modum, quo intentio finis potest imperare , & complere virtutem electivam voluntatis ad electionem , non ta-

40

Doctr. notand.

tamen potest esse potestas, aut virtus electiva.

41 Prob. 3. concluſ.

Tertio prob. concluſ. ex dictis supra §. anti. Nequit voluntas elevari ad dilectionem efficacem Dei super omnia ratione illius, quod in se non præcontinet talem dilectionem; sed huiusmodi est affectus indeliberatus ipsam præcedens: ergò ratione illius &c. Prob. min. Affectus indeliberatus præcedens dilectionem efficacem Dei super omnia est affectus inefficax, & quasi per modum cuiusdam velleitatis, ut fatentur Adv. sed repugnat huiusmodi affectum continere in se activè dilectionem efficacem Dei super omnia: ergò. Min. prob. Dilectio efficax Dei super omnia nequit propriè imperari ex amore inefficaci Dei, & qui sit quædam velleitas divinæ bonitatis: ergò multò minùs potest in illo tanquam in virtute activa præcontineri. Consequet. patet. Nàm plùs actualitatis, & perfectionis, requiritur in forma, quæ est potestas physica, & virtus principalis præcontentiva alicuius actus, quam in forma imperante, & determinante voluntatem ad exercitium talis actus; cum huiusmodi concursus sit tantum effectivus applicativè, & ab illo non pendeat intrinsecè perfectio actus imperati: ergò si &c.

42 Quædam Respons. impugn.

Nèc prodest dicere supponi in voluntate virtutem partialem ad prædictam dilectionem: proindèque si adiuvetur affectu indeliberato, & cognitione supernaturali, posse producere talem dilectionem. Non inquam prodest: Nàm talis virtus partiaiis (si admittatur) est obedientialis, proindèque indigens altero comprincipio dante ipsi completam continentiam omnis perfectionis repertæ in operatione supernaturali: quare virtus partialis ad actum supernaturalem nequit influere in ipsum, si in ratione talis non elevatur. Tùm sic: sed virtus partialis, quæ datur in voluntate ad efficacem dilectionē Dei, non elevatur, nec potest, per affectum indeliberatum: ergò. Prob. min. Virtus partialis ad efficacē dilectionem Dei est talis virtus partialis, ut voluntas secundum omnem sui inclinationem se subijciat Deo ut fini ultimo; affectus vero indeliberatus præcisè subijcit voluntatem Deo secundum quid, & quòad unam, vel alteram inclinationem. Sed subijcibilitas omnis inclinationis voluntatis Deo, ut fini ultimo, nequit elevari, aut actuari per formam, quæ tantum subijcit voluntatem Deo secundum quid, & quòad unam, vel alteram operationem: ergò. Alia ratio videri potest in Mag. Lemos lib. 4. part. 1. tract. 7. cap. 14. à num. 216.

§. VII.

Talis efficientia physica non probatur efficacitèr ex PP. & Conci lijs.

ITa expresè P. Suarez ubi supra, cuius verba placet referre, quia AA. nobis Adverſ. illum tanquam Eximium Mag. meritò venerantur. Sic enim habet: *In primis, nec D. Thom. nec alij Theologi antiqui, vel qui ante paucos annos scripserunt; huiusmodi efficientiam, motibus gratiæ excitantis tribuerunt, quod ego viderim, vel allegatum invenerim, quamvis diligenter quæsierim. Nec etiam in Patribus, & Conciliis, habet illa sententia fundamentum.* Ut autem maiori claritate procedamus, & mentem Conciliorum, & PP. pro posse nostro exponamus, placet aliquibus propositionibus sent. nostram fundare.

43 Iudicium P. Suarez.

44 Prima concluſ.

Dico 1. *In homine non habente habitus infusos, pro elicientia actuum supernaturalium, ad quos excitatur à Deo, gratia actualis præveniens est principiū physicè effectivum, elevans quo voluntatem ad illorum productionem.* Ita communiter Theologi, & prob. 1. ex Concilio Milevitano canon. 4. dicenti: *Si quis dixerit gratiam Dei per Iesum Christum propter hoc tantum nos adiuvare ut sciamus, quid appetere, & quid vitare debeamus, non autem per illam præstari nobis, ut diligamus, & valeamus facere, quod faciendum cognoverimus, anathema sit.* Prob. 1. authorit. Tùm sic: gratia adiuvans voluntatem non solū dirigendo, & ostendendo, sed etiam præstādo ipsi vigorem, valorem, & virtutem ad faciendum, quæ cognoscimus esse

facienda, est principium physicè influens in actus salutares, elevansque voluntatem ad eorum elicientiam; sed talis est gratia actualis iuxta Concilium Milevitanum : ergò. Prob. 2. ex Concilio Arausican. cap. 6. definiente : *Per infusionem, & inspirationem Spiritus Sancti, fieri in nobis, ut benè velimus, & credamus.* Quæ verba expressè denotant influxum physicum gratiæ in actus salutares, & non tantum influxum moralem. Similia habet cap. 7. Idem docet Concilium Tridentinum session. 6. canon. 3. dùm definit, hominem non posse credere, sperare; aut diligere Deum, sicut oportet, sine prævenienti Spiritus Sancti inspiratione, atque eius adiutorio. Ubi attribuit gratiæ Dei dare homini posse simpliciter elicere actus supra recensitos. Sed principium dans posse simpliciter ad actus supernaturales est principium physicè influens, elevansque ad eorum elicientiam : ergò. Quapropter omnes Catholici fatentur Deum per gratiam suam, non solum ostendere nobis, quid facere debeamus, sed etiam per ipsum præstari, ut faciamus. Gratia autē, quę facit, ut nos faciamus, non solum moraliter, sed etiam physicè influit in actus salutares.

Prob. ex Concil.

45 Ex Sanctis Patribus constat manifestè idem assumptum. D. Aug. sæpè affirmat per gratiam Dei non solum revelari, & demonstrari nobis, quid agere debeamus, sed etiam dari per ipsam, virtutem, & Spiritum, ut agere valeamus; ita lib. de Grat. Christ. cap. 12. & lib. de grat. & lib. arbit. cap. 16. ubi addit : *Gratiam Dei præbere vires efficacissimas voluntati.* Et lib. de Corrept. & grat. cap. 12. ubi distinguit duplex adiutorium gratiæ, scilicèt, adiutorium *sine quo*, quod est idem, ac adiutorium dans posse, & sufficientiam ad actus salutares; & adiutorium *quo*, per quod Deus donat nobis actualem operationem. Idem docet S. Prosper. lib. de vocatione gentium cap. 16. ubi affirmat gratiam Dei in nobis *generare, creare, & efficere affectum credendi*; insuperque docet lib. de ingratis cap. 14. influxum per modum *suadentis, ostendentis, & monentis* hominem ad rectè operandum, non differre ab influxu gratiæ legis, & doctrinæ. Cum ergò ab omnibus Catholicis tenendum sit gratiam legis, & doctrinæ, non præbere homini vires, & sufficientiam ad salutariter operandum : necesse est fateri per gratiā Dei elevari etiam voluntatem, tanquam per principium physicè productivum actuum supernaturalium. Unde meritò Mag. Lorca disp. 18. de gratia §. de gratia adiuvante, ait : *Qui, præter motiones vitales solum moraliter influentes, affirmaret non requiri ad actus supernaturales fidei, spei, & charitatis, auxilium gratiæ iuvans efficienter voluntatem, sed ipsam naturam suis viribus efficientibus eos actus efficere, non audiretur impunè à Doctoribus Catholicis, sed Pelagianismi damnaretur.* Ratio à priori nostri asserti est. Natura non est suis viribus adæquatè activa actuum supernaturalium; aliàs immeritò dicerentur supernaturales : ergò indiget gratia Dei actuali influente in illos, & elevante insufficientiam talium virium. Vldeantur M. Alvarez disp. 49. de auxil. & M. Gonet tract. de grat. disp. 1. art. 2.

Prob. ex M.P.

Exs. Prosper.

46 Dico 2. *Hæc est mala consequentia : gratia actualis iuxta Concilia, & PP. influit physicè in actus supernaturales præbendo voluntati vires, & sufficientiam, ut eos eliciat : ergò illustratio supernaturalis, & sancta inspiratio, elevant voluntatem præbendo ei virtutem, ut producat actus supernaturales.* Ratio est manifesta : Nàm estò cognitio supernaturalis, & affectio voluntatis sint dona gratiæ excitantis; non tamen in eis adæquatè consistit gratia excitans : quin potiùs iuxta stabilita dub. 2. gratia 1. simpliciter excitans consistit in auxilio fluido elevanti per modum virtutis intellectum ad sanctam cogitationem, & in ulteriori auxilio elevanti voluntatem ad sanctam affectionem. Ex quo constat talē modum arguendi, utpote de superiori ad inferiùs affirmativè, esse manifestè vitiosum. Hic parùm laudandus venit P. Ripalda, qui postquam disp. 110. perplures sectiones innumeratę stimonia Conciliorum, & Patrum

Secunda concluſ.

con-

congesit ad probandum auxilium gratiæ influere physicè in actus supernaturales, & per illud reddi voluntatem potentem eos elicere, formatsequentem discursum, ut probet motus vitales gratiæ excitantis prædicta munia obire. * Concilia,& PP. decernunt contra Pelagium auxilium gratiæ efficiens, & elevans voluntatem ad actus supernaturales; sed hoc auxilium unice consistit in motibus intellectus, & voluntatis; cum de auxilio fluido prævenienti prædictos motus nulla sit mentio apud PP. ut disp.104. ostensum est: ergò prædicti motus influunt effectivè in actus salutares.*

47 Parum inquam laudandus est; cum minorem prædicti discursus, in qua est fere tota difficultas, absque efficaci probatione relinquat, & ad probationem maioris, quæ ut certa habetur ab omnibus Catholicis, ingenij vires exerat: videtur enim,& in uno deficere,& in altero nimis abundare. Idem censeo de P. Aranda sic arguenti:*gratia iuxtaPatres,& Concilia, dat posse ad agendum, præbet vires succurrētes imbecillitati naturæ, estque effectrix,& generatrix actuum salutarium; sed in his terminis exprimitur definitio virtutis physicè productivę:ergò grat. vitalis illuminationis, & affectionis, influunt physicè effectivè in actus salutares.*Idem inquam censeo; siquidem arguit ex puris particularibus: nam si ly *gratia* in maiori accipiatur distributivè,talis propositio est falsa:tum propter hucusque dicta: tum quia gratia adiuvans ut quo non dat posse, nec vires ad agendum, sed eas determinat, & applicat ad actualem operationem,& tamen talis gratia; utpotè efficax, est effectrix,& generatrix actuum salutarium: ergò ex quo gratia actualis iuxta PP. his prærogativis gaudeat, non suadetur efficacitèr gratiam consistentem in motibus intellectus, & voluntatis, physicè influere, multòque minus;physicè elevare per modum virturis voluntatem ad actus supernaturales.

)(*_*)( )(✠)( )(*_*)(

§. VIII.

Solvuntur argumenta ex Concilijs, & Sanctis Patribus dessumpta.

OBijcies 1. ex Arausic. cap.7. definiente *hominem per naturæ vigorem, & absque illuminatione, & inspiratione Spiritus Sancti,non posse cogitare, ut expedit ad consequutionem vitæ æternæ, aut eligere, & consentire Evangelicæ prædicattoni.* Tum sic. Id, sine quo homo non potest elicere actus salutares, præbet ei vires physicas ad eorum elicientiam; tum quia ly *posse* strictè acceptum designat potestatem physicam: tum quia Concilium accipit ly *posse* in eo sensu, in quo damnat illud haberi per vigorem naturæ; vigor autem naturæ significat principium physicè producuvum: tum quia error Pelagij,quem ibi damnatConcilium,erat negare necessitatem gratiæ physicè elevantis naturam; cum necessitatem gratiæ influentis moralitèr, scilicèt, exhortando, & docendo, in fine Pelagius concesserit: ergò illuminatio, & inspiratio Spiritus Sancti,præbent vires physicè productivas actuum salutarium. Sed talis illuminatio est cognitio supernatutalis: ergò. Confirm.1. ex Trident. Session. 6. Can.3. definiente *hominem sine prævenienti Spiritus Sancti inspiratione,non posse credere, & sperare, diligere &c.* super quæ verba eadem pōderatio fieri valet,ac suprà. Sed inspiratio iuxta propriam acceptionem est idem,ac sancta affectio, & pia cogitatio: ergò complexum ex his motibus influit effectivè per modum virtutis in actus liberos salutares. 48

Arg.1. ex Concil.Arausic.

Confir.1. ex Trid.

Urgeo hoc triplici consideratione suprà verba Trident. 1. est. Iuxta ipsum Sess.6. Can.1. Liberum arbitrum cooperatur *assentiendo Deo excitanti, atque vocanti.* Tum sic: nequit liberum arbitrium cooperari gratię excitanti, atque vocanti, quin paritèr prædicta gratia libero arbitrio cooperetur:sed liberum arbitriū lib. assentiendo cooperari est iuxta omnes, illum physicè producere assensum: ergò gratiam excitantem coope- 49

Triplex consider.

perari, est illam physicè in eundem assensum influere; sed gratia excitans, per quam Deus vocat hominem, consistit in motibus intellectus, & voluntatis: ergò prædicti motus &c. 2. Libertas ad actus salutares necessario importat in voluntate virtutem physicè productivam eorum; non enim voluntas habet dominium suprà actum, quem physicè non continet; sed libertas ad actus salutares (qualis est conversio in Deum) iuxta Concilium Trident. ubi suprà, cap. 5. coalescit ex illuminatione, & inspiratione, qua Deus tangit cor hominis: ergò complexum ex illis influit physicè in actus salutates. Sed illuminatio, & inspiratio, sunt motus intellectus, & voluntatis: ergò. 3. Iuxta idem Concil. ibi. *Exordium nostræ iustificationis in actibus liberis consistens, sumendum est à prævenienti gratia Dei, hoc est ab eius vocatione, *in quibus verbis manifestè continetur influxus effectivus ex parte gratiæ. Sed hæc gratia in eodem cap. explicatur à Concilio per illuminationem Spiritus Sancti, & eius inspirationem: ergò illuminatio, & inspiratio &c.

unda.

Tertia.

50 Confirm. 2. ex testim. SS.PP. D. Augustin. lib. 2. de peccator. mer. cap. 18. ait: *Sine Deo excitanti, atque adiuvanti, non possumus converti ad ipsum.* Tum sic. Id, sine quo non possumus, ad conversionem præbet vires physicas, & activas illius. Sed talis est gratia excitans: ergò hæc physicè influit in liberam conversionem. Sed gratia excitans in motibus vitalibus animæ consistit: ergò. Deindè iuxta ipsum, cap. 19. *Cum autem à Deo illius adiutorium deprecamur ad faciendam, perficiendamque iustitiam, quid aliud deprecamur, quam, ut aperiat, quod latebat, & suave fiat, quod non delectabat.* Sed apertio eorum quæ latebant, & delectatio eorum quæ non delectabant, fit formaliter per motus intellectus, & voluntatis: ergò prædicti motus sunt adiutorium, quod à Deo petimus ad iuste operandum. Sed adiutorium, quod petimus à Deo, est adiutorium physicum, cum illo indigeamus: ergò. Ulterius. Iuxta eundem Magn. Par. lib. 1. ad Simplic. quæst. 2. *Vocatio, qua Deus vocat electos, est effectrix bonæ voluntatis*, & iuxta S. Prosp. lib. de ingratis, cap. 15. & 19. *Creatrix, & genitrix voluntatis*, per quæ verba denotatur influxus effectivus vocationis, præbentisque vires ad benè velle. Sed vocatio in motu intellectus, & voluntatis consistit: ergò.

Confir. ex SS.PP.

In idem facit illud D. Prosperi, lib. 1. de vocat. gent. cap. 4. *Fides ad hoc donatur nobis, ut possit esse principium meritorum*: ergò cognitio fidei influit effectivè in actus salutares; sed eadem ratio militat pro omni illustratione supernaturali, per quam Deus vocat hominem: ergò. Deniquè: gratia, qua Pater trahit homines ad Christum credendo in eum, & ipsum diligendo, est gratia influens effectivè in actus fidei, & dilectionis. Nàm Pelagius attribuens gratiæ solum concursum moralem non cognovit gratiam, per quam Pater trahit homines ad Christum; sed huiusmodi tractio fit per actus intellectus, & voluntatis, videlicet illuminationem, amorem veritatis, & delectationem Beatitudinis, ut affirmat Div. August. super Ioannem cap. 6. & S. Prosper. contra Collatorem, cap. 14. ergò.

51 Ex S. Prosp.

Hæc omnia solvi debent ab Aliquibus ex Advers. fatentibus affectiones subitas circa obiectum distinctum ab obiecto consensus salutaris, v. g. actus contritionis, & dilectionis, non influere effectivè in illum, de quo suprà §. 5. cum iuxta Conc. & PP. test. suprà relata, prædictæ affectiones sint gratia excitans, & gratia inspirationis, per quam Deus trahit homines ad se ipsum. Deindè Resp. Ex his, & alijs testimonijs nihil deduci contram nostram conclusionem. Nàm, ut suprà advertimus, non est idem gratiam auxiliantem influere effectivè in actus salutares, & per illam præstari nobis vires ad salutariter operandum: ac, gratiam auxiliantem in determinata specie acceptam, scilicèt, pro actibus intellectus, & voluntatis, hæc omnia exercere. Deindè ut ex dictis dub. 2. per totum constat *illuminatio, vocatio, & Sancti Spiritus inspiratio* non consistunt per se primo in cognitione, & affectione vo-

52 Retorquetur contra Advers.

Respond.

Secundo

lun-

luntatis, sed in auxilio prævio elevanti intrinsecè intellectum ad considerandum, quidquid ad fugam mali, & appetitum boni conducere valet, & in auxilio prævio elevanti voluntatem, ut possit libere consentire prædictæ sanctæ cogitationem. Ex quo manifestè deducitur 1. hanc esse malam consequentiam:* gratia excitans iuxta PP. & Concilia præbet homini vires, & sufficientiam ad actus salutares: ergò huiusmodi vires præstantur à sancta cogitatione, & pia affectione.* Siquidem restat probandum gratiam excitantem, aut unicè, aut saltim per se primo, consistere in prædictis actibus, quod est falsum, & ab Adversarijs improbatum. Secundo deduces eodem defectu laborare hanc consequentiam.* Per illuminationem Spiritus Sancti, & eius inspirationem, datur nobis virtus activa, & sufficientia physica ad actus salutares: ergò sancta cogitatio, & affectio præbent huiusmodi virtutem, & sufficientiam.*Cum iuxta superius dicta, & alibi dub. 2. fundata, illuminatio sit productio luminis elevantis per modum virtutis intellectum ad rectè cogitandum, & inspiratio sit productio Spiritus, sive vigoris, elevantis voluntatem ad salutariter consentiendum. Per hæc enervantur omnia testimonia adducta incontra.

Illatio 1.

Secunda.

53

Motivum Adversar. ostendit. inefficax.

Sed tamen pro methodo doctrinæ placet singulis respondere. In primis hæc propositio, quam sæpè proferunt Adversarij, scilicèt, *id sine quo non possumus elicere aliquem actum, dat potestatem physicam ad illum.* Univers. accepta est falsa. 1. Nàm iuxta Adversarios, scilicèt, Ripalda, Aranda, & alios; cognitio naturalis non præbet voluntati vires physicas ad amorem; & tamen voluntas nequit incognita amare. 2. In hac providentia nequit voluntas per habitum charitatis, & spei, Deum super omnia diligere, sperare, sinè prævia cognitione fidei ostendenti summam Dei bonitatem. Et tamen talis cognitio (quidquid, sit an influat effectivè) non præbet vires physicas ad actum dilectionis, & spei. Similitèr: sinè dictamine prævio prudentiæ nequit voluntas exercere actum virtutis moralis, & tamen actus prudentiæ tantum directive influit in actum virtutis moralis. Ulterius: sinè iudicio credibilitatis nequit existere actus fidei supernaturalis; quin propter hoc tale iudicium præbeat intellectui vires physicè productivas actus fidei. Idem dicendum de applicatione agentis ad passum, & de existentia ad physicè operandum, & de cognitione legis ad peccandum. Denique, ut alia quam plurima omittam, nequit Deus iuxta Adversar. sinè prælucente scientia media consensus sub auxilio A. prædefinire consensum sub illo; & tamen scientia media non influit physicè effectivè, sed tantum directivè. Ratio horum est, quia ut aliquid non sit proximè, & absolutè possibile si nè altero, sufficit hoc esse requisitum ex parte actus primi, vel tanquam virtus productiva, vel complementum virtutis, vel ut conditio se tenens ex parte obiecti tantum moraliter influentis in elicientiam actus: cumque sancta cogitatio, & affectio se teneant ex parte obiecti, ut moventis voluntatem ad consensum salutarem: ideo absolute verificatur sinè eis non posse voluntatem salutariter consentire.

Vide S. Ans. de li. arb. ca. 3. ponent. 4. potest: ut quis mon tem possit videre.

54

Ad testim ex Arausic

Hoc animadverso ad primum testimonium Respond. Concilium Arausicanum nomine illuminationis, & inspirationis, intelligere auxilium elevans intellectum per modum luminis ad credendum, & motionem virtuosam elevantem voluntatem ad salutariter consentiendum, ex quibus auxilijs coalescit potestas physica, & libertas in voluntate ad actus liberos supernaturales. Undè immeritò nomine inspirationis intelligunt Adversarij affectionem simplicem, & quandam dulcedinem spiritus in voluntate; hæc enim, & si aliqualiter eam inclinet, & disponat; non tamen præbet vires, sive spiritum vigoris, ad actus absolutos, & efficaces. Per hęc constat ad Author. desumptam ex Tridentino, pro cuius ampliore solutione videantur dicta dub. 2. Ad 1. ponder. conced. primum syllogismũ, & disting. min. subsumptam. Gratia primo, & simpliciter excitans, neg. min. Gratia excitans 2. sive excitatio-

Ad Trid. testim.

Ad 1. ponder.

tione formali, concedo min. & neg. conseq. Gratia 1. & simpliciter excitans, complectitur auxilium in intellectu ad rectè cogitandum, & auxiliũ in voluntate ad salutaritèr consentiendum; quamvis propter modum connaturalem operandi, voluntas priùs se exerceat per actum indeliberatum, quam deliberatum. Cæterùm utrũquè effectivè procedit ab auxilio elevanti voluntatem, & utrumque pendet directivè ab auxilio elevanti intellectum. Deindè: nàm id, quod physicè influit in actum, potest cooperari alteri tantum moraliter influenti in illum; ut accidit in eo, qui ex mandato alterius operatur: quapropter in Epistola Iacobi cap. 2. dicitur: *Fidem cooperari bonis operibus*: ergò stat gratiam excitantem cooperari libero arbitrio assentienti, & quod liberum arbitrium physicè

55 influat in assensum, gratia excitanti tantum moraliter influenti in ipsum.

Ad secũd. Ad 2. ponderationem dist. min. libertas &c. coalescit ex illuminatione, & inspiratione, proùt hæc dicunt tantum motus vitales intellectus, & voluntatis. neg. min. proùt dicunt auxilium fluidum motus prædictos præcedens, conced. min. & disting. consequens eodem modo. Solutio constat ex dictis. Nàm esto libertas ad actus salutares requirat in voluntate virtutem physicè productivam actus, non tamen hanc virtutem præcisse requirit, sed etiam cognitionem directivam influentem moraliter in prædictum actum: quia cum voluntas sit principium physicum simul, &

Ad tert. morale, utraque vires requirit ad libere, & salutariter operandum. Ad tertiam Resp. Gratiam prævenientem, à qua sumitur exordium iustificationis, esse vocationem, proùt spectat ad *gratiam excitantem*. Ita expresse Concilium loco citato; sed restat probandum hanc gratiam unicè

56 complecti motus intellectus, & voluntatis. Quod neutiquam facient Adv.

Ad confirmat. ex M.P. Ad Confirm. Resp. 1. exponendo D. Augustt. *Sinè Deo excitante &c.* excitatione purè formali, & per modum actus 2. neg. mai. Excitatione etiam causali, & per modum actus primi elevantis voluntatem, & intellectum ad actus salutares, conced. mai. Non enim negamus gratiam excitantem præbere voluntati virtutem, & sufficientiam ad actus supernaturales; sed hoc concesso, negamus illam provenire à motibus subitis intellectus, & voluntatis. Admisso tamen nomine gratiæ excitantis intelligere D. Aug. sanctam cogitationem allicientem voluntatem ad bonum; Respond. 2. arg. non convincere: Nàm, ut suprà num. 46. animadversum relinquimus, quamvis sinè principio elevanti non possit voluntas elicere actus supernaturales; non tamen omne id, sinè quo non est potens illos producere, præbet ipsi virtutem physicè productivam: cum sufficiat concursus directivus, & moralis ad hoc, ut volũtas non sit libera sinè illo; nec potens expedite operari titulo agentis rationalis. Resp. 2.

2. Testim. D. Augustt. importunè adducitur ad præsens; illo enim aliquoties utuntur Adversarij ad probandum non requiri gratiam distinctam à sancta cogitatione, & delectatione, ut voluntas eliciat actum salutarem. Sed nec hoc probatur. Nàm ibi loquitur expresse Magnus Parens de delectatione victrici, & in re causante consensum salutarem: delectatio autem redditur victrix, & efficax non ratione sui, sed ratione gratiæ prædeterminantis ei à Deo gratis superadditę. De quo videantur PP. Sal. tom. 5. tract. de gratia efficaci, f. 161. & Magist. à Sanct. Thom. tom. 2. in 1. 2. disp. 23. fol. 556. Undè, & si petendo à Deo delectationem victricem deprecemur adiutorium physicum, non probatur talem delectationem secundum sibi intrinseca physicè influere, sed ratione gratiæ prædeterminantis, à qua denominatur victrix; cum pluribus detur delectari de bonis spiritualibus, quibus non datur salutaritèr operari. Si igitur est nova gratia; utique delectatio fit efficax per novum auxilium gratiæ.

57 Ad aliud testim. ex M.P.

Ad 3. Respond. 1. Ex hac propositione. *Gratia Dei est effectrix, & creatrix bonæ voluntatis* minimè inferri hanc conclusionem: ergò *illustratio, & affectio indeliberata, producunt physicè consensum salutarem*: quin po-

58 Ad 3. resp. eiusdem.

potiùs ex tali propoſitione probant efficaciter Thom. debere concedi gratiam ab intrinſeco efficacem, & per quam Deus faciat nos facere. Undè ſola gratia prædeterminans eſt proprie effectrix bonę voluntatis, non verò gratia illuminationis, aut affectionis, ſolum obiectivè, & moralitèr movens voluntatem. Sed quia D. Auguſt. loquitur de vocatione, quę quidem videtur importare, aliquid diſtinctum à gratia prædeterminante.

Reſp. 2. Reſpond. 2. Vocationem efficacem adæquatè ſumptam plura includere, ſcilicèt, poteſtatem, tùm phyſicam, tùm moralem ad ſalutarem conſenſum, in qua poteſtate conſiſtit eſſentia vocationis. At verò prædicta vocatio, ut efficax importat novum auxilium, ſcilicèt, gratiam prædeterminantem, per quam redditur efficax. Undè vocatio ratione poteſtatis, quam includit ex parte voluntatis, eſt productiva, & effectrix conſenſus ſalutaris in actu primo; ratione verò gratiæ prædeterminantis, à qua redditur efficax eſt effectrix in actu 2. conſenſus ſalutaris: Ex quibus conſtat falſam eſſe minorem argumenti, ſcilicèt, *vocatio conſiſtit in motibus intellectus, & voluntatis.* Cum eſſentialiter ſumpta conſiſtat in duplici auxilio elevanti intellectum, & voluntatem; & quatènus efficax eſt conſiſtat in gratia phyſicè determinanti voluntatem ad liberum conſenſum.

55 Ad confirm. Reſp. Iuxta D. Th. 1.2. quæſt. 66. art. 6. fidem ſolum directivè influere in actus ſpei, & charitatis. Nec obſtat teſtimonium D. Proſperi. Nàm cum ſine fide dirigenti, & oſtendenti ſummam bonitatem Dei, ſit impoſsibile placere Deo iuxta D. Paulum, merito dicitur principium merendi, quamvis phyſicè in meritum non influat. Undè etiam fides appellatur à Concil. Trid. ſeſſ. 6. cap. 8. Radix, fundamentum, & initium noſtræ iuſtificationis, & hoc, eſto tantum ſit diſpoſitio moralis ad illam. Ad ultimum Reſp. diſt. mai. Gratia omnis, neg. mai. Aliqua, conced. mai. & diſting. min. Tractio hominis ad Deum ſit præciſſe per actus intellectus, & voluntatis indeliberatos, neg. min. Per auxilium illos præcedens, conced. min. & neg. conſeq. Dupliciter trahit Deus homines ad ſe ipſum: vel tantum quoad ſufficientiam; vel etiam quoad efficaciam dando eis credere, & diligere ſe ipſum ſuper omnia. Prima tractio includit eſſentialiter auxilium illuſtrans intellectum ad ſanctè cogitandum, & ſimul auxilium elevans voluntatem ad ſalutariter conſentiendum; illud ut cauſam moralem; hoc verò, ut principium quo per ſe effectivum conſenſus ſalutaris. Tractio vero quoad efficaciam, ultra auxilia recenſita, dicit gratiam ab intrinſeco efficacem, per quam Deus phyſicè operatur in nobis velle, & perficere pro ſua bona voluntate, & non pro noſtræ libertatis obſequio. Hanc ſecundam gratiam expreſſe docuit S. Doct. ſuper Evangel. Ioannis cap. 6. lect. 5. qui poſtquam dixit: *Patrem trahere homines ad filium delectatione veritatis, iuſtitiæ, deſiderio beatitudinis &c. addit: ſed quia non ſolum revelatio exterior, vel obiectum virtutem attrahendi habet, ſed etiam interior inſtinctus, impellens, & movens ad credendum: ideo trahit Pater multos ad filium per inſtinctum Divinæ operationis moventis interius cor hominis ad credendum.* * Ubi expreſſe habetur: affectus ſimplices voluntatis movere ex parte obiecti, ſive moralitèr: & ultra illos requiri ulteriorem motionem gratiæ, per quam Deus phyſicè effectivè operetur in nobis credere.

* Hanc vocat lit. K. tr. efficac.

Ad teſt. ex S. Proſper.

Ad aliud eiuſdem.

§. IX.

Occurritur argumento à ratione.

56 OBijcies 3. Ad prob. ſaltim affectus indeliberatos influere effectivè in actus liberos ſalutares. Prædicti affectus non influunt vere moralitèr in conſenſum ſalutarem: ergò influunt phyſicè effectivè. Añs. pr. 1. Influxus verè moralis eſt influx. per modũ ſuadentis, aut imperantis; ſed prædicti affectus, nec imperant, nec ſuadent conſenſum ſalutarem; cum ſuaſio, & imperium, ſint actus intellectus: ergò. 2. Omnis influxus moralis ſe tenet ex parte obiecti

Arguit. 3.

alli-

allicientis sua bonitate voluntatem ad consensum; sed prædicti affectus, non movent voluntatem ad consensum motione se tenente ex parte obiecti: ergò. Prob. min. Id, quod movet voluntatem ex parte obiecti, movet media sui cognitione, & amore; obiectum enim voluntatis est bonum ut intellectum, cuius causalitas iuxta plures est amor sui; sed prædicti affectus non movent voluntatem ad consensum salutarem media sui cognitione, & amore, ut est certum: ergò.

Urgetur. Urgetur hoc, & prob. eadem min. Id, quod nec est obiectum consensus salutaris, nec se tenet, ut complementum obiecti talis consensus, non movet motione se tenenti ex parte obiecti: undè quia cognitio pract. boni est conditio, & complementum illius in esse obiecti, meritò dicitur illam obiectivè movere. Sed prædicti affectus, nec sunt obiectum consensus, nec conditio, aut complementum obiecti talis consensus: ut videre est in dilectione Dei super omnia, ad quam possunt præcedere affectus complacentiæ, & dulcedinis spiritualis, cuius obiectum completum, & adæquatum, est sola summa Dei bonitas: ergò.

57 Solutio huius arg. clarescet, si notetur Doctrin. D. Thom. hac 1.2. quæst. 9. art. 2. & quæst. 77. art. 1. ubi

Respons. dubitationi inquirenti, *An voluntas moveatur ab appetitu sensitivo?* Resp. duplici conclusione. Prima, scilicèt, negando moveri ab illo *directè, & immediate, propter eius inferioritatem*; 2. affirmando *moveri ab illo, indirectè, & occasionalitèr*. Ratio huius est: Nàm voluntas movetur directè, & immediatè, ab obiecto sibi proposito, ut convenienti per cognitionem intellectus: ergò id, quod est aliqualis causa, ut obiectum proponatur voluntati, ut ipsi conveniens, movet indirectè, & mediatè voluntatem. Sed huiusmodi sunt passiones appetitus sensitivi: tùm iuxta illud Philosophi

3. Ethic. cap. 4. *qualis unusquisque affectus est, sic omnia videntur ei*: tùm quia experientia constat, quod homini affecto aliqua passione videtur ei aliquid, ut conveniens, quod existenti extra passionem non videtur; sicut irato videtur bonum vindicta, quod non videtur quieto: ergò appetitus sensitivus medijs suis passionibus movet saltim indirectè, & mediatè voluntatem. Addit autem ibidem Angel. Præcepti huiusmodi motionem se tenere ex parte obiecti voluntatis; non quia passio appetitus, sit obiectum illius, sed quia est causa, sive occasio, ut bonum, quod est obiectum voluntatis, appareat, ut ei conveniens.

Vid. Eminent. Cai. ibi.

Ex hac mirabili doctrina iam apparet, cur affectus gratiæ excitantis, scilicèt, delectatio, amor, timor, & similes, præcedentes consensum liberum, dicantur movere voluntatem moralitèr, & obiectivè. Si namque passiones existentes in appetitu sensitivo realiter distincto, & quasi extraneo voluntati, sic movent illam; potiori iure id ipsum debet concedi affectibus delectat. &c. existentibus intra ipsam voluntatem, eamque intrinsecè inclinantibus. Et ratio adducta id ipsum convincit. Nàm, quidquid conducit, ut bona supernaturalia nobis appareant, ut hic, & nunc magis convenientia, movet moralitèr, & obiectivè voluntatem ad eorum liberum, & efficacem amplexum; sed sic se habent subiti affectus delectationis, & suavitatis spiritualis in voluntate, iuxta illud sæpè à D. Aug. repetitum, & aprobatum: *trahit sua quemque voluptas*: ergò. Hæc doctrina est expressa eiusdem Magn. P. lib. 2. de peccat. merit. cap. 17. ubi docet non solum Deum adiuvare nos ad rectè operandum per illustrationem, per quam apparet nobis, quod antea latebat, sed etiam per delectationem communicatam voluntati, per quam fit suave, quod antea non delectat: dat rationem: *Tanto enim (inquit) quidquè vehementius volumus; quanto certius, quam bonum sit, novimus, eo què delectamus ardentiùs.* Huic accedit inclinatio vehemens voluntatis ad delectationem, tam in spiritualibus, quam in corporalibus, quæ adeo est ipsi innata, ei què dominatur, ut difficillimè aggrediatur illa, quæ ut molesta, & laboriosa proponuntur, nec minori difficultate avertatur ab his, in quibus delectationem, & dulcedinem experitur.

58 Applicat. hæc Doct.

His

His ſtabilitis Reſpond. neg. añs.

59 Ad 1. prob. neg.mai. Si comprehendat omnem modum influendi moraliter; eius falſitas conſtat in paſsionibus appetitus ſenſitivi moraliter inducentibus voluntatem ad proprios actus. Deindè, quia cum finis ſit principium in moralibus; quidquid eius cauſalitatem imitatur, ſcilicèt, trahendo, & alliciendo voluntatem ad amorem, dicitur cauſare moraliter. Hoc autem poteſt accidere; vel oſtendendo pulchritudinem obiecti, & bonitatem finis, vel inducendo intellectum, ut prædictus finis hic, & nunc convenientior appareat; & hoc modo affectiones gratiæ excitantis conducunt ad ſalutarem conſenſum: unuſquiſque enim reputat, & æſtimat, ut convenientius id, in quo maximè delectatur. Ex his conſtat ad 2. prob. anteced. ſufficit enim ad dictam motionem conducentia, ut bonum appareat hic, & nunc conveniens voluntati, ut videre eſt in paſsione appetitus ſenſitivi. Per quæ cõſtat ad ult. prob. Advertendum tamen cum Emin. Cayet. in comment. quæſt. 9. art. 2. quod licet diſpoſitio appetitus ſenſ. ſe teneat inhęs: ex parte ſubiecti, non tamen movet motione ſe tenente ex parte ſubiecti, ſed tantum ex parte obiecti; quia videlicèt, non aliter movet voluntatem, niſi pro quanto redundat in apprehenſionem obiecti voluntatis factam ab intellectu: quæ doctrina applicanda eſt motibus ſupernat. gratiæ excitantis.

Reſpond. directè.

60 Obijcies 4. Videtur enim ſatis durum, & difficile, negare ſanctas affectiones, & inſpirationes, quibus Deus prævenit voluntatem, præbere ipſi vigorem, & activitatem ad ſalutariter operandum. 1. Quia oppoſitum edocetur à SS. PP. ſæpè aſſerentibus per huiuſmodi affectiones voluntatem reddi robuſtiorem ad opera ſalutaria, illiusquè ſpiritum interius vegetari, & confortari ad perſeverandum in bono; ſicuti ab oppoſito, dum huiuſmodi affectiones, & ſuavitates ſpiritus deficiunt, anima ſe ſentit infirmam, aridam, & quaſi terram ſine aqua. 2. Nàm per huiuſmodi ſanctas affectiones quodammodo ſanantur vulnera contracta ex peccato originali; ut videtur innegabile. Infirmitas autem conſiſtens in defectu virium, non ſanatur, niſi per collationem virtutis, & vigoris. 3. Ex hoc ipſo. Nàm ſi liberum arbitrium manſit infirmum, & viribus attenuatum propter peccatum originale; quia videlicet ratione illius voluntas manſit aliqualiter propenſa in bonum privatum, & contrarium rationi; cur propenſio, & inclinatio in bonum ſupernaturale medijs ſanctis affectionibus; non præſtabit vires, & robur voluntati ad ſalutariter operandum? Deniquè. Si huiuſmodi motus ſuperni non præbent voluntati vires, aut ſufficientiam, ut ſalutariter operetur; ut quid eos iuſte petimus à Deo nobis donari, ne deficiamur in via?

Arguit. 4.

61 Reſp. Secluſſa activitate phyſica, & elevanti voluntatem per modum virtutis ad conſenſum ſalutarẽ; adhuc ſalvari per motus gratiæ excitantis voluntatem reddi robuſtiorem, & confortati ad iuſte operandum. 1. Quia per illos removentur pravæ affectiones retardantes connotatum, & inclinationem voluntatis ad ſalutariter operandum. 2. Quia per huiuſmodi affectiones activitas voluntatis congregatur, & unitur, ut tendat in bonum ſupernat. virtus autem unita fortior eſt, & robuſtior, ſe ipſa diſperſa. 3. Quia roboratio voluntatis poteſt fieri, vel exhibendo ei, aut augendo vires phyſicas; vel vires tantum morales. Conſtat hoc in gratia collata in Sacramento Confirmationis roboranti animam ad profeſsionem fidei coram Tyrano; & tamen prædicta gratia ut Sacramentalis eſt, tantum præbet ius morale ad auxilia efficacia pro fidei confeſsione. Cum igitur ſanctæ affectiones poſitivè diſponant voluntatem, & inſuper moraliter influant in conſenſum ſalutarem, meritò dicuntur roborare voluntatem ad actus liberos ſupernaturales. Vide dicta dub. añti. n. 29. ubi aliqua adduximus pro confortatione virium potentiæ, abſque influxu vero effectivo in illius operationem, & potiori ratione abſque influxu præbenti vires activas ei ad operandum.

Reſpond

Ex

62 Ex his constat ad testim. SS.PP. quæ in contrarium possunt adduci. Aliqua refert Illust. Castell disp. 3. quæst.4. sect.7. à num.220. Constat insuper ad id, quod adducitur de gratia sananti. Nàm, ut sub hac comprehendātur sanctæ affectiones, & illustrationes, sufficit quod disponant voluntatem ad actus liberos, & ipsi præstent vires saltim morales. Nec infirmitas contracta, tùm in intellectu, tùm in voluntate, ex peccato originali, oppositum probat; cum talis infirmitas, præsertim expectans ad voluntatem, non sit per defectum virtutis physicæ ad honeste operandum, sed per defectum virium moralium consistentem in aversione, à Deo, & fomite peccati. Cum igitur prędicta infirmitas sit moralis, aliquatenus sanatur; vel saltim, dum sumus in via, minuitur per motus præbentes voluntati vires morales ad rectè operandum. Conformitèr ad distinctionem traditam inter vires physicas, & vires morales, concordari possunt duo dicta, & quoad aperientiam oppositа, à Magist. Zumel, qui hac 1. 2. quæst.3. art.1. disp. 2. concluſ. 3. *affirmat: gratiam illuminationis, & inspirationis, constituere voluntatem in actu 1. & cum virtute ad actus supernaturales; & postmodum*, concl. 4. ait: *gratiam excitantem in motibus subitis consistentem, & prout differt à gratia adiuvanti, concurrere ad illos causalitate quadam morali.* Concordari inquam possunt. Nàm ly *in actu* 1. aplic. gratię illuminationis potest rectè intelligi de actu 1. moralitèr tali, & complete expediente voluntatem ad salutaritèr operandum; & de gratia inspirationis sumpta pro auxilio: in 2. autem loco loquitur expresse de motib. volunt. & intellectus.

Ad aliàs prob.

63 Obijcies 4. Eo affectus indeliberatus non esset principium elevans vo lūtatem ad affectum liberum; quia est inferioris perfectionis; sed hæc ratio non obstat: ergò. Prob. min. 1. Licèt accidens sit inferius substantia; ut est virtus instrumentaria illius, est virtus productiva substantiæ. Sed actus indeliberati sunt virtus instrumentaria Dei movētis voluntatē ad actus perfectos; cum ex fine elevandi illam infundantur à Deo: ergò. 2. Auxilium, quod ponitur à Th. ad actum perfect. ut principium sufficiens, est tamen simul sufficiens, & efficax, ad actum indeliberatum: de quo Illust. Alv. dis. 80. ergò est longe infer. perfectionis respectu actus liberi. Sicut ergò hoc minimè obstat, ut elevetur à Deo, & se habeat, quasi instrumentum illius; ita dicendum in præsenti. In primis falsum est talē affectum concurrere, ut virtutem instrum. aliàs voluntas instrum. illum produceret; de cuius falsit. agitur tract. de vis. Nec instes in calore producente ignem; Nàm ille radicatur in substantia ignis, & ab ea habet rationē virtutis. Affectus subitus nihil habet à voluntate, sed à Deo, ut fatetur arguens. 2. Virtus instrum. qua talis, v.g. calor respicit pro fine intrinſ. & specificāte productionem substantiæ: affectus autem inefficax circa summam Dei bonitatem non sic respicit; aut specificatur à dilectione libera, & efficaci; sed à tali bonitate inefficacitèr volita. Hinc falso dicit Auxilium Th. esse virtut. instrum. sicuti esse lōgè imperfectius; cum sit eiusdem speciei formalis cum habitu: de quo Godoy tom. 2. in 3. p. disp. 23. n. 156.

Arg. Manso tom. 4. q. 11. à n. 27.

Solutio.

§. X.
SEPTIMA CONCLUSIO.

Actus liberi supernaturales in absentia habituum non fiunt per auxilium extrinsecum Divinæ Omnipotentiæ.

64 PAter Suarez, lib. 3. de auxilijs, postquam cap. 4. & 17. cum communi Thomistarum sententia efficacissimè probavit motus subitos intellectus, & voluntatis (in quibus gratiam excitantem adæquatè collocat) non influere effectivè, sed tantum moralitèr, & secundum quid, in actus liberos supernaturales; cum aliunde reputet necessarium, tam de potentia ordinaria, quam absoluta, designare aliquod principium elevans voluntatem, & constituens ipsam in actu primo ad productionem actuum supernaturalium; & huiusmodi principium juxta ipsum nequeat esse

AA. eidē adhær. sūt Ovied. Tanner. Arriaga, & Alij

esse auxilium fluidum propugnatum à Thom. nec complexum ex illustratione, & affectione supernaturali, nec tãdem aliquis habitus infusus; cum difficultas procedat casu, quo prædicti habitus deficiant; asserit cap. 18. Spiritum S. per seipsum immediatè adiuvare voluntatem, ut principium proximè, & physicè efficiens actũ supernaturalem in dicta hypothesi. Hic modus dicendi frequentèr deseritur à RR. & à nobis iuxta præsent. provid. est impugnandus.

Vide dub 2. §. 3.

65

Prob. 1. ex S. D.

Prob. 1. ex D. Th. hic q. 109. a. 2. dicente: *hominem, tã in statu naturę integræ, quàm in statu naturæ corruptæ, indigere virtute gratuita superaddita naturæ ad volendum, & operandũ bonũ supernaturale.* *Quod autem hęc virtus sit donum creatum, & non omnipotentia Dei, præter quã quod manifestum apparet, docetur à D. Th. ibid. a. 5. vocans huiusmodi virtutem auxilium gratuitum Dei interiùs animam moventis, sive inspirantis bonum propositum. 2. prob. ex eodem Ang. Mag. 2. 2. q. 23. art. 2. ubi impugnat opinionem Mag. asserentis Spiritum S. per seipsum sine dono creato movere voluntatem ad actum charitatis sequenti discursu: *Non potest dici, quod sic moveat Spiritus S. voluntatem ad actum diligendi, sicut movetur instrumentum: quod, & si sit principium actus, non tamen est in ipso agere, vel non agere, sic enim tolleretur ratio voluntarij; sed oportet, quod moveatur sic voluntas à Spiritu S. ad diligendum, quod ipsa sit efficiens hunc actum. Manifestum est, quod actus charitatis excedit naturam potentiæ voluntatis; nisi ergò aliqua forma superadderetur naturali potentiæ, per quam inclinaretur ad dilectionis actum, esset actus ipse imperfectior actibus naturalibus.*

S. D. supponit actum elici à volunt. & non unicè à Spirit. S. in opinion. M.

66

Ponderatur.

In quo testim. docet 1. voluntatem non concurrere instrumentalitèr ad actus liberos supernaturales, cuius oppositum tuetur P. Suarez, ut ex tali concursu facilius sibi persuadeat, actus supernaturales etiã liberos, posse fieri connaturalit. per elevationẽ purè extrinsecã. *Docet 2. quod si voluntas non elevaretur per aliquod principium intrinsecum supernaturale ad actum dilectionis, talis actus esset imperfectior actibus naturalibus, cũque hoc nequeat concedi, dicendum est, actus liberos supernaturales produci à voluntate intrinsecè elevata per auxilium gratiæ. Vid. idem S. D. q. 3. de Virt. a. 1. ubi ex opinione Mag. infert unum ex duobus debere concedi, scil. *Aut actum dilectionis non esse voluntarium; quod est manifestè falsum: aut illũ non excedere facultatem naturæ, quod est Pelag.* quæ illatio nulla esset, si actus liber supernaturalis potest èlici, & de facto elicitur à voluntate, per puram assistentiam extrinsecam Spiritus S.

* 1. p tract. 1. lib. 2. cap 10.

67

Prima ratio.

Ex qua doctrina formatur ratio desumpta ex libertate. Ut voluntas sit libera in elicientia actuum supernaturalium, requiritur habere dominium supra tales actus; sed voluntatem habere dominium supra aliquẽ actum, est illum esse in potestate propria voluntatis: ergò de ratione actus liberi supernaturalis est contineri in potestate propria voluntatis. Sed pet auxilium purè extrinsecũ nequit actus supernaturalis contineri in potestate propria volũtatis: ergò. Min. subsumpt. prob. 1. Auxilium purè extrinsecum, scil. Spir. S. est potestas aliena, & extranea voluntati creatę; cùm sit ipse Deus infinitè per essentiã distans à creatura. 2. Nàm potestas propria alicuius solum dicitur talis, vel per emanationem ab ipso, vel per identitatem, vel per unionem intrinsecam cum illo; sed Spir. S. nullo ex his modis est potestas propria voluntatis creatæ: ergò.

Confirm.

Confirm. Operari cum dominio est operari ex viribus proprijs, & se movendo, & se determinando ex seipso: ergò potentia, quę secundùm sibi propria, sibique intrinseca, nõ continet aliquem actum, nequit illam operari cum dominio. Sed voluntatem elevari per auxilium purè extrinsecum non facit ipsam secundũ sibi propria, sibique intrinseca continere actum supernaturalem; cũ huiusmodi auxilium, nec sit proprium voluntati, nec intrinsecè informans ipsam: ergò. Rursùs. Dominium est facultas utẽdi potestat. ad oper. volũtas verò creat. nequit propriè uti Spir. S.

68

Pro. 3. ex doct. S. D.

3. Prob. ex doctrina eiusdem q. 1. de malo a. 3. asserentis; de ratione causæ per se esse operari cum in-

inclinatione, & ordinatione ad effectum ab ipsa productum. Voluntas etiam in absentia habituum supernaturalium, non est causa per accidens, sed per se actuum supernaturalium, quos liberè producit; sed hoc ipso prædicti actus procedunt ab illa mediante aliquo principio intrinseco supernaturali: ergò. Prob. min. De ratione effectus per se talis est procedere à causa per se ordinata, & inclinata ad eius productionem, ita D. Th. ubi sup. Sed volūtas destituta omni principio intrinseco supernaturali, nequit ordinari per se, & per se inclinari ad productionem actus supernaturalis; cum assistentia extrinseca Dei nullum ordinem intrinsecum, aut inclinatio nē illi possit præstare: ergò. Urget. hoc. Voluntas in dicta hypothesi est causa per se actuum salutarium, non solum sub ratione vitalitatis, sed etiam sub ratione supernaturalis, ut ratione *quæ*, tā in genere, quā in specie, scil. supernat. dilectionis, spei, & contritionis; cū voluntas sit causa libera talium actuū sub omnibus formalitatibus, quas important secundum proprias differentias; sed hoc nequit subsistere, si voluntas elevetur per assistentiam purè extrinsecam Spiritus S. ergò. Prob. min. De ratione effectus per se iuxta D. Th. ubi sup. est præexistere in causa ipsum producente, ratione similitudinis, & convenientiæ cum ipso; vel secundum eandem rationem, si sit causa univoca, vel secundum rationē aliquam superiorem, si sit causa æquivoca; cum omne agens per se agat sibi simile. Sed voluntas destituta omni principio intrinseco supernaturali, & ipsi purè extrinsecè assistente Spiritu S. nullam similitudinem, aut convenientiā habet in se cum actibus supra enumeratis, secundū quod sunt supernat. in genere, & in specie: ergò.

Urgetur.

69 Quarta ratio.

4. Prob. Iuxta PP. & Conc. omnis actus liber. & supernaturalis, positivè conducens ad iustificationem, & vitæ æternæ consequutionem, fit per verā gratiam Dei, eiusque auxiliū, præstans vires, potestatem, & sufficientiam voluntati ad illius productionē; sed Spiritus S. ut extrinsecè assistens, non est propriè gratia auxilians, nec auxilium gratiæ præstans vires &c. ergò Spirit. S. extrinsecè assistens, non elevat voluntatem ad actus liberos supernaturales præcedentes infusionem habituum. Min. prob. est sup. dub. 1. §. 2. quam etiam tuetur expresse P. Suarez lib. 3. de Auxil. c. 1. à n. 3. dicens: *Deum appellari sæpè in Script. auxiliatorē nostrum, non tamen propriè auxilium, multoque minus auxiliū gratiæ.* Mai. const. etiā ex pluribus testim. adductis dub. añti. §. 8. estque certa apud omnes Catholicos fatentes contra Pelag. per gratiam Dei, non solum revelari nobis quid sit agendum, sed etiam per illam præstari vires, virtutem, & sufficientiā ad iustè operandum, insuperque hanc esse gratiam Christi Iesu, quam nobis promeruit. Huic prob. solum occurri valet dicendo testim. Conc. & SS. PP. asserentium, gratiam Dei per Iesum Christum prębere vires, & elevare voluntatem ad actus salutares, exponenda esse de actibus procedentibus ab habitibus infusis; secùs vero de actibus, qui fiunt in absentia habituum supernaturalium. Sed hic modus dicendi videtur voluntarius, & contra sensum SS. PP. universal. & indiscrim. asserentium nullum affectum supernaturalem ad vitam æternam conducētem fieri posse sine gratia Dei, & sine eius pręven. inspirat. & spir. infusione. Accedit ad hoc controv. PP. contra Pelag. directè fuisse circa necessitatē gratiæ auxiliantis ad actus salutares; non vero circa necessitatē, aut existentiam habituum supernaturalium, ut est certum apud nobiliores Theol. ergò dicere gratiam actualem solum requiri à SS. PP. pro actibus salutaribus elicitis medijs virtutibus infusis, videtur voluntarium. Unde fateri debet in opin. contraria; aut de facto actus supernaturales præcedentes infusionem habituum, non fieri per assistentiam extrinsecam Spiritus S. aut prædictos actus non fieri propriè loquendo per gratiam Dei, eiusque auxilium.

Quædam solut. reijcitur.

70 Arg. 1.

Sed in favorem opinionis P. Suarez obijcies 1. Deum per se ipsum, & absque dono intrinseco, elevare voluntatem ad actus liberos supernaturales, de se non opponitur loquutionibus Script. Concil. & PP. ergò. Añs. prob. 1. Ex Script. & Conc. so-

Prob ant. 1.

ſolum constat actus ſupernaturales diſponentes hominem ad iuſtitiam procedere à Deo ſpeciali adiutore, & cooperatore liberi arbitrij ; ſed Deum per ſeipſum, & abſque dono intrinſeco elevare voluntatem ad actus ſupernaturales, eſt ipſum eſſe ſpecialem adiutorem, & cooperatorem liberi arbitrij : Tùm quia, hic modus concurrendi in Deo eſt indebitus naturæ : Tùm quia, per talem modum concurrendi ſubvenit infirmitati naturæ : ergò. 2. prob. idem añs. Iuxta Trid. (in quo, tanquam in compendio teſtim. Script. & Conc. agentia de neceſsitate gratiæ continentur) ſeſſ. 6. can. 4. habetur hominem ſine adiutorio Dei non poſſe credere, diligere &c. Sed per huiuſmodi adiutorium rectè poteſt intelligi Deus adiuvans per ſeipſum voluntatem, & coefficiendo cum illa actus ſupradictos : ergò. 3. & urgentiùs. Iuxta idem Concilium ſeſſ. 6. cap. 5. *Actus, quibus homo diſponitur ad iuſtitiam, procedunt à libero arbitrio moto à Deo per eius excitantem, atque adiuvantem gratiam.* Sed nomine gratiæ adiuvantis nequit intelligi à Conc. aliquod donum creatum phyſicè elevans voluntatem ad elicientiam talium actuum : ergò nomine illius intelligitur Spiritus S. immediatè efficiens &c. Prob. min. Si nomine gratiæ adiuvantis intelligeret Concil. aliquod donum intrinſecum phyſicè elevans voluntatem, *gratia adiuvans* etiam eſſet præveniens conſenſum liberum voluntatis ; ſed Conc. ibidem ſolum attribuit rationem gratiæ prævenientis inſpirationi, & illuminationi; gratiæ vero adiuvanti cooperationem, ut in ipſo videre eſt : ergò.

Secundo.

Tertio.

Sic mihi arguenti Reſp. M Ibarra.

71 Reſp. Reſp. neg. añs. Nàm in Scrip. PP. & Concil. ferè ſemper aſſeritur actus ſalutares diſponentes hominem ad iuſtitiam, & vitæ æternæ conſequutionem, provenire ex gratia Dei interiùs movente, & auxiliante voluntatem ; gratia autem, & auxilium Dei, propriè loquendo, non ſignificant aliquid divinum per eſſentiam; ſed donum creatum nobis infuſum, & ex gratuita Dei voluntate deſcendens, ut expreſsè docet S.D.hac 1. 2. q. 101. & P. Aug. de Præd. SS. c. 10. diſtinguens inter gratiam, & prædeſtinationem tanquam inter effectum, & cauſam. Ex quibus ad 1. prob. Reſp. diſt. mai. Eſſe ſpecialem auxiliatorem, & adiutorem per gratiam ſpecialem, & quæ eſt propriè gratia auxilians, & adiuvans, conc. mai. Quæ tantum ſit impropriè talis, neg. mai. Videantur dicta dub. 1. §. 2. Vel aliter poteſt Reſp. dicendo actus ſupernaturales de facto requirere Deum ſpecialem adiutorem, & cooperatorem, non ut cumque, ſed ut adiuvantem modo connaturali agendi creaturæ rationalis, & conformi ſuavitati divinæ providentiæ : quæ omnia ſubſiſtere nequeunt abſque infuſione alicuius principij ſupernaturalis intrinſecè elevantis voluntatem. Ratio eſt. Quia nulla cauſa connaturaliter loquendo phyſicè producit actum, quem in ſe intrinſecè activè non præcontinet; cum unumquodque operetur in quãtum eſt in actu, & unumquodque ſit in actu per ſuam formam ; actus autem ſupernaturalis nequit hoc modo contineri in voluntate deſtituta omni forma ſupernaturali ſibi intrinſeca. Rursùs. Nàm iuxta D. Thom. hic q. 104. a. 5. & q. 114. a. 2. *Hoc eſt ex inſtitutione divinæ providentiæ, ut nihil agat ultra ſuam ſpeciem* (ſuam, inquam, vel per identitatem, vel per informationem) & inſuper : *Quod nullus actus ordinatur in finem excedentem proportionem principij activi.* Cumque diſpoſitio ſupernaturalis excedat ſpeciem eſſentialem voluntatis, & ordinetur in finem ſupernaturalem ; neceſſe eſt principium activum illius, ſcil. voluntatem, per priùs proportionari, & elevari mediãte aliqua forma ſupernat.

Ad 1. pr. ant.

Ad 2. prob. neg. min. Deus enim ſi ſit propriè auxiliator, & adiutor, non tamen dicitur propriè auxilium, & adiutoriũ, ut expreſsè fatetur ipſe Suar. li. 3. c. 1. ſequẽs in hoc commun. ſenſũ Theol. quapropter, aut eius probatio eſt prorsùs inefficax, aut tenetur concedere Conc. accipere adiutorium in ſenſu improprio. Ad 3. prob. Reſp. neg. min. Nàm gratiam ut adiuvantem, & proùt diſtinctam ab excitanti, eſſe etiam prævenientem, probatur latiſsimè à Thomiſt. inter quos Mag. Lemos tom. 4. tract. 7. part.

73

Ad 2.

Ad 3.

1.à cap.12.& Ill.Castell. tom. de lib. arb.disp.2.q.2.Quod efficacitèr suadetur ex illis verbis Conc.can.3.*Sine*

Prob.1. *prævenienti Spiritus S.inspiratione, atque eius adiutorio, nequit homo credere, diligere &c.* Ubi expressè constat illud adiectivum *præveniens* cadere supra inspirationem, & adiutorium.

Secundo. Rursùs: Nàm cap.5.affirmat Conc. *Homines disponi ad iustitiam medio assensu libero per excitantem, atque adiuvantem gratiam Dei*: ergò cum illa dictio *per* designet causalitatem; significat prioritatem in gratia excitanti,& adiuvanti,respectu actuum, quibus disponuntur ad iustitiam.

13 Ulteriùs: Nàm iuxta PP.gratia, ita adiuvat voluntatem ad benè volendum, ut verificetur: *Ideò voluntatem benè velle, quia adiuvatur à*

Tertio. *Deo.* Ita S. Prosp. lib. de Grat.& lib. arb. cap. 26. & D. Fulgent. lib. de Incarn. cap.17.*ergò gratia ut adiu-

* vans non est actualis consensus voluntatis, sed aliquid ipsum præveniens natura, & causalitate. Hinc ulteriùs progrediuntur Thom.probando nomine gratiæ adiuvantis intelligi à Concil. gratiam physicè prædeterminantem: Nàm cum ex una parte sit pręveniens liberum consensum voluntatis; & ex alia non præveniat movendo,& alliciendo moralitèr:aliter enim non distingueretur à gratia excitanti; planè infertur eam esse ab intrinseco efficacem.Iuxtà hanc doctrinam negandum est nomine gratiæ adiuvantis intelligi à Concilio aliquid per modum principij elevantis voluntatem; cum iuxta immediatè dicta talis gratia sit determinatè motio, & applicatio physica voluntatis constitutæ in actu 1. ad salutariter operandum. Sed nec in sententia Aliorum non distinguente realitèr gratiam excitautem ab adiuvanti; argumentum Patris Suarez efficacitèr probat: in tali enim sententia gratia excitans est etiam adiuvans in actu primo; & proùt sic est præveniens consensum voluntatis, præbendo ei vires physicas ad illius elicientiam; quamvis gratia excitans, ut est adiuvans in actu 2.non præveniat consensum, per quem volunt.determinatur, sed illum actu includat.

Ex prof. P: Aug. ep.107.

Ex quà doctrina facilis est in forma solutio.

Obijcies 2. ex Div. Thom. quæst. 22. de Veritat. art. 4. asserente* Deum per seipsum, & sine infusione alicuius doni multotiès elevare voluntatem. Ad hoc responsum est supra dub. 2. §. 6. & ad alia testim. eiusdem Sanct. Doct. ubi videri possunt. Sed quia ex capite libertatis probavimus adesse specialem repugnantiam, ut voluntas sine elevatione intrinseca actus supernaturales eliciat. Obijcies 3. Voluntas potens elicere actum supernaturalem, & potens illum omittere, est libera in eius elicientia; sed semèl admissa,ut posibili elevatione purè extrinseca, ad nihil horum requiritur elevatio intrinseca in voluntate: ergò nulla est specialis repugnantia &c. Prob. min. In primis admissa elevatione purè extrinseca, non requiritur donum intrinsecum in voluntate, ut sit potens ad actum, ut de se constat: deindè non requiritur, ut possit illum omittere; cum omissio non sit exercitium ullius doni supernaturalis: ergò si aliunde cum tali elevatione concurrat ex parte intellectus, iudicium indifferens, actus supernaturalis erit omni ex parte liber.

14

Arg. 2.

Solutio.

Arg. 3.

15 Respond. distinguend. maior.Potens &c.potestate à seipsa motiva, & determinativa actus, conced. maior. Potestate aliena, & ab intrinseco voluntatis indeterminabili, neg. maior. & cum eadem minoris distinctione, neg. consequent. Dominium enim, & libertas, est facultas utendi re aliqua per potestatem propriam, & intrinsecam ei, qui est dominus talis rei. Nemo enim est propriè, & dicitur dominus eius, quod non habet in sua intrins. & propria potestate. Cumque Spiritus Sanctus, ut extrinsecè assistens, nequeat dici potestas propria voluntatis creata: ideò talis assistentia non sufficit, ut voluntas possit liberè operari. Si instes. Etiam actus vitalis petit esse ab intrinseco potentiæ viventis; cum vivere sit se movere: ergò si cum assistentia purè extrinseca Dei, admittitur vo-

Respond.

Instabis.

voluntatem pōsse vivere supernaturalitèr, etiam poterit liberè operari.

Solutio. Resp. Potestatem ad actum vitalem in dicta hypothesi tantum dicere esse motivam sui, id est elicientem, & recipientem actum; non vero esse motivam ex se ipsa, & ex sibi proprijs; quod quidem requiritur ad rationem veri dominij, & libertatis, prout hæc superadditur ad rationem viventis ut sic. *Et hæc de hoc dub. applicand. ubi præced.* Vide Rip. disp. 110. à n. 40.

DUBIUM IX. APPENDIX.

AN GRATIA EXCITANS; ET quænam sit gratia verè sufficiens?

N. 1 EX decisione huius dubij constabit necessitas ponendi in homine carenti habitibus supernat. auxilium fluidum elevans intrinsecè voluntatem ad actus liberos salutares; proindèque sine illo non salvari tunc casus veram gratiam sufficientem internam. Ex quo pariter constabit gratiam 1. excitantem non consistere in motibus vitalibus intellectus, & volūtatis. Qua ratione præs. dub. meritò Append. seu Corollar. præced. dicitur.

2 Gratia sufficiens, prout ab efficaci distinguitur, iuxta commun. Theol. acceptionem, est illa, quæ præbet facultatem, sive potestatem ad consensum supernaturalem, ita, ut voluntas ex vi illius possit verè salutaritèr operari, si ipsa velit. Quapropter talis gratia de se præscindit ab existentia consensus, & illius omissione, ut manifestè constat in hominibus resistentibus interiori vocationi Dei, per quā ad actus fidei, spei, & contritionis ab ipso excitantur: quorum omissio eis culpabilis non foret in seipsa, si veram sufficientiam, & facultatem ad credendum, sperandum, & pœnitendum non haberent. Huius gratiæ acceptio, & existentia desumitur ex Sacris Litteris, Conc. & PP. asserentibus libertatem, sufficientiam, & potestatem ad salutaritèr agendum, provenire in nobis ex gratia Dei. Videatur D. Aug. de Correp. & grat. cap. 11. & 12. ubi auxilium sufficiens appellat adiutorium sine *quo*, affirmans illum fuisse concessum 1. Parenti ad perseverandum in gratia; quamvis adiutorium *quo*, quod est idem, ac gratia efficax ad perseverandum, non fuerit ipsi concessum. Hinc gratia efficax propriè accepta, & prout à sufficienti distinguitur, est illa, quæ connectitur in actu 2. cum consensu salutari, & operatione, ad quam movet voluntatem, & propter quam dispensatur à Deo. Quapropter, dùm voluntas non elicit consensum salutarem, non habet gratiam efficacem propriè acceptam, & prout à sufficienti distinguitur, ad elicientiam talis consensus.

Divis. grat. insufficient. & efficac.

Sermo est de facult. saltim mediata.

2. Ad Corinth. 3. Non sumus sufficient. &c. Ioan. 15. Sine me nihil potestis &c.

Nec obstat immeritò appellari auxilium sufficiens ad consensum salutarem, si iuxta Thom. doct. aliud auxilium requiritur pro existentia illius; siquidem aliquid esse sufficiens ad aliquam operationem idem est, ac ipsum alio non indigere: si ergò auxiliū sufficiens non sufficit ad operandum, sed aliud est necessarium, scil. auxilium efficax, per quod Deus donat nobis cōsensum; auxilium, quod vocatur sufficiens, re ipsa sufficiens nō est. Non in quā obstat. Quia licet hoc grammaticaliter loquendo videatur habere aliquam difficultatem; secùs tamē Phil. & Theol. loquendo. Etenim iuxta Philosophiā plures causæ dicuntur proximè sufficiētes ad operandum, quāvis aliud sit requisitum, ut sequatur operatio. Intellectus namque per speciem intelligibilem hominis, v. g. actuatus est potens proximè, & cū virtute sufficienti ad intelligendum hominem; & tamen indiget applicatione voluntatis, ut illum actu intelligat. Idē dicendum de ambulatione hominis, alijsque operationibus voluntarijs requirentibus ultra potentiam productivam, determinationem, & imperium voluntatis. Unde indigētia ulterioris

3 Arg.

Solutio.

auxilij donantis virtutem,&potestatē ad operationem destruit veram sufficientiam in auxilio præcedenti;si vero requiratur unicè,ut determinet,&applicet potestatem proximam,reducēn do illam ad actum , minimè impedit veram sufficientiam in auxilio præcedenti : quin potiùs eam essentialitèr supponit, & ædificat : cum nulla causa reducatur ad actum 2.quem in sua virtute sufficientèr non præcontinet. Sic se habet auxilium ab intrinseco efficax à Thom. propugnatum ; cum iuxta D.Thom. q.3.de Pot.a.7.sit applicatio virtutis ad agendum. Ex quo constat hanc instantiam esse purè grammaticalem , & attenta solum huius nominis *sufficiens* ethimologia. Videatur M. Lemos lib. 4. p. 2.tract. 3. à cap. 2. Ill. Alvarez disp. 79. de Aux.& quod magis estD.Th.ubi sup. opponens sibi idē argum.in ordine 7.

§. I.
PRIMA CONCLUSIO.
Gratia actualis sufficiens continetur sub gratia excitanti.

4 EST communis inter Theol. dividentes gratiam actualem in excitantem,& adiuvantem, tanquam in sufficientem,& efficacem. Prob.1. ex Trid.sess.6.cap.5.& 6.dividente gratiam Dei prævenientem in excitantem, & adiuvantem. Cum igitur negari nequeat,Concilium mentionem fecisse gratiæ sufficientis ; fatendum est illam sub aliqua ex prædictis gratijs contineri. Atqui non continetur sub gratia adiuvanti strictè accepta, & proùt differt ab excitanti: cum nomine gratiæ sic adiuvantis communitèr à Theologis intelligatur gratia efficax : ergò gratia actualis sufficiens continetur sub gratia excitanti.Confir. Gratia constituens libertatem ad actus salutares,est gratia sufficiens ad illos ; sed iuxta Conc. Trid.ubi supra illuminatio , & inspiratio Spiritus S. constituunt in homine libertatem ad actus salutares : ergò illuminatio , & inspiratio sunt gratia sufficiens ad illos.Sed illuminatio , & inspiratio sunt gratia excitans : ergò gratia actualis sufficiens continetur sub excitanti. Urgetur hoc. Gratia , cui homo potest assentire , & dissentire, est gratia spectans ad libertatem , & se tenens ex parte actus primi ; sed iuxta Tridentin. sess. 6. canon. 3. homo potest assentiri , & dissentiri gratiæ Dei excitanti : ergò talis gratia constituit libertatem , & sufficientiam ad salutaritèr consentiendum. Videantur dicta dub. ānti. §. 8. probantia idem assumptum.

Prob.2.à priori.Gratia prę veniens, sine qua homo ex parte sui nō est potens elicere actus salutares,est gratia præbens ei vires,& sufficientiā ad salutaritèr operandum; sed iuxta PP.& Conc.homo sine Spiritus S.illuminatione,& inspiratione, est impotens elicere actus salutares : ergò illuminatio,&inspiratio sunt gratia sufficiens. Sed (nisi sit litigium de voce) illuminatio, & inspiratio sunt gratia excitans:ergò gratia sufficiens continetur sub gratia excitanti. Pro 1. min. prob.habes plura loco immediatè relato , & cætera sunt de se manifesta. Diximus gratiam sufficientem contineri sub gratia excitāti;quia hęc universim accepta superior est ad gratiā verè sufficientem , ut constabit concluſ.seq. loquendo de gratia excitanti exteriori,& postmodum agendo de gratia excitanti interiori sumpta pro motibus intellectus,& voluntatis ; de quibus probabimus non præbere vires physicas ; & potestatem propriè activam ad actus salutares.

Nec valet ex terminis loquendo excitationem,sive vocationem,ad aliquid agendum non præbere vires ei, qui vocatur ad operandum ; ut patet in excitante , & exhortante claudum ad currendum. Non inquam obest, quia,& si in humanis hoc contingere valeat , secùs tamen in Deo, qui non aliter interiùs excitat , & vocat homines ad salutaritèr agendum,nisi simùl ob suam misericordiam eis communicet vires , & facultatem , ut ipsi adhæreant per fidem , & dilectionem. De quo videndus D. Ambros. super Lucam cap. 3. Hanc doctrinam expresè confirm. Hinc colliges,quod gratia excitans,& si attenta grammaticali significatione , tantùm dicat hortari,sive monere hominē,ut evigilet,& consideret , quam bonum sit

Prob. authorit.

Sic Lemos lib 4 p.2.tract. 2.n.96.

Confirm.

Urgetur.

5 Prob.2.ratio.

6 Si instes.

Resp.

sit adhærere Deo; attenta tamen communi Theolog. accept. ex Trid. sess. 6. cap. 5. & 6. actu includit virtutem, & sufficientiam ad actus supernaturales.

§. II.

SECUNDA CONLUSIO.

Gratia excitans exterior non est propriè gratia sufficiens.

7 EST certa apud omnes Theol. inter quos præsertim videndi M. Lemos lib. 4. p. 1. tract. 7. cap. 16. Ill. Alv. disp. 76. P. Suar. lib. 4. cap. 3. Quænam autem sub gratia excitanti exteriori comprehendantur? Diximus dub. 1. num. 3. Prob. 1. Gratia excitans exterior, nec præbet homini omnem facultatem requisitam ad salutaritèr agendum, nec ullas vires, & potestatem, ut salutaritèr operetur: ergò nec adæquatè, nec inadæquatè, est gratia sufficiens propriè accepta. Asis. pro 1. par. prob. Si gratia excitans exterior præberet omnem facultatem homini ad salutaritèr agendum, posset homo cum sola ipsa, & absque illuminatione, & inspiratione Spiritus S. salutaritèr consentire; atqui hoc expressè damnatur in Concil. Arausi. cap. 7. & Trid. sess. 6. can. 3. & cap. 5. ergò. Quòad 2. vero prob. Virtus, & potestas voluntatis ad actus salutares est ipsi intrinseca, saltim per unionem, aut informationem; cum prædicti actus sint voluntarij; proindèque ab intrinseco voluntatis proveniant; sed gratia excitans exterior nihil intrinsecum ponit in voluntate: ergò nullas vires, & potestatem &c. Confirm. dicta. Gratia propriè sufficiens iuxta Catholicam doctrinam D. Aug. est illa, quæ nobis datur à Deo per submin istrationem Spiritus, & virtutis; sed gratia exterior v.g. doctrina, & prædicatio Evangelij, non est huiusmodi: ergò. Prob. min. Pelagius nunquam concessit voluntatem nostram adiuvari ad actus salutares gratia Dei, quæ esset talis per submin istrationem Spiritus, & virtutis; * atqui in 2. statu suæ hæresis concessit necessitatem gratię consistentis in doctrina, & prædicatione; ut videre est apud D. Aug. lib. de Hæres. hæres. 88. & epist. 95. & 107. ad Vital. ergò.

Prob. 1.

Confirm.

* Sic M. P. epist. 95.

Sed dices. Gratia adiuvans ad consensum salutarem, & inconnexa cum illo, est gratia sufficiens: cum adiuvare alterum sit ei; aliquam virtutem, aut activitatem conferre; sed gratia exterior, scil. prædicatio Evangelij, & exhortatio, est gratia adiuvans ad consensum salutarem, & cum illo inconnexa, iuxta illud Paul. 2. ad Cor. 6. *Adiuvantes exhortamur, nè in vacuum gratiam Dei recipiatis*: ergò Confir. Gratia, quæ est virtus Dei, est gratia propriè sufficiens; sed prędicatio Evangelij est virtus Dei in salutem omni credenti, ut sæpè proclamat S. Paulus: ergò. 2. Omnipotentia, ut extrinsece assistens voluntati, est gratia exterior; sed iuxta plures ex Theol. per omnipotentiam extrinsecè assistentem potest elevari voluntas ad actus salutares: & de facto elevatur ad subitos motus intellectus, & voluntatis, intra ordinem supernaturalem: ergò non inconvenit gratiam extrinsecam præbere voluntati vires, & sufficientiam ad actus salutares.

8 Argues.

Confirm.

Resp. neg. mai. Ad rat. enim adiutorij utcumque sufficit conducētia ad actus salutares, quamvis non conferat veram virtutē, sed tantum obiectivè; aut ministerialitèr ad illos cooperetur. Cumque interdùm vocatio intrinseca ad fidem, & pœnitentiā, sæpè dependeat, & sortiatur effectū, media vocatione exteriori, industria, connatuque Ecclesiæ, & Ministrorum eius: ideò hæc omnia comprehenduntur sub adiutorio Dei. Unde, & si iuxta M. P. lib. de Pecc. mer. cap. 22. sit donum gratiæ, & singularis providentiæ Dei, quod quis habeat prædicatores, & exhortatores ad bonum: attamen iuxta ipsum sup. Psalm. 87. *Nimis occulta gratia Dei est, qua hominum mentes quodammodo reviviscunt, ut possint ab eius ministris præcepta sanctitatis audire.* Ubi M. P. attribuit rationem gratiæ aliquomodo adiuvantis prædicationi, & suasioni externæ; non tamen gratiæ sufficientis, nisi adsit interior Spiritus S. gratia præveniens humanas voluntates.

9 Resp. 1.

Ad 1. Resp. ex D. Thom. in expos. ad Roman. 1. lect. 6. prædicationem

10 Resp. 2.

Evangelij appellari virtutem Dei duplici de causa. Primo, quia virtus Dei manifestatur in Evangelio. Secundo, quia lex Evangelica continet in se Dei virtutem, quatenùs scilicèt homo credendo Evangelicæ prædicationi, se disponit ad consequutionem vitæ æternæ per gratiam sanctificantem in Evangelio promissam. Tertio, quia lex Evangelij, quæ est novum testamentum, continet Sacramenta à Christo Domino instituta, per quæ nobis confertur gratia, quæ est virtus Dei. Ex his autem minimè infertur prædicationem externam, cui credimus, esse subiectivè in se virtutem Dei, hoc est veram potestatem, per quam voluntas sit physicè activè potens elicere actus supernaturales, in quo sistit præsens

Ad 2. difficultas. Ad 2. Resp. ex his, quæ diximus dub. 1. §. 2. prob. omnipot. ut extrinsecè assistentem, nō esse propriè gratiam auxiliantem, hæc enim iuxta D. Thom. ibi adductum designat gratuitum effectum divinæ voluntatis moventem mentem hominis ad cognoscendum, volendum, & agendum. 2. (hoc omisso) Resp. adesse

Resp. 2. manifestum discrimen inter omnipotentiam sic acceptam, & alias gratias externas; illa enim, cum eminentèr contineat omnem virtutem creatam naturalem, & supernaturalem, potest per se ipsam utriusque vires supplere; quod oppositа de causa nequit convenire externæ prædicationi, & suasioni.

Nec obest, si dicas. Revelationem

11 quæ est gratia externa, utpotè obiectum formale *quo* fidei, se habere ex parte actus primi ad credendum; cum

Arg. 2. ab obiecto, & potentia pariatur notitia; sed quod se habet ex parte actus primi ad credendum, est gratia sufficiens: ergò aliqua gratia extrinseca &c. Non inquam obest. Nàm

Respond. nomine gratiæ sufficientis non intelligitur in præsenti, quodcumque principium influens in actum fidei; sed principium se tenens ex parte intellectus elevans illum ad elicientiam talis actus. Revelatio autem Dei, etsi sit principium se tenens ex parte obiecti, non tamen præbet virtutem intellectui, nec se tenet ex parte illius ad credendum. Ad modum, quo in potentia visiva, præter obiectum visibile, necesse est addere virtutem intrinsecā productivam visionis. Unde sicuti defectus virtutis visivæ, vel virtutis intellectivæ, nequit suppleri per colorem, quantumvis perfectè illuminatum; ita similitèr defectus virtutis, & potestatis, ad actus supernaturales conveniens intellectui, & voluntati, nequit suppleri per revelationem, vel quodcumque aliud obiectum supernaturale. Diximus gratiam externam non esse propriè gratiam sufficientem: Nàm in sensu diminuto, & secundum quid, hoc est in suo genere, non incōvenit illam esse sufficientem. Ratio est: Nàm excitatio exterior adeò efficax esse potest, ut ex parte illius, & in tali ordine, nihil ampliùs requiratur, ut homo credat, vel salutaritèr operetur.

§. III.

TERTIA CONCLUSIO.

Gratia excitans interior, per quam illuminatur intellectus, non est gratia sufficiens simplicitèr ad actus salutares.

12 COncluſio procedit de gratia illuminationis, tàm proùt dicit cogitationem allicientem voluntatem ad consensum salutarem, quàm proùt dicit auxilium elevans intellectum ad productionem illius in absentia habitus. Est communis inter Thom. cum M. Lemos, & Ill. Alvarez ubi supra, Zumel tom. Var. disp. 2. concl. 1. P. Suarez lib. 3. de Auxil. cap. 17. & lib. 4. cap. 4. quibus adhærent, quotquot negant illustrationi supernaturali influxum effectivum in consensum salutarem, quos citavimus dub. præc. conc. 1. & §. 5. concl. 5. Prob. Gratia sufficiens propriè, Prob. ratione. & rigorosè accepta, est illa, quæ præbet voluntati vires physicè productivas consensus salutaris; sed huiusmodi vires non præstantur à gratia excitanti, per quam illuminatur intellectus: ergò. Prob. min. Vires physicè productivæ consensus salutaris; sunt vires physicè illum activè con-

ti-

tinentes; sed illustratio supernaturalis non continet in se physicè activè consensum salutarem. 1. Quia talis illustratio non est physicè intra lineam affectivam, in qua est formaliter ipse consensus. 2. Quia consensus non est propriè actus secundus, sive exercitium formale illustrationis supernaturalis. 3. Qua operatio unius potentiæ nequit activè physicè continere in se per modum virtutis actum alterius potentiæ. 4. Quia talis illustratio est extrinseca voluntati, proindequè impotens reddere voluntatem intrinsecè in actu primo continentem consensum salutarem: ergò illustratio supernaturalis &c. Videantur dicta dub. præced. §. 4. ubi ex professo hic brevitèr insinuata, fusè probavimus.

§. IV.

QUARTA CONCLUSIO.

Talis gratia excitans se tenet ex parte actus primi, & libertatis ad actus salutares; proindequè spectat ad gratiam sufficientem integrè, & completè acceptam.

13 Prob. EST omninò certa meo videri, cui adhæret Pater Suarez, lib. 4. cap. 4. & probari potest satis efficacitèr ex testimonijs Concilior. & PP. asserentium * hominem non posse consentire Evangelicæ prædicationi, aut eligere aliquod bonum, prout conducit ad consequutionem vitæ æternæ, absque illuminatione, & inspiratione Spiritus Sancti. * Id, sine quo liberum arbitrium nequit elicere actus salutares, se tenet ex parte actus primi, & libertatis ad eorum elicientiam, maximè si taliter requiratur, ut cum existentia illorum non connectatur; sed iuxta Concilia, & PP. sine illuminatione, & inspiratione Spiritus Sancti, nequit liberum arbitrium Evangelicæ prædicationi consentire &c. ergò. Confirm. Gratia Dei docens, quid sit faciendum, & ostendens, qualitèr homo debeat operari, est gratia illuminationis; sed iuxta D. Bernard. lib. de gratia, & lib. arbitrio, & iuxta D. August. de corrept. & gratia, cap. 2. *Sine gratia Dei docente, & monstrante, quid faciendum sit, nequit homo iustè operari*: ergò talis gratia se tenet ex parte &c. Ratio à priori est; voluntas cum sit potentia cœca, non intelligitur complete, & proximè potens ad suos actus, nisi præcedat directio ex parte intellectus proponens, & ostendens ipsi bonum, quod debet amare, vel malum, quod fugere debet; cum igitur cognitio naturalis nequeat dirigere actus supernaturales, necesse est præcedere illuminationem supernaturalem. Hac de causa dicitur ab Apostolo: *sine fide esse impossibile placère Deo*; quia nimirum fides dirigit actus meritorios ostendendo summam Dei bonitatem, ad quam debent ultimatè ordinari. Similitèr ob idem motivum continuò exorat Ecclesia Spiritum Sanctum, ut corda nostra *illustret* ad cogitandum, quæ recta sunt, & postmodum, ut ea, quæ facienda noverimus, ipso adiuvante exequamur. Recolantur dicta dub. 2. & dub. 4. de necessitate gratiæ excitantis.

* Sic Arausic. cap. 7.

Confirm.

Dices. Hanc concluf. non cohærere cum immediatè præcedenti. 14 Argues. Quomodo enim potest gratia illuminationis se tenere ex parte actus primi ad actus supernaturales, si non præbet vires, & sufficientiam saltim inadæquatam voluntati ad illorum productionem? quid enim aliud est actus primus, & libertas; quam facultas, & sufficientia ad agendum, ut ex definitione libertatis constat? Respond. neg. sequelam; plura enim se tenent ex parte actus primi Resp. 1. ad operationem, quæ non præstant vires, aut virtutem physicè productivam illius: pro quo aliqua dedimus exempla dub. præced. num. 46. Nec est idem aliquid se tenere ex parte actus primi, ac esse proprie actum primum: hic enim iuxta expressam doctrinam D. Thom. quæst. 1. de potentia, art. 1. nominat formam, quæ est principium operationis. Ut autem aliquid se teneat ex parte actus primi, sufficit esse conditionem complentem, & expedientem activitatem formæ ad operandum. Qua de causa cognitio naturalis, etiam se te-

net ex parte actus primi in voluntate ad actus naturales ; & tamen iuxta frequentem Adversariorum sententiam, talis cognitio non præbet voluntati proprie vim activam illorum;nec similitèr talis cognitio dicitur proprie actus primus, vel virtus ad amorem, vel odium. Quæ doctrina ulterius potest confirmari exemplo gratiæ prædeterminantis;quæ quidem,& si se teneat ex parte actus.2.IuxtaTh. tanquam applicatio ad illum;non tamen proprie dicitur actus secundus.

15 Sed ne sit litigium de voce, duplex sufficientia potest distingui iuxta Doctr. Magn. P. lib. 1. de grat. Christi cap.2. & 34. una proprie talis, scilicèt, per subministrationem spiritus, & virtutis, alia verò tantum *secundum quid* per ostensionem, & manifestationem bonorum supernaturalium, quæ quidem iuxta eundem Magn. Parent. nisi gratia ulteriori adiuvetur, non sufficit ad concupiscentias, tentationesque carnis vincendas ; ut multoties profert contra Pelagium.Quæstio igitur præsens solum procedit de gratia sufficienti in primo sensu accepta, de qua affirmamus, nec adæquatè, nec inadæquatè consistere in quacumque illustratione supernaturali. Quod autem illustratio se teneat ex parte actus primi, & libertatis ad actus salutares, solum probat esse gratiam sufficientem secundum quid, & in suo ordine, scilicèt, in ratione principij obiectivè moraliter influentis in actus voluntatis, quod nullatenus opponitur hucusque dictis. Vel tertio potest respond. Instantiam solum probare gratiam illuminationis pertinere ad grat.sufficientem complete,& in omni ordine acceptam,pro omni principio, tam physicè, quam moralitèr, & directivè,influenti in actus salutares; secùs verò ad gratiã sufficientem acceptam pro principio physicè productivo operationum supernaturalium. Videatur M.Lemos,lib.4.tract. 7. p.1.c.17. docente: gratiam illuminationis tantum præbere voluntati posse extrinsecum ad actus salutares, non vero aliquod posse intrinsecum; ideòque non esse verè auxilium sufficiens.

Resp.2.

Tertio.

Duo tamen notare oportet, primum, scilicèt, conclus. posita §. 3. intelligendam esse de gratia illuminationis sumpta, tam pro cognitione subita excitanti affectum omnino indeliberatum, quam pro cognitione perfecta regulanti consensum liberum : & etiam pro auxilio fluido elevanti intellectum ad elicientiam harum cognitionum.Ratio est,quia non solum subita illustrat. superm. est extrinseca voluntati,& quoad sui essentiam extra lineam affectivam, verùm etiam illustratio perfecta, & auxilium ipsam præcedens. Si ergò propter immediatè dicta subita illustratio, esto doceat, quid sit faciendum, non tamen præbet vires activas voluntati, nec veram sufficientiam, ut salutariter velit, & carnis concupiscentias superet; idem dicendum de gratia illuminationis sumpta,tam pro auxilio, quã pro cognitione perfecta supernaturali.Notand.2.concl.intelligendam esse de actibus salutaribus elicitis à voluntate. Nàm loquendo de actu salutari elicito ab intellectu ; qualis est actus fidei, vel libera contemplatio summæ bonitatis : fatendum est auxilium fluidum præbere vires, & sufficientiam intellectui ad elicientiam prædictorum actuum ; casu quo deficiat habitus fidei,& alia dona habitualia supernaturalia perficientia intellectum ; cum in tali hypothesi nullum aliud principium effectivum, *ut quo* designari valeat.

16 Notand.1.

Secundo.

§. V.

QUINTA CONCLUSIO.

Gratia excitans in affectu omnino indeliberato consistens, non est gratia proprie sufficiens ad actus liberos salutares.

17 ITa Thom. supra relati, & Magist. Gonet tract. de actibus human. disp.6. art. 2. §. 11. Constat ex dictis dub. præced. §.5. concl.5. ubi probavimus motus subitos supernaturales non influere physicè effectivè, multoque minus præbere voluntati vires proprie activas ad actus li-

Prob.

be-

beros supernatutales, ex quibus ibi latè, & solidè fundatis, sequens formatur discursus. Id, quod actu non præstat voluntati vires physicè productivas actum supernaturalium, non est proprie gratia sufficiens ad eorum elicientiam; etènim nomine huius iuxta doctrinam D. August. supra relatam, gratia, quæ est talis, datur nobis à Deo per suoministrationem spiritus, vigoris, & virtutis ad salutariter agendum; sed affectus subiti supernaturales non præstant voluntati &c. ergò. In hac conclusione convenire debent omnes AA. negantes influxum Physicè effectivum subitis affectionibus ad affectum deliberatum.

§. VI.

SEXTA CONCLUSIO.

Gratia excitans integrè accepta est proprie gratia sufficiens ad consensum salutarem.

18 ITa Mag. Lemos, & Alvarez, relati conclus. 2. Prob. 1. Ab inductione ex dictis. Gratia sufficiens
Prob. 1. proprie, & simpliciter accepta, dicit, tum auxilium, vi cuius voluntas physicè activè præcontinet actus salutares; tum etiam cognitionem supernaturalem excitantem, & dirigentem voluntatem ad illorum elicientiam; sed auxilium vi cuius voluntas physicè activè præcontinet actus salutares, non est omnipotentia, ut extrinsecè assistens, nec cognitio supernaturalis, nec affectio indeliberata, aut complexum ex utroque, ut probatum relinquimus: ergò tantum potest esse auxilium fluidum intrinsecè
Secundo. receptum in voluntate. Rursus: cum omnis cognitio supernaturalis, sive sit subita, & excitativa affectus indeliberati, sive sit perfecta, & excitativa affectus liberi, prærequirat in intellectu principium supernaturale ad sui passivam productionem; necesse est pro casu defectus habitus intellectuales infusi in intellectu, ponere aliquod auxilium fluidum illum intrinsecè elevans, ut hoc modo ex utroque auxilio gratia sufficiens integrè coalescat: ita ut, secundum quod hæc gratia dicit de substantia virtutis physicè activæ consistat in auxilio elevanti voluntatem; & prout dicit omne requisitum per modum principij concurrentis moraliter, & directivè, ad elicientiam actus salutaris, importet auxilium intrinsecè afficiens intellectum simul cum cognitionibus supernaturalibus ab illo effectivè procedentibus.

Hæc dicta sunt pro hypothesi, in 19
qua homo nec habeat habitus infusos in intellectu ad cognitionem supernaturalē; nec pariter in voluntate ad elicientiam actuum salutarium, ut contingit, quando primò vocatur ad fidem, & consequenter ad pœnitentiam, & dilectionem. Si vero homo sit præditus fide supernaturali, vel alio habitu supernaturali perficienti intellectum (de quo non disputo) careat tamen habitu elevanti voluntatem ad elicientiam affectus supernaturali, ad quæ excitatur à Deo, uti contingit in absentia virtutum charitatis, & pœnitentię &c. Tunc casus non requiritur auxilium fluidum ex parte intellectus, bene vero ex parte voluntatis. Ratio huius est: nam cognitio supernaturalis regulativa talis affectus potest ab habitu fidei, qui est speculativus simul, & practicus, effectivè provenire. Quod si repugnet cognitionem supernaturalem subitam à fidei habitu activè procedere; & aliundè talis cognitio necessario saltim pro hoc statu præcedat cognitionem perfectam supernaturalem: tunc casus dici debet talem cognitionem procedere ab alio auxilio elevanti intellectum iuxta principia sæpius stabilita.

Nota.

M. Sern. apud Ferre de merit. art. 8. fol. 791. tenet motus subitos fidei, char. &c. proven. ab habitibus.

Quod si homo habeat habitus 20
infusos ad elicientiam cognitionis supernaturalis, & similiter virtutes infusas in voluntatem ad elicientiam affectuum supernaturalium; uti accidit in homine iusto; tunc casus gratia sufficiens integrè accepta consistet in habitu afficiente voluntatem, secundum quod gratia sufficiens dicit de substantia virtutis, & potestatis physicè activę; in habitu vero informanti intellectum, & in cognitione ex illo procedenti, prout gratia

suffi-

sufficiens dicit omne requisitum quo vis modo concurrens cum voluntate ad salutariter operandum. Aliæ combinationes possunt excogitari circa defectum, vel præsentiam virtutum supernaturalium in homine eliciente actus salutares; eas tamen libenter omittimus, ne confusionem aliquam auditoribus ingeramus. Advertendum tamen nunquam posse elici ab intellectu, vel voluntate, aliquem actum supernaturalem, sine principio intrinseco supernaturali saltim transeuntèr communicato, & realitèr distincto ab omni operatione supernaturali.

§. VII.

SEPTIMA CONCLUSIO.

Authores negantes auxilia fluida ni intellectu, & voluntate, reipsa non concedunt gratiam actualem, quæ sit verè, & propriè gratia sufficiens.

22 NOn intendimus opinionem RR. censurare; fatemur enim illam esse satis probabilem; sed solum efficaciter persuadere conclusionem nostram ex eorum doctrina legitimè inferri. Eam indicat Mag. Gonet, tract. de actib. human. disp. 6. art. 2. §. 10. & 11. Ratio est. Gratia actualis verè, & propriè sufficiens est illa, quæ præbet veram sufficientiam per modum virtutis physicè productivè actuum supernaturalium in voluntate; sed iuxta Authores negantes auxilium fluidum elevans intrinsecè voluntatem in absentia habitus supernaturalis nequit concedi similis gratia: ergò nequit concedi gratia verè, & propriè sufficiens. Prob. min. In opinione horum AA. & in dicta hypothesi, ad elicientiam actus salutaris solum præcedunt ex parte intellectus cognitio supernaturalis, tum subita, tùm etiam cognitio perfecta; ex parte vero voluntatis solum præcedunt affectiones indeliberatæ, sive pia desideria supernaturalia; & tandem omnipotentia extrinsecè assistens voluntati iuxta modũ dicendi P. Suar. cui adhæret Oviedo, & Alij. Sed nihil horum est virtus, aut potestas; per quam voluntas verè, & propriè eliciat physicè actus liberos supernaturales: ergò. Min. quoad primam, & secundam partem relinquimus prob. tùm in præsenti, tùm dub. anti. Quoad tertiam vero cõstat ex dictis dub. ant. concl. ult. & dub. 2. §. 3. & ulterius suadetur hoc discursu. Gratia præbens voluntati sufficientiam per modum virtutis, est gratia, quæ interius nobis datur à Deo per submini-strationem spiritus, & vigoris, tanquam gratuitus effectus Divinæ voluntatis: ita D. Aug. lib. 1. de gratia Christi, cap. 2. & 3. & D. Thom. hac 1. 2. quæst. 110. art. 2. Sed hæc prædicata non conveniunt Spiritui Sancto, aut omnipotentiæ, ut purè extrinsecè assistenti; cum illa nec sint propriè gratia, nec dona intellectus nobis submini-strata, nec effectus divinæ voluntatis: ergò.

Sic M. Lemos, lib 4. part. 1 tract. 7. c. 13 & 14.

Prob.

Sed contra dicta obijcies. Estò gratia illuminationis non sit propriè sufficiens, & gratia per Christum, utpotè non recedens à lege, & doctrina; secùs tamen gratia inspirationis intrinsecè afficiens voluntatem, & in cœlestibus delectationibus consistens: ergò cum hæc gratia adstruatur ab AA. negantibus auxilium fluidum, ab ipsis conceditur gratia verè sufficiens. Añs. prob. 1. Talis delectatio præbet virtutem, & adiuvat infirmitatem voluntatis ad rectè agendum: ita D. August. homilia 29. & lib. de corrept. & gratia, cap. 11. qua de causa ibidem affirmat S. Parens homines post lapsum Adami, * & si non lætiori, potentiori tamen gratia indigere * quia, videlicet, in hoc statu prætèr illuminationem indigent cœlestibus delectationibus, quibus primus Parens non indigebat, ut rectè edocet Illust. Castell disp. 3. quæst. 4. sect. 7. à num. 1220. ergò. 2. Si Pelagius concessisset necessitatem gratiæ consistentis non solum in illustratione suadenti, & allicienti voluntatem, sed etiam in cœlecti delectatione eam adiuvanti ad salutaritèr consentiendum, abs dubio concessisset auxilium gratiæ verè sufficiens, & distinctum à gratia legis, & doctrinæ quod quia apperte negavit, auxilium

23 Argues.

Prob. antecedi.

Secundo.

verè

verè ſufficiens non conceſsit: ergò.

24 Reſpond. Neg. añs. Ad eius primam prob. neg. paritèr añs. intellectum de virtute ſtrictè tali, & per modum principij dantis voluntati præcontinentiam actus liberi ſupernaturalis; de quo fuſe dub. præced. Nec in contra eſt P. Aug. ſufficit enim ad veritatem eius doctrinæ, quod ſanctæ affectiones diſponant, & aliqualitèr ſanent infirmitatem voluntatis, reddendo illam benè affectam ad finem ſupernaturalem; nam hoc ipſo verificatur gratiam ſanctæ affectionis præbere virtutē ad ſalutariter agendū, non quidem illam conſtituendo, ſed moral. complendo, & expediendo. Et quidem quemadmodum voluntas per ſanctas affectiones redditur fortior, & virtuoſior ad affectus liberos abſolutos, & efficaces; ita per prava deſideria, & motus primo primos redditur debilior, & infirmior ad exequenda opera ſalutaria * proindequè redditur pronior ad pravè liberè conſentiendum experientia teſtante: quin propter hoc prava deſideria indeliberata pluſquam diſpoſitivè, & moralitèr influant in conſenſum deliberatum.

Solutio.

* Ob hoc dicit S. D. 1 2. q. 77. art. 3. penatum ex paſsione eſſe ex infirmit. anim.

Nec obſtat ſi dicas. Quod ſi ſanctæ affectiones diſponunt voluntatem ad 1. liberum conſenſum, tantum erunt cauſa materialis, non verò effectiva illius; cum munus diſpoſitionis ſit munus cauſæ materialis. Non, inquam, obſtat. 1. Quia virtus iuxta Philoſoph. 7. Phyſic. lect. 6. & iuxta D. Thom. q. 71. art. 1. *eſt diſpoſitio perfecti ad optimum*; hoc eſt ad operationem perfectam; & tamen eſt cauſa proprie activa actus virtuoſi. Idem conſtat in gratia habituali, quæ à D. Thom. ſæpè appellatur diſpoſitio ad gloriam; cum tamen ſit principium radicale viſionis, in qua eſſentia gloriæ conſiſtit. Undè ultra rationem diſpoſitionis convenientem alicui rei, oportet examinare eius activitatem, & continentiam, ut ipſi attribuatur, vel tantum munus diſpoſitionis, vel etiam munus cauſæ activæ phyſicæ, aut moralis. Cumque munus cauſæ efficientis moralis ſit trahere, & allicere voluntatem abſquè neceſſaria connexione cum libero conſenſu illius; & hoc, iuxta expreſſam P. Aug. doctrinam, affectionibus indeliberatis conveniat; ideò taliter ſunt diſpoſitio ad actus liberos, ut etiam ſint cauſa effectiva moralis ipſorum. Reſpond. 2. Ex S. D. 1. part. quæſt. 23. art. 2. * ad 3. duplicem eſſe diſpoſitionem; unam, ſcilicèt, quę eſt agentis; ut agat: aliam vero, quæ eſt patientis, ut patiatur. * Sanctæ igitur affectiones ſunt diſpoſitio ad actus liberos 1. modo; ideòque obtinent aliquo modo rationem cauſæ effectivæ, & ſi non phyſicæ, benè tamen moralis.

25 Cuidam inſtantiæ ſit ſatis 1.

Secundo.

§. VIII.

In quo breviſsimè refertur error Pelagij.

26 SEcunda probat. añtis. plura exigebat ad ſui perfectam diſcuſionem; cum in illa tractetur de hæreſi Pelagiana, & varijs ſtatibus illius, de quo latè Mag. Lemos tract. 1. à cap. 1. & Magiſt. Alvarez, diſp. 1. de auxil. Magiſt. Gonet, tract. de gratia, art. 1. & 2. & noviſsimè Cardinalis de Noris, lib. 1. hiſtoriæ Pelag. negotium iſtud eruditiſsime tractantes. Sed pro aliquali notitia erroris Pelagij, & prout ad præſens aſſumptum conducere poteſt, oportet illum breviter diſignare. Pro quo dico 1. *Pelagius in 3 ſtatu ſuæ hæreſis admiſsit, non ſolum gratiam externam conſiſtentem in manifeſtatione Evangelij, & lege exterius intimata, ſed etiam internam Spiritus Sancti illuminatione ſuadentem, & excitantem voluntatem ad conſenſum ſalutarem.* Ita AA. ſupra relati. Prima pars prob. ex D. Auguſt. lib. de gratia Chriſti, cap. 7. ubi refert Pelagium dicentem: *Adiuvat nos Deus per revelationem, & doctrinam, dum cordis noſtri oculos aperit, dum futura demonſtrat, dum diaboli pandit inſidias, dum nos multiformi, & ineffabili dono gratiæ Cœleſtis illuminat.* Sed apertio oculorum cordis, futurorum demonſtratio, & detectio inſidiarum diaboli, ſignificant internam cognitionem in noſtro intellectu exiſtentem: ergò.

Aſſert. 1.

Prob. 1. pars.

27

Prob. 2. pars.

2. Pars, scilicèt, huiusmodi internam illustrationem adstrui à Pelagio non pure speculativam, sed suasivam, & excitantem moralitèr voluntatem ad iustè, sanctèque operandum; probatur ex eodem P. Aug. ubi suprà cap. 10. Referente Pelagium illa verba Apostoli: *Deus operatur in nobis velle*, sic exponere: *Operatur Deus in nobis velle, quod bonum est, dum Nos terrenis cupiditatibus deditos multorum more animalium tantummodo præsentia diligentes, futuræ gloriæ magnitudine, & præmiorum pollicitatione succendit. Dùm revelatione sapientiæ in desiderium Dei stupentem suscitat voluntatem: dum nobis (quod tu alibi negare metuis) suadet omne quod bonum est.* Sed illustratio succendens voluntatem, & ipsam suscitans in desiderium Dei, & insuper, suadens omne quod bonum est, est illustratio excitans moralitèr, & objectivè voluntatem ad iustè agendum: ergò talem modum illustrationis admittit Pelag. Notat autem ibidem S. Par. huiusmodi gratiam (& si internam) concessam à Pelagio non distingui à gratia legis, & doctrinæ in munere, & officio: *In lege namque, & doctrina Sanct. Scriptur. (ait Par. August.) futuræ gloriæ promittitur Magnitudo, & ad doctrinam etiam spectat, cum suadetur omne, quod bonum est.* Ex quibus inferes, quod quando SS. PP. referentes errorem Pelagij dicunt illum docere *hominem per liberum arbitrium* sola gratia legis, & doctrinæ, posse implere mandata Dei, & vitam æternam *promereri*; non intendunt per hoc Pelagium negare gratiam interioris illustrationis excitantis moralitèr voluntatem; sed tantum intendunt hanc gratiam reduci ad gratiam legis, & doctrinæ, utpotè ab illa in munere, & officio non recedentem: ut probat eruditè Mag. Lemos, ubi supra, cap. 16. & 17.

28

An illust. relata fuerit sup.

An vero huiusmodi illustratio interna excitans moralitèr voluntatem ad bonum, posita fuerit à Pelag. supernaturalis, vel tantum entitativè naturalis; varie circa hoc sentiunt AA. Aliqui enim cum P. Ripalda, disp. 105. sect. 2. & Oviedo, tract. de necessit. gratiæ, controvers. 1. punct. 9. §. 4. tenent poni entit. naturalem, oppositum vero tuentur Alij adhærentes communi sensui Thomist.

Prob. 1.

Prob. brevitèr. 1. Gratia nobis concessa ex meritis Christi, & per infusionem Spiritus Sancti, est gratia supernaturalis intrinsecè; sed gratia illustrationis ostendentis, & excitantis voluntatem ad iustè agendum concessa à Pelagio erat huiusmodi, ut constat ex D. August. *Asserente prædictam revelationem internam suasivam boni* poni à Pelagio, *ut datam nobis per Spiritum Sanct. propter quod dicebat illum esse adorandum*: ergò quidquid sit de hac voce *supernaturalis*, videtur Pelagium verbis concedere illustrationem ab ipso adstructam esse re ipsa supernaturalem.

Secundo.

2. Nàm D. August. impugnans Pelag. adstruentem tantum necessitatem huius gratiæ illustrationis, semper illam reijcit, ex eo quod talis gratia non recedit à lege, & doctrina in munere, & officio. Si autem talis illustratio poneretur ab illo entitativè naturalis, facillimè, & efficacissimè impugnaretur à M. Par. ex hoc capite, videlicèt, *nihil naturale positivè ex se conducere potest ad promerendam vitam æternam.* Ne igitur dicamus latuisse Mag. Par. viam facillimam impugnandi prædictum errorem, fatendum est talem gratiam illustrationis poni à Pelagio supernaturalem.

29

Assert. 2.

Dices 2. *Hæc gratia illuminationis internæ ostendentis, & excitantis moralitèr voluntatem, non est gratia verè sufficiens, nec propriè gratia Iesu-Christi*, sive pro qua Christus Dominus mortuus est. Ita omnes Thom. supra relati sequentes Doctr. D. August. lib. 1. de gratia Christi, cap. 2. & 34. & ferè toto libro de spiritu, & littera, affirmantis Pelagium in suis dictis circa gratiam revelationis, & doctrinæ, nunquam concedere gratiam, quæ sit talis per submin istrationem spiritus, & virtutis adiuvantis infirmitatem voluntatis. Cumque huiusmodi sit auxilium gratiæ præbentis vires, & sufficientiam voluntatis ad operandum supernaturalitèr, & meritoriè, per gratiam illam internam illuminationis non concesit Pelag. auxilium gratiæ verè sufficiens, sive

dans

dans verum posse intrinsecum voluntati. Quapropter S. Prosp. Carm. de ingratis egregiè describit munus gratiæ per Iesum-Christum ut distinctæ à munere cognitionis suadentis, & invitantis voluntatem ad bonum, his vers.

Non hæc consilio tantum, hortatuque Benigno, suadens
Atque docens, quasi normam legis haberet, gratia;
Sed mutans intus mentem, atque reformans
Vas asque novum ex fracto fingens virtute creandi.

30 An vero Pelag. aliquando admisserit aliquam excitationem supernaturalem in voluntate realitèr distinctam à revelatione, & illustratione intellectus excitanti obiectivè ipsam voluntatem? Dubium est inter Thom. Partem affirmat. tenet Mag. Gonet ubi suprà num. 34. citatus; Magist. Ferre, tract. de gratia, quæst. 12. §. 4. à num. 658. & quotquot tuentur Pelag. aliquando admisisse auxilium gratiæ sufficientis, proindeque controversiam inter illum, & Parentem August. fuisse circa gratiam efficacem, per quam Deus donat nobis velle, & operari, inter quos numerandus est Mag. Bolivar, tract. de gratia Dei, dub. 6. §. ultim. num. 57. Eandem opinionem satis probabilem reputat Magist. Lemos, lib. 1. tract. 1. c. 14. quam ipse suadet. 1. Nàm cum ex illuminatione supernaturali excitanti voluntatem necessario consequatur in ipsa subita affectio supernaturalis; quemadmodum ex cogitatione suasiva entitativè naturali, si subita sit, necessario consequitur in voluntate affectio aliqua naturalis: si Pelag. admisit (ut supra probavimus) necessariam revelationem ex parte intellectus; utiquè, & excitationem consistentem in cœlesti delectatione, etiam necessariam videtur admisisse. 2. Nàm talem excitationem consistentem in affectione voluntatis videtur aperte pronuntiari à Pelagio in verbis supra relatis, scilicèt, *dum revelatione sapientiæ* in desiderium Dei stupentem suscitat in voluntate: dum futuræ gloriæ pollicitatione nos succendit. Succensio enim, & suscitatio voluntatis in Dei desiderium, affectiones ipsius voluntatis sunt. Partem vero negativam tuentur M. Alvarez, disp. 1. de auxil. n. 6. & veriorem iudicat M. Lemos, tom. 1. tract. 1. c. 15. cui adhærendum pronunc existimo.

Circa excitationę intrinsecvo luntati.

31 His brevitèr animadversis ad secundam prob. antis. positam num. 23. Respond. potest. 1. Falsum esse Pelagium nunquam admisisse auxilium gratiæ sufficientis, & dantis posse ad salutariter operandum; hæc autem admisio Pelagij non innititur præcisse in eo, quod concesserit motus vitales intellectus, & voluntatis excitantes ad actum liberum, ut sentiunt Adversar. sed quia consequenter posuit hos motus provenire ex aliquo auxilio, & dono intrinseco voluntati. Quodquidem, cum sit quædam motio virtuosa spectans ad lineam actus primi, potest præbere voluntati sufficientiam, & vires ad actus salutares. Iuxta hanc solutionem, quam approbat Mag. Bolivar, consequentèr fatendum controversiã inter Par. August. & Pelagium, fuisse circa existentiam gratiæ efficacis, per quam Deus facit, ut nos faciamus; & quam petimus donari nobis à Deo, postquam sumus potentes benè operari: pro quo videatur Illust. Castell, disp. 3. quæst. 4. sect. 7. à num. 1684. Mag. Lemos, tom. 1. tract. 1. cap. 14.

Ad 2 probat.

Vide limit. apud Salm. to. 5. à num. 162.

32 Sed quia verior, & communior est sententia asserentium Pelag. nunquam concesisse auxilium gratiæ verè sufficientis, dantisque posse intrinsecum voluntati ad actus salutares, ut novissimè tenet Illust. Castell ubi suprà à num. 1173. Respond. dist. mai. Si concesisset gratiam excitantem consistentem præcisè in actibus intellectus, & voluntatis, neg. mai. consistentem in auxilio prævie elevanti intrinsecè voluntatem, conced mai. Sicut enim cognitio supernaturalis suadens, & excitans obiectivè voluntatem, non præstat ei vires physicas ad actus salutares; sed tantum influit moraliter, & directivè; ita dicen-

Pelag. nõ admisit grat. verè suffic.

cendum de sanctis affectionibus indeliberatis. Istæ enim solum reddunt voluntatem aliqualitèr propensam,& inclinatam ad actus liberos ; non tamē sunt virtus in actu primo physicè præcontentiva illorum ; tùm propter earum imperfectionem; tùm quia, multoties eliciuntur actus salutares posteārum desitionem,sive transitum; cum quo non componitur physicus influxus per modum virtutis:*tùm ob alia motiva dub.añti. ponderata : ex quibus ibi intulimus non præstare verum posse intrinsecum voluntati ad actus supernaturales. Nec ingerat tibi difficultatem dicere : prædictas affectiones influere directivè in actus liberos salutares ; talis enim concursus expresse etiam attribuitur actibus voluntatis à D. Thom.in 2.dist.41. q. 1. art.1.

* Iuxta Adver.affect subiti durare debent, dū durat actus liber.

33 Omnia hucusque dicta in compendium reducta suadent efficacitèr AA. impugnantes auxilium fluidum præcedens motus vitales intellectus, & voluntatis pro casu defectus habituum infusorum ; negare gratiam verè sufficientem,sive gratiam , quæ iuxta PP. & Concil. præstat voluntati vires , & virtutem ad salutaritèr operandum, vel (ut verbis August. utamur) gratiam , quæ sit talis per subministrationem spiritus , & virtutis verè adiuvantis infirmitatem nostram. Ex quibus existentia prædicti auxilij pro casu sæpè relato potest propugnari sequenti conclus. *Si non datur auxilium fluidum præcedens motus supernaturales liberos voluntatis,non admittitur gratia actualis verè, & propriè sufficiens; sive gratia actualis,quam Aug.appellat subministrationē spiritus,& virtutis.* Consulto egimus de *gratia actualis*;nàm de adiutorio habituali proveniente à gratia sanctificante,& virtutibus infusis;non fuitpręcipuus scopus controversiæ M.Par.cum Pel. *Et hæc de hoc dub. applic. ubi præcedent. & dist.24. usque ad 29.*



DU-

DUBIUM X.

AN COGNITIO LEGIS, SIVE PRÆcepti, numerari debeat inter auxilia gratiæ, & qualitèr concurrat ad elicientiam actuum virtutum cadentium ſub præcepto?

§. I.

PRÆLIBANTUR ALIQUA.

N. 1 DUo ſunt, quæ animum impulerunt, ut dub. propoſitum aliqualiter examinare, & ab alijs ultimatè reſolvendum, relinquerem.

Motivum dubij refertur. Primum eſt ſæpiſsimè appellari gratiam à SS. PP. & Concilijs cognitionem legis, ſive præcepti, præcipuè ſupernaturalis, inſuperque numerari debere inter dona gratuita à Deo hominibus conceſſa, iuxta illud: *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtavit eis.* Hinc pulſat animum deſiderium ſciendi; an ſcilicèt talis cognitio debeat comprehendi ſub gratia excitanti illuminationis; ad modum quo omnis ſancta cogitatio alliciens, & provocans voluntatem ad actus ſupernaturales, ſub tali gratia comprehenditur? 2. eſt frequenter tueri ab AA. Societ. in publicis diſputat. de concordia impeccabilitatis Chriſti Domini cum libera adimpletione præcepti de morte ſubeunda, cognitionem præcepti ſe tenere ex parte actus 1. non ſolum ad elicientiam actus præcepti ex motivo formali obedientiæ, verumetiam ad elicientiam illius, ſecluſſo tali motivo; licet ſit aliqua diverſitas, in modo ſe habendi ex parte actus 1. ad utrumque, ut infra dicemus. Hac ratione affirmant inveniri ſpecialem difficultatem in concordia libertatis, & impeccabilitatis Chriſti Domini cum cognitione præcepti de morte ſubeunda, præter illam communem repertam in concordia libertatis creatæ cum gratia Dei ab intrinſeco efficaci. Nàm admiſſo non officere libertati creatæ dari aliquod añs. neceſſario connexum cum operatione, & in impedibili à voluntate creata, dummodo non ſe teneat ex parte actus 1 ſivè poteſtatis ad agendum; ſecùs tamen, ſi præter connexionem, & in impedibilitatem, habeat etiam munus poteſtatis, vel alicuius ſe tenentis ex parte actus 1. ad operandum. Ratio huius eſt: Nàm de ratione actus liberi eſt procedere à voluntate cum indifferentia poteſtatis ad utrumlibet: ergò quando in ſigno poteſtatis, & actus 1. intelligitur aliquid neceſſario, & in impedibilitèr, connexum cum operatione, nequit ſalvari libertas in elicientia illius. Cum igitur cognitio præcepti in Chriſto Domino ratione impeccabilitatis ſit connexa cum elicientia actus præcepti, & ſe tenens ex parte actus 1. & ſit iuxta Thomiſt. in impedibilis ab ipſo, planè infertur cũ ſtricto præcepto in Chriſt. Dño. nõ ſalvari libertatem in elicient. actus præcepti.

Pſal. 147

Diſcrimẽ poſitum à RR.

Nota utilitatem dub.

2 Quapropter prædicti AA. ad conciliandam libertatem in Chriſto Domino frequentèr recurrunt aſſerendo præceptum de morte ſubeunda fuiſſe

Recurſus Adv.

ab ipso impedibile, vel quòad sui existentiam, quatenùs fuit impositum ipsi dependenter ab eius voluntate, qua petijt à Deo impositionem talis præcepti; vel quia, estò independenter ab eius libertate fuerit impositum, non obligabat in actu 2. ad acceptationem mortis, nisi casu, quo non peteret à Patre dispensationem; ideòque tale præceptum, ut obligans in actu 2. & ut connexum cum acceptatione mortis, fuit suppositio consequens libertatem Christi Domini.

Sentent. M. Lorcai

Ob idem ferè motivum Mag. Lorca 3. part. disp. 73. (quem sequuntur docti Cistercienses) tuetur in Christo Domino non fuisse verum, & rigorosum præceptum de morte; quia nimirùm, cum illud se teneat ex parte actus 1. non percipit, qualiter Christus Dominus posito præcepto habeat potestatem antecedentem proximè expeditam ad non acceptationem mortis. Nec reputat, ut efficacem instantiam fieri solitam à Thomist. contra ipsum expressè asserentem gratiam ab intrinseco efficacem, sive prædeterminantem, non destruere libertatem actus.* Non, inquā, reputat illam ut efficacem ob discrimen supra assignatum; cum talis gratia se teneat ex parte actus 2. illud vero ex parte actus 1. Idem discrimen inter præceptum, & gratiam prædeterm. novissimè approbat, & fulcire conatur M. Palanco tom. 1. de Impeccabil. q. 14. à n. 64. in hoc recedens à communi Thom. sent. Recurrentium pro dicta concordia ad solidam, pervetustam que distinctionem sensus compositia, & divisi. Quapropter hac via satis trita, nec minùs plana, derelicta, alterā adeò singularem, & arduam pro tuenda tali concordia aggressus est; ut omnibus appareat involuta scopulis, & inconvenientibus: ex quibus aliqua pluribus abhinc annis in publicis concertationibus in Academ. Complutensi satis solidè ponderata audivi, prius quam eius scripta communem lucem aspicerent.

* Sic tom. 2 in 1. 2. disp. 21. de grat. conc. 2 & §. explic. concord.

3 Suppon. 1

His prælibatis pro motivo ad examinandum difficultatem propositam; & ad probandum efficaciter discrimen inter præceptum, & gratiam prædeterminantem supra assignatum, nullius roboris esse; proindeque difficultatem in concordia libertatis Christi Domini &c. esse eandem cum difficultate circa concordiam libertatis creatæ cum gratia ab intrinseco efficaci; supponendum est 1. ex D. Th. 1. 2. q. 90. a. 1. & 2. *Præceptum esse dictamen rationis practicæ intimatum inferiori à superiori ad aliquid faciendum, vel omittendum; legem vero esse dictamen rationis practicæ in ordine ad bonum communem ab eo, qui curam habet communitatis, intimatum.* Ex quibus constat legem, & præceptum convenire in ratione dictaminis practici intimati à superiori; distingui vero, in eo quod lex debet intimari communitati, & institui pro bono communi; præceptum autem ad unum tantum individuum dirigi valet.

Sic communiter Thomistæ.

Secundo.

2. supponend. ex eodem S. D. ibid. a. 4. legem, sive præceptum, non habere vim proximè directivam, & obligandi subditum ad illius adimpletionem, nisi sit ab ipso præcognitum. Ratio est: Nàm præceptum, sive lex, imponitur per modum regulæ, & mensuræ actuum; regula autem, & mensura nequit proprium munus exercere, nisi mediante sui applicatione. Unde, ut præceptum virtutem mensurandi, & obligandi, habeat, oportet, quod applicetur ei, qui secundùm illud regulari in suis actibus debet. Hæc autem applicatio, utpotè intentionalis, fit per hoc, quod in notitiam subditorum veniat. Qua de causa promulgatio legis necessaria est ad hoc, ut virtutem proximam obligandi obtineat. Huiusmodi autem applicatio diversimodè contingere potest, scil. per dictamen rationis naturalis nobis naturalitèr inditum, qualiter notificatur nobis lex æterna Dei quòad præcepta Decalogi; vel per Scripturam; vel per revelationem, vel per quodcumque aliud medium, sive externum, sive internum, conducens ad acquirendam notitiam legis, sive præcepti.

4 Tertio.

3. Supponendum duplex esse genus præceptorum; naturalium, scil. & supernaturalium. Præcepta naturalia dicuntur illa, quę dantur de actibus virtutum entitativè naturalium, v.g. de eleemosyna, honore parētum

&c.

&c. Supernaturalia, vero sunt, quę actus intrinsecè supernat. præcipiunt, v.g. actus fidei, spei, dilectionis, & alia huiusmodi. Utrumque præceptum respicit pro materia actus liberos, sive existentes sub dominio volũtatis; nec enim lege naturali, aut supernaturali, potest præcipi voluntati, ut eliciat actum sibi absolutè impossibilem, aut actum, quem non potest potestate saltim antec. omittere. Ita D. Th. q. 6. de malo a. unic. dicens: *Si enim non sit aliquid liberum in nobis, sed ex necessitate moveamur ad volendum; tollitur deliberatio, exhortatio, præceptum, & punitio.* Et P. Aug. lib. de fide cont. Man. c. 10. *Quis non clamet stultum præcepta dare ei, cui liberum non est, quod præcipitur facere; & iniquum damnare eum, cui non fuit potestas iussa complere?* Videatur Mag. Gonet tract. de Voluntar. disp. 2. art. 2. Advertendum tamen, quod licet utrumque præceptum similem influxum habeat in actus præceptos, scilicèt, per modum regulæ, & mensuræ; quia tamen præceptum supernaturale non mensurat in actu secundo per se loquendo, nisi media cognitione supernaturali, videtur in hoc præcepto, eiusque cognitione ad esse specialem rationem, ut inter dona gratiæ computari debet. His prælibatis.

§. II.

PRIMA CONCLUSIO.

Præcepta supernaturalia inter gratias externas continentur.

5 SUpposita distinctione inter gratiam externam, & internam communi Theologorum sensu approbata, & ab Ang. Magist. in 2. dist. 28. q. 1. a. 4. expresse edocta. Prob. 1. concl. ex frequenti loquutione PP. distinguentium inter gratiam legis, & doctrinæ admissam à Pelagio; & inter gratiam Iesu-Christi, per quam ab infirmitate sanamur, & per quam sumus sufficientes ad salutaritèr agendum. Unde talis loquutio est argumentum efficacissimum, ut lex, & doctrina, sub ratione communi gratiæ contineantur. 2. prob. ratione. Omne donum extrinsecum homini de se aliquomodo conducens ad iustè, & meritoriè operandum, spectat ad gratiam externam; sed præcepta supernaturalia sunt dona gratuito nobis à Deo concessa, & positivè conducentia, ut homo iustè, meritorièque operetur: ergò cum aliunde sint aliquid extrinsecum homini, sub gratia externa comprehenduntur. Mai. est certa, & expressa in D. Thom. ubi supra, & S. Anselm. lib. de Concord. gratiæ littera C his verbis: *Cum omnia subiaceant divinæ dispositioni, quidquid adiuvat liberum arbitrium ad accipiendam, aut servandam rectitudinem, suæ gratiæ deputandum est.* Min. etiam constat: Nàm munus præcepti est dirigere, & illuminare de his, quæ iustè agenda sunt ab homine, iuxta illud Prob. 6. *Mandatum lucerna est, & lex lux.* Et iterùm: *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Sed cognitio dirigens, & illuminans ad elicientiam actuum supernaturalium positivè conducit &c. ergò.

Prob. 1. authorit.

2. Prob. ratione.

Psal. 118.

6 Confirm. Omne beneficium, sive internum, sive externum, à Deo gratuitò concessum, habet rationem gratiæ, & insuper rationem auxilij, dummodò sit in subsidium hominis ad rectè, & iustè operandum: siquidem hoc nomen *auxilium* iuxta Calepinum idem significat, ac *subsidium, adiumentum*, quod & *opem* latinè dicimus; sed intimatio legis, & præceptorum, præsertim supernaturalium, est huiusmodi: ergò. Min. qnòad 2. part. prob. Quidquid excludit ab homine ignorantiam eorum, quę ex iure agenda sunt, & ipsum illuminat, ut videat, quæ ei facere oportet, cedit in subsidium hominis operantis medio intellectu, & voluntate titulo agentis rationalis; sed huiusmodi est præceptum, iuxta illud: *Lex Domini immaculata convertens animas; præceptum Domini lucidum illuminans oculos*: ergò lex, sive præceptum, obtinet rationem auxilij. Ulterius. Quidquid inducit hominem ad bonum, & retrahit à malo; ipsum adiuvat adrectè operandum, estque in subsidium illius; sed præceptum affirmativum inducit hominẽ ad bonum,

Confirm.

Psalm. 18

& negativum retrahit ipsum à malo: ergò. Hac ratione Euthim. super Psalm. 90. vocat legem *auxilium contra Dæmones*. Videatur D. Thomas ad Roman. 3. lect. 1. ad illa verba: *Quæ utilitas Circunciſionis.*

7 Argues. Sed dices. Si præceptum haberet rationem gratiæ, & auxilij, etiam exerceret hoc munus in homine peccante, & mandata Dei transgrediente; cum reſpectu huius habeat munus dirigendi, & retrahendi à præcepto. Sed hoc eſt falſum: ergò. Prob. min. Id, quod occidit hominem, & eſt virtus peccati, nequit eſſe auxilium ad non peccandum; ſed iuxta Apoſt. 2. ad Corinth. 3. *Littera, id eſt lex, occidit.* Et cap. 15. *Virtus peccati eſt lex*: ergò. Confirm. Id, quod operatur iram Dei, nequit eſſe gratia illius, nec ſubſidium homini ad non peccandum. Sed iuxta Apoſt. ad Rom. 4. *Lex iram Dei operatur*: His accedit teſtim. D. Auguſt. lib. de grat. & lib. arb. cap. 11. dicentis: *Quid eſt ergò, quod vaniſſimi homines, & perverſiſſimi Pelagiani, dicunt legem eſſe Dei gratiam, qua iuvamur ad non peccandum.*

Confirm. Ex M. P.

8 Solutio. Reſp. Omnem legem, ſive naturalem, ſive ſcriptam, prout dicit rationem præcipientis, vel prohibentis *occidere hominem, eſſeque virtutem præcepti, miniſtrationem mortis*, & alia huiuſmodi, non quidem *per ſe*; cum potiùs de ſe retrahat homines à peccando, & ipſos inducat ad iuſtè operandum; ſed ſolum occaſionalitèr. Cęterùm adhùc hic modus occidendi occaſionalitèr convenit pręcepto, non quidem occaſione *data*, aliàs lex eſſet homini in ſcandalum, quod non cohęret cum iuſtitia, & ſanctitate legis pręceptivę totiès proclamata ab Apoſtol. Reſtat igitur, ut lex dicatur occidere, & operari iram, occaſionalitèr occaſione *accepta*; quatenùs ſi deſit gratia efficax, homo abutens, tùm poteſtate ſibi data, tùm cognitione peccati à lege provenienti, cum maiori malitia operatur. Hæc expoſitio eſt communis inter PP. & expreſsè deducitur ex illis verbis ad Rom. 7. *Occaſione accepta peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam.* Super quæ videatur D. Thom. ibi. Hic autem modus occiſionis minimè tollit præcepta, præcipuè ſupernaturalia, obtinere aliquam rationem gratiæ, & auxilij, ut conſtat in Sacramento Euchariſtiæ omnium gratiarum fonte, de quo dicitur in proſſa: *Mors eſt malis, vita bonis &c.* Ad teſtimon. D. Auguſt. & alia plura eiuſdem, in quibus ægrè fert legem, & doctrinam auxilium gratiæ appellari; Reſpond. Loqui de gratia ſtrictè tali, tàm ſufficienti, per quam Deus nobis præbet vires, & poteſtatem intrinſecam ad iuſtè agendum, quam de gratia efficaci, per quam Deus operatur in nobis iuſtè velle, & operari. Quæ quidem munia, cum non præſtentur à gratia legis, & doctrinæ, ut hæreticè affirmabat Pelag. ideò renuit legem appellare gratiam acceptam in ſenſu dicto. Huic autem minimè opponitur legem nominare gratiam ſecundum *quid*, & imperfectè talem, concedendo neceſsitatem ulterioris gratiæ ſimplicitèr talis ad actus ſalutares.

Ad Solut. Ad confirm.

Ad teſtimon. M. P.

§. III.

SECUNDA CONCLUSIO.

Cognitio præcepti ſupernat. continetur ſub gratia interna actuali.

6 Prob. 1. COncl. deducitur evidentèr, meo videri, ex præced. Nàm id, quod extrinſecè, & obiectivè convenit præcepto, intrinſecè, & per modum formæ ſubiectivè afficientis ſubditum, convenit cognitioni talis præcepti. Unde ſi mandatum eſt lucerna illuminans, & dirigens, quaſi extrinſecè, & obiectivè ad iuſtè operandum, cognitio mandati eſt lucerna intellectũ intus illuminãs, & dirigens: proindèque, ſi præceptum eſt gratia externa, illius cognitio erit gratia interna. 2. probat. ex Concilio Milevitano capit. 4. dicente: *Per gratiam Dei, non ſolum aperiri intelligentiam mandatorum, ut ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus: ſed etiam per illam præſtari nobis, ut facere diligamus, atque valea-*

Secundo.

leamus. Ex qua definitione evidentèr colligitur ad gratiam Dei pertinere ſcire, quid facere, & quid vitare debeamus. Sed hęc ſcientia eſt ipſa cognitio prȩcepti : ergò cum aliunde ſit forma intrinſecè inhęrens, intuſque dirigens, inter gratias internas numerari debet. Id ipſum probat idem Conc. ex illo Pſalm. 63. *Qui docet hominem ſcientiam.* Ex quo teſtim. concludit : *Utrumque eſt donum Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus.* Ratio à priori Alia rat. eſt. Cognitio ſupernaturalis inducens hominem ad iuſtè operandum, & illum retrahens à peccando, eſt gratia interna actualis ; ſed huiuſmodi eſt cognitio prȩceptorum ſupernaturalium ; cum munus proprium legis, ſive prȩcepti ſit inducere, & movere moralitèr ad bonum, ſimulque retrahere à malo: ergò. His accedunt orationes, quibus Deum frequentèr exoramus, ut nobis communicet ſcientiam ſuę voluntatis, & eorum, quę prȩcipit, ut à nobis exequantur, iuxta illud Sapient. 9. *Da mihi Domine aſsiſtricem Sapientiam, ut ſciam, quid acceptum ſit coram te omni tempore.* Oratio autem iuxta P. Aug. *Eſt clariſsima gratiæ teſtificatio.* In re tam clara dicta ſufficiant.

10 Contra hanc concl. poteſt ſic argui. Scientia eorum, quę agere debemus, eſt ferè idem cum cognitione Obijcies. prȩcepti ; ſed talis ſcientia non eſt gratia : ergò cognitio &c. Prob.min. Scientia inflans non eſt gratia Dei; cum inflatio ad ſuperbiam, gratia vero ad humilitatem conducat, ſolumque humilibus conferatur. Sed ſcientia eorum, quę agere debemus, eſt ſcientia inflans iuxta Milevit. ubi ſup. illa verba Apoſt. 1. ad Corinth. 8. *Scientia inflat*, exponens *de cognitione mandatorum, quæ homo tenetur adimplere* : ergò. Pro ſolut. huius teſtim. veraque intelligentia verbor. Apoſt. ait quidam R. *Scientia, quæ inflat, eſt* Quædam Reſp. *ſcientia de rebus abſconditis, & quæ à paucis ſciuntur, & ad hanc ſcientiam, quæ ex ſe inflat, ſeu vim inflandi habet, dùm eſt de rebus ſupernaturalibus ; vel poſitivè conducens ad ſalutem ; datur gratia per Chriſtum.* Undè iuxta hanc doctrinam min. argum. ſcil. ſcientia quæ inflat, non eſt gratia per Chriſtum, debet abſolutè, neg. imo etiam ſi addatur * ſcientia de ſe inflans,* dummodo poſitivè conducat ad finem ſupernaturalem.

Hæc ſolut. valdè diſplicet. 1. Nàm 11
concedit ſcientiam de rebus ſupernaturalibus, & poſitivè conducentem ad Reijcit. 1. ſalutem, de ſe inflare, & habere virtutem inflandi ; cum apertè repugnet donum poſitivè conducens ad finem ſupernaturalem habere de ſe virtutē avertendi à tali fine ; qualiter avertit inflatio ſuperbiæ. 2. Nàm abſurdum Secundo. eſt concedere donum Dei per Chriſtum habere in ſe, & per ſe virtutem, & ſpiritum ſuperbiæ. 3. Nàm iuxta D. Iacob. in ſua ep. c. 3. *Sapientia, quæ deſurſum eſt; pudica, pacifica, modeſta eſt, & plena fructibus bonis &c.* Sed ſapiētia, quæ eſt de rebus ſupernis, & poſitivè cōducens ad ſalutem, eſt donum Dei deſurſum deſcendens : ergò non eſt de ſe inflans, habenſque de ſe virtutem inflandi, ſive ſuperbiendi. Hac igitur ſolut. reiecta Reſp. Scientiā, quę Vera reſponſio. eſt donum Dei, & gratia per Chriſtū, inflare, non quidem cauſalitèr, aut de ſe, ſed per occaſionem, ſi deficiat gratia Chriſti, ut ſupra dictum eſt in ſimili num. 8. Ita D. Thom. ibid. lect. 2. exponens verba Apoſtoli.

§. IV.

TERTIA CONCLUSIO.

Cognitio præcepti ſe tenet ex parte actus primi ad elicientiam actus præcepti ex motivo obedientiæ; non tamen præbet virtutem intrinſecam, veramque ſufficientiam ad illud.

CONcl. videtur certa, & ab omni- 12
bus Theol. conced. Pro cuius intelligentia ſupponendum eſt ex D. Th. 2. 2. q. 4. a. 7. ad 3. & q. 104. a. 2. ob- Suppoſit. ex S.D. iectum formale, & motivum obedientię, proùt eſt virtus ſpecialis, eſſe prȩceptum ſuperioris tacitum, vel expreſſum. Unde, ut aliquis exerceat actum obedientiæ formalis, oportet, quod motivum elicientiæ talis actus ſit conformitas illius cum præcepto.

Quod si homo eliciat operationem reipsa præceptam ; non tamen quia cadit sub præcepto; sed ob aliud motivum religionis v. g. aut iustitiæ; tunc casus prædicta operatio tantum erit actus obedientię materialitèr, nō vero formalitèr. Si autem exerceat actum religionis v. g. tùm ob honestatem intrinsecam religionis , tùm etiam , quia cadit sub præcepto;tunc homo exercebit duplicem virtutem religionis , scilicèt , & obedientiæ formalis ; ita ut operatio illa correspondeat utrique sub motivo sibi proprio. Hoc supposito 1. pars prob. Id,sine quo voluntas non intelligitur proximè potens elicere actum obedientiæ formalis , se tenet ex parte actus 1.& potestatis ad illum eliciendum ; sed sine cognitione præcepti, non intelligitur voluntas &c. ergò cognitio præcepti &c. Prob. min. Voluntatem esse proximè potentem elicere actum obedientiæ formalis, est illam esse proximè potentem velle conformari in sui operatione cum præcepto ; sed sine cognitione præcepti non intelligitur voluntas proximè velle conformitatem suæ operationis cum præcepto : ergò. Mai. constat ex D. Thom. & min. est certa; cùm voluntas non sit potens proximè velle id , quod ab intellectu ipsi non proponitur , & sine cognitione præcepti nequeat proponi conformitas in sui operatione cum præcepto.

Probat. quòad 1. part.

13 Conf.Nequit voluntas elicere actū ex fine,sive motivo sibi ab intellectu nō proposito; sed motivum formale actus virtutis obedientiæ est præceptū,sive conformitas operationis cum præcepto : ergò sine cognitione præcepti nequit voluntas elicere actū alicuius virtutis ex motivo obedientiæ, hoc est,quia talis actus cadit sub præcepto.Urgetur.Tendentia actus obedientiæ formalis circa operationem in re præceptam v. g. actum misericordiæ est huiusmodi : *Volo elargiri eleemosynam , quia cadit sub præcepto*: ergò,quod se tenet ex parte actus 1. ad volitionem huius tendentiæ,se tenet ex parte actus 1. ad eliciendum actum formalis obedientiæ; sed sic se habet cognitio præcepti; cum voluntas non possit ferri in incognitum:ergò.Vel aliter.Id,quod se tenet ex parte obiecti specificantis actum obedientiæ formalis , tanquam complementum illius,se tenet ex parte actus 1.ad actum obedientię formalis; cum obiectum specificativum actus , sit principium formale illius. Sed sic se habet cognitio præcepti; cum obiectum specificativum obedientiæ formalitèr sumptum sit præceptum superioris,ut cognitum ab inferiori: ergò cognitio præcepti &c.

Confirm.

Urgetur.

2.vero pars constat etiam ex dictis dub. 8. concl. 2. & ibid. concl. 4. ubi probavimus sanctam cogitationem suasivam boni , & excitantem voluntatem ad consensum salutarē, non præbere ei virtutē physicè productivam talis consensus , proindèque non præstare ipsi sufficientiam per modum virtutis. 1.Quia talis cogitatio est extrinseca voluntati , & actus unius potentiæ,nequit præstare alteri virtutem,&potestatem productivam suæ operationis. 2. Quia actus voluntatis solum procedit, ut à principio per se activo ab eo , quod est intrinsecè de linea virtutis affectivæ. Tùm etiam ob alia motiva, quæ ibi videri possunt,& de quibusM.Lemos lib. 1.tract. 1. cap. 12. Ex quibus manifestè deducitur cognitionem præcepti non posse præstare voluntati virtutem,& potestatem verè productivam actus obedientiæ formalis.Qua propter huiusmodi actus , si sit naturalis , elicietur ; vel à sola voluntate , vel à voluntate simul , cum virtute obedientiæ naturalis ; si vero sit supernaturalis , procedet elicitivè à virtute obedientiæ supernaturalis , si homo sit iustus ; vel ab aliquo auxilio fluido elevante voluntatem , si homo sit peccator. Si dicas, hęc duo non rectè cohęrere , scilicèt , cognitionem prępcepti se tenere ex parte actus 1. & potestatis ad actū obedientię formalis , & aliundè non prępstare voluntati virtutem , & sufficientiam ad illum. Ad hoc responsum est supra dub.8.§.8. num. 53.& exempl. prob. Advertendum tamen cognitionem prępcepti ad actum obedientię formalis se tenere ex parte actus 1. constitutivè , & tanquam prin-

14 Probat. quoad 2. partem.

principium per se requisitum, non vero tanquam principium redundans; ut ex probation. constat.

15 Inquires. Sed inquires: An cognitio se tenens ex parte actus 1. ad obedientiam formalem sit cognitio præcepti de elicientia actus; An vero sit alia cognitio, quasi reflexa, proponens ut bonum, & conveniens voluntati elicere actum, quia cadit sub præcepto? Resp. Per se loquendo non requiri cognitionem realiter distinctam à cognitione præcepti de elicientia actus; posse tamen esse cognitionem realiter distinctam. Ratio 1. partis est. Quia non repugnat per eandem cognitionem proponentem actum religionis v.g. cadere sub præcepto, proponi etiam honestatem, & convenientiam, resultantem ex eo, quod talis actus est in re præceptus; cum plures formalitates inter se ordinatæ possint attingi ex vi eiusdem cognitionis. Sed cognitio proponens ut bonam, & convenientem elicientiam actus religionis, quia cadit sub præcepto, se tenet ex parte actus 1. ad obedientiam formalem: ergò eadem cognitio proponens actum cum circunstantia præcepti, potest se tenere ex parte actus 1. ad elicientiam illius ex motivo obedientiæ. Ita accidisse concedendum est Christo Domino, B. Virgini, Angelis, alijsque viris perfectè lumine gratiæ illustratis.

Resp. cũ distinct. prob. 1. part:

16 Secunda prob. Ratio 2. partis est; quia attenta limitatione intellectus humani circa practicè cognoscibilia, potest cognitio actus præcepti habere præcisè hanc tendentiam: *Teneor ex præcepto hic, & nùnc elicere actum religionis.* Sed huiusmodi cognitio non reddit voluntatem proximè potentem elicere actum obedientiæ formalis: ergò. Mai. constat, & min. prob. Cognitio non proponens voluntati motivum proprium, & formale actus virtutis obedientiæ, non reddit illam proximè potentem illum elicere; sed cognitio supra descripta non proponit motivum proprium virtutis obedientiæ; cum hoc sit honestas, & laudabilitas resplendens in elicientia actus, quia cadit sub præcepto: ergò. Vel clariùs. Istæ cognitiones, scilicèt: *Teneor elicere actum religionis: Bonum, & conveniens est mihi elicere talem actum, quia teneor ad illum.* Sunt inter se distinctæ; sed hæc 2. est regulativa actus obedientiæ formalis: ergò non repugnat &c.

17 Fit satis cuidam instant. Nec ex hoc sequitur cognitionem præcepti proponentem præcisè obligationem actus, non se tenere ex parte actus 1. ad obedientiam formalem. Ratio est: Nàm talis cognitio, etsi non sit immediatè regulativa illius, benè tamen mediatè. Siquidem, ut homo tunc casus eliciat actum obedientiæ formalis, format saltim virtualiter hunc discursum practicum: *Honestum est prosequendum; sed elicere actum, qui est præceptus, ex motivo conformitatis cum præcepto, est quid honestum: ergò prædictus actus est à me prosequendus ex dicto motivo.* In quo apparet cognitionem signatè proponentem honestatem obedientiæ formalis deduci, & fundari in cognitione præcepti; proindèque hanc cognitionem se tenere saltim mediatè ex parte actus 1. Explicatur hoc. Cognitio per se requisita, ut intellectus formet cognitionem immediatè regulativam actus obedientiæ formalis, se tenet etiam ex parte actus 1. ad talem actũ; sed cognitio præcepti de actu est huiusmodi: ergò. Prob. min. Cognitio immediatè regulativa actus obedientiæ formalis est huius tendentiæ: *Bonum, & conveniens est elicere hunc actum, quia est præceptus.* Sed ad hanc cognitionem necessariò requiritur, & positivè conducit cognitio præcepti: ergò.

18 Roborat. doctrin. data. Distinctio realis inter cognitiones supra recensit. clariùs percipietur, si voluntas eliciat actum religionis cadentem sub præcepto, ex imperio actus obedientiæ formalis, illum efficacitèr imperantis; ad modum quo prædictus actus, & alij non existentes sub præcepto, fieri possunt ex imperio charitatis, vel pœnitentiæ. Ratio est; quia in dicta hypothesi, sicuti actus virtutis religionis realiter entitativè differt ab actu obedientiæ formalis; ita similiter cognitio proximè regulans primum actum differt realiter à cognitione immediatè regulante 2. Rursus;

sùs : quia in dicta hypothesi ex vi primæ cognitionis solum cognoscitur exercitè præceptum,&ut circunstantia honestatis religionis ; per secundam vero cognitionem, præceptum, vel conformitas cum illo, cognoscitur signatè : proindèque requiritur nova cognitio ad hoc, ut voluntas posit elicere actum obedientiæ imperantem actum religionis.

19 Nota. Advertendum tamen, quod etsi per eandem cognitionem proponatur, tùm honestas obiectiva religionis v. g. cum circunstantia præcepti ; tùm etiam honestas obedientiæ ex conformitate cum præcepto (ut num. 15. diximus) adhuc subsistit diversitas libertatis ad actum religionis, & libertatis ad eundem actum,ut ex motivo obedientię.Ratio est : quia in dicto casu adunantur in eadem cognitione diversæ terminationes repræsentativæ, & de se incomexæ : unde talis cognitio, proùt repræsentat, & proponit honestatem religionis, constituit libertatem ad elicientiam actus huius virtutis; & proùt repræsentat honestatem obedientiæ, constituit libertatem ad actum obedientiæ formalis,vel etiam ad actum religionis, ut eliciendum ex motivo obedientiæ.

20 Argues. Sed, ut aliquid scitu dignum clariùs appareat, dices. Si cognitio præcepti se teneret ex parte actus 1. ad actum obedientiæ formalis, vel ad actum alicuius virtutis, ut formaliter cadentem sub motivo obedientię;sine tali cognitione voluntas non esset potens proximè illum elicere; sed hoc est falsum : ergò. Prob. minor. Voluntas est potens proximè elicere actum sine illa cognitione, quę de se supponit talem actum contineri intra libertatem, & dominium voluntatis; sed talis est cognitio præcepti : cum iuxta testimon. relata num. 4. nemini præcipiatur id, quod ipsi liberum non est, aut in sua potestate nō habet:ergò.Vel aliter.Materia præcepti præsupponitur ad ipsum ; sicut materia artis præsupponitur ad artem ; sed materia præcepti sunt actus liberi, & virtuosi : ergò huiusmodi actus, tàm secundùm rationem liberi, quàm secund. omnē rationem virtuosi, præsupponuntur ad cognitionem præcepti. Sed nihil potest præsupponi ad id,quod se tenet ex parte actus 1. ad ipsum : ergò repugnat cognitionem præcepti se tenere ex parte actus 1. ad actum alicuius virtutis, vel ad aliquam honestatem ipsi potentem convenire.

21 Resp. Resp. Cognitionem præcepti ad duo posse comparari ; vel ad id, quod per ipsum directè præcipitur; vel ad id, quod ex tali præcepto resultare potest, minimè tamen cadit sub obligatione præcepti. Sit exemplum in præcepto eliciendi actum misericordiæ ; quod quidem compativè ad prædictum actum habet veram rationem præcepti obligantis in conscientia: respectivè tamen ad actum, quo quis velit elicere opus misericordiæ ex motivo obediendi,non habet rationem præcepti, sed obiecti motivi ; cum operari actum misericordiæ ex tali motivo non cadat sub præcepto. Ex his constat cognitionem præcepti non reddere proximè possibilem actum virtutis, qui se habet,ut materia præcepta,sed solum actum obedientiæ formalis, qui non cadit sub præcepto, & ad quem non comparatur,ut præcipiens,sed ut obiectum movens. Quod si non solum actus virtutis misericordiæ, sed etiam illum elicere ex motivo obedientiæ cadat sub præcepto ; tùm casus,cognitio præcepti (admisso quod sit unica cognitio) se tenet ex parte actus 1. ad actum obedientiæ formalis, non secundùm illam terminatiouem, secundùm quam præcipit motivum obedientiæ ; sed secundùm terminationem præcipientem honestatem virtutis misericordiæ. Ratio est manifesta : Nàm, etsi alicui non præcipiatur elicere actum virtutis misericordiæ ex motivo obedientiæ, potest illum sic elicere; dummodo prædictus actus cadat sub præcepto.

(o)

§. V.

QUARTA CONCLUSIO.

Cognitio præcepti, ut se tenens ex parte actus primi ad actum obedientiæ formalis, in aliquo vero sensu est gratia excitans, & sufficiens secundum quid.

22 QUia præsens disputatio est de gratia excitanti re, & nomine tali; ne dub. propositum in sui resolutione videatur ab illa extraneum; ideo præs. concl. sub nomine gratiæ excitantis describimus. Pro cuius intelligentia notandum ex dictis dub. 2. gratiam excitantem posse dupliciter accipi; uno modo pro gratia excitanti primo, & simpliciter tali; alio modo pro gratia excitanti 2. sive excitatione formali per modum actus 2. Gratia excitans in primo sensu consistit in quodam auxilio fluido per modum actus primi elevantis, intellectum, & voluntatem ad actus supernaturales subitos. In 2. autem sensu accepta supponit pro cognitione supernaturali intellectus allicienti moraliter voluntatem, & pro affectione indeliberata ipsam inclinanti ad rectè operandum. 2. Notandum ex dictis dub. 4. §. 4. quod licèt gratia excitans pertinens ad intellectum, & consistens in actuali cognitione, frequenter accipiatur iuxta doctrinam PP. pro cognitione subita, & imperfecta excitanti in nostra voluntate affectus omnino indeliberatos; si tamen accipiatur 2. modo, & eius conceptu diffinitivo inspecto; non solum cognitio subita supernaturalis, sed etiam cognitio perfecta suadens voluntati consensum liberum supernaturalem, sub gratia excitanti illuminationis comprehenditur. Quapropter ibidem diximus, & fundavimus, in Christo Domino, & B. Virgine; quorum primi etiam actus fuerunt perfectè liberi; præextitisse ad eorum elicentiam gratiam illuminationis verè excitantem per modum actus 2.

Nota 1. pro eius prob.

Secundo.

SicGod. tom. 2. in 3. p. disp. 23. n. 141

23 His notatis (nisi forte sit litigium de voce) facile prob. 1. pars. Omnis cognitio alliciens moraliter voluntatem ad actum virtutis supernaturalis est gratia excitans per modum actus 2. & ad gratiam illuminationis spectans; sed talis est cognitio præcepti supernaturalis respectivè ad actum obedientiæ formalis: ergò talis cognitio comprehenditur sub gratia illuminationis. Mai. constat ex dictis ubi suprà; & sic brevitèr suadetur: Nàm excitare nihil aliud est ex parte obiecti, quam movere, & invitare moraliter, & obiectivè voluntatem; sed omnis cognitio alliciens, & suadens voluntati actum supernaturalem, est huiusmodi: ergò. Min. vero prob. Cognitio proponens voluntati motivum formale ad elicientiam actus obedientiæ formalis, allicit, & movet moraliter voluntatem ad ipsum; sed huiusmodi est cognitio præcepti, prout se tenet ex parte actus primi ad obedientiam formalem: ergò. Confirm. Omnis actus liber supernaturalis procedit ex gratia excitanti illuminationis; ita Arausic. cap. 7. definiens hominem non posse operari aliquod bonum conducens ad vitam æternam absque illuminatione Spiritus Sancti; sed actus virtutis obedientiæ circa, præceptum supernaturale est huiusmodi: ergò ad illum præcedit gratia excitans illuminationis. Sed hæc potissimè convenire potest cognitioni præcepti regulanti talem actum: ergò cognitio præcepti &c. 2. vero pars prob. Cognitio supernaturalis se tenens ex parte actus primi ad elicientiam actus supernaturalis est gratia sufficiens ad illum in aliquo vero sensu, scilicèt, per modum complentis, & positivè expedientis voluntatem ad prædictum actum: cum voluntas non intelligatur plenè sufficiens sine tali cognitione; sed cognitio præcepti sic se habet in ordine ad actum obedientiæ formalis, ut ex anteced. constat: ergò cum alliunde sit gratia illuminationis per modum actus 2. spectare debet ad gratiam sufficientem secundum quid talem, scilicèt, sufficientia directionis, & ostensionis, quamvis non sufficientia virtutis, & potestatis physic prèoductivæ actus obedientiæ.

Prob. 1. pars.

Confirm.

Prob quoad 2. part.

Cons

24 Contra hanc conclusionem nihil specialis difficultatis se offert: sed tamen pro remotione alicuius scrupuli,

Arguitur dices contra 2. partem. Gratia legis, sive præcepti, non est gratia sufficiens ad actus salutares, iuxta communem sensum Catholicorum; quapropter, & si Pelagius hanc gratiam concesserit, non concessit gratiam reipsa sufficientem, ut constat ex SS. PP. quorum testimonia videri possunt in M. Lemos, lib. 1. tract. 1. à c. 11. & Illust. Castell, disp. 3. quæst. 4. à num. 1173. ergò falso, si non temere, asserimus cognitionem præcepti spectare ad gratiam sufficientem. Respond.

Sp. 1. 1. dist. añs. Gratia legis &c. in ordine ad actus salutares, quos præcipit, conced. añs. In ordine ad actus, quos non præcipit, neg. añs. & dist. consequens eodem modo. Ut enim advertimus suprà cognitio præcepti actus miseri cordię, v.g. non intimat nobis sub obligatione elicere prædictum actum ex motivo obedientiæ, sed tantum ex motivo misericordiæ: quapropter, licet nullam sufficientiam præstet volũtati, ut operetur ex motivo misericordiæ, potest præstare aliquam ad actum obedientiæ formalis, respectu cuius

ecundo. non se habet ut lex præcipiens, sed ut obiectum motivum. Resp. 2. dist. aliter idem añs. Non est gratia sufficiens propriè talis, dansque veram potestatem product. actus obed. formalis conced. añs. Non est gratia sufficiens secundum quid talis, & spectans ad illam completivè, & per modum dirigentis, neg. añs. & dist. consequens eodem modo. Quando igitur SS. PP. contraponunt gratiam legis, & præcepti, gratiæ sufficienti, loquuntur de gratia verè sufficienti danti verum posse intrinsecum voluntati, quod quidem præstari nequit per cognitionem præcepti, adhuc in ordine ad actum obedientiæ formalis; cum talis cognitio sit extrinseca voluntati.

***

)(§)( )(§)( )(§)(
)(§)( )(§)(
)(§)(

§. VI.

QUINTA CONCLUSIO.

Cognitio præcepti non se tenet ex parte actus primi ad actum præceptum secundum sibi intrinseca acceptum, ut principium per se requisitum, & constituens voluntatem potentem proximè ad ipsum.

PRo intelligentia notandum dupliciter posse aliquid se tenere ex parte actus primi ad elicientiam actus; (& hoc quidem, sive se teneat ex parte actus primi per modum virtutis, sive per modum complementi constituentis potestatem expeditam ad operandum) uno modo tanquam principium per se requisitum, & constitutivum exactum: alio modo tanquam principium non per se requisitum, sed tantum permissum, vel ut aliqui dicunt, redundanter se habens. Sine principio primi generis nulla potest esse potestas completa, & expedita ad agendum; secùs tamen sine principio 2. generis. Cum quo optimè componitur, quod pro casu existentiæ talis principij, se teneat ex parte actus primi ad agendum, ut videre est, dum homini iusto urget præceptum dilectionis Dei super omnia; in quo casu iuxta Aliq. Thom. sent. infunditur à Deo auxilium fluidum, ut voluntas possit dictum præceptum libere adimplere: cumque aliunde adsit etiam habitus charitatis dans posse ad actum dilectionis; verificatur prædictum auxilium se tenere ex parte actus primi ad actum dilectionis, sed non tanquam principium per se requisitum ad illum, sive ut constitutivum potestatis exactum. 2. & clarius constat hoc idem in casu, in quo cum cognitione proponenti voluntati obiectum, ut conveniens, & amabile, excitetur simul alia cognitio proponens ex parte eiusdem obiecti, vel novam rationem bonitatis, & amabilitatis; vel saltim eandem cum maiori tamen vivacitate, sive efficacia in persuadẽdo, in qua hypothesi hæc secunda cognitio

25 Notand.

tio se tenet etiam ex parte actus primi ad amorem; utpotè movens, & alliciens moraliter absque connexione intrinseca cum illius existentia; & tamen non se tenet ex parte actus primi, ut principium per se requisitum ut de se patet.

26 Hoc prænotato. Prob. concl. apud omnes, meo videri, certa, & sit casus præcepti diligendi Deum super omnia. Id, sine quo intelligitur voluntas potens proximè, & expeditè elicere actum charitatis, non se tenet ex parte actus primi ad illum tanquam principium per se requisitum, seu constitutivum exactum; sed talis est cognitio præcepti de elicientia actus charit. ergò. Prob. min. 1. Quia, & si non exiitat tale præceptum, multoties voluntas potest, & prorumpit in actus charitatis, ut est innegabile. 2. Quia voluntas intrinsecè elevata per habitum charitatis, vel auxilium fluidum, & simul præventa cognitione supernaturali practicè proponenti Deum ut summè bonũ, & amore dignum; intelligitur proximè, & expeditè potens elicere actũ charitatis; sed ad nihil horum requiritur cognitio præcepti, aut præceptum: ergò sine cognitione &c. 3. Quia ex oppositò sequeretur hominem non posse proximè operari honestè, & laudabiliter in materia charitatis, & cuiusvis alterius virtutis, nisi ipsum urgeret præceptum sic operandi: quod est manifestum absurdum destruens actus Consilij, & super erogationis. Diximus cognitionem præcepti non requiri per se ex parte actus primi ad actum virtuosum considerati secundum honestatẽ sibi intrinsecam ex proprio motivo convenientem. An vero sit per se requisita ad elicientiam talis actus, non solum, ut exequibilis ex motivo obedientiæ (in quo omnes conveniunt) sed etiam, ut talis actus conformetur materialiter, libere tamen, cum præcepto: de hoc, inquam, infra dicemus.

Prob. efficacissim

27 Sed dices. Iuxta D. Thom. 2. 2. quæst. 104. art. 2. & 1. 2. quæst. 96. art. 3. *Quamvis non omnes actus virtutum cadant sub præcepto, actus tamen omnium virtutum sunt in præcepto*: ergò actus obedientiæ formalis, & proùt est virtus specialis, cadit etiam sub præcepto directè terminato ad ipsum. Sed iuxta dicta §. 4. cognitio præcepti requiritur per se ex parte actus primi, & tanquam constitutivum exactum potestatis ad obedientiam formalem: ergò datur aliquis actus virtutis secundum sibi intrinseca exigens per se ex parte actus primi cognitionem præcepti. Urgetur. Possibilis est casus, in quo homini nulla alia bonitas appareat in eliciendo aliquem actum, nisi tantum bonitas conveniens ipsi, quia cadit sub præcepto; sed in dicto casu voluntas non est potens proximè illum elicere sine cognitione præcepti: ergò. Prob. min. Voluntas non est potens proximè elicere actum sine cognitione illius, quod apparet, ut motivum unicum talis actus; sed tunc casus unicum motivum, quod apparet, est bonitas se conformandi cum præcepto: ergo.

Obijcies ex S. D.

Urgetur.

28 Respond. 1. argum. Non esse ad rem; siquidem concl. procedit de actu alterius virtutis à virtute obedientiæ formalis, & secundum honestatem sibi intrinsecam considerato; de tali enim actu asserimus non exigere per se ex parte actus primi cognitionem præcepti ad sui elicientiam; argumentum vero procedit de actu virtutis obedientiæ formalis; vel si procedit de actu alterius virtutis, loquitur de illo, proùt stat sub motivo obedientiæ, quod in idem incidit. Resp. 2. concesso prim. enthim. dist. min. subsumpt. Cognitio præcepti de elicientia actus formalis obedientiæ, neg. min. De elicientia actus alterius virtutis, conced. min. & dist. conseq. Cognitio præcepti, ut præcipientis ipsum actum, neg. conseq. Ut præcipientis actum alterius virtutis ab obedientia, conced. conseq. Etenim in casu, quo alicui præcipiatur actus virtutis religionis, & simul præcipiatur elicere hunc actum ex motivo obedientiæ, cognitio præcepti requiritur per se ex parte actus primi ad elicientiam illius ex motivo obedientiæ. Sed quæ cognitio, aut cuius præceptiꝰ Utique; non præcepti præcipientis prædictum motivum, sed præcipientis actum religionis. Ratio est; nàm, & si

Resp. 1.

Secundo.

non

non præciperetur elicientia talis actus ex motivo obedientiæ, posset quã optimè homo, si vult, illum sic elicere: quapropter nunquam verificatur cognitionem præcepti se tenere ex parte actus primi per se, & constitutivè in ordine ad actum directè, & signate præceptum.

29 Ad urg. Resp. neg. min. Ad eius prob. dist. min. Bonitas conformitatis cum præcepto pręcipiente dictam conformitatem, neg. min. præcipiente substantiam actus, conced. min. & neg. conseq. In illa enim hypothesi, & si cognitio præcepti, & bonitatis convenientis actui, quia cadit sub præcepto; constituat voluntatem potentem proximè illum elicere; non tamen cognitio pręcepti, ut pręcipientis ipsam honestatem obedientię, sed substantiam actus secundum sibi intrinseca. Undè talis cognitio non se habet per se ex parte actus primi in ordine ad actum, quẽ proponit, ut materiam directè intimatam per pręceptum. Prętèr quam quod in pręsenti loquimur, quando voluntati intimatur sub pręcepto elicientia actus secundum sibi intrinseca ad alteram virtutem ab obedientia formali spectantis. Hinc colliges non posse dari pręceptum, cuius tendentia formalis, & signata sit huiusmodi: *præcipio tibi, ut obedias huic præcepto.* 1. Quia non potest tale pręceptum practicè adimpleri, ut de se constat. 2. Quia pręceptum de se supponit rem directè pręceptam se habentem, ut materiam illius: ergò quando obedientia est directè pręcepta, pręsupponitur ad ipsum pręceptum. Aliundè prędictum pręceptum debet pręcedere ipsam obedientiam; cum sit motivum formale huius: ergò tale pręceptum esset simul priùs, & posterius ipsa obedientia formali, quod aperte repugnat. Deniquè. Quia virtus obedientię, proùt differt ab alijs virtutibus, ob sui universalitatem, & superioritatem, habet pro materia propria actus aliarum virtutum cadentium sub pręcepto; quapropter, ut talis virtus proprium actum exerceat pręrequirit strictum pręceptum in materia aliarum virtutum. Per hoc, enim salvatur distinctio inter obedientiam, aliasque virtutes, quatènus, scilicèt, considerata ratione debiti convenientis actibus aliarum virtutum pertinent ad virtutem obedientię; considerata vero honestate ipsis intrinseca, & seclussa ratione debiti, spectent per se ad alias virtutis.

Ad urgẽt.

Illatio notand.

§. VII.

SEXTA CONCLUSIO.

Cognitio præcepti non se tenet ex parte actus primi tanquam constitutivum permissum, aut principium redundans, ad actum præceptum secundum sibi intrinseca; nec, ut principium adæquatum, nec in adæquatum.

30 UT omnis vitetur confusio notandum duplicitèr posse concipi cognitionem pręcepti se tenere ex parte actus primi per modum dirigentis ad elicientiam actus pręcepti quoad sibi intrinseca: uno modo, ita ut se sola possit illam dirigere, & absque necessitate ulterioris cognitionis, suadentis, & proponentis convenientiam, & honestatem ex parte talis actus: alio modo talitèr, ut requirat ulteriorem cognitionem, cum qua exerceat etiam munus dirigendi, v.g. si cognitio intimans actum relig. supponat pro sui directione pręceptiva aliam cognitionem proponentem honestatem intrinsecam ex motivo religionis. Ratio huius diversę conceptionis est; quia stat quam optimè, aliquam cognitionem se tenere ex parte actus primi per modum dirigentis directione intra lineam purè pręceptivam, & non intra omnem lineam ad genus directionis spectantem; qualis est cognitio non pręcipiens, sed purè ostendens convenientiam, & bonitatem, in prosequutione alicuius obiecti. Imò etiam; stat cognitionem dirigentem pręceptivam non exercere munus suum, nisi associetur cognitioni ostensivę: ad modum, quo in opinione tuente concursus partiales voluntatis, & habitus infusi, in actus supernaturales; & si utrumque se teneat ex parte actus primi effectivè influen-

Notandũ.

Idem in habitu acquis.

fluentis in elicientiam actus; habitus infusus non constituit actum primum, nisi associetur cum voluntate: similiterque in sent. Thom. requirentium ad electionem huius obiecti præ alio cognitionem regulativam illius, inconnexam tamen cum electione obiecti propositi cum maiori convenientia. Nan licet cognitio præferens unum obiectum alteri iuxta Aliq. se teneat ex parte actus primi ad electionem, non tamen se sola, sed simul cum iudicio indifferenter, & æqualiter proponenti diversa obiecta. Idem propugnatur ab aliquibus Thomist. requirentibus iudicium determinatum, inconnexum tamen, & impedibile à voluntate: ob quam rationem ponitur ab eisdem ex parte actus primi immediatè regulantis actum voluntatis simul cum iudicio indifferenti ipsum mediatè regulante.

31 Sens. conclus. Ex his constat, quid significare velimus in illis terminis propositis *adæquatè, & inadæquatè*; si namque cognitio præcepti se teneat ex parte actus primi per modum dirigentis ad actum præceptum, ita ut non indigeat altera cognitione; talis cognitio erit principium adæquatè directivum; quamvis redundanter se habens; si vero indigeat voluntas ad elicientiam actus præcepti ulteriori cognitione moventi iptam mediante propositione motivi intrinseci talis actus, in hac hypothesi cognitio præcepti se tenebit ex parte actus primi tanquam principium inadæquatum. Hæc notavi, quia vidi utroque modo oppositam sententiam defensatam fuisse in publicis concertationibus. Hinc apparet, quod, & si cognitio præcepti conveniat iuxta plures cum alijs principijs redundantèr se habentibus ex parte actus primi, in hoc, quod est non requiri, ut constitutivum potestatis ad actum; differt tamen in eo, quod alia principia redundantèr se habentia possunt se solis pro casu existentiæ ipsorum præstare sufficientiam ad actum, ut videre est, in auxilio fluido ad actum dilectionis Dei: & iuxta plures AA. Societatis in decreto collativo auxilij, connexo tamen intrinsecè cum consensu; & in prædefinitione, quæ simul sit intentiva, & executiva; dummodo non sit requisita ad existentiam consensus, v. g. in his enim omnibus hic, & nunc verificatur sufficientiam ad actum dilectionis, & sufficientiam ex parte Dei requisitam, ut creatura possit libere consentire, provenire à principijs designatis, & si non requirantur per se ad existentiam auxilij, vel consensus.

§2 Prob. quoad 1. part. His prælibatis prob. 1. pars, & claritatis gratia loquemur de actu charitatis, quoad rectitudinem sibi intrinsecam considerato. Cognitio, quæ se sola nequit allicere voluntatem ad elicientiam actus charitatis, nequit se tenere ex parte actus primi adæquatè dirigentis voluntatem ad talem actum; sed talis est cognitio præcepti de actu charitatis: ergò cognitio præcepti non se tenet ex parte actus primi adæquatè dirigentis voluntatem ad actum virtutis secundum honestatem sibi intrinsecam consideratum. Mai. constat, & min. prob. Cognitio præcepti de se solum habet huiusmodi tendentiam: *Teneor elicere actum charitatis*; sed huiusmodi cognitio se sola nequit allicere voluntatem ad elicientiam actus charitatis: ergò. Prob. min. Cognitio, quæ non proponit voluntati motivum formale, & specificum actus charitatis, nequit illam allicere ad elicientiam talis actus; cum charitas non tendat in suum obiectum formale, & specificum, nisi propositum ab intellectu mediante cognitione. Sed cognitio habens tendentiam supra descriptam non proponit voluntati motivum proprium, & formale actus charitatis; hoc enim est summa Dei bonitas, & ratio ultimi finis, quæ valdè differt à debito, & obligatione diligendi Deum: ergò.

33 Confirm. Confirm. Implicat actum charitatis elici à voluntate, & motivum formale illius non esse summam Dei bonitatem directè, & signate volitam; sed summa Dei bonitas nequit directè, & expresse amari à voluntate, nisi sit practicè proposita ab intellectu: ergò implicat voluntatem intelligi potentem proximè diligere Deum, sine cognitione repræsentanti

ti practicè Deum, ut super omnia diligibilem titulo summæ bonitatis; sed cognitio præcepti non sic proponit Deum summè bonum, dignumque amore: ergò. Nec valet dicere cognitionem præcepti de actu charitatis, v.g. & si non directè, saltim indirectè proponere motivum formale ad elicientiam talis actus; siquidem prædicta cognitio habet huiusmodi tendentiam: *Teneor diligere Deum summè bonum*, ubi iam summa Dei bonitas, quæ est motivū actus charitatis, saltim indirectè, & in obliquo *proponitur ab intellectu*, & apparet voluntati per cognitionem præcepti.

Sidicatur.

34 Non inquam sufficit, & contra insurgo primo ab inconvenienti. Si cognitio præcepti de elicientia alicuius actus proponeret bonitatem obiecti modo sufficienti, ut redderet voluntatem proximè potentem ad illius adimpletionem, sequeretur Deum posse iustè obligare hominem destitutum omni auxilio moralitèr movente ad elicientiam actus charitatis, & cuiusvis virtutis supernaturalis, sola manifestatione legis, & præcepti; sed hoc videtur absurdum: ergo exvi cognitionis præcepti non apparet bonitas obiecti modo sufficienti, ut voluntas sit potens proximè elicere actum in re præceptum. Sequela prob. Nàm per cognitionem intimantem sub præcepto elicientiam alicuius actus virtutis, saltim indirectè & in obliquo, attinguntur, vel possunt, rationes obiectivæ moventes voluntatē ad elicientiam talis actus; sed iuxta doctrinam solutionis talis indirecta propositio sufficit, ut voluntas sit potens proximè elicere talem actum: ergò. Absurditas autem sequelæ prob. Nàm ex illa sequitur ad actus salutares hominem non indigere alia gratia illuminante prætèr cognitionem legis, & præcepti; sed hoc asserere, & videtur sapere errorem Pelagij, & opponitur Arausic. cap. 7. & Conc. Trid. cap. 5. asserentibus hominem absque vocat. & illuminatione Spiritus Sancti non posse actus salutares operari: ergò. 2. Cognitio practica dans sufficientiam voluntati, ut possit actus salutares elicere est vera gratia; esto tantum moraliter influat in actus salutares; atqui intimatio legis, & præcepti, de se non est huiusmodi; quapropter Sancti PP. frequenter asserunt Pelagium admittentem necessitatem gratiæ legis, & doctrinæ, ad actus salutares non admisisse veram Christi gratiam: ergò.

Reijcit. 1.

Hanc solut. in public. disp. audivi.

Deus per char. dilig. ut finis ult. ergò inrecto, & propter se, & non in obliq.

2. Sic insurgo. Admisso per cognitionem præcepti de actu charitatis indirectè attingi summam Dei bonitatem, hæc tamen attingentia non sufficit, ut voluntas possit Deum super omnia diligere: idem aslumpt. prob. 2. Quia voluntas nequit elicere actum charitatis, nisi ei proponatur ab intellectu directè, & signate Deus, ut summe bonus: ergò. Prob. añs. Voluntas nequit elicere actum charitatis circa Deum, qui directè, & signate non tendat in illum, ut summe bonum; cum summa Dei bonitas sit obiectum formale specificativum illius; sed implicat voluntatem directè, & signate amare, id quod directè, & signate ei ab intellectu non proponitur: ergò. 3. Si cognitio indirectè attingens summam Dei bonitatem sufficeret, ut voluntas posset immediatè prorumpere in actum dilectionis Dei super omnia, non esset necessaria ex natura rei, & per se loquendo cognitio fidei ad actum dilectionis, spei, & charitatis: consequēs est absurdum; utpotè contra illud Apost. *Sine fide impossibile est placere Deo &c.* & contra conceptum definitivum fidei, scilicet, esse *inchoationem, & fundamentum, vitæ spiritualis*: ergò.

35 Secundo.

Tertio.

36 Quarto.

4. Si cognitio indirectè attingens summam Dei bonitatem esset sufficiens movere voluntatem ad actum amoris Dei, etiam cognitio retrahens ab amore Dei sufficeret, ut voluntas posset Deum super omnia amare: consequens est absurdum: ergò. Prob. sequela. Nàm talis cognitio proponens directè disconvenientiam in amore Dei summè boni, attingit saltim indirectè summam Dei bonitatem, ut de se constat: ergò si &c.

Si dicas.

Si dicas. Per talem cognitionem attingi directè summam Dei bonitatem non, ut terminum prosequendum, sed ut terminum à voluntate desserendum. Contra est 1. ergò, ut cognitio indirectè attingens aliquod bonum possit

Reijcit. 1.

posit movere voluntatem ad illius amorem, debet attingere illud formaliter, ut materiam, & obiectum amoris; sed ex vi cognitionis præcepti huius tendentiæ: *Teneor diligere Deum summe bonum*, summa Dei bonitas non attingitur formaliter, ut obiectum diligibile per charitatem; sed ut materia talis præcepti, sive quod idem est, ut materia virtutis obedientiæ: ergò cognitio summæ bonitatis ratione præcepti. Min. esto videatur, certa prob. sic. Si per talem cognitionem attingeretur summa Dei bonitas, non solum, ut materia propria virtutis obedientiæ, sed etiam, ut materia propria virtutis charitatis, sequeretur, quod *si quis, negaret se hic, & nunc teneri ex vi alicuius præcepti ad dilectionem Dei, saltim indirectè negaret Deum esse Summum bonum, & materiam propriam charitatis*; consequens est absurdum: ergò. 2.

Secundò. Si vera esset solutionis doctrina, sequeretur per cognitionem præcepti exhibendi cultum Deo summe bono posse aliquem immediatè prorumpere in actum charitatis; siquidem summa Dei bonitas per talem cognitionem non apparet, ut terminus desserendus, sed potiùs, ut materia prosequenda; consequens est absurdum, utpotè confundens cognitiones regulantes actus diversarum virtutum: ergò.

37 Hæc dicta sunt de cognitione præcepti secundum illam tendētiam, quam per se, & ab intrinseco sui habet, quæ quidem alia non est, nisi propositio, & intimatio obligationis eliciendi actum charitatis, vel alterius virtutis. Si namque prædictæ cognitioni salva bonitate entitativa illius accedat alia terminatio, secundum quam proponat motivum proprium, & formale actus dilectionis, vel alterius virtutis, (in quo ex terminis nulla apparet implicatio) libentèr fatemur prædictam cognitionem, posse immediatè regulare actum virtutis: hoc tamen non convenit ei quatenus est cognitio præcepti; sed sub alia terminatione ipsi accidentaliter advenienti. Quod clare percipietur distinguendo inter has cognitiones possibiles haberi instante præcepto diligendi Deum super omnia, scilicèt: *Teneor elicere actum charitatis erga Deum; Bonum & conveniens est mihi elicere actum charitatis, ad quem ex præcepto teneor.* Prima enim cognitio solum exprimit tendentiam præceptivam; quapropter, cum non proponat motivum formale amoris, ideo ex vi illius nequit voluntas immediatè, in illo prorumpere. Secunda autem cognitio directè proponit convenientiam in eligendo actum virtutis, & solum de connotato, & indirectè obligationem præcepti: undè esto possit movere immediatè voluntatem ad actus virtutis nihil ex dictis oppositum infertur.

Advertèt circa sup. dicta.

38 2. Pars, scilicèt: *Cognitionem præcepti non posse se tenere adhuc, inadæquatè, hoc est, in consortio alterius cognitionis, ex parte actus primi ad actum secundum sibi intrinseca considerat.* Prob. Cognitio impotens movere immediatè voluntatem nequit se tenere ex parte actus primi ad actum; sed cognitio præcepti sub hac tendentia: *Teneor elicere actum charitatis* nequit immediatè movere voluntatem ad elicientiam talis actus: ergò non se tenet ex parte actus primi &c. Prob. min. Cognitio, quæ non proponit voluntati rationem formalem motivam, aut terminativam alicuius actus, nequit immediatè movere voluntatem, ut talem actum eliciat; sed cognitio præcepti supra assignata est huiusmodi: ergò nequit &c. Min. constat. Nàm ratio formalis, tam motiva, quam terminativa, actus charitatis, est summa Dei bonitas; sed hæc, non proponitur voluntati per cognitionem præcepti, sed ad summum proponitur obligatio, & honestas ex illa proveniens: ergò. Mai. vero prob. 1. Quia cognitio non aliter allicit, aut movet voluntatem, nisi media repræsentatione bonitatis, & convenientiæ. Tum quia sola cognitio practica boni movet voluntatem iuxta D. Thom. 1.2. quæst. 9. art. 1. Tum quia obiectum adæquatum voluntatis est bonum formaliter qua tale propositum ab intellectu: ergò cognitio non proponens immed. voluntati bonitatem, à qua dependet actus charitatis secundum sibi intrinseca, nequit

Prob. 2. pars conclus.

im-

immed. movere voluntatem in ordine ad talem actum secundum sibi intrinseca consideratum. Sed actus charitatis (& idem de quolibet alio) secundum sibi intrinseca solum pendet à ratione formali tam motiva, quàm terminativa sui: ergò cognitio non proponens &c.

39 Explicatur hæc ratio, supponendo ut certum voluntatem non posse moveri, nec terminari, nisi ad bonum, & insuper, bonum non posse mov. aut termin. actum voluntatis, nisi ut practice propositū ei ab intellectu. Ulterius supponendum actum charitatis, & idem de quolibet alio actu virtutis *secundum sibi intrinseca consideratum nihil aliud dicere*, nisi rectitudinem specificam intra lineam charitatis; si enim consideretur in illo alia bonitas præter rectitudinem iam assignatam, tunc talis actus, non accipitur præcisè secundum sibi intrinsecam, sed secundum intrinseca, & extrinseca. Deindè etiam est certum actum charitatis præcisè secundum rectitudinem sibi intrinsecam sumptum, non posse moveri, aut terminari, nisi ad summam Dei bonitatem; si enim ab honestate adimpletionis præcepti moveatur, aut talem honestatem velit voluntas, dum elicit actum charitatis præceptum: tunc casus ille actus non solum gaudebit rectitudine charitatis, sed rectitudine obedientiæ. His suppositis iam appareret efficacia rationis supra adductæ. Cognitio non proponens voluntati obiectum ea ratione, qua inspicitur ab actu secundum sibi intrinseca, nequit immediatè allicere voluntatem ad elicientiam actus secundum sibi intrinseca; sed cognitio præcepti non proponit voluntati obiectum charitatis ea ratione, qua ab actu illius inspicitur secundum sibi intrinseca; cum hoc obiectum sit summa Dei bonitas, quæ non proponitur per cognitionem præcepti, sed tantum obligatio diligendi summam Dei bonitatem fide præcognitam: ergò talis cognitio præcepti nequit immediatè excitare, aut movere moraliter, voluntatem ad actum charitatis &c.

Explic. ratio posita.

8

40 Secunda prob. ex S. D. 2. Prob. concl. ratione desumpta ex D. Thom. 1.2. quæst. 9. art. 1. per quam dicta roborantur. Pro cuius intellig. notandū ex ipso* duplici tèr posse aliquid movere voluntatem, scilicèt, quoad specificationem, & quoad exercitium actus. Inter has motiones est duplex discrimen. Primum consistit in eo, quod motio quoad specificationem se tenet ex parte obiecti; motio vero quoad exercitium se tenet ex parte subiecti, sive ex parte agentis. Secundum stat in eo, quod à movente quoad specificationē pendet, quod actus voluntat. si huius, vel illius speciei; à movente vero quoad exercitium, sive quoad usum, pendet existentia actus, qui ex obiecto sortitur speciem.* Hinc affirmat S. Doct. intellectum movere quoad specificationem voluntatem; quia videlicèt ipsam movet proponendo rationem boni, quod est obiectum specificans eius actus; voluntatem vero movere intellectum, aliasque potentias, solum quoad exercitium, eas applicando, & determinando ad proprios actus.

41 Hoc supposit. sic formatur ratio. Cognitio se tenens ex parte actus primi ad actum virtutis secundum sibi intrinseca, est cognitio potens movere quoad specificationem voluntatem ad talem actum; sed cognitio præcepti sub hac tendentia, scilicèt: *Teneor elicere actum virtutis charitatis &c.* nequit movere immediatè voluntatem quoad specificationem ad talem actum: ergò &c. Mai. est certa, & ulterius convincitur. Cognitio se tenens ex parte actus primi ad actum voluntatis nequit ipsam movere solum quoad exercitium actus; siquidem motio quoad exercitium est de se applicatio, & reductio actus primi ad actum secundum; proindequè supponit pro priori omnem potestatem, & actum primum voluntatis ad operandum Sed id, quod supponit actum primum, & potestatem ad operandum, nequit se tenere ex parte actus primi ad operationem: ergò cognitio se tenens ex parte actus primi nequit movere voluntatem solum quoad exercitium, sed debet illam movere quoad &c. Min. vero prob. Cognitio movens quoad specificationem voluntatem, movet illam ex

parte

parte obiecti, hoc est proponendo ipsi bonitatem specificativam talis actus. Ita Sanct. Doct. ubi supra; sed cognitio præcepti non proponit voluntati bonitatem specificantem actum virtutis quòad sibi intrinseca; siquidem honestas se conformandi cum præcepto, quæ ex vi talis cognitionis proposita, specificat actum virtutis obedientię formalitèr talis: ergò cognitio præcepti &c.

42 Confirm. 1. Voluntas nequit moveri obiectivè, sive quòad specificationem, nisi à bono proposito ut tali; cum hoc sit obiectum eius adæquatum: ergò cognitio intimans voluntati obligationem eliciendi actum charitatis, nequit illam obiectivè quòad specificationem movere, nisi proponat executionem talis obligationis, ut bonam, & convenientem voluntati; sed cognitio sic proponens, ut convenientem adimpletionem obligationis eliciendi actum charitatis, nequit movere obiectivè voluntatem ad actum charitatis quòad sibi intrinseca: cum talis cognitio directè proponat obiectum motivum, & specificativum actus obedientiæ formalis: ergò talis cognitio, si movet obiectivè, movet utique ad actum virtutis, secundùm rectitudinem obedientiæ, non vero secundùm rectitudinem intrinsecam virtutis, à qua elicitivè procedit. Confirm. 2. & explic. hoc. Cognitio proponens in elicientia alicuius actus bonitatem per se spectantem ad actum alterius virtutis, estò in consortio cognitionis proponentis in elicientia eiusdem actus bonitatem intrinsecam ad ipsum spectantem, nequit movere obiectivè voluntatem ad talem actum secundùm honestatem intrinsecam consideratum; ut videre est in elargitione eleemosynæ; quæ quidem, estò per aliam cognitionem distinctam à cognitione proponenti ipsam elargitionem, ut honestam honestate misericordiæ, proponatur etiam ut honesta honestate religionis ad adimpletionem voti v. g. vel honestatem pœnitentiæ ad satisfaciendum pro peccatis, nequit propter hoc dici elargitionem eleemosynæ dependere quòad honestatem misericordiæ obiectivè, & tanquam à movente quòad specificationem, à cognitione proponente honestatem alterius virtutis; ut videtur innegabile. Oppositum enim esset confundere rationes obiectivè moventes ad actus specie formali diversos: ergò cognitio proponens in elicientia actus secundùm sibi intrinseca spectantis ad virtutem distinctam à virtute obedientiæ formalis, honestatem obedientiæ, nequit movere obiectivè, & quòad specificationem voluntatem ad talem actum secundùm sibi intrinseca consideratum. Conf. pat. à parit. Tùm sic. Sed cognitio proponens ut bonam adimpletionem præcepti de actu charitatis v. g. est cognitio proponens rationem obiectivam per se spectantem ad virtutem obedientiæ, ut est certum: ergò nequit movere obiectivè ad actum charitatis, intrinsecè consideratum.

Confir. 1.

Secundo.

43 Nec prodest dicere, hoc solum probare talem cognitionem nō se habere ex parte actus primi per se, & tanquam principium exactum, secùs vero redundantèr, & ut principium permissum ab actu. Non, inquam, prodest. 1. Propter paritatem supra adductam; siquidem cognitio proponens honestatem religionis in elargitione eleemosynæ, nequit adhuc redundantèr movere quo ad specificationem ad ipsam secundùm honestatem intrinsecam misericordiæ. 2. Quia movere quòad specificationem ad aliquem actum, est movere ipsum specificando, sive dando ipsi speciem. Ita D. Th. ubi supra: ergò movere quòad specificationem ad actum secundùm sibi intrinseca est talem actum secundùm speciem sibi intrinsecam, & essentialem, ab ipso dependere. Sed actus nequit pro ut sic dependere à principio redundantèr se habenti, & per se specificanti aliam virtutem; cum nulla res, aut principium possit excedere limites suæ specificationis: ergò. Quæ doctrina exemplis roboratur. Etenim quia visio specificatur à colore, nequit adhuc redundantèr à sono specif. aut ab illo moveri quòad specificationem; similitèr, quia in-

Si dicas.

Contr. est 1.

Secundo.

tellectio movetur quòad ſpecificationem à vero, ut à proprio obiecto nequit ſic moveri à bono formaliter quà tali: ergò ſi actus charitatis quòad intrinſeca ſpecificatur à ſumma Dei bonitate, & à cognitione illam proponente, nequit adhuc redundantèr moveri quòad ſpecificationem à cognitione proponenti adimpletionem præcepti præcipientis actum charitatis, ut bonam, & convenientem; cum talis cognitio (ut ſæpè diximus, & eſt omninò certum) regulet, & moveat quòad ſpecificationem ad actum virtutis obedientiæ. Adde, quod ſicut actus virtutis quòad ſibi intrinſeca præciſè cõſideratus movetur quòad ſpecificationem in obliq. à cognitione proponenti motivum intrinſecum illius; ſic etiam ſpecificatur à ſua virtute, ut à principio etiam formali. Actio enim iuxta Div. Thomam 1. 2. quæſt. 1. art. 3. & 1. part. quæſt. 77. art. 3. *Accipit ſpeciem à principio, & ſimul à termino.* Sed implicat actum unius virtutis, quòad ſibi intrinſeca procedere redundantèr ab altera virtute: ergò etiam repugnat moveri quòad ſpecificationem a cognitione regulanti actum proprium huius virtutis. Sed cognitio adimpletionis præcepti, ut honeſtę, & practicè convenientis, regulat virtutem obedientiæ, & actus illius: ergò implicat &c.

44 Probatur tertio.

3. Prob. eadem pars ex doctrina D. Thomæ immediatè tradita. Cognitio movens quòad exercitium voluntatem ad elicientiam alicuius actus nequit ſe tenere ex parte actus 1. ad ipſum; ſed cognitio præcepti movet quòad exercitium voluntatem ad elicientiam actus quòad ſibi intrinſeca conſiderati: ergò cognitio præcepti &c. Mai. etſi videtur certa, prob. Cognitio ſupponens in voluntate poteſtatem ad actum, nequit ſe tenere ex parte actus 1. ad illum; ſed cognitio movens quòad exercitium voluntatem ſic ſe habet: ergò. Prob. min. Determinatio, & applicatio poteſtatis ad actum, de ſe ſupponit poteſtatem ad illum; ſed motio quòad exercitium eſt motio per modum determinationis, & applicationis poteſtatis ad actum: ergò. Min. vero 1. ſyllogiſmi prob. Cognitio, quæ ex ſua ſpecifica tendentia intimat voluntati exercitium actus, movet ipſam quòad exercitium; ſed huiuſmodi ſe habet cognitio præcepti; cum illius tendentia explicetur his terminis: *Dilige Deum*, ſive, *fac actum charitatis*: ergò.

45 Confir. 3.

Confirm. 3. Cognitio præcepti ſic ſe habet in ordine ad movendam voluntatem ad elicientiam actus præcepti, ſicut ſe habet ipſum præceptum; ſed præceptum non movet, niſi quòad exercitium voluntatem ad actum præceptum conſideratum quòad ſibi intrinſeca: ergò idem dicendum de cognitione præcepti. Mai. conſtat. Quia præceptum non aliter movet, niſi media cognitione ſui, proindèque non ponit in numero cum ipſo, ut in actu ſecundo obliganti. Min. vero prob. Tùm ex dictis: Nàm tendentia præcepti eſt huiuſmodi: *Fac hoc.* In quibus verbis expreſsè intimatur tantum exercitium actus. Tùm, quia præceptum movet voluntatem imperando exercitium actus; ſed motio per modum imperij eſt motio quòad exercitium actus; ut patet à ſimili; dùm voluntas imperat alijs potentijs earum actus, v. g. *videre, ambulare, loqui*: ergò idem dicendum de cognitione præcepti; cum ſola diverſitate penès modum imperandi phyſicè, aut purè moraliter, cum connexione, aut ſine illa.

§. IX.

In quo arguitur contra Adverſ. admittentes gratiam prædeterm. non deſtruere libert.

46 Prob.

EO gratia ab intrinſeco efficax modo immediatè dicto ſe habet in ordine ad actum; quia ex ſua tendentia habet reducere, & determinare voluntatem ad elicientiam actus; ſed ſic ſe habet cognitio præcepti in ordine ad actum, quem præcipit intrinſecè conſideratum: ergò ſi gratia ab intrinſeco efficax eſt adæquatè extra omnem poteſtatem ad actum,

idem

idem dicendum de cognitione præcepti. Min. probat. Ideò gratia ab intrinseco efficax est determinatio, & applicatio potestatis ad actum, quia dùm Deus confert gratiam, solum vult directè, & immediatè exercitium, sive elicientiam actus; sed etiam per cognitionem præcepti solum intimatur exercitium actus, sive reductio potestatis ad illud : ergò. Explicatur hoc. Ideò gratia ab intrinseco efficax ex se supponit potestatem ad actum, quia repugnat ex terminis Deum determinare, & applicare infallibilitèr ad actum subiectum non habens pro priori potestatem ad illum ; sed etiam repugnat præceptum de elicientia alicuius actus obligare in actu secundo subiectum non habens pro priori potestatem ad positionem talis actus; ut expressè docet P. Aug. num. 4. relatus : ergò.

Explicat.

47

Sed dices : esse manifestam disparitatem inter gratiam prædeterminantem, & cognitionem præcepti, consistentem in eo, quod gratia prædeterminans, cum sit quasi causalitas Dei, & mediante qua operatur Deus in nobis velle, & operari, unicè se tenet ex parte actus secundi supponentis pro priori potestatem, & sufficientiam ad actum ; cognitio vero præcepti non est causalitas, per quam Deus sub ratione primi motoris applicat voluntatem ad actum secundum; proindèque nequit se tenere ex parte actus 2. ad operandum. Ex quo constat falsum esse cognitionem præcepti movere quòad exercitium voluntatem ad actum præceptum ; siquidem per cognitionem præcepti non constituitur Deus in ratione causæ primæ prèviè applicantis voluntatem ad operandum ; sicut constituitur in esse talis per gratiam prædeterminantem. Ulterius : Nàm iuxta D. Thom. supra relatum, motio quòad exercitium se tenet ex parte subiecti, sive agentis ; sed cognitio præcepti non sic se habet; quandoquidem præceptum non aliter movet, nisi mediante sui cognitione, qui modus movendi est proprie obiectivus, ut de se patet ; igitur adest manifesta disparitas &c.

Respond.

48

Sed hæc non infringunt efficaciam rationis supra adductæ. Unde illam sic instauro. Ideò decretum ab intrinseco efficax, ex quo oritur physica prædeterminatio, non se tenet ex parte actus primi, quia immediatè terminatur ad exercitium actus, non vero ad potestatem ad actum ; vel clariùs. : Quia per tale decretum non vult Deus causam posse operari, sed ipsam actualem operationem ; sed per voluntatem præceptivam, ex qua descendit intimatio præcepti, non vult Deus quod creatura possit elicere actum quem præcipit, sed unicè, quod actu eliciat illam, ut constat ex tendentia præcepti, quæ talis est, scilicèt, *fac hoc* : ergò quemadmodum decretum prædeterminativum actus, & physica prædeterminatio se tenent ex parte actus 2. ad operandum, ita dicendum de voluntate præceptiva, & illius intimatione. Ulteriùs. Intellect. Movere quòad specificationem, sive ex parte obiecti, voluntatem ad aliquem actum, est movere proponendo ei rationem obiectivam, à qua dependet actus; sed cognitio præcepti non movet volunt. proponendo rationem obiectivam, à qua dependet actus charitatis. V. g. secundum rectitudinem sibi intrinsecam, ut supra probavimus: ergò talis cognitio præcepti solum movet quòad exercitium, & non quòad specificationem.

Cont. est, & instauratur ratio adducta.

49

Nec discrimen traditum in solut. alicuius efficaciæ est : Nàm Deus potest considerari dupliciter in ratione causæ ; vel in ratione causæ physicæ, vel in ratione causæ moralis. Quapropter duplex causalitas potest ei correspondere ; una physica, altera vero moralis ; prima consistit in decreto, quo physicè prædeterminat voluntatem ad operandum ; secunda vero in præcepto, vel consilio, quibus eam movet moralitèr. Unde, sicuti ratione tradita in solutione, physica prædeterminatio se tenet ex parte actus 2. ad actum per modum applicationis physicæ ad illum, estque adæquatè extra omnem potestatem physicam

Reijcitur discrimen.

ad operandum ; ita cognitio præcepti, cùm sit causalitas Dei in esse influentis moraliter in actum, præceptum se tenebit ex parte actus 2. ad illum, per modum applicationis moralis ; eritque adæquatè extra omnem sufficientiam ad agendum, nedùm physicam, in quo nemo dubitat, sed etiam moralem. Fatemur tamen inter utramque motionem dari aliud discrimen ; eo quod gratia ab intrinseco efficax connectitur cum actu volunt. non vero cognitio præcepti; cum tantùm sit motio de se inefficax. Sic contingit in volitione inefficaci, qua Deus vult hominem hic, & nunc adimplere præceptum, per quam, & ipse Deus ineffic. determinatur, & aliqualiter applicatur ad donandum actum præceptum ; & tamen propter eius inefficaciam, non connectitur cum adimpletione præcepti.

50 Ad id quod addit solutio Resp. *Præceptum movere media cognitione intimante elicientiam actus*, non vero media cognitione proponenti motivum obiectivum actus, ut supra probavimus. Deindè : Nàm intentio finis extrinseci non determinat voluntatem ad electionem, nisi media cognitione sui ; & tamen talis intentio non movet obiectivè, & quòad specificationem ad electionem quòad sibi intrinseca. Dùm enim quis ex actu charitatis imperat actum misericordiæ; tale imperium solum movet quòad exercitium : ideòque non se tenet ex parte actus primi ad talem actum, & tamen nequit unus actus voluntatis ex alio imperari ; nisi præcedat cognitio utriusque. Quapropter cognitio præcepti solum requiritur ad motionem præcepti ob conditionem creaturæ rationalis, quę non determinatur à superiori, modo inanimato, sed animato, hoc est non solum dirigitur ab illo, sed etiam suo modo seipsam dirigit.

Ad aliud motivum

)(§)( )(✠)( )(9)(

§. X.

Solvuntur argum. contra præcedentem, & in hoc puncto præcip. concluſ.

51 ALiqua argum. satis efficacia excogitata sunt à RR. alia tamen pro nostro captu à nobis sunt adinventa, nè difficultatem aliquam dissimulemus. Ex quibus obijcies 1. Cognitio dirigens, & illuminans voluntatem ad elicientiam actus præcepti, se tenet ex parte actus primi, sive potestatis ad illam ; sed talis est cognitio præcepti ; cum munus legis, sive præcepti, sit dirigere, & illuminare hominem circa ea, quæ agenda sunt ab ipso, iuxta illud : *Mandatum lucerna est, & lex lux* : ergò cognitio præcepti &c. Maior videtur certa. 1. Quia voluntas, cum sit potentia cœca, non est potens proximè, & expedite operari absque illuminatione, & directione intellectus: maximè, quia non alia ratione cognitio bonitatis, vel malitiæ obiecti se tenet ex parte actus primi per modum complentis sufficientiam voluntatis ad amorem, vel odium, nisi quia directivè influit in prædictos actus : ergò. Nec prodest dicere, hoc solum probare de actu præcepto quo ad rectitudinem obedientiæ, secùs vero quòad rectitudinem intrinsecam, & substantialem. Non inquam prodest : Nàm cognitio præcepti se tenet ex parte actus primi ad elicientiam actus, secundum illam rationem, secnndum quam dirigit ad illam ; atqui præceptum charitatis v. g. non solum dirigit ad actum charitatis, ut ponendum ex motivo obedientiæ, sed etiam secundum rectitudinem charitatis; cum munus præcepti sit munus dirigentis ad id, quod præcipit, & quod tunc præcipitur, non est rectitudo obedientiæ, sed rectitudo charitatis : ergò cognitio præcepti se tenet ex parte actus 1. &c.

Arg. 1.

52 Confirm. 1. Cognitio movens, & alliciens voluntatem ad elicientiam alicuius actus, se tenet ex parte actus primi ad illum, secundum illam ra-

Confirm.

rationem; secundum quam movet, & allicit ad ipsum, ut videtur innegabile; sed cognitio præcepti eliciendi actum charitatis v. g. movet moraliter, & allicit voluntatem, ut ponat actum charitatis, etiam secundùm rectitudinem ei intrinsecam, ut est certum: ergò se tenet ex parte actus primi &c. Confirm. 2. Omnis cognitio, quæ præcedit actum voluntatis absque connexione cum ipso, intelligitur in signo potestatis ad actum; sed cognitio præcepti præcedit existentiam actus præcepti, & cum illo non connectitur, ut est certum: ergò. Mai. in qua potest esse aliqua difficultas prob. Id, quod præcedit actum absque connexione cum illo, intelligitur in signo indifferentiæ ex parte voluntatis ad actum, & carentiam illius; cum voluntatem esse inconnexam cum actu sit illam esse indifferentem ad ipsum. Sed signum indifferentiæ in voluntate est formalissimè signum potestatis, & libertatis ad actum: ergò. 3. Eo cognitio præcepti non se teneret ex parte actus 1. ad actum præceptum quoad sui substantiam, quia actus præceptus sub hac consideratione potest poni à voluntate deficiente cognitione præcepti. Sed hæc ratio non probat. 1. Quia solum convincit non esse principium per se exactum, ut ex animadversis n. 25. constat. 2. Quia in sent. satis probabili asserente eundem numero actum charitatis posse procedere à cognitione fidei, & visione beata; prædictus actus potest à quolibet illorum divisim procedere; & tamen hæc ratio non probat visionem beatam pro casu existentiæ sui non se tenere ex parte actus primi ad illum: & hoc quidem non alia ratione, nisi quia dirigit, & regulat, actum charitatis: ergò si cognitio præcepti præcedit per modum dirigentis, & regulantis actum præceptum, estò non sit per se requisita &c.

Secundo.

Tertio.

53 Pro solutione huius argumenti notanda est doctrina D. Thom. in 2. dist. 41. quæst. 1. art. 1. ubi inquirit S. D. *An fides dirigat intentionem in finem ultimum supernaturalem, qui est Deus?* Cui dubit. Resp. in corp. art. *Quod cum dirigere sit ordinare in finem; cum ordinare in finem dupliciter contingat; vel ostendendo finem, vel inclinando in illum; ex quibus primum convenit intellectui; secundum autem voluntati, eo quod amor, in quo exprimitur actus voluntatis est iuxta D. August. quoddam pondus animæ.* Concludit Ang. Mag. *Eidem dirigere actus voluntatis in Deum, ut finem ultimum supernaturalem per modum ostendentis, & manifestantis finem, charitatem vero dirigere eosdem actus per modum inclinationis in eundem finem.* Sed contra hanc doctrinam objicit sibi 4. argum. *Proprium opus legis est dirigere; sed conformari legi, pertinet ad iustitiam: ergò videtur quod lex, non vere fides, iustitiam dirigat.* Huic argum. Resp. *Dicendum, quod lex dirigit, sicut ostendens, qualis debeat esse actus proportionatus fini ultimo: & ideò directio fidei, quæ ostendit finem, præcedit directionem legis, quæ docet actum.*

Notandũ ex S. D. pro solut.

Hoc test. habentur dicta dub. 9. n. 32.

54 Ex hoc testim. habetur 1. hoc, quod est dirigere actus voluntatis in finem de se convenire, nedùm virtuti intellectivæ, v. g. fidei, similitèrque prudentiæ, ut ibidem solut. ad 6. docet Angel. Magist. sed etiam tùm virtuti charitatis, tùm alijs virtutibus moralibus inclinantibus voluntatem in fines proximos sibi proportionatos. Habetur 2. Modum directionis convenientis actui intellectus posse dupliciter contingere; vel purè ostendendo, & proponendo bonitatem finis, in quem tendit voluntas per suum actum; vel docendo, & ostendendo, qualis debeat esse actus. Habetur 3. Directionem purè ostensivam finis, & obiecti, in quod per suum actum tendit voluntas, præcedere directionem provenientem à lege, sive præcepto eliciendi actum; sed quorsùm hæc? Profectò, ut sciamus duplicem esse directionem ex parte intellectus; unam consistentem in cognitione intimanti, sive imperanti elicientiam actus, qui ex vi prioris cognitionis fuit propositus (en alteram) ut conveniens secundùm honestatem sibi intrinsecam. Ratio huius distinctionis est; quia dirigere, ut vidimus ex Div. Thom. est idem, ac ordinare; atqui intellectus ordinat voluntatem

Illatio 1. ex testim. relato.

Secunda.

Tertia.

ad agendum, tùm per cognitionem proponentem obiectum, ut bonum, & conveniens; tùm etiam per cognitionem præcepti intimantis, ut ponat in executione actum sibi proportionatum propositum, ut bonum, & honestum: ergò duplex modus directionis supra descriptus concedendus est.

55 Explicantur dicta.

Quod ut clarè percipiatur, apponamus exemplum in actu charitatis. Hunc enim dirigit fides, & dirigit etiam cognitio præcepti imperantis dilectionem Dei, sed tamen cum diversitate; fides enim dirigit proponendo, & ostendendo summam Dei bonitatem, & dignitatem, ut ametur super omnia; præceptum vero dirigit intimando, & imperando voluntati, ut talem actum, ad quem ex vi habitus charitatis, & cognitionis fidei illum regulantis habet facultatem, & potestatem, eliciat. Unde directio fidei est ostensiva bonitatis divinæ, quæ est obiectum formale actus dilectionis; proindèque movet quòad specificationem ex parte obiecti; directio autem præcepti est intimativa, non proponens motivum intrinsecum ad diligendum Deum; sed unicè debitum, & obligationem dilectionis; quapropter movet solum quo ad exercitium, & per modum applicationis moralis ad agendum. Hanc distinctionem apertè tradit D. Thom. dùm loco, ubi supra, ait: *Fidem dirigere ostendendo finem, legem vero docendo, qualis debet esse actus.** Et rursùs: *Directionem fidei præcedere directionem à lege provenientem*; quæ omnia suadent præceptum, & eius cognitionem, se tenere ex parte actus secundi ad actum præceptum quòad sibi intrinseca, utpotè supponentem pro priori libertatem, & potestatem ad illum per cognit. fidei &c.

* Nota ly debet.

56 Resp. in forma.

Ex his facilis est solut. in forma disting. mai. Cognitio dirigens directione proponente honestatem formalem, & intrinsecam actus præcepti, conc. mai. Directione purè intimante elicientiam actus præcepti, neg. mai. & cum ead. min. dist. neg. coseq. intellectam de actu cadente sub præcepto quòad rectitudinem sibi intrinsecam, & substantialem. Ad 1. confirm. Resp. cum eadem distinct. Nàm cognitionem movere voluntatem ad dilectionem Dei v.g. potest accidere dupliciter: vel proponendo summam Dei bonitatem, quæ est motivum formale talis dilectionis; vel intimando per imper. ut se exerceat per illã; 1. motio se tenet ex parte actus 1. quia se tenet ex parte obiecti in ratione moventis; secunda vero ex parte actus secundi; quia se tenet ex parte agentis; cui minimè intimaretur, ut faceret, nisi esset pro priori potens facere. Quod alijs terminis potest explicari distinguendo inter cognitionem moventem quòad specificationem, & cognitionem moventem quòad exercitium. Recolantur dicta num. 44.

Ad 1. confirm.

57 Ad 2.

Ad 2. disting. mai. Id, quod præcedit per modum virtutis, aut cognitionis proponentis obiectum formale, à quo dependet actus, conced. maior. Id, quod præcedit unicè per modum intimantis executionem actus, neg. maior. & cum eadem min. dist. neg. coseq. Ad maj. prob. Resp. Signum libertatis, & potestatis ad actum præceptum, esse signum indifferentiæ ad illum; & eius exentiam; non tamen est verum è converso, nisi sit signum indifferentiæper modum virtutis, aut cognitionis complentis voluntatem media propositione obiecti specificantis actum; quorum neutrum cognitioni præcepti convenit. Constat hæc doctrina in volitione inefficaci, qua Deus post collationem auxilij sufficientis ad actum præceptum, vult existentiam talis actus; & tamen huiusmodi volitio non se tenet ex parte actus primi. Constat etiam in volitione inefficaci conferendi gratiam ab intrinseco efficacem homini, etsi transgredienti præceptum; quæ quidem, utpotè non ponens in numero cum ipsa gratia efficaci, se tenet ex parte actus secundi; sive applicationis ad actum. Ratio est: Nàm cognitio præcepti tantum est applicatio moralis ad actum; ideòque non connectitur cum existentia illius; sicuti connectitur physica prædeterminatio. Præterquãquod etiam imperium voluntatis, quo ineffi-

ficacitèr vult applicare potentias externas ad operandum, non se tenet ex parte actus 1. sed tantum per modum applicationis ad illarum actus, & tamen huiusmodi imperium titulo inefficaciæ non connectitur cum illo. Ad 3. confirm. neg. mai. ut dicentem causam adæquatam; sed ideò, & insuper: quia cognitio præcepti non proponit id, à quo actus charitatis v. g. secundum rectitudinem sibi intrinsecam dependet, sed tantum habet intimare voluntati habenti potestatem ad diligendum executionem ipsius dilectionis. Nec obstat paritas de visione beata, & auxilio fluido. Hæc enim sunt principia redundantia; quia, scilicèt, conveniunt cum cognitione fidei, & habitu charitatis, in ratione proponendi summum bonum, & in ratione virtutis elevantis voluntatem ad dilectionem Dei; cognitio autem præcepti non habet rationem propositionis summę bonitatis Dei, ut super omnia diligibilis, qualiter se habet cognitio fidei; ideòque non est principium, aut exactum, aut permissum ad dilectionem Dei.

Ad 3.

58 Objc. 2. Cognitio regulæ, & mensurę rectitudinis moralis actuum, se tenet ex parte potestatis ad talem rectitudinem; sed lex, & præceptum sunt regula, & mensura rectitudinis moralis actuum, ut est certum: ergò cognitio prçcepti se tenet ex parte actus 1. &c. Confirm. & explicatur hoc. Sic se habet cognitio regularum artis ad artificiosè operādum; ac cognitio regulæ moralitatis ad moraliter operandum; sed illarū cognit. se tenēt ex parte potestatis ad artificiosè operandum: ergò etiā cognitio regulæ moralitatis ad moraliter operendum. Urgetur hoc. Lex se habet ad honestè operandum, sicuti idea ad rectum artificiatum; sicuti enim artificium tùnc rectè fit, dùm conformatur ideæ, sic actus; dùm conformatur præcepto; sed cognitionem ideæ nullus est, qui neget se tenere ex parte potestatis ad artificium rectè constructuendum: ergò etiam cognitio præcepti se tenet ex parte potestatis ad rectè operandum.

Arg. 2.

Confir. 1.

Urgetur.

59 Confirm. 2. Obiectum esse præceptum, vel prohibitum, est illud esse bonum, vel malum moraliter in sui prosequutione: ergò cognitio præcepti, vel prohibitionis obiecti 1. est cognitio proponēs honestatem, vel malitiam moralem illius; sed cognitio proponens obiectum, ut moral. honestu, se tenet ex parte potestatis ad eius prosequutionem, & cognitio malitiæ obiectivæ ad fugiendum ab illo, ut est certum: ergò cognitio præcepti se tenet ex parte actus primi &c. Mai. est certa apud omnes, præsertim Thomistas, statuentes moralitatem obiectivam desumi penès habitudinem obiecti ad legem, ut præcipientem, vel prohibentem. Sed magis perspicuum apparet in sententia Magist. Ferre tuentis cum alijs Thomistis, moralitatem obiectivam esse denominationem extrinsecam, desumptam à lege præcipiente, vel prohibente. 3. In actibus de se indifferentibus, & solum moral. honestis, quia cadunt sub præcepto; cognitio præcepti de elicientia horum actuum se tenet ex parte actus primi ad rectitudiuem moralem ipsorum: ergò dantur plures actus moraliter honesti, ad quorum elicientiam cognitio præcepti se tenet ex parte actus primi. Antecedens. probat. Voluntas non intelligitur potens elicere hos actus, ut honestos moraliter sine cognitione præcepti: ergò. Prob. antecedens: Voluntas non intelligitur potens elicere hos actus honestos moraliter sine cognitione honestatis illorum; cum talis honestas, utpotè voluntaria, debeat procedere à voluntate cum cognitione finis honesti; sed sine cognitione præcepti non apparet in prædictis actibus aliqua honestas; siquidem unicè sunt boni, quia præcepti: ergò voluntas &c.

Confir. 2.

Tertiò.

60 Pro huius argum. solut. notandum ex tract. de Moralit. primam regulam moralitatis esse legem æternam, quæ iuxta doctrinam D. Thomæ consistit in dictamine practico Divinæ Sapientiæ ordinantis actus nostros in fines sibi proportionatos, & etiā in se ipsum, tanquam ultimum finem. Regula autem proxima mo-

Pro solut. notand.

ralitatis est dictamen practicum in nobis existens, quatenùs proponit, ut honestum, & consonum rationi hunc, vel illum actum operari. Et quamvis ad hoc sit necesse obiectum actus moralitèr honesti proponi, ut conforme legi divinæ; non tamen necessarium est proponi, ut conforme legi divinæ præcipienti, sed; vel præcipienti, vel approbanti, & complacenti in elicientia talis actus. Exemplum huius doctrinæ habetur in actu elargiendi eleemosynæ hic, & nunc; quiquidem estò non cadat sub lege divina præcipiente, quia tamen cognosco illum esse conformem divino dictamini, rectè ordinanti, & disponenti de ipso; ideò talis actus evadit moralitèr honestus. Ubi manifestè apparet, quod, etsi lex æterna in menteDei existens, sit prima reg. rectitudinis talis actus, non tamen, ut talis lex participatur à nobis unicè media cognitione proponenti illum cadere sub præcepto, sed media cognitione proponenti ipsum; tùm ut conformem divinæ voluntati primo exemplari totius honestatis; tùm ut conformem divinæ rationi ordinanti hominem modo dicto operari.

61 His notatis Respond. concessa maior. negand. minor. Siquidem deficiente præcepto eliciendi actum charitatis, vel misericordiæ v. g. potest quis elicere, & de facto multotiès elicit actus virtutis supra recensitos: cum tamen respectu rectitudinis illorum debeat assignari aliqua regula, sive mensura. Nec obstat legem æternam esse regulam moralitatis: Nàm, ut immediatè animadversum relinquimus, talis lex multiplicitèr à nobis participatur in ratione mensuræ; scilicèt, vel mediante præcepto, vel mediante approbatione divinæ voluntatis, vel mediante cognitione, qua cognoscimus obiectum actus de se ordinari ad Deum, ut ultimum finem; quæ quidem cognitio; vel spectat ad virtutem prudentiæ; vel saltim est principium ad formandum dictamen prudentiæ immediatè regulativum talis actus. Ex his constat ad 1. confirm. Siquidem aliud est cognitionem regularum moralitatis, se tenere ex parte actus 1. ad honestè operandum; aliud vero huiusmodi cognitionem consistere in cognitione præcepti de elicientia actus: primum concedimus, secundum vero negamus; tùm propter dicta: tùm quia conclusio procedit de actu, qui præcisivè à præcepto apparet honestè eligibilis, ut expressè fatentur Adv. Aliter autem cognitio præcepti non esset principium redundantèr se habens, sed per se exactum ad rectitudinem actus. Ad urgent. Respond. negand. minor. Sufficit enim ad honestatem actus, conformari rectæ rationi prudentiæ, etsi non strictè præcipienti, proponenti tamen ipsum, ut conformem divinæ voluntati, vel ordinationi, vel ut conformem principijs universalibus *Synderesis*, & alijs principijs particularibus consonis regulis prudentiæ.

Respond. directè.

Ad 1. confirm.

Ad urgentiam.

62 Ad 2. confirmat. Respond. prænotando ex Eminentissim. Cayetan. 2. 2. quæst. 104. art. 2. §. in eadem Respons. ad 1. quem sequitur, & illustrat Illustrissim. Godoy tom. in 1. 2. disp. 27. §. 4. à num. 23. & alijs. Hanc esse differentiam inter præceptum, & votum actus alicuius virtutis, scilicèt, quod præceptum ordinatur ad virtutem illam, cuius actum præcipit, & nihil aliud ei præstat, quam illum facere materiam necessariam illius virtutis, respectu cuius ante præceptum solum erat materia libera, & voluntaria; votum autem non ordinatur ad virtutem, cuius actum præcipit, sed ordinat actum promissum ad virtutem religionis, efficiendo illum materiam necessariam talis virtutis. Ex quo infert Illustrissim. Godoy, legem positivam præcipientem actum, aliàs debitum lege naturali, ex motivo eiusdem honestatis, non causare duplicem speciem malitiæ in peccante, sed unam tantum; votum vero cadens supra actum, aliàs lege præceptum, arguere in actu contrario duplicem malitiam specificè distinctam; alteram contra virtutem, ad quam pertinet, ut

Ad 2. confirm.

ma-

materia necessaria ex vi præcepti, & aliam contra religionem, cuius est materia necessaria actus præceptus. Hinc ulterius infert prædictus M. comedentem carnes contra votum non delinquere contra virtutem abstinentiæ, sed contra religionem; illas tamen comedentem contra legem positivam, delinquere contra abstinentiam: quia lex obligat in materiam illius virtutis, cuius honestatem intendit, votum autem solum in materia religionis.

63 Prosequi tur solut.

Ex hac doctrina scitu digna, iam apparet solutio confirmat. Verum enim est obiectum esse præceptum præcepto virtutis religionis, v.g. ponere in ipso honestatem obiectivam talis virtutis, non tamen simpliciter, & quoad substantiam, sed cum addito, & secundum quid, hoc est, causando debitum, & obligationem apponendi actum tendentem in talem honestatem obiectivam. Ratio est. Nàm præceptum, ut supra diximus, solum facit, ut id, quod erat materia libera, & voluntaria alicuius virtutis, fiat materia necessaria illius; cumque necessitas præceptiva elicien di actum alicuius virtutis supponat potestatem ad eius elicientiam; planè colligitur ex superadditione præcepti eliciendi actum religionis, v. g. non provenire, quod obiectum talis actus appareat, ut absolutè religiosè honestum; sed tantum, ut necessario necessitate obligationis amplectendum à subiecto, cui intimatur præceptum. Ex quibus facilis est solutio informa.

64 Instabis.

Sed dices: ponamus casum, in quo subiectum, cui intimatur præceptum eliciendi actum religionis, v. g. non aliter appareat obiectum talis actus, ut honestum honestate obiectiva religionis, nisi ex vi cognitionis præcepti: hic enim casus possibilis est, & præsertim; si prædictum subiectum formet sequentem discursum: *Obiectum præceptum præcepto spectante ad virtutem religionis gaudet honestate obiectiva illius; sed sic se habet externa adoratio, & genuflexio, v.g. ergò adoratio &c. hic, & nunc apparet mihi obiectivè honesta.* Hinc subsummo. Sed cognitio alicuius honestatis obiectivè spectantis ad aliquam virtutem quoad substantiam, & non solum quoad necessitatem, se tenet ex parte actus primi ad rectitudinem moralem actus tendentis in illam: ergò possibilis est casus, in quo cognitio præcepti se teneat &c. Respond. negand. cognitionem præcepti adhuc in dicto casu se tenere ex parte actus primi ad rectitudinem religionis. Ratio est. Nàm dictum præceptum (idem de alio) dupliciter potest considerari, scilicèt, vel ut medium ad cognoscendum obiectum illius esse moraliter honestum, vel ut formaliter exercens munus præcepti sub hac tendentia: *Teneor prosequi obiectum quod mihi apparet obiectivè honestum*; quæ quidem tendentia est formalissimè tendentia præcepti in ratione intimantis, & obligantis ad positionem actus. Licèt ergò cognitio præcepti in dicto casu se teneat ex parte actus primi ad rectitudinem moralem actus, & quatenus præceptum se habet, ut medium obiectivum ad cognoscendum honestatem obiecti; non tamen, ut exercet munus præcepti, & obligantis hic, & nunc ad positionem actus; sub qua consideratione procedit præsens difficultas.

Solutio.

Per legé cogn. pec cat. Rom. 3.

65 Ad tertiá confirm.

Ad 3. Confirm. Respond. Falsum esse actus ex specie sua indifferentes unicè esse bonos, quia possunt cadere sub præcepto; siquidem independenter ab illo possunt hic, & nunc ordinari ad finem alicuius virtutis, per quarum ordinationem denominantur moraliter honesti. Constat hoc in actu eeundi ad agrum, qui quidem est de se indifferens, & tamen si exerceatur ob finem honestæ recreationis, vel ob finē studiositatis, redditur moraliter honestus. Quod si actus de se indifferens cadat sub præcepto; debet præcipi ex motivo alicuius virtutis, vel saltim ex motivo obedientiæ, sive ut in executione illius exerceatur obedientia; hæc autem solum probant omissionem talis actus esse malā malitia opposita alteri virtutis, vel etiam virtuti obediēt. non tamen probant cognitionē præcepti se tenere ex parte actus primi ad recti tudinem moralem illius. Quod si fiat casus, pro quo actus non aliter appareat

reat honestus moraliter, nisi quia existit sub præcepto; ad hoc responsum est supra concluſ. 5. ubi diximus in dicta hypothesi honestatem prædicti actus esse honestatem obedientiæ specialiter sumptæ, ad quam fatemur libenter cognitionem præcepti se tenere constitutive ex parte actus primi; non tamen cognitionem præcepti ut præcipientis ipsam honestatem, sed substantiam actus.

66 Objcies 3. Supposito præcepto eliciendi actum charitatis, v. g. talis cognitio præcepti, intelligitur in signo potestatis ad elicientiam actus
Arguit. charitatis: ergò. Prob. añs. Supposito tali præcepto cognitio illius intelligitur in signo potestatis ad omittendum peccaminose actum charitatis; cum sine advertentia præcepti nequeat homo peccare, sive quod idem est, operari voluntariè contrà legem: ergò cognitio talis præcepti intelligitur in signo potestatis ad elicientiam actus charitatis cadentis sub præcepto. Prob. conseq. Potestas libera peccandi necessario includit potestatem non peccandi: ergò si cognitio præcepti intelligitur in signo potestatis peccandi, per omissionem actus charitatis, necessario debet intelligi in signo potestatis ad non peccandum dicta omissione. Sed vitare peccatum omissionis actus charitatis præcepti est elicere actum charitatis: ergò in signo potestatis ad elicientiam talis actus ingreditur etiam
Explicat. cognitio præcepti. Explicatur hoc. Nemo peccat in eo, quod vitare non potest, iuxta P. August. ergò in signo, in quo intelligitur homo potens peccare, intelligitur etiam potens vitare tale peccatum; sed signum potestatis ad peccandum per omissionem actus dilectionis existentis sub præcepto, includit necessario cognitionem præcepti: ergò cum signum potestatis vitare dictam omissionem sit signum potestatis eliciendi actum charitatis præceptum &c.

67 Respond. neg. añs. Ad eius prob. concesso añti. neg. conseq. Licet
Respond. enim potestas peccandi necessario includat cognitionem præcepti, tanquam id, à quo provenit malitia peccati, tanquam à termino aversivè attacto, secùs tamen potestas non peccandi. Ratio est, quia huiusmodi potestas dupliciter potest exerceri, scilicèt, vel adimplendo actum præceptum, vel eliciendo actum virtutis; etiam si non existat sub præcepto. Qui enim diligit Deum super omnia, etiam si ad talem dilectionem non teneatur ex præcepto, non peccat in omissione actus dilectionis præceptę. Nec obstat: quod ex suppositione præcepti non est alius modus, vitandi omissionem peccaminosam, nisi eliciendo actum præceptum. Non inquam obstat. Nàm talis suppositio, cum sit accidentalis, nequit variare, aut superaddere aliquid ad signum potestatis añtis. non peccandi; cum potestas añs. respiciat actum secundum sibi intrinseca; potentia vero consequens respiciat ipsum secundum accidentalia, & ut hic, & nunc, cum omnibus circunstantijs. Quapropter impossibilitas non peccandi, nisi eliciendo actum præceptum, solum est impossibilitas consequens; cum qua componitur præceptum non spectat ullo motio ad signum potestatis non peccandi.

Objc. 4. Cognitio sancta suadens, & alliciens voluntatem ad non 68
peccandum, spectat ad signum potestatis liberi arbitrij ad rectè operandũ:
Arguit. quapropter inter gratias excitãtes merito à Theol. annumeratur: ergò etiam cognitio præcepti, præsertim supernaturalis. Conseq. constat 1. à parit. Nàm cognitio præcepti, cum sit practica, allicit ad bonum, & retrahit à malo. 2. Nàm iuxta Div. Prosp. Carm. de ingratis, cap. 14. munus proprium legis exprimitur per eadem prædicata, quæ communiter attribuuntur gratię excitanti: ergò si huiusmodi gratia se tenet ex parte potestatis ad rectè operandum, idem dicendum de cognitione legis. Añs. prob. Referendo verba S. Doct. sic enim habet: *Non consilio tantum, hortatuque benigno suadens, atque docens, quasi normam legis haberet, gratia hoc facit*: ergò hortari, & suadere ad bonum in gratia excitanti sunt prædicata communia cognitioni legis, sive præcepti. Si igitur sancta cogitatio excitans voluntatem ad rectè operandum se tenet ex

parte

parte actus primi, idem dicendum de cognitione præcepti. Confirmatur ex Concil. Milev. cap. 4. *Docente ad gratiam Dei spectare scire, quid tenere, quid fugere debeamus*; in quibus expresse continetur cognitio præcepti, tam sub munere præcipientis, quam sub munere prohibentis; sed talis scientia, sive cognitio, non spectat ad gratiam efficacem, ut est certum; aliter enim homo nunquam frangeret præceptum: ergò spectare debet ad gratiam sufficientem donantem &c.

69 Solutio. Concesso anti. neg. conseq. ad 1. eius prob. Conformiter ad dicta num. 54. & sequentibus: Resp. Cognitionem præcepti allicere ad bonum, & retrahere à malo, non quidem proponendo rationem obiectivè specificantem actum adimpletivum præcepti quoad eius rectitudinem intrinsecam; sed intimando voluntati exercitium actus, aut eius omissionem; ideòque allicit, & retrahit supponendo potestatem, sive libertatem ad actum, & eius omissionem. Quando autem dicitur sanctam cogitationem dare potestatem ad actum ad quem excitat, & dirigit; intelligitur de sancta cogitatione proponenti rationes obiectivas, à quibus actus quoad sibi intrinseca dependet. Hæc dicta sunt de potestate in materia ad actum cadentem sub præcepto: nam concedere cognitionem præcepti dare potestatem mediatam redundantem ad prædictum actum, quatenùs dat posse immediatum ad actum obedientiæ formalis, à quo imperari potest actus existens sub præcepto; nec opponitur hucusque dictis, nec ullam falsitatem continet, ut infra constabit. Hanc doctrin. nobis breviter tradit S. Doct. in 3. ad Anib. dist. 40. quæst. 2. art. 2. dicens: *Gratia cohibet animum per modum inclinantis, lex per modum iubentis.*

70 Ad 2. pro bat. Ad 2. probationem resp. prænotando ex D. Thom. 1. 2. quæst. 99. art. 6. in quacumque lege debere distingui, & id quod se habet formaliter, & constitutive respectu illius; & id quod ipsam legem comitatur, & ad eius observ. inducit. Si 1. modo consideretur lex, tantum dicit rationem præcepti, aut prohibitionis; si verò secundo modo consideretur includit cominationem pœnarum, & propositionem præmiorum, quibus homines moventur ad legis observationem: undè cum hæc omnia à legislatoribus ex fine observationis legis imponantur, merito sub lege comprehenduntur. Hac ratione dicitur legem veterem proponere, & promittere bona temporalia; legem verò novam æterna promittere; non quia talis promissio sit propriè actus legis; sed quia ratione illius homines excitantur ad illius observationem. Hinc dignoscitur, cur lex nova, sive lex Evangelij, dicatur *lex gratiæ*, *lex Spiritus*, & *lex iustificans* ad distinctionem legis veteris; non quidem, quia hæc attributa conveniant ipsi secundum sibi essentialia consistentia in vi præceptiva, & prohibitiva; sed quia prædictam legem commitantur, tùm propositio gratiæ adopt. & beatitudinis illam observantibus; tùm etiam Sacramenta in ipsa instituta, quæ in se continent; & causant gratiam sanctificantem illa suscipientibus. Ita D. Thom. 1. 2. quæst. 106. art. 6. Quia igitur lex vetus nihil horum habebat, dicitur ministrat. mortis, & ad nihil perfectum adducens observantes ipsam.

Doctr. notanda ex S. Doct.

71 Ex hac doct. clare percipitur illa sent. P. Aug. lib. 1. de gratia Christi, cap. 10. ubi postquam refert dictum Pelagij asserentis: eatenus dari nobis gratiam Dei ad iustè, sanctèque vivendum; *quatènus revelatione sapientiæ in desiderium Dei stupentem suscitat voluntatem; & quatènus pollicitatione beatitudinis, & magnitudine præmiorum, ipsam voluntatem succendit*: sic habet; *sed in his omnibus à comendatione legis, & doctrinæ non recedit: in lege namque, & doctrina Sanctarum Scripturam futuræ gloriæ, atque præmiorum promittitur magnitudo. Ad doctrinam pertinet etiam, cum revelatur sapientia, & dum suadetur, quod bonum est.* Percipitur inquam: non quia M. Parens existimet promissionem præmiorum esse actum legis quoad formalia illius; cum iuxta ipsum lib. 22. contra Faustum, cap. 27. lex æterna, à qua omnes leges derivantur; *sit ratio, vel voluntas Divina ordine naturæ servarem iubens, & perturbari vetans*; sed quia intimatio-

tionem legis necessario commitantur præmiorum promissio , & pœnarum comminatio pro illius observatione.

72 Illatio ex dictis.

Ex his prænotatis animadversione dignis, deducitur primo, quod, & si quandoque dicatur à SS.PP. gratiam legis excitare , & adiuvare moraliter homines ad rectè operandum; hoc intelligi debet de gratia legis secundum ea quæ ipsam comitantur , scilicèt , secundum promissionem præmiorum , & comminationem pœnarum ; non verò secundum essentialia illius , proùt præcisse dicit rationem præcepti , & prohibitionis. Ratio est. Nàm cognitio proponens aliquod præmium , vel pœnam, movet quoad specificationem saltim redundantèr ad elicientiam actus quem præcipit, vel omissionem actus, quem prohibet ; undè non mirum se tenere ex parte actus primi saltim mediatè ad actus præceptos , & inter gratias excitantes numerari ; sicuti numerari debent, timor , & amor, ex prædictis cognitionibus provenientes. At verò cognitio præceptiva , solum habet ex se intimare executionem actus præcepti , qua de causa solum movet quoad exercitium. Deducitur 2. In quo sensu dicatur legem Evangelij esse legem *vitæ* , *& spiritus*, per quod videtur illam præstare vires ad rectè operandum , deducitur inquam; quia videlicèt hæc dicta accipi debent de lege nova, ratione Sacramentorum, quę continet , & ratione gratię nobis promissę; non verò accepta legem secundum vim præcisse præceptivam; cũ in hoc nullatenus differat à lege veteri, nec ullam verã sufficientiam ad rectè operandum præstet, ut expresse docet S.D. suprà relatus : & de lege in hoc sensu procedit præsens difficultas.

Vide S.D 3. contra Gent. cap. 40.

§. XI.

Quid dicendum de actu præcepto, ut legi materialitèr conformi?

73 Senſus Aliorum.

AUthores oppositi videntes non posse facile probari cognitionem præcepti se tenere ex parte actus primi ad actum præceptum secundum honestatem sibi intrinsecam, & propriam, consideratum; conantur alia via ingeniosè procedere, scilicèt, probãdo cognitionem præcepti se tenere ex parte actus primi ad actum in re præceptum , non solum, ut honestum honestate obedientię specialis ; sed etiam , ut materialitèr conformem cum dicto præcepto. Pro quo distinguunt duplicem conformitatem materialem, unam purè physicam , alteram vero moralem ; ad primam sufficit ponere actum præceptum , etiam si non adsit cognitio præcepti ; ad secundam vero requiritur prævisio præcepti : cumque ex vi illius reddatur positio actus præcepti voluntaria , ideo affirmant ad conformitatem moralem liberam, & voluntariam actus cum præcepto, se tenere ex parte actus primi cognitionem præcepti. Contra hunc modum dicendi.

74 Assertio 1. contra modum relat.

Dico 1. *Cognitio præcepti , ut talis, non requiritur necessario ex parte actus primi ad conformitatem materialem liberam , & voluntariam, actus cum præcepto.* Prob. concl. brevitèr , & efficacitèr. Cognitio præcepti, ut talis , solum requiritur ex parte actus primi ab Adv. ad id , quod cadit sub præcepto , tanquam materia per illud præcepta ; sed cognitio præcepti eliciendi actum religionis, v.g. non præcipit intimando conformit. volunt. prædicti actus cum præcepto, & cum eius cognitione : ergò cognitio præcepti ut talis non concurrit necessario ex parte actus primi ad actum , ut conformem &c. Mai. constat : Nàm munus præcepti formalitèr sumpti est munus præcipientis , quod quidem dicitur correlativè ad rem præceptam. Si enim comparetur , ut obiectum , vel motivum respectu actus, vel alicuius formalitatis in eo repertę ; talis consideratio non est propria illius in esse præcepti, sed in esse obiecti mot. vel sub alio munere. Min. vero prob. 1. Nàm aliàs, qui poneret actum in re præceptum sine cognitione præcepti, peccaret, utpotè non ponens actum modo, quo ipsi præcipitur. 2. Quia materia præcepti præsupponitur ad ipsum , sicuti materia artis ad artem. Sed conformitas actus cum

præ-

præcepto , & eius cognitione, non præsupponitur ad præceptum, ut est certum: ergò.

75 Quædam solutio.

Nec valet dicere, quod licet ex terminis hoc sit verum, ex suppositione tamen, quod adsit cognitio præcepti, iam præceptum, saltim exercite, præcipit conformitatem materialem voluntariam actus cum ipso præcepto; siquidem repugnat elicere actum præceptum in sensu composito talis cognitionis absque prædicta conformitate. Non inquam valet primo. Si ex suppositione cognitionis præcepti tale præceptum, saltim exercitè, præcipit conformitatem voluntariam cum illa, adimplens tale præceptum, vel vult saltim secundario, & obliquo dictam conform. vel non? neutrum dici potest iuxta doctrinam Adv. ergò. Min. quoad 1. p. probatur. Si adimplens tale præceptum vellet modo dicto conformitatem actus cum præcepto; talis actus non solum esset honestus honestate propria, & specifica, sed etiam honestate obedientiæ specialitèr dictæ. Ratio est; nàm actus, non solum accipit moralitatem ab obiecto, sed etiam à circunstantijs spectantibus ad aliam virtutem; dummodo sint volitæ saltim secundario, & in obliquo. Sed conformitas actus cum præcepto est circunstantia pertinens ad virtutem obedientiæ: ergò talis actus gauderet honestate obedientiæ specialitèr dictæ, non quidem specificante ipsum, sed ut circunstantia accidentali: ergò solum se tenet ex parte actus primi ad actum secundum honestatem specialis obedientiæ, non vero secundum honestatem ei specificam; quod libenter concedimus. 2. Si dum ponitur actus charitat. simul cum cognitione præcepti, datur rectitudo specialis in illo distincta, & hæc præcipitur exercite; qui cum tali cognitione omittit actum; committet duplex peccatum, aut unum cum duplici malitia; scilicèt, dupl. privatione rectitudinis debitæ ex præcept. Quod est planè falsum.

Reijcit. 1

Talis conform. ad aliquam virtutem pertinet.

76

2. Vero pars min. prob. Si adimplens tale præceptum non vult secundario, & in obliquo prædictam conformitatem; ergò talis conformitas non est ullo modo volita; proindeque non est voluntaria: nàm licet possit actus esse voluntarius, & obiectum illius esse à voluntate nolitum, ut constat in odio peccati; nequit tamen actus esse voluntarius, aut aliquid se tenens ex parte actus primi, quin sit volitus. Hinc infero actum prędictum, ut voluntarie conformem cum præcepto, nihil aliud importare quàm existentiam illius, & cognitionem præcepti; cumque ad nihil horum præceptum se teneat ex parte actus primi: ideo nec se tenet hoc modo ad conformitatem voluntariam actus cum præcepto, quod assumptum sic prob. Talis conformitas, aut est aliquid præter aggregatum ex voluntarietate actus, & cognitione præcepti; vel non? si primum: ergò cum iuxta Adv. talis conformitas sit laudabilis, erit honesta honestate distincta ad honestate specifica actus; proindequè honesta honestate obedientiæ specialis. Si secundum, sic argumentor. Sed cognitio præcepti non se tenet ex parte actus primi, nec ad se ipsam, nec ad actum prędceptum quoad sui intrinseca; ut probatum est: ergò non se tenet ex parte actus primi ad talem conformitatem. Dixi ex parte actus primi in sensu proprio; nàm ad tale aggregatum ingreditur in genere causę formalis inadęquatè illud constituentis; quo pacto etiam ingreditur ipse actus, quin per hoc dici possit ipsum se tenere ex parte actus primi ad prędictam conformitatem cum prędcepto.

77 Assert. 2.

Dico 2. *Et si cognitio præcepti requiratur necessario ad conformitatem materialem voluntariam, & liber. actus cum præcepto, non probatur illam se tenere ex parte actus primi.* Constat primo ex dictis: Nàm nomine talis conformitatis voluntarię, vel intelligitur aggregatū ex cognitione prędcepti, & entitate actus voluntariè eliciti; vel intelligitur aliquid se tenens ex parte actus prędcept. distinctum tamē saltim modalitèr à prędicta entitate? si primum falso, & improprie dicitur cognitionem præcepti se tenere ex parte actus primi: munus enim actus primi non est munus causæ formalis in ordine ad id, respectu cuius se habet,

ut

ut actus primus, sed est munus principij directivè, aut elicitive influentis in illud. * Tùm quia, ut antea diximus, etiam ipse actus poterit dici se tenere ex parte actus primi ad conformitatem voluntariam sui cum præcepto. Si secundum: cognitio præcepti se tenebit ex parte actus primi ad actum ut honestum honestate obedientiæ specialis, non vero ut honestum honestate sibi intrinseca. Prob. conseq. Conformitas actus cum præcepto ut distincta ab honestate illi intrinseca, est honestas spectans ad virtutē obedientiæ; cum iuxta Adv. talis conformitas sit laudabilis, & aliunde sit distincta à laudabilitate ab intrinseco convenienti actui, & laudabilitas sit proprietas consequuta ad rectitudinem moralem actus. * ergò.

* S. D. q. 1. de pot. ac tus 1. dicitur principium operat.

* De quo S. D. sup. q. 21. art. 2.

78 2. Prob. Eo cognitio præcepti se teneret ex parte actus primi ad conformitatem voluntariam actus cum præcepto, quia ad ipsam præcederet. Sed hæc ratio est nulla: ergò. Prob. min. 1. Esto talis cognitio præcedat conformitatem voluntariam, præcedit illam movendo quoad exercitium, & intimando executionem illius; sed huiusmodi præcedentia non se tenet ex parte actus primi, ut ex dictis §. 6. abunde constat: ergò. 2. Cognitio præcepti præcedens dictam conformitatem, vel præcedit illam intimando sub hac tendentia præceptiva: *Fac dictam conformitatem*, vel sub hac tendentia. *Bonum, & honestum est conformare actum cum præcepto?* Si primum: ergò cum materia præcepti præsupponatur ad ipsum, nequit præceptum sub illa tendentia præcedere ex parte actus primi ad prædictam conformitatem. Si secundum: ergò cum cognitio præcedens sub illa tendentia non sit cognitio formaliter præceptiva, ut ex se patet: ex præcedentia talis cognitionis non probatur cognitionē præcepti se tenere ex parte actus primi ad conformitatem voluntariam actus cum præcepto.

Probat. 2.

)(§)( )(✠)( )(§)(

§. XII.

Aliquibus instantijs fit satis.

79 SEd ut dicta melius percipiantur obijcies 1. Id, sine quo voluntas nequit conformare conformitate materiali voluntaria actum cum præcepto, se tenet ex parte actus primi ad prædictam conformitatem; sed voluntas nequit voluntariè conformare actum cum præcepto conformitate, adhuc purè materiali, sine cognitione præcepti: ergò. Min. videtur certa, & prob. Nequit voluntas voluntariè conformare actum cum præcepto, quin coniunctio actus cum præcepto sit ei voluntaria; vel quod idem est: quin velit adimplere præceptum; sed nihil horum potest voluntas exequi sine cognitione præcepti; cum nihil sit volitum, vel voluntarium, sine prævia cognitione: ergò. Confirm. 1. Adimplere voluntariè, esto materialitèr, aliquod præceptum (hoc est, & non ex motivo obedientiæ) est adimplere cognoscendo talem adimpletionem; sed sine cognitione præcepti nequit aliquis cognoscere se adimplere præceptum: ergò cum aliàs præcedat absque connexione cum actu, præcedit per modum actus primi. Confirm. 2. Cognitio requisita ad voluntarietatem actus se tenet ex parte actus primi ad illum in ratione voluntarij, ut constat ex huius deffinitione; sed cognitio præcepti requiritur ad hoc, ut quis conformet voluntariè actum cum præcepto: ergò cognitio præcepti, licet non se teneat ex parte actus primi ad actum præceptum secundum se acceptum, secùs tamen ad actum, ut voluntariè conformem cum præcepto. 3. Ad hoc, ut quis disconformet voluntariè, esto non ex motivo inobedientiæ, actum cum præcepto ipsum prohibenti, præcedit ex parte actus primi cognitio præcepti: ergò paritèr ad conformitatem voluntariam actus cum præcepto &c.

Arg. 1.

Confir. 1.

Secundo

Confir. 2.

80 Hoc argumentum pluribus titulis est prorsus inefficax. In primis maior primi syllog. ex terminis est falsa,

Ostenditur argum. in hac. 1.

falsa, ut ex dictis *assert.* 2. constat. Et ratio id ipsum convincit; nàm ratio libertatis est ratio principij, sive facultatis activę ad operandum, vel non operandum; proindequè, quidquid se tenet ex parte actus primi spectantis ad signum libertatis, debet concurrere ad exercitium talis libertatis in genere principij activi, vel per modum dirigẽtis, vel per modum influentis; secus tamen, si solum concurrat in genere causæ formalis intrinsecę, vel extrinsecę. Hoc quidem pacto concurrit cognitio ad conformitatem liberam actus cum ipso prȩcepto. Primo, quia talis conformitas est quoddam aggregatum ex entitate actus, & ex ipsa cognitione præcepti. 2. Quia iuxta Adv. libertas est denominatio extrinseca à cognitione indifferenti in intellectu proveniens. Sed hæc omnia probant cognitionem præcepti solum in genere causę formalis concurrere ad prædictam conformitatem in ratione causę formalis: ergò non probant talem cognitionem se tenere ex parte actus primi in sensu proprio, & in quo præsens difficultas procedit.

81 Secundo. Ulterius. Actus in se præceptus, & ut voluntariè conformis cum præcepto, vel importat aliquam recti titudinem modalẽ distinct. à rectitudine ei intrinſ. & quam non habet deficiente cognitione præcepti, vel non? Si primum: ergò cum talis rectitudo distincta nequeat spectare ad aliam virtutem, nisi ad obedientiam specialitèr dictam; argumentum Adv. solum probat cognitionem prȩcepti se tenere ex parte actus primi ad actum præceptum, ut honestum honestate obedientiæ: quod libentèr fatemur. Si secundum: ergò cognitio præcepti non se tenet ex parte actus primi quantum ad id, quod actus dicit de rectitudine, & honestate morali, sed ad summum quantum ad id, quod dicit de aliqua denominatione libertatis, & voluntarietatis; sed hoc assumptum, nec est ad intentum Adv. nec probat aliquid contra doctrinam hucusque traditam. Cuius ratio est. Nàm Adv. probant cognitionem præcepti se tenere ex parte actus primi ad actum voluntatis ea ratione, qua dirigit præcipiendo, & intimando illius executionem; certum autem est non præcipere directè, & signate denominationem libertatis, & voluntarietatis in actum, sed solũ exercitium actus, & tendentiam illius in obiectum religionis, vel charitatis, v. g. Deindè: Nàm Adv. probant idem assumptum; quia præceptum se habet, ut regula, & mensura rectitudinis moralis convenientis actibus voluntatis: ergò dummodo cognitio præcepti, non se teneat ex parte actus primi ad actum voluntatis, quem præcipit secundum se acceptum; vel secundum rectitudinem moralem sibi intrinsecam; parum refert concedere illam se tenere ex parte actus primi in ordine ad actum voluntatis consideratum secundum aliquam denominationem voluntarietatis: & maximè, si talis denominatio sit ei extrinseca, ut videtur innegabile iuxta principia Adversar. & aliunde hæc denominat. non sit de numero cadentium sub præcepto.

82 Ostensa inefficacia argumenti dupliciter ei potest occurri. Primum est; illud solum probare cognitionem præcepti concurrere in genere Resp. 1. causæ formalis ad conformitatem voluntariam materialem actus cum præcepto: Cum talis conformitas in esse voluntarię iuxta Adv. solum superaddat cognitionem præcepti; Hic negatur esse proprie actum 1. non vero aliquam rectitudinem moralem actui intrinsecam, & expectantem ad aliam virtutem, à qua provenit elicientia talis actus. Quin potiùs accidere potest, ut talis actus elicitus cum ignorantia præcepti sit laudabilior, & honestior intra propriam lineam; siquidem potest esse imtensior, & cum maiori voluntarietate intra propriam lineam elicitus. Secundo. 2. Potest responderi, dist. mai. Se tenet ex parte actus primi ad prædictam conformitatem, ut reduplicativè voluntariam, conced. mai. Ad prędictam conformitatẽ, ut specificative voluntariam, & prout dicit rectitudinem moralem intrinsecam actus, neg. mai. & cum eadem min. distinct. dist. conseq. eodem modo.

Quid

Quid enim obest concedere cognitionem præcepti se habere ex parte actus primi per se requisiti ad actum reduplicata aliqua eius denominatione; si non se tenet ex parte actus primi, nec ad entitatem actus, nec ad eius rectitudinem moralem ipsi intrinsecam, & ex obiecto convenientem? si enim non obest impeccabilitati Christi Domini cognitionem præcepti de morte subeunda se tenere ex parte actus primi ad mortem, ut subeundā liberè ex motivo obediētię; cur obesse poterit, quod talis cognitio se teneat ex parte actus primi ad mortem, reduplicata aliqua denominatione, quæ non cadit sub tali præcepto? per hoc constat ad primam confirmationem.

Ad 1.con firm.

82 Ad secundam, dist. mai. ad voluntarietatem actus consistentem in tendentia illius ad obiectum propositum positivè ut amandum, & prosequendum per talem cognitionem, conced. mai. Ad voluntarietatem actus consistentem in sola coexistentia cum tali cognitione, neg. mai. & dist. min. Cognitio præcepti requiritur, ut quis conformet voluntariè actum cum præcepto; voluntarietate consistente in tendentia actus ad obiectum, ut cadit sub præcepto, neg. min. Consistente in sola coexistentia actus cum præcepto, conced. min. & dist. conseq. eodem modo. Dum enim quis sciens se teneri ex præcepto ad actum religionis, v. g. illum elicit unicè, ob honestatem talis virtutis; duplicem voluntarietatem ponit in tali actu; unam consistentem in tendentia voluntatis ad honestatem religionis sibi propositam per cognitionem regulativam talis virtutis; alteram verò consistentem in eo, quod sic operans cognoscit prædictum actum esse sibi præceptum, & ad quem tenetur ex præcepto. Ratio huius distinctionis est. Nàm in homine talitèr operanti concurrit duplex cognitio, una sub hac tendentia: *Bonum, & conveniens est prosequi obiectum Relig. attenta eius specifica bonitate*: Alia sub hac: *Teneor prosequi obiectum modo supradicto propositum*: undè poterit in tali actu distingui duplex voluntarietas immediatè descripta: ita ut ad primam non se teneat ex parte actus primi cognitio præcepti; cum non proponat obiectum motivum religionis; benè tamen ad secundam, quę solum in extrinseca coexistentia actus cum scientia obligationis consistit, & quę nullam rectitudinem moralem actui præcepto superaddit.

Ad 2.con firm.

83 Ad 3. concesso antì. neg. conseq. vel illam distinguo distinctione supra num. 81. tradita. Ratio discriminis est; quia ad malitiam moralem actus requiritur necessario cognitio præcepti; cum de ratione præcepti sit oppositio cum lege; ubi enim non est lex, nec est prævaricatio legis. Secùs tamen dicendum de rectitudine morali; cum sine cognitione præcepti de actu possit quis rectè, & rectissimè operari. Undè cognitio præcepti, si requiritur ex parte actus primi ad disconformitatem voluntariam actus, non requiritur *præcisse* ex terminis voluntarietatis; sed quia talis disconformitas est formalis malitia in actu; & ad malitiam moralem requiritur ex parte actus primi cognitio legis. Cum autem conformitas purè materialis actus cum præcepto, esto voluntaria, nullam ei honestatem superaddat; ideo non se tenet cognitio præcepti ex parte actus primi ad actum quoad sui intrinseca consideratum.

Ad 3.con firm.

84 Dices 1. Nequit negari conformitatem voluntariam actus cum præcepto, esto non ponatur ex fine obediendi præcepto; esse laudabilem, & meritoriam; qua laudabilitate, caret qui elicit actum non existentem sub præcepto; vel actum in re præceptum ignorando existentiam talis præcepti: ergò cognitio præcepti se tenet ex parte actus primi ad actum præceptum, non solum secundum aliquam rationem voluntarietatis; sed etiam secundum aliquam rationem laudabilitatis, & honestatis moralis. Huic instantię sæpius innituntur Adv. sed inefficaciter, quod sic probo. Ponere voluntariè actum conformem præcepto, vel est ponere in illo aliquam rectitudinem spectantem ad virtutem obedientię, proùt est virtus specialis; vel non? Si primum (prætèr quam-

Instabis.

Prob. inefficac. instantiæ.

quod

quod est contra D.Thom. 2.2.quęst. 104. art. 2.) instantia solum probat cognitionem prȩcepti se tenere ex parte actus primi ad actum, secundum rectitudinem obedientię specialitèr dictæ consideratum; quod libentèr omnes fatemur. Si 2. ergò actus elicitus cum cognitione præcepti non est laudabilis laudabilitate speciali distincta ab illa, quæ convenit ipsi ex voluntaria tendentia in proprium obiectum. Prob. conseq. Laudabilitas,& imputabilitas ad meritum in actu consequitur tanquam proprietas ad eius honestatem, & rectitudinem moralem: ergò ubi non adest specialis honestas, & rectitudo moralis, nequit specialis laudabilitas, & imputabilitas ad merirum ad esse.

85 Dices 1. Talem specialem laudabilitatem in actu esse tantum modalem, & spectantem ad eandem virtutem ratione maioris voluntarietatis,cum qua elicitur existenti advertentia præcepti.Contra est. Nàm maior voluntarietas augens in actu rectitudinem, & laudabilitatem desumitur ex cognitione regulanti ipsum, & cum maiori certitudine, & vivacitate proponenti honestatem proprij obiecti; sed quod existat advertentia præcepti, non facit obiectum talis actus proponi cum maiori, & intensiori cognitione de honestate illius, ut est certum: ergò. Ulteriùs: Nàm eliciens actum sine cognitione præcepti; vel quia non datur præceptum, vel quia inculpabilitèr illud non advertit; perindè se habet ac eliciens actum consilij, & supererogationis; sed quod actus alicuius virtutis sit moral. actus consilij, & supererogationis, non minuit eius laudabilitatem, ut est innegabile: ergò nulla specialis laudabilitas accrescit actui elicito cum cognitione præcepti, & nullam rectitudinem obedientiæ ex tali cognitione accipienti.

Prima solut. Adv. reijcitur.

Magis,& minus intra eandem speciem sunt ab eadem forma.

86 Nec dicas 2. In casu advertentiæ præcepti specialem laddabilitatem in actu fundari in rectitudine obedientiæ materialis; voluntarię tamen; qua rectitudine caret, dùm non adest advertentia præcepti. Non inquam dici valet. Nàm in tali obedientia purè materiali distingui debet, & id quod dicit de rectitudine, & honestate; & id quod dicit de voluntarietate; si primo modo consideretur, nullam dicit rectitudinem, aut honestatem specialem, sed solum honestatem specificam illius virtutis, à qua elicitivè procedit. Actus enim charitatis, ut est obedientia materialis præcepti, non dicit rectitudinem distinctam à virtute charitatis; vel ab alia virtute procedentem. Si autem secundo modo consideretur prædicta voluntarietas, solum superaddit ad entitatem, & rectitudinem actus, præcepti cognitionem; cuius advertentia non est laudabilis per se, & in actu secundo: ergò in tali obedientia purè materiali, esto voluntaria, non adest specialis ratio laudis, aut meriti.Recolantur dicta sup. à num. 80.

Secunda solut. reijcitur.

87 Hinc deprehendes; qua ratione dicatur perfectiorem esse modum adimplendi præceptum, adhuc purè materialitèr cognoscendo obligationem præcepti, quam talem obligationem inculpabilitèr ignorando. Deprehendes, inquam. Nàm hæc maior perfectio se tenet ex parte subiecti; non vero ex parte actus, qui omnem rectitudinem moralem sibi intrinsecam ex obiecto, & circunstantijs per ipsum volitis, saltim secundario, accipit. Deindè talis maior perfectio consistit in eo, quod cum adest cognitio præcepti, adest in prædicto subiecto libertas, sive potestas proxima eliciendi actum ex motivo obedientiæ;quæ libertas deficit deficiente cognitione præcepti. Certum est autem elicere actum unius virtutis cum potestate proxima eliciendi ipsum ex motivo alterius importare maiorem perfectionem in subiecto; quam sine tali potestate illum producere.Ulteriùs: Nàm omninò indubitatum est elicere actum eleemosynæ v. g. cum cognitione proponenti illum ut utilem, tùm ad finem charitatis, tùm ad satisfaciendum pro peccatis, tùm ad finem religionis, dicere maiorem perfectionem, quam ipsum elicere cum cognitione so-

Illatio ex dictis.

lum proponenti honestatem misericordiæ ; & tamen hæc maior perfectio, utpotè solum se tenens ex parte subiecti, & expectans ad signum potestatis ponendi in actu prædictarum virtutum rectitudinem ; non probat actum elicitum cum cognitione supra descripta esse intrinsecè perfectiorem, aut aliqua rectitudine distincta, à rectitudine misericordiæ gaudere ; si aliàs ex motivis propositis per illam non movetur: ergò idem dicendum de maiori perfectione provenienti ex advertentia præcepti, si aliundè non movetur ad operandum nec adæquatè, nec inadæquatè ex honestate conformitatis cum præcepto.

§. XII.

ULTIMA CONCLUSIO.

Cognitio præcepti intelligitur in signo potestatis mediatę ad actum præceptum, non constitutivè, sed redundantèr.

88 Explicat. sensus concl.

COnclusio solum indiget explicare. Pro quo notandum est cognitionem constituentem libertatem, & potestatem immediatam ad actum unius virtutis, posse imperari in elicientia talis actus ab actu alterius virtutis ; cuius libertas, & potestas immediata pendet ex altera cognitione. Hoc videre est in libertate constituta per cognitionem practicam proponentem Deum, ut finem ultimum, ad quem omnia opera nostra debent ordinari. Ex tali enim cognitione potest voluntas immediatè prorumpere in actum charitatis imperantem actum religionis, vel misericordiæ v. g. dependentem à cognitione proponenti, ut bonum, & conveniens, exercitium in dicta materia. In hac enim hypothesi datur duplex libertas immediata in voluntate ; una, scilicèt, ad actum charitatis constituta per cognitionem summæ bonitatis Dei ; altera vero ad actum religionis constituta per cognitionem proponentem honestatem talis virtutis. Attamen quia in dominio voluntatis est se exercere per priùs per actum charitatis imperantem actum religionis ; ideò libertas immediata in voluntate ad se exerceudum per actum charitatis, est libertas, sive potestas mediata, ut voluntas se exerceat per actum religionis ex imperio illius.

89 Probat. quòad 1 part.

Ex qua doctrina deducitur, cognitionem præcepti, utpotè constitutivam libertatis, sive potestatis immediatę ad actum obedientiæ formalis, cuius tendentia est huiusmodi : *Volo bonitatem subiectionis, & conformitatis cum præcepto*, debere intelligi in signo potestatis mediatę ad actum virtutis cadentem sub præcepto. Ratio est. Nàm potestas immediata ad actum imperantem actum alterius virtutis, est potestas purè mediata ad illum, sed actus virtutis obedientiæ, proùt est virtus specialis, potest imperare actum virtutis religionis existentem sub præcepto, ut omninò certum est : ergò cognitio præcepti constituens libertatem immediatam ad actum obedientiæ formalis &c. Deducitur ulteriùs, quod quemadmodum pro casu eliciendi actum religionis ex imperio charitatis intervenit duplex cognitio : una regulativa, & directiva actus charitatis ; altera vero regulativa actus religionis ; ita similitèr in nostro casu urgentiæ præcepti eliciendi actum religionis, intervenit duplex cognitio ; una, scilicèt, proponens honestatem obediendi præcepto ; altera vero proponens honestatem exhibendi cultum Deo. Quod si voluntas hac duplici cognitione præventa non se moveat ex 1. cognitione, eliciendo per priùs actum obedientiæ formalis, talis cognitio se habebit purè concomitantèr in actu secundo ; de formali tamen aptitudinalitèr, sive in actu primo. Quod non sufficit ad refundendam in actu virtutis existente sub præcepto aliquam rectitudinem, sive honestatem moralem ei superadditam.

90 Prob. 2. pars.

Quia tamen, ut probatum relinquimus, non requiritur ad eliciendam actus virtutis v.g. religionis, vel mi-

misericordiæ v. g. præcedere cognitionem præcepti ; proindèque nec imperium actus obedientiæ formalis; clarè percipitur cognitionem præcepti constituentē potestatem immediatam ad actum obedientiæ formalis, & dantem potestatem purè mediatam ad religionis actus, non ingredi constitutivè ad signum adhuc potestatis mediatæ. Et ratio à priori est. Nàm potestas immediata ad adquirendum principia immediatè influentia in actum religionis, est potestas purè mediata ad talem actum; sed sine cognitione præcepti potest voluntas immediatè acquirere principia immediatè influentia in actum religionis, ut est certum : ergò potestas mediata ad prædictum actum non includit constitutivè cognitionem præcepti. Hinc dignoscitur discrimen inter potestatem immediatam ad intentionem alicuius finis, quæ est simul potestas mediata ad electionem mediorum ad illum conducentium, & inter potestatem mediatam ad actum religionis, quam confert cognitio præcepti constituens libertatem immediatam ad actum obedientiæ : Nàm cum voluntas in actum electionis, quæ sit strictè talis, nequeat prorumpere sine prævio actu intentionis : ideò non intelligitur voluntas cum libertate ad eligendum sine prævia intentione finis, & eius cognitione. Sed quia oppositum accidit in cognitione præcepti; ideò tantùm se habet redundantèr ad potestatem eliciendi actum virtutis; licet constitutivè se habeat ad libertatem obedientiæ, & actum illius. Per quod manet probata utraque pars conclusionis. Advertendum tamen nunquam debere concedi *in signo libertatis ad actum virtutis existentem sub præcepto ingredi cognitionem præcepti, si actus consideretur secundum rectitudinem sibi intrinsecam.* Ratio est: Nàm prædicta cognitio constituit libertatem immediatam, & distinctam, à libertate immediata ad actum religionis constituta per cognitionem proponentem honestatem obiectivam religionis, ut probatum relinquimus ; duæ autem libertates distinctæ, & quarum una ab altera non dependet, nequeunt collocari, aut intelligi in eodem signo.

Notandū.

91

Obijcies ex S. Ambrosio ad Rom. 6. fol. 1830. *Lex addita est, ut eius authoritate, & magisterio ingenium naturæ proficeret ad fructum iustitiæ faciendum. Sicut enim natura interit, nisi habeat nutrimenta, quibus forma adolescat ; ita naturale iustitiæ ingenium, nisi habeat, quòd respiciat, & veneretur, facilè ægrotat, nec proficit. Conveniențer igitur data est lex.* Ergò videtur legem, tùm propter Magisterium, tùm propter similitudinem cum alimentis ad profectum vitæ naturalis, se tenere immediatè ex parte actus primi ad actus virtutis, & iustitiæ. Resp. S. Prosp. epist. ad Rufinum afferere gratiam concessam à Pelag. poni ut *libero arbitrio Magistram, ut non sit aliud gratia, quam lex, quam Propheta, quam Doctor.* Unde distingui potest duplex Magisterium ; unum ostendens, & revelans bonitatem obiecti, alliciendo moraliter, & trahendo voluntatem; aliud purè imperativum docēs, qualiter debeat operari. Et hoc est Magisterium legis secundùm vim præceptivam ; quod denotat illa dictio apposita à D. Amb. *Authoritate* ; signif. dominium iurisdictionis imperantis. Paritas strictè acceptaprobat legem dare vires physicas, quod est prorsùs falsum. Unde sufficit convenientia in conducentia ad profectum iustitiæ; estò solum sit coercendo à malo, & imperando bonum. Nota S.D. 1.2.q. 98.a.6. dicere : *Legem veterem datam fuisse in auxilium.* Hoc autem iuxta ipsum est verum : *quia lex naturalis incipiebat obscurari. Unde fuit in remedium ignorantiæ humanæ : Per legem enim cognitio peccati.*

Arguit.

Euthim. in Ps. Salm. 90.

Solutio.

92

Obijcies 2. Imperium intellectuale Monasticum se habet ex parte actus primi ad usum activum; cum unicè reguletur obiective ab illo; & tamen eius tendentia est præceptiva, & explicatur per *fac hoc* : ergò estò præceptum &c. Resp. ex doctrina communi, quam illustrat M. Boliv. tract. de Prædest. dub. 1. à n. 34. & dub. 2. à n. 22. tale imperium esse iudicium practicum habens duo, scilicèt, proponere media exequibilia, ut bona, & convenientia voluntati ; & simul

Obijc. 2.

Solutio.

efficaciam intrinsecam derivatam ex electione : ratione primi muneris constituit actum 1. & movet quòad specificationem ad usum; ratione vero secundi movet quòad exercitium,

* * & licet solum explicetur per *fac hoc*; habet tamen aliam tendentiam proponentē obiectū ut bonum, quòd non convenit *præcepto* in esse talis.

De quo Medina 1 2. q. 17. a. 1.

Sed dices : licet præceptum non sit necessario requisitum, ut homo operetur, ut agens Physicum, & simili libertate ; secùs tamen, ut operetur, ut agens morale, & libertate actù morali imputabili ad meritum, & demeritum. Tùm quia lex est regula moralitatis. Tùm quia nequit homo operari, ut agens morale, nisi ut moraliter subiectum Deo, ut 1. agenti morali. Sed Deus constituitur agens 1. morale per legem, & præcepta de actibus liberis : ergò. Resp. Omnia dicta in anteced. intelligenda esse de præcepto cadente directè supra aliquem actum determinatum, v. g. temperantiæ, Religionis &c. non tamen de præcepto, aut lege cadente universaliter supra prosecutionem boni honesti in omni actione libera, & vitationem malitiæ moralis. Huiusmodi enim præcepta sunt necessario requisita ad moralitatem actus. Similiter dicendum de præceptis particularibus, saltim vagè, & disiunctivè. Nàm hoc ipso, quòd sit præceptum charitatis, vel Religionis &c. potest ex illo moveri voluntas ad honestè agendum in quacumque materia. Patet hoc in Christo Domino, cui esto mors non fuisset præcepta, potuit illam honestè velle ex motivo charitatis.

93

Instabis.

Resp.

Ex omnibus hucusque dictis constat difficultatem concordiæ libertatis in Christo Domino cum eius impeccabilitate esse eandem cum illa, quæ apprehenditur in concordia gratiæ ab intrinseco efficacis, & prædestinationis, cum libertate actuum humanorum. Sicut enim talis gratia &c. non tollit libertatem, quia non est necessitas antecedens, sive se tenens ex parte actu 1. ad actum ; sed purè consequens, & ex parte actus secundi se tenens, ut applicatio potestatis ad actum ; ita, ut probatum relinquimus, se tenet cognitio præcepti, cui proprium est supponere libertatem, & potestatem dominij ad actum præceptum. Hinc quemadmodum ad liberam elicientiam actus prædefiniti, & prædeterminati, sufficit potestas ad omissionem iliius in sensu diviso prædeterminationis, ponendo tamen à Deo titulo Supremi Domini, non verò à creatura ; ita ad liberam adimpletionem præcepti sufficit potestas ad carentiam actus in sensu diviso præcepti, faciendo unicè à Deo titulo Supremi Domini moralis, & non à creatura moraliter subiecta Deo. De quo nostri Thom. & inter alios M. Bolivar. Qui plura scire desiderat circa imbecillitatē legis, eiusque insufficientiam ad rectè operandum ; legat Illust. Castell tomo de lege q. 4. *Et hæc de hoc dub. applic. litt. Mag. ubi præced.*

94

Illatio ex dictis.

DU-

DUBIUM XI.

ANGRATIA, PER QVAM DEVS præparat in homine bonam voluntatem, ſit gratia excitans, & cui voluntas conſentit purè negativè?

N. 1 DEum præparare in nobis bonam voluntatem, ut ſalutaritèr, velimus, nec ſine tali præparatione poſſe ſuboriri in nobis talem voluntatem; eſt veritas Catholica, deſumpta ex Concil. & SS. PP. præſertim M. P. de Prædeſtin. SS. cap. 6. de gratia, & lib. arb. cap. 16. in Enchir. cap. 32. & alibi. Unde difficultas procedit de qualitate gratiæ, per quam bona voluntas præparatur à Deo. Supponimus gratiam excitantem in motibus ſubitæ illuminationis, & ſanctæ affectionis, conſiſtentem, in aliquo ſenſu, eſſe præparationem ad bonam voluntatem, ſive ad volitionem; per quam liberè, & ſalutaritèr volumus. Ratio eſt, quia huiuſmodi motus (eſtò etiã iuxta plures influant phyſicè in conſenſum ſalutarem) diſponunt voluntatem, ut liberè efficacitèr velit. Cum enim omne agens procedens de potentia ad actum priùs ſe exerceat per actum imperfectum, quam perfectum, oportet in voluntare creata præcere huiuſmodi motus ſupernaturales imperfectos, ut eis confortata, & actuata, prorumpat in actus ſupernaturales liberos, efficaces, & perfectos. Quapropter, ſicuti per rectas apprehenſiones diſponitur intellectus, ut proferat iudicium rectum de rebus; ita ſimilitèr voluntas diſponitur, fitque habilior, & promptior ad velle efficax, & perfectum, per ſubitas affectiones amoris, timoris &c.

Notandum 1.

2 Secundo. Ex hac doctrina manifeſtè ſequitur gratiam, per quam Deus præparat voluntatem noſtram, ut benè velit; præparatione, inquam, conſiſtente in mera diſpoſitione, & habilitate, non eſſe gratiam prædeterminantem, ſed illam antecedere. Etiam ſequitur prædictam præparationem in ſenſu explicato apud AA. Societat. rectè ſalvari antecedentèr ad gratiam efficacem qua talem; eſtò talis efficacia conveniat ipſi ex præviſsione conditionata conſenſus. Ratio eſt manifeſta: Nàm, quod convenit ab intrinſeco motibus ſubitis ſanctæ illuminationis &c. habetur in voluntate pro priori ad gratiam prædeterminantem, vel ad gratiam, ut extrinſecè efficacem. Atqui diſponere, & habilitare voluntatem, ut eliciat conſenſum abſolutum, liberum, & efficacem, convenit motibus recenſitis ab intrinſeco; eam, ſcilicèt, reddendo propenſam, & aliqualiter inclinatam ad velle efficacitèr bonum: ergò per huiuſmodi motus præparatur voluntas à Deo, ut bene velit; quemadmodum per habitus intellectuales diſponitur intellectus, ut rectè intelligat, & voluntas per virtutes, ut rectè vivat: ſicut etiam per pravas ſugeſtiones, & motus inordinatos in ipſa; etiam ſi non ſint peccata venialia; diſponitur, ut cum perfecta libertate conſentiat.

3 Tertio. Ultra hanc præparationem bonæ voluntatis (quæ eſt idem, ac libera volitio boni honeſti, tàm naturalis, quàm ſupernaturalis) conformem, tùm grammaticali ſignificationi; tùm etiam doctrinæ Philoſ. iuxta quam, quidquid habilitat ſubiectum, illud-

que reddit proportionatum cum forma, dicitur ad ipsam disponere; restat indaganda alia strictior, & altior acceptio præparationis bonæ voluntatis; & de qua loquuntur Concil. & SS. PP. præsertim Aug. ut probent contra Pelag. bonam voluntatem esse donum gratiæ Dei. In quo puncto M. Manso tenet huiusmodi præparationem fieri unicè per gratiã vocationis, quam appellat gratiam adæquatè excitantem in sancta illuminatione, & subita affectione consistentem. Ex illa enim, dùm additur cognitio proponens cum indifferentia, sequitur iuxta suam opinionem consensusquidam negativus gratiæ excitanti; & illo posito Deus per gratiam adiuvantem strictè acceptam, sive prædeterminantem, operatur immediatè in voluntate velle bonum; quòd est gratia prædeterminans ad facere. Hac ratione asserit inter plures effectus gratiæ excitantis, adhuc sub munere motionis moralis, & obiectivæ, numerari præparationem bonæ voluntatis factam per sanctam affectionem completam per consensum negativum, qua posita Deus nos adiuvat per gratiam prædeterminantem operando in nobis bonã voluntatem, iuxta illud M.P. in Enchir. c. 32. *Deus bonam hominis voluntatem præparat adiuvandam, & adiuvat præparatam.* Ubi præparatio bonæ voluntatis antecedit gratiã adiuvantem; proindèq̃ non fit nisi per gratiam excitantem. Neque enim, subdit, fieri potest, ut gratia adiuvans causans bonam voluntatem adiuvet voluntatem præparatam, si ante illam non supponitur aliquod exercitium liberum negativum; aliter enim erit intrinsecè indifferens; ac per consequens non potest dici præparata ad benè velle. Unde concludit * in communiori Thom. sentent. ponenti gratiam adiuvantem esse 1. determinantem voluntatem, non apparet, quomodo sit ante illam præparata; in nostris autem principijs clarissimè percipitur. *

Opinio cuiusdam R.

Tom. 1. q. 8. à n. 5 tom. 3. q. 3. §. 2.

Reijcit assertum Thom.

§. I.

PRIMA CONCLUSIO.

Testimonium, in quo affirmatur præparari à Deo bonam voluntatem habetur cap. 8. Prov. iuxta lectionem 70. aliosque exposit. nihilque favet modo dicendi relato.

4 CUm pro intelligentia prę fati testim. aliquos AA. attentè legerem; nec in eis aliud invenire posſem, quam gratiam præparantem bonam voluntatem esse idem, ac gratiam disponentem ad ipsam; & insuper; hanc expositionem quasi omninò certam ab ipsis tradi; nunquam huic doct. assentiri poteram, ductus gravitate, & altitudine mysterij, ob cuius definitionem, & comprobationem SS. PP. illo utebantur. Hinc videbatur mihi sic exponentes gratiam prę parantem bonam voluntatẽ prę cipuè attendere significationi grammaticali, non vero sensui, aut etiam significationi, secundùm quam SS. PP. *præparationem bonæ voluntatis* accipiunt. Hac de causa non sine labore propter mendositatem in referendo prædict. testim. iam cap. 8. iam c. 20. quę sivi illud, & tandem inveni scriptum cap. 8. Prov. vers. 35. Ubi enim nos legimus: *Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet salutem à Dño.* legunt 70. Interp. *Præparatur voluntas à Dño.* Supposito ergò, quod per volũtatem non semper intelligitur potentia volitiva, sed actus volũtatis; ut docet Ang. Præc. 1. 2. q. 8. a. 1. & constat ex M.P. pluribus suæ doctrinæ locis; eo quod hoc nomen *volitio* non erat usitatum suo tempore; & insuper, quia S. P. sæpè ponit præparationem bonæ voluntatis, quæ sine dubio est volitio sancta, & honesta; oportunum erit adducere varias versiones textus, in quo iuxta 70. dicitur: *Præparatur voluntas à Dño.* & iuxta N. Vulgatam: *Hauriet salutem à Domino.*

Locus in quo inven. testi.

5 Igitur Batablus sic legit: *Qui me invenerit &c. hauriet voluntatem à Domino.* Sanct. Spagninus sic: *Et educet, quod voluerit à Domino.* Maluenda

AA. vertentes dict. test.

da ibi: *Accipiet favorem bonam voluntatem à Domino. Dominus gratia sua, & benevolentia prosequetur illum, largiendo favorem, & bonam voluntatem.* Ferè eadem refert Lyra, ex Glossa Interlineali. Concordiam harum versionum cum lectione 70. assignat Cardin. Bellarmin. tom. 3. fol. 658. cap. 5. *Ex eo, quod licet illa vox hebræa Ratsòn non significet propriè salutem, sed voluntatem: Attamen significat aliquando bonam Dei voluntatem erga homines: & tunc idem est, quod salus.* Et sic potest esse sensus: *Excitabitur, ac producetur voluntas à Domino.* Ex qua doctrina probat ibi Eminentiss. Cardin. hominem non posse solis viribus naturæ se præparare ad gratiam recipiendam: cum enim huiusmodi dispositio incipiat à bona voluntate, & pio affectu hominis, quæ nequit haberi sine gratia Dei, qua præparatur voluntas à Domino; omnis dispositio ad receptionem gratiæ provenit etiam ex gratia Dei.

6 Conformitèr ad expositiones, quas tradunt Viri SS. relati, prob. efficacissimè Deum per gratiam suam
Prob. rat. præparare in nobis bonam voluntatem, non salvari per hoc, quod gratia internæ vocationis moral. det nobis consens. purè negativ. per quem voluntas se disponat, ut accipiat à Deo gratiam prædeterminantem, & per hanc, bonam voluntatē. Talis consensus negativus non est bona voluntas, nec est actus salutaris, sed dispositio ad illam, ut fatetur prædictus M. atqui iuxta interpretationem, seu versiones exponentes illa verba, *præparatur voluntas à Domino*, talis præparatio consistit in eo, quod *Deus donet, & producat bonam voluntatē*: ergò per gratiam causantem in nobis consensum purè negativum non verificatur voluntatem bonam præparari à
Explicat. Deo. Explicatur hoc. Aliquod agens producere dispositionem, & si positivè talem, & ex natura rei connexam cum forma, non nisi impropriè dicitur producere ipsam formam; siquidem iuxta veritatem, & doctrinam Angel. Præcept. tantum dicitur causa in directa productionis formæ: ergò si consensus negativus (in re nihil) tantum est dispositio negativa ad gratiam prædeterminantem, & tantum ex lege Dei cum illa connexa, non verificabitur cū proprietate: *Deum largiri, producere, & donare nobis suo favore bonam voluntatem: quia per gratiam excitantem facit, ut ei negative voluntas consentiat.*

Ut prob. adduct. clarior fiat: Ad- 7
vertendum hoc quod est Deum disponere aliquod, sæpè significare Alia ponderat.
idem, ac illud *imperare, præordinare, & operari.* Constat hoc ex M.P. de dono persever. cap. 17. dicenti: *In illa sua, quæ falli, mutarique non potest præscientia, opera sua futura disponere*, hoc omninò nec alliud quidquam est ea prædestinare. Ex quibus constat Deum futura sua dona disponere esse formalissimè illa prędestinare. Cum ergò Deum prædestinare sua dona sitidem, ac illa imperare, præordinare, & causare: manifestè infertur: Deum præscientia sua disponere bonam hominis voluntatem, esse idem, ac illam imperare, præordinare, & secundum ordinem suæ sapientiæ illam in tempore operari. Hoc ipsum suadet illud Sap. 8. ubi dicitur de illa: *Attingere à fine usque ad finem fortitèr, & omnia disponere suaviter.* Cum tamen sit certum per huiusmodi dispositionem sapientiæ Dei significari concursum, quo Deus omnia providè operatur, & efficacitèr imperat. omnium bonorum existentiā. Hac de causa communis praxis fidelium, & fere omnium, quibus adest aliqua Dei notitia, volentes significare omnia, tam prospera, quam adversa à Deo, illa providenti, & operanti provenire: hac utuntur locutione: *Deus hoc ita disposuit, præordinavit, statuit, decrevit que illorum eventum.*

Sed, ut solid. hoc assumptum probetur, placet illud confirmare Auth. Sacræ Script. iuxta expositionem SS. Maluenda, cui consonat expositio Alia probat efficacissim. & erudit. sacra plena
Doctissim. Francisci Mendoza super cap. 2. lib. 1. Regum ad illa verba; *& illi præparabuntur cogitationes*, in quibus ex communi sensu iuxta alios Expositores ab eisdem citatos, significatur Deum *omnia consilia, cogitationes, atque operationes humanas moderari, atque pro sua voluntate disponere*, igitur hoc verbum *paro*, aut *præparo*, quod Hebraice dicitur *Tachan*, signi-

ficat idem, ac *efficio, facio, opifico, ordino, dispono, stabilio, ac dirigo.* Ex quibus eruditissimus Maluenda cum alijs sic explanat: textus tradit: *Et ipse præparabuntur opera, id est, ordine fiunt ab eo opera magnifica, nimirùm mirabilium operum est patrator, & designator.* Et tandèm non minùs Theologicè, quam expositivè, sic concludit: *Ergò amplissimo sensu hic ab Anna omnia ista comprehenduntur, & ipsi, vel ab eo, efficiũtur, opificantur, fabricantur, præsciuntur, ordinantur &c. cogitationes, consilia, actiones, conatus, studia, & opera. Ut hinc facilè cernas admirabilem vim, & vivam efficacitatem, atque operationẽ Dei in actiones humanas, tùm internas, tùm externas.* Quo nihil oportuniùs, & solidiùs pro præsenti assumpto, & ad intelligendum plura testimonia Sacræ Scripturæ, in quibus ponitur verbum *paro*, aut *præparo* (quod octodecies poni observat Mag. Maluenda ex alijs AA. ubi supra.)

9 Ex his constat, Deum præparare, aut parare bonam voluntatem, non esse tantùm causare dispositionem ad illam, sed etiam eam *efficere, opificare &c.* iuxta iam dicta. Qua ratione Proberv. cap. 21. ubi iuxta Vulgatam legitur: *Appendit autem corda Dominus.* Alij legunt: *Parat autem corda Dominus*; sive, ut alij volunt: *Dirigit autem corda Dominus*: eo quod hoc verbum *paro*, quod Hebraicè dicitur *Tachan*, significat etiam *dirigere*, sive *ordinare res in proprios fines.* Quia igitur Deus ita prædeterminat bonam voluntatem, ut ipsam ordinet ad finem rectum operationis, & ad meritum vitæ æternæ; propter hoc dicitur præparari à Domino. Nec te moveat, quod hoc verbum *præparo* significat idem, quod *apto.* Non inquam te moveat: Nàm Deum aptare aliquid dicitur etiam in Sacra Scriptura, quando illud efficit, & secundùm ordinem suæ sapientiæ exequitur: iuxta illud Pauli ad Hebræos 11. *Fide intelligimus aptata esse sæcula Verbo Dei, ut ex invisibilibus visibilia fierent.* Et cap. 10. *Corpus autem aptasti mihi*: ecce incarnationem. Unde M. P. lib. 6. de Gen. ad lit. cap. 16. *Deum futura facere nihil est aliud, quam eorum causas præparare.* Per quæ verba intelligunt Thomistę, & cum eis M. Manso tom. 3. q. 8. determinationem divinæ voluntatis efficacitèr applicantis, & præparantis causas secundas ad operandum, per quam res constituuntur formalitèr futuræ simplicitèr.

§. II.

SECUNDA CONCLUSIO.

Deum præparare in nobis bonam voluntatem est iuxta SS. PP. D. Thom. & Mag. Sentent. operari, seu producere in nobis bonam voluntatem.

10 SAnctus Fulgent. lib. 1. ad Monimum cap. 8. versans prædictum textum, & inquirens, quomodo præparatur voluntas à Domino? hæc habet: *Non autem ob aliud præparata dicitur, nisi quia danda prædicitur, à quo enim præparatur per bonitatem sempiternam* (hoc est per prædestinationem) *ab ipso datur per indebitam gratiam: quod ipse Dominus Ezechiel. 36. testatur dicens: Dabo vobis cor novum &c. Dat ergò Deus cor novum, quod pertinet ad bonæ voluntatis initium: dat etiam, ut eius iudicia observemus, quod pertinet ad bonæ operationis effectum.* Et cap. sequenti: *Sicut ergò præparata est per prædestinationem voluntas à Domino, qua bonum velimus: sic etiam opera bona præparavit Deus, ut in illis ambulemus.* Idem tradit cap. 14. dicens: *Hoc enim Deus tribuit præparatum, quod in æterna prædestinatione præparaverat tribuendum: ab ipso ergò voluntas præparatur, qui in nobis velle, & perficere misericorditèr operatur.*

Prob. ex S. Fulg.

11 Ex hac doctrina habetur bonam voluntatem duplicitèr præparari à Deo; primo præparatione consistente in prædestinatione, sive prædefinitione Dei, secundum quam præordinavit ab æterno se daturum homini bonum velle; 2. præparatione temporali, per quam operatur per gratiam suam bonam voluntatem; dando nobis cor novum, ut in iustificationibus eius ambulemus. In quibus

Ponderatur.

bus omnibus, nec verbum insinuat S. Doct. de præparatione bonæ voluntatis, quatènus gratia internæ vocationis facit, voluntatem consentire negativè, ut huiusmodi consensu se disponat ad gratiam operantem bonum velle. Quin potiùs, si Deum donare nobis cor novum, & spiritum novum iuxta ipsum Fulg. est præparare temporalitèr in nobis bonam voluntatem; cum accipere à Deo cor novum, & spiritum novum, sit accipere volunt. obediēt. ad servanda Dei mandata; clare sequitur huiusmodi præparationē consistere in gratia efficacitèr operanti, & facienti, ut benè velimus. Rem totam sequenti discursu ostendo: Deum præparare in nobis bonam voluntatem est esse ab æterno prædestinatam dari in tempore; & illam in tempore dari nobis per illam gratiā suam, secundum quā Deus operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate. Ita S. D. sed Deum prædestinare bonam voluntatem, aut illam operari in tempore per gratiā suam, non dicit formaliter grat. purè excitantē, & consens. negativum disponentem, & præcedentem prædictam voluntatem, ut de se patet: ergò ex prædicto textu, ut intelligitur à S. Fulg. non deducitur aliquis consensus negativus præparans, & disponens bonam voluntatem. Vel aliter. Non ob aliud dicitur voluntas à Domino præparata, nisi quia est donum Dei ab æterno prædestinatum, ut nobis conferatur in tempore; sed esse donū Dei ab æterno prędest. & in temp. proveniens non dicit de formali gratiam affectionis aùt consensum negativum; nisi fiat recursus ad alia motiva alijs ex capitibus desumpta: ergò.

Format. discursus.

12

S. Prosper. epist. ad Rufinum ita loquitur: *Quis ambigat tunc liberum arbitrium cohortationi vocantis obedire; cum in illo gratia Dei affectum credendi, obediendique generaverit? Alioquin sufficeret moneri hominem; non etiam in ipso novam fieri voluntatem; sicut scriptum est: præparatur voluntas à Domino; & sicut ait Apost. Deus est, qui operatur in nobis &c.* Quæ verba clare denotant bonam voluntatem præparari à Deo, esse prorsùs idem, ac gratiam Dei operari in nobis affectu credendi, & per ipsam generari in nobis novam voluntatem à Deo, qui operatur in nobis velle iuxt. Ap. * Sed hæc omnia longe distant à gratia excitanti, ut causanti in voluntate consensum purè negativum, disponentem ad gratiam adiuvantem, per quam iuxta doctrinam Magist. nobis in hac parte Adversf. verè fit bona voluntas, & generatur affectus credendi, & obediendi: ergò iuxta mentem S. Prosp. &c. Favet etiam D. Petrus Diaconus in lib. de Incarnatione ad Fulgentium, qui habetur inter eius opera, cap. 8. dicens: *Nos sequentes Apostolum, omnem originem bonarum cogitationum, vel voluntatum, ex Deo, & per Deum, & in Deo dicimus, qui pravas hominum voluntates per operationem Sancti Spiritus, absolvit, & corrigit, sicut scriptum est: præparatur voluntas à Domino.* Quid clarius pro gratia efficaci operanti in nobis bonam voluntatem? & quid tam distans ab eius mente, quam voluntatem præparari à Deo tantum esse accipere consensum negativum pro priori ad gratiam adiuvantem, per quam Deus reipsa operando bonam voluntatem, pravam verè corrigit, & absolvit.

Prob. ex S. Prosper.

Ex D. Petro Diac.

Div. Thom. hac 1. 2. quæst. 112. art. 2. postquam in corpor. art. probavit debere præcedere in homine aliquam dispositionem ad receptionem gratiæ habitualis; quia nulla forma potest esse nisi in materia dispositā: subdit: ad gratiam sumptam pro auxilio Dei moventis animam ad bonum nullam prę̄parationem requiri ex parte hominis; sed potiùs quamcumque præparationem ex tali auxilio provenire: *Et secundum hoc ipse motus liberi arbitrij; quo quis præparatur ad donum gratiæ suscipiendum, est actus liberi arbitrij moti à Deo. Et quantum ad hoc dicitur Prov. 16. homo se præparare, & est principalitèr à Deo movēte liberū arbitrium, & secundum hoc dicitur; voluntas hominis præparari à Deo, & à Dño. gressus hominis dirigi.* In quo testim. habentur plura in favorem nostrum. Auxilium Dei moventis liberum arbitrium ut positivè tendat in bonum non prærequirere aliam præ-

13

Prob. ex D. Thom.

Ponderat primo.

præparationem adhuc negativam: cum illa nec leviter insinuetur. 2. Eatenus voluntatem hominis præparari à Deo; quia actus liberi arbitrij per quem vult bonum, & se disponit ad gratiam, est principalitèr à Deo movente liberum arbitrium: quæ propositio est sententia, quam propugnamus. 3. Hæc tria testim. scilicèt, *hominis esse præparare animam: præparatur voluntas à Deo: à Domino gressus hominis diriguntur*: sic debere intelligi iuxta S.D. quia, videlicèt, motus liberi arbitrij in bonum (qui est bona voluntas) licet sit elicitivè ab homine, propter quod dicitur de illo se præparare; quia tamen est præcipuè à Deo, ut primo movente per auxilium suæ gratiæ; ideo bona voluntas præparatur à Deo, & ab ipso gressus hominis diriguntur.

14 Urget. hoc ex doctr. eiusdem S. D. ad Ephes. cap. 2. ad illa verba: *In operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus*; ubi asserit bona opera præparari à Deo, *quia sunt nobis à Deo operante omnia opera nostra, ut dicitur Isaiæ cap. 26.* Ex quibus sic arguo: ergò bonam voluntatem præparari à Deo, est Deum operari in nobis bonam voluntatem. Sed Deum operari in nobis bonam voluntatem, ut constat ex Esaia, & Apost. non est verè in nobis præcedere aliquod exercitium liberum negativum ad illius existentiam: ergò integra, & perfecta, subsistit intelligentia præfati textus, absque recursu ad consensum negativum. Prosequitur ibi Ang. Magist. *Nihil enim aliud est prædestinatio, quam præparatio beneficiorum Dei, inter quæ computantur, & ipsa bona opera nostra. Dicitur autem Deus nobis aliqua præparare, in quantum disposuit se nobis illa daturum, iuxta illud Psal. 64. Parasti cibum illorum.* Nunc sic: bona voluntas iuxta fidem, est beneficium Dei: ergò Deum præparare bonam voluntatem, est disponere, seu præordinare, se daturum nobis bonam voluntatem: ergò, nisi aliundè probetur, & ex alijs capitibus, quod, ut Deus doneat nobis bonam voluntatē, & ut ab æterno prædestinet huiusmodi donationem in tempore, debet præcedere ad ipsam aliquis consensus negativus, malè deducitur ex textu

Urgetur ex eodem S.D.

Ad Phil. 2

præcedētia talis consensus ad bonam voluntatem, multòque minùs in illo stare præparat. &c. Nec dicas bona opera non posse præparari à Deo in tempore, nisi ad illa præcedat in nobis bona voluntas: ergò nec hæc potest præparari à Deo, nisi præcedat aliquis consensus negativus. Non inquam dicas; siquidem bona opera, nec sunt bona moralitèr, nec nobis libera, nec à Deo donantur, nisi etiam fiant ex imperio bonæ voluntatis, ut est manifestum; at vero quod debeat præcedere talis cōsensus negativus, ut voluntas sit bona, & sit nobis libera, non est solidè dictum, sed potiùs oppositum ferè ab omnibus tuetur. Rursùs litigium non est de præced. sed an sit ipsa præparatio?

Ad perfectam intelligentiam doctrinæ D. Thom. quæ est eadem cum doctrina D. Fulgent. superiùs adducta, & per quam nobis innotescit sensus illius testimon. scilicèt: *Præparatur voluntas à Domino*, notare oportet ex ipso sup. Ioan. 14. duplicem esse præparationem beneficiorum Dei: unam internam, & ab æterno in Deo existentem; aliam verò externam, & temporalem; prima consistit in prædestinatione ab æterno in Deo existente, quę est præparatio beneficiorum Dei; 2. consistit in illius executione, secundum quam donat nobis in tempore beneficia sua. Cum igitur bona voluntas sit beneficium Dei, utroque modo præparatur à Deo, & ab æterno per prædestinationem, & in tempore per donationem, sive largitionem. Audiamus Mag. P. super Ioannem, tract. 68. ubi exponens illa verba, cap. 14. *Quia vado parare vobis locum.* Sic interrogat: *Quomodo vadit, & parat locum, si iam multæ mansiones sunt?* Cui post alia respondet: *Quomodo putamus, nisi quomodo etiam Propheta prædicat Deum, quia fecit, quæ futura sunt: ergò, & fecit ea, & facturus est ea. Fecit ergò ea prædestinando, facturus est operando. Sic, & mansiones præparavit, & præparat, nec alias, sed quas præparavit, has præparat, qui fecit, quæ futura sunt. Quas præparavit prædestinando, præparat operando, iam ergò sunt in prædesti-*

15 Notandū pro intel.

Idem ex M. P.

natione, sed quia nondam sunt in operatione, & si abiero, inquit, & præparavero vobis locum, iterum veniam, & accipiam vos ad me ipsum. Ex qua mirifica Doctrina habes duplicem præparationem, tùm bonæ voluntatis, tùm etiam omnium beneficiorum Dei; unam in prædefinitione consistentem; aliam in executione temporali; seu per quam facit, quæ prædestinavit fieri. Habes etiam hoc testimon. *præparatur voluntas à Domino*; admittere intelligentiam deduplici præparatione. Habes tandem, ex illo nec apparentèr (absit audacia verbo) deduci eam fieri ante gratiam Deivere effectivam, aut per aliquem consensum negativum; cum Deum prædefinire in nobis bonam voluntatem, eam que in tempore à Deo nobis donari per gratiam suam, nec levitèr inferat hanc conseq. ergo *ut Deus donet nobis bonam voluntatem, quã ab æterno disposuit operari*, debet præcedere gratia subitæ affectionis, simulque con-
ExM.sent sensus negativus. Favet etiam M. sent. in 2.d.27.§ *si igitur* ubi asserit* gratiam, per quam voluntas hominis præparatur, ut velit bonum, esse gratiam operantem; gratiam vero per quam adiuvat voluntatem, ut faciat bonum, esse gratiam cooperantem (en duplicem effectum gratiæ; scilicèt: velle, & operari bonum.) Subditquè* gratiam, per quam præparatur voluntas, ut velit bonum, esse gratiam operantem velle.* Sed gratia excitans causans unicè dispositionem negativam ad velle non est gratia operans velle: ergò iuxta illius Doctrin. gratia præparans bonam voluntatem est gratia efficiens in nobis velle. Hæc omnia tradit S. D. 1. 2. q. 111. art. 2. agens de eadem divisione, & dist. 26. art. 5.

§. III.

Prosequitur idem assumptum ex aliquibus testim. Conciliorum, & M. P. Augusti.

16 SI probetur ex textu supra relato Deum præparare bonam voluntatem esse idem, ac illam efficere, seu donare, pro quo præsentem controversiam excitavimus, minimè probabitur (quidquid sit ex alijs capitibus) præparationem bonæ voluntatis fieri per consensum negativum à gratia excitanti proveniente. Igitur Leo Papa primus in epist. contra Pelag. inter alia sic habet: *Omnis itaque bonorum operum donatio, divina præparatio est.* Quid manifestius pro nostra concl.? Si enim Deum donare bona opera est illa prę parare, (prætèr quamquod inter illa necessario enumerari debet bona voluntas alias in hoc puncto nihil definiret contra Pèlag. aliquando asserentes velle bonum esse ex nobis, operari autem ex Deo.) Sine dub. Deum donare nobis bonam voluntatem, erit divina præparatio: ergò voluntarie dicitur Deum præparare illã, esse unicè disponere voluntatem, ad gratiam, per quam illam donat. Confirm. hoc. Ex epist. Cœlestini Pap. ad Episcopos Galliæ, referentes sententiam Pap. Zozimi dicentis: *Aliquid boni fieri instinctu Dei; quia præparatur voluntas à Domino; & ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda fidelium*: ergò eatenus præparatur voluntas à Domino, quatènus instinctu, & inspiratione Deus tangit corda fidelium, ut benè agant. Sed voluntatem agere aliquid boni instinctu Dei, & inspirat. tangẽte corda est voluntatem velle bonũ: ergò præparari voluntatem à Domino &c.

Prob ex S. Leon.

Ita Alv. d. 1. num. 11

Prob. ex Cœlest.

17 In idem facit Auth. Arausic. Can. 4. *ubi definit per Sancti Spiritus infusionem, & operationem, fieri in nobis, ut à peccato purgari velimus; ita, ut qui hoc neget, resistit Spiritui Sancto dicenti per Salomonem: præparatur voluntas à Domino, & Apost. prædicant. Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere.* Ex quibus sic arguo: ergò præparari voluntatem à Domino, est per operationem Spiritus Sancti fieri in nobis bonam voluntatem, ut volimus à peccato purgari. Sed disponere negativè ad bonam voluntatem nõ est Spirit. S. operari illam; hoc enim est eam efficere, & illam producere; ergò &c. Solutio, quæ adhibetur à prædict. Author. huic testim. infra reijcitur.

18 Quantum ad Mag. P. cui maximè

Prob.ex M.P.

mè fidit Sap. R. prob. idem assumpt. Nàm lib. de gratia, & lib. arb. cap. 16. distinguens inter velle servare mandata, & inter ipsam observationem, asserit: *Utrumque esse à Deo faciente, ut velimus, & faciente, ut eius mandata faciamus, sive opere impleamus*, ut dicitur Ezechiel. 36. *faciam, ut in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea observetis.* 1. dictum sic prob. S.P. *Certum est nos velle, cum volumus; sed ille facit, ut velimus, de quo dictum est, præparatur voluntas à Domino*, & de quo dictum est: *Deus est, qui operatur in nobis velle: & à Domino gressus hominis dirigentur.* Ex quo testim. videtur certum ex S.P. voluntatem præparari à Domino esse Deum facere, ut velimus. Sed auxilium, quo Deus facit, ut velimus, est auxilium, quo operatur in nobis velle: ergò gratia præparans bonam voluntatem est gratia, per quam Deus efficit velle.

Prov. 8. ad Phil. 2. Psalm. 36

19

Nec valet, si dicas cum prædict. M. tom. 1. q. 2. n. 5. in fine. M. P. sicuti etiam Concil. Arausic. duplicem gratiam describere; unam moralem, alteram effectivam, consistentem in operatione Dei, qua efficit nostrum velle. 1. describitur in testim. Salom. dicentis: *Præparatur voluntas à Domino*; effectiva vero in illo Apostol. *Deus est qui operatur in nobis velle.* Undè minimè infertur gratiam præparantem bonam voluntatem esse gratiam efficientem velle. Sed hoc nihil solidũ continet. 1. Nàm loco citat. etiam addit tertium test. scilicèt, *à Domino gressus hominis dirigentur, & viam eius volet*; & tamen in hoc test. non continetur alia divina gratia, ac in test Ap. sed eadem confirmata, & expressa pluribus locis Sanct. Script. ergò. Est enim frequens apud M. P. eandem gratiam pluribus testim. Sanct. Script. probare, ut ipsum legentibus aperte constat: qua de causa pluries sic loquitur: *Hæc, & alia testim. divina, quæ commemorare longum est; ostendunt Deum gratia sua auferre infidelibus cor lapideum, & prævenire in hominibus bonnarũ merita voluntatum, ita ut voluntas per antecedentem gratiam præparetur, non ut gratia merito voluntatis antecedenter donetur.* Sic epist. 107. Undè voluntarie assignatur talis distributio gratiæ diversæ.

Quædam solut. reijcitur.

Reijcit. 1.

2. Nàm in 3. testim. scilicèt, *à Domino gressus hominis dirigentur, & viam eius volet* (hoc est volet credere, quia fides est via: per quam itur ad Deum, ut exponit M.P.) * vel continetur gratia effectiva, per quam Deus donat nobis velle; vel gratia moralis consistens in illuminatione, & affectione eorum, quæ credenda sunt? Si primum: ergò in tali testim. continetur eadem gratia, ac in 1. si autem res ita se habet; qua ratione asserit præfatus M. in 1. testim. unicè contineri gratiam moralem? Rursus: nàm dirigere attenta significatione grammaticali, videtur oportunum ad exprimendam gratiam moralitèr moventem, est enim dirigere, idem ac illuminare, sive ostendere, quæ agenda sunt. Si ergò iuxta doctrinam M. P. in præsenti, corrigenda est apprehensio grammaticalis de ly dirigo, ita, ut significet directionem practicam, & effectivam bonæ voluntatis ad credendum; cur non idem dicendum de ly præparat; ut non dispositionem, sed efficientiam bonæ voluntatis significet? si 2. aperte contradicitur. M. P. qui epist. 107. sic habet: *Ideò dixit à Domino gressus &c. ut intelligeremus ipsam voluntatem bonam, qua incipimus velle credere, illius esse donum, qui gressus nostros propterea dirigit primitus, ut velimus.* Non enim quia *voluit gressus diriguntur, sed quia diriguntur volet.* Videatur etiam supra illud Psalm. 118. *gressus meos dirige secundum eloquium tuum.* Restat ergò, ut eadem gratia efficiens in nobis benè velle contineatur in tribus testim. adductis à M. P.

20

Secundo.

*

Epist. ad Vit.

Observa Adv. uti locut. improprie testimon. adducta.

3. In eodem sensu loquitur M. P. de gratia, per quam Deus facit, ut velimus, & de gratia, per quam facit, ut faciamus, ut ex ipso contextu liquet. Atqui dum loquitur de gratia faciente, ut faciamus, loquitur de illa, quatenus determinat immediatè ad velle effic. facere; non vero de gratia moventi purè ad aliquos actus imperfectos disponentes ad velle efficaciter facere; ut tuetur præfatus M. ergò dum loquitur de gratia, per quam Deus facit, ut velimus, loqui-

21

Tertio.

tur

tur de illa præciſſe, proùt eſt gratia donans reipſa velle, & proùt excitat aliquem conſenſum, eſtò negativum, diſponentem ad velle. Urgetur.

Urgetur. Deum per gratiam affectionis cauſare conſenſum negativum diſponentem ad velle, & ad gratiam effectivam illius, eſt Deum tantum indirectè, & ſecundum quid facere nos velle; cum iuxta expreſſam Doctr. Ang. M.*cauſa purè diſponens (eſto poſitivè) eſt tamen indirecte, & ſecundum quid cauſa effectus, ad quem diſponit: ergò ſi dum M. P. loquitur de gratia, per quam Deus facit, ut velimus, ſive facit in nobis velle, loquitur de gratia excitanti operanti (ſi ita licèt loqui de nihilo) conſenſum negativum diſponentem ad velle, accipit ly *facit, ut velimus*, non præciſſe in ſenſu proprio, ſed in ſenſu comprehendēti ſub ſe facere propriè, & improprie, facere directè, & indirectè, ſimpliciter, & ſecundum quid. Adeſt aliud teſtim. epiſt. 107. mihi efficaciſsimum. Arguit enim ſic contra Pelagium negantem gratia Dei adiuvanti fieri in nobis bonam voluntatem.*Quomodo dicitur, quod per legem Dei, atque Doctrinam fiat, quod Scriptura dixit: præparatur voluntas à Domino: ac non potiùs occulta inſpiratione gratiæ Dei; quandoquidem pro eis, qui eidem Doctr. contradicentes nolunt ei credere, ipſum Deum fide recta rogamus, ut velint? * ergò iuxta M. P. gratia, cui reſiſtit liberum arbitrium, aut valet reſiſtere, & poſt cuius collationem Deum rogamus, ut benè velimus, non eſt gratia, per quam præparatur voluntas à Domino. Atqui talis eſt gratia excitans; & poſtcuius collationem Deum recta fide rogamus, ut operetur in nobis velle: Id fatente præfato Mag. ergò per huiuſmodi gratiam &c. Urgeo. 2. Mag.P. epiſt. 107. referens tria teſtimon. Sanct. Scripturæ iam relata. Ait * in quibus commendatur. vera Dei gratia, quæ non ſecundum merita noſtra datur; ſed dat merita, cùm ipſa datur; quia prævenit hominis bonam voluntatem, nec eam invenit in corde, ſed facit.*Sed dare merita, & facere bonam voluntatem, non verificatur pro priè loquendo de gratia purè diſponenti, & hoc excitando in volunt. diſp. pure negativam: ergò in illo textu *præparatur &c.*

* Quæſt. 3. de mal. ar 5. idem de cauſa purè morali arr. 3.

Tom. 3 q 3. à num. 21. ait: eſſe cauſam mediat. initiativā. Sed quo medio? Nihilo.

Alia probat.

Prob. 2. Ex lib. de prædeſtinatione SS. cap. 3. ubi poſt quam confitetur ſe aliquando erraſſe exiſtimando fidem, qua in Deum credimus, non eſſe donum Dei, ſed à nobis eſſe in nobis, & per illam nos impetrare Dei dona, quibus iuſte, & pie vivamus in hoc ſæculo: poſtmodum exponit verum ſenſum aliquarum propoſitionum in expoſitione epiſt. ad Rom. ab ipſo editarum; ne hæretici ex ſuis dictis occaſionem errandi accipiant. Qua de cauſa ſubiungit: *Quod enim dixi noſtrum eſt credere, & velle; illius autem* (ſcilicèt Dei) *dare credentibus, & volentibus facultatem benè operandi per Spiritum Sanctum; verum eſt quidem, ſed eadem regula: utrumque ipſius eſt; quia ipſe præparat voluntatem, & utrumque noſtrum: quia non fit niſi volentibus nobis.* Nunc ſic: iuxta immediatè dicta ideo credere, & velle eſt donum Dei, quia ipſe præparat voluntatem, ut velimus, & ut credamus; ſed ſi huiuſmodi præparatio conſiſteret in diſponendo liberum arbitrium, ut acciperet ab ipſo gratiam efficientem in eo velle, & credere, prædicta propoſitio cauſalis eſſet minus propria, nec decens M. P. ergò Deum præparare bonam voluntatē eſt illam effici àDeo. Prob. min. propoſitio aſsignans pro cauſa alicuius effectus, ſive formæ, diſpoſitionem præcedentem relicta cauſa propria, & directa influente in exiſtentiam effectus, ſive formæ, continet locutionem impropriam, vel ſaltim diminutam; præſertim, quando aliquis intendit exprimere cauſam propriā: * quemadmodum, ſi aliquis intenderet exprimere, cur, ſcilicèt, omnes creaturę ſunt effectus Dei, & unus ignis ſit effectus alterius: impropriè, & diminutè hoc exequeretur dicendo* hæc omnia dici talia, quia ex Deo ſunt diſpoſitiones, quibus materia præparatur ad receptionem formarum, & materia ligni diſponitur ad receptionem formæ ligni: * ergò impropriè, vel ſaltim diminutè &c.

22

2. Prob. ex eodem M. P.

* Et maximè in re ad fidem ſpectanti.

Urgeo: conſenſus negativus præſ-

23

Urgetur. præstitus gratiæ excitanti, & ab illa proveniens est quædam dispositio negativa, per quam, & Deus præparat liberum arbitrium ad bonum velle, & etiam per quam liberum arbitrium

Sic præf. Mag. disponitur ad idem velle, licèt sub diversa consideratione, scilicèt, prout est à Deo per modum causę finalis, & prout est liber. pasivè à libero arbitr. nunc sic: dum M.P. asserit velle, & credere esse nostrum; quia non fit nisi volentibus nobis, vel assignat causam dispositivam; vel causam directam, & propriam, vi cuius velle, & credere sit nostrum? 1. nequit dici cum consentire negativè non sit velle credere, sed dispositio ad velle: igitur liberum arbitrium efficere ipsum velle est causa directa, ut licèt velle sit à Deo, sit etiam nostrum: ergò si, dum asserit Mag. P. velle esse nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis, describit caus. propr. & directā; cur dùm dicit velle esse donum Dei, quia præparatur voluntas à Domino, non describet in tali præparatione causam directè, & effectivè influentem in ipsum velle. Vèl alitèr. Magis

Alitèr. necessarium erat Mag. P. ad refutandum errorem Pelagij stabilire velle, & credere esse donum gratiæ Dei, quamquod illud proveniat à libero arbitr. & sit etiam opus nostrum; cum in hoc non dubitaret Pelag. si ergò in illis verbis *utrumque esse nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis* describit causam directam, & positivam ex parte nostri; cur etiam in illis *utrumque est Dei, quia præparatur voluntas à Domino* non designabit causam directè, & positivè influentem ex parte Dei? Deniquè: si consensum negativum esse dispositionem se tenentem ex parte liberi arbitr. & requisitam, ut voluntas influat in velle, existimavit M.P. ut non satis exprimentem causam; cur *velle fit nostrum*; qua ratione discriminis reputabit quis sufficienter exprimi *velle, & credere esse donum Dei*; quia ab eo est cōsensus negativus, per quem disponit (si ita dici valet) voluntatem, ut nova gratia donet, & operetur in ipsa velle, & credere?

24 Tandem (ut alia omittam de quibus in solutione argum.) prob.

Probat. 3. idem ex eodem Mag. P. lib. de gratia, & liber. arbitr. ubi asserit ex gratia Dei provenire in nobis bonam voluntatē servandi eius mandata. Notat tamen cap. 15. 16. & 17. huiusmodi voluntatem aliquando esse parvam, & imbecillem; ideòque impotentem ad imperandum eorum observationem, ut accidit in D. Petro, cum dixit *animam meam pro te ponam*, aliquando vero esse magnam, & robustam; qualis fuit voluntas eiusdem Apost. cum pro Christo passus est. Ex qua doctrina infert hominem experientem in se bonam voluntatem, sed parvam, & invalidam, debere orare, ut habeat tantam voluntatem, hoc est tanta fortitudine, virtute, & robore prędita, quanta sufficiat ad implenda divina mandata. Sed ne alicui videatur per hęc dicta opponi illi sententię Eccles. iast. 22. *Si volueris conservabis mandata; sic habet c. 16. Certum est nos observare mandata, si volumus; sed quia præparatur voluntas à Domino, ab illo petendum est, ut tantū velimus, quantum sufficit, ut volendo faciamus.* Nunc sic. *Si præparari voluntatē à Domino* est volunt. ab ipso disponi per gratiā excitantem, & consensum negativum, ut accipiat postea per gratiam adiuvantem velle bonum, tam parvum, & imbecille, quam efficax, & robustum; sensus propositionis M.P. erit iste: *ideo à Deo petere debemus volitionem adeo efficacem, ut cum illa possimus implere Divina mandata; quia talis volitio non datur à Deo, nisi præcedat in nobis consensus negativè disponens ad ipsam, in quo completur præparatur &c.* sed hoc assertum est in eptum, & indignum tanto D. & in re gravissima: ergò. Undè sēsus M.P. est: * quia bona volūtas, sive parva, sive magna, est nobis à Deo illā operante; orandus est, ut donet nobis voluntatem tantæ efficaciæ, ut sufficiat ad observare Divina mandata. * Deniquè si iuxta M. P. dum quis habet bonam voluntatem, sed Ultimo parvam, & invalidam, debet petere voluntatem efficacem, & robustam; *quia præparatur voluntas à Domino.* Nequit in hac præparat. intelligi gratia excitans cum consensu negativo. Tùm quia, hic antecedit etiam voluntatē parvam. Tùm quia, hic cum sit purum nihil, nec intenditur, nec

re-

remittitur. Tùm quia hucûsque non venit in mentem hominis habentis voluntatẽ imbecillem exorare Deum, ut ei novum consens. negativum per gratiam excitantem conferat : ergò per ly *præparatur* intelligitur &c.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

25 Arguit 1. OBijcies 1. Gratia præparans bonam hominis voluntatem non includit gratiam prædeterminantem : ergò talis gratia consistit præcisse in gratia internæ illuminationis , & affectionis simul cum consensu negativo,quo disponitur ad gratiam prædeterminantem velle. Prob. añs. Gratia præparans bonam voluntatem , est gratia añs. gratiam adiuvantem ; sed gratia adiuvans iuxta Thomistas est gratia prædeterminans : ergò. Mai. prob. ex M. P. in Enchir. cap. 32. ubi dicit de Deo: *Quod hominis voluntatem bonam , & præparat adiuvandam, & adiuvat præparatam.* Ubi expresse ponit præparari de præsenti , & adiuvari de futuro : ergò iuxta M. P. gratia præparans bonam voluntatem est gratia añs. gratiam adiuvantem. Confirm. Gratia inspirationis est gratia excitans , & præcedens gratiam prædeterminantem , per quam Deus operatur in nobis velle ; sed gratia præparans bonam voluntatem , est gratia sanctæ inspirationis: ergò. Prob.min. ex M. P. epist.107. *Ubi ait Deum non per legem , atque doctrinam , sed per occultam inspirationem gratiæ præparare hominis voluntatem* : ergò. Urgetur. Gratia præparans bonam voluntatem est illa , à qua sumit initium in nobis bona voluntas ; sed sancta illuminatio , & inspiratio est gratia , à qua sumit initium in nobis bona voluntas;cum in tali gratia consistat vocatio , à qua iuxta Tridentinum,sess. 6. cap. 5. sumitur exordium nostræ iustificationis: ergò.

Confirm.

Urgetur.

26 Resp & prob.ineficac.arg.1 Ad 1. Respond. Neg.min.& illius probationem. Ad testim. M.P. cui præcipuè innititur , opinio contraria , respondetur nihil concludere, si benè expendatur mens M. P. 1. Nàm ibi intendit probare bonam voluntatem esse à Deo, ideòque dictum esse , *non esse volentis , neque currentis, sed Dei miserentis , quia præparatur voluntas à Domino*;nunc sic:iuxta M. P. quia voluntas bona præparatur à Domino, velle bonum estDei miserentis : ergò si per gratiam excitantem, cui volunt. annuit per consens.negativum solũ prę̃paratur bona voluntas , velle bonum est Dei miserentis , quia confert huiusmodi gratiam voluntati : ergo per gratiam, per quã Deus prædeterminat,& efficit directè in nobis velle bonum, non verificatur , quod tale velle sit opus Dei miserentis. Sed hoc nequit concedi ab opinione ponenti necess gratiam prædeterminantem : ergò per gratiã præparantem bonam voluntatem non intelligit M.P.gratiam antecedentem gratiam prædeterminantem.Vel aliter.DumM. P. asserit *quia præparatur &c.* * vel ly *quia* denotat causalitam immediat. negativè disponentem , vel causam directam efficientem velle ? si secundum, habemus intentum. Si primum,sequitur M. P. tantum assignasse causam secundum quid,initiativam,& indirectam , vi cuius verificetur , velle bonum esse opus Dei miserentis ; imò, & assignasse causam insufficientem; quandoquidem ; si ad consensum negativum præstictum sanctæ vocationi Deus non superadderet gratiam prædeterminantem , non verificaretur quod velle esset opus Dei miserentis iuxta A. quem impugnamus, sed potius liber. arbitr. esset causa principalis , & directa respectu bonæ voluntatis : ergò ne dicamus M. P. in dicta causali descripsisse causam secundum quid , & insufficientem , dicendum gratiam præparantem esse gratiam prædeterminantem.

27 Secundo; 2. Nàm ibi M.P. expresse assignat duplicem gratiam ; quarum una sit præveniens , altera vero sit gratia subsequens ; ita enim prosequitur: *Nolentem prævenit , ut velit ; volentem subsequitur , ne frustra velit* : ergò per gratiam præparantem intelligit gratiam prævenientem , ut voluntas velit , & per adiuvantem intelligit gra-

gratiam ſubſequentem, ne fruſtra velit: Hæc ſunt adeo certa, ut A. Adverſ. tom.3. quæſt.3. §.2. fol.143. aſſerat *utrumque teſtim. M. P. eundem ſenſum continere.* Nunc ſic: ſed gratia, qua Deus nos prævenit, ut bene velimus, & ad quam ſubſequitur grat. ne fruſtra velimus, eſt gratia efficac. determinans ad velle; ſiquidem ad ſolã ipſam ſubſequitur gratia, per quam datur, ut opere compleamus, quod volumus: ergò nomine gratiæ præparantis intelligit M. P. gratiam efficientem in nobis velle. Videatur D. Thom. 1. 2. quæſt. 111. art. 3. ubi ex doctrina M.P. ponit pro effectu proprio gratiæ prævenientis, *velle bonum*; & pro effectu gratiæ ſubſequentis; *operari efficacitèr bonum per priùs volitum.* Si ergò iuxta teſtim. adductum gratia præparans bonam voluntatem, eſt gratia, qua Deus prævenit, ut benè velimus; ſequitur, quod eſt gratia, per quam Deus operatur, & efficit in nobis velle bonum. Prob. inſuper: *Nàm cum gratia præveniens, & gratia ſubſequens* ſit idem iuxta D. Thom. art.3. *cum gratia operanti, & cooperationis*; cum ſit certum in eius doctrina, art.2. gratiam operantem eſſe motionem ad velle, & gratiam cooperantem eſſe motionem ad actum imperatum ex velle, clare ſequitur teſtim. M. P. potiùs eſſe in favorem noſtrum.

Ex conceſsis ad Adv.

Sufficit Auth. S.P. per quem aperitur ſenſus M. P.

28

Ad ponderationem ibi ſubiunctam Reſp. Munus gratiæ adiuvantis verè convenire, tùm gratiæ operanti in nobis velle; tùm etiam gratiæ cooperanti, & moventi ad facere; ut expreſſis docet S. Doct. loco citatb ex art. 2. quod negari nequit iuxta Doctrinam M.P. lib. de grat. Chriſti probantis contra Pelag. Dei adiutorium ad velle, & ad facere. Primum appellat adiutorium *voluntatis; ſecundũ adiutorium actionis*: per primum fit, ut benè velimus; per ſecundum, ut benè agamus. * Hoc ſuppoſito dum S. P. ait *præparat bonam voluntatem adiuvandam*: per ly *adiuvandam* intelligit adiutorium actionis, per quod fit, ne voluntas fruſtra velit, ſed opere perficiat, quod vult: undè non intelligit gratiam tantum adiuvantem, ut velit. Ratio eſt manifeſta; nàm iuxta dicta in prædcto teſtim. intelligit M. P. idem, ac gratiam prævenientem, & ſubſequentem; ſed gratia ſubſequens eſt gratia ſupponens velle; & adiuvans ad facere; ergò per ly *adiuvandam* intelligit gratiam adiuvantem ad facere. Ex quibus in forma: Reſp. Gratia præparans bonam voluntatem antecedit gratiam adiuvantem, ut velit, nego. Gratiam adiuvantem, ut faciat, quod vult, concedo, quare ſenſus M. P. *eſt velle, & currere, eſt Dei miſerentis, qui per gratiam prævenientem præparat operando bonam voluntatem adiuvandam per gratiam ſubſequentem, & cooperantem, ut rectè operemur; ut ſic velle, & currere ſit Dei miſerentis: velle, inquam, quia largitur à Deo per gratiam operantem, & prævenientem: currere autem; quia datur per gratiam ſubſequentem.* Sic exponit præfatum teſtimonium Mag. Lemos, dum ita ait: *Deus per gratiam operantem præparat hominis voluntatem, ut benè velit; & eandem voluntatem, quæ vult bonum, adiuvat, ne fruſtra velit; ſed per gratiam cooperantem perficiat, quod vult.*

Ad alias ponderat. in probat maioris.

* Hoc ſolũ fit, quãdo benè volumus, & agimus. Sic c.47.

Lib.4.p.1 tract. 8. c.8. & 9.

29

Ad confirmat.

Ad confirm. reſp. Hoc nomen *inſpiratio* teſte D. Thom. 1.2. quæſt. 68. art.1. *Significare motionem ab exteriori principio provenientem*; undè actus donorum Spir. Sancti, & ſi liberi, & perfectiſsimi dicuntur immed. fieri ex inſtinctu, ſive ex inſpiratione illius. Hac ratione idem S. Doct. aſſerit donum prophetiæ haberi ex inſpiratione Spiritus Sanct. & Job dicitur, *Inſpiratio omnipotentis dat intelligentiam.* Ex quibus conſtat inſpirationem ſignificare idem, ac *impulſum, motionem, & inſtinctum*; & voluntarie reſtringi ad ſubitas illuminationes, & affectiones. De quo plura diximus dub.4. §.5. videatur Magiſt. Lemos, lib.4. p.1. tract.7. cap. 12. à num.187. Hinc quando Concilia, & PP. requirunt inſpirationem divinam ad rectè velle, & operari, intelligunt etiam auxilium, ſive motionem facientem nos velle, & operari. Undè P. Auguſt. de corrept. & gratia, cap. 2. gratiam, quam Apoſt. exorabat 2. ad Corinth. 13. dicens: *Oramus autem, ne quid faciatis mali, ſed quod bonum eſt faciatis*; appellat *inſpirationem bonæ*

Idem ſentit M. Sernna, tract. de gratia.

vo-

voluntatis, & actionis; cum sit certum Apostolum non petere gratiam dantem posse; sed donantem bene velle, & benè agere; ut docet Augustin. de Gratia Christi cap. 25. Hinc etiam deprehenditur mens Magn. Par. dùm Epistol. 143. ait: *Pelagium negasse gratiam inspirationis ut necessariam*: nomine enim *gratiæ inspirationis* intelligit intertam motionem Spiritus Sancti facientem nos velle, & operari. Cum quo stat esse probabile iuxta aliquos Pelagium concesisse adiutorium sufficientiæ; & etiam motus illuminationis,& subitæ affectionis, ut tenuit Arguens tom. 1.q.7.à n.41.Pariter in telleg. est S. D. dùm 1. 2. q. 109. art. 6. loquens de præparat. per actus liber. ad gratiam habit. ait: *Oportet præsupponi aliquod auxilium gratuitum Dei interiùs animam moventis, sive inspirantis bonum propositum.* Probat. ex Hierem. 31. *Converte me &c.*

Nota ly sive.

30 Ad id, quod additur de instinctu Dei, per quem præpararur voluntas Domino: Respond. Hoc nomen *instinctus* attenta sua significatione dicere aliquid de se præscindens à motione efficaci, & inefficaci respectu illius actus, ad quem ordinatur. Constat hoc 1. ex Calepino asserente pro eodem accipi *instinctum*, ac accipitur, *inspiratio, suasio, motio, impulsus, & imperium*; cumque hæc omnia indifferenter verificentur de motione divina connexa, & inconnexa cum actu, pariter ratio instinctus Dei, attenta sua significatione indifferenter prædicatur, tàm de auxilio inefficaci, & solum moraliter moventi, quàm de auxilio efficaci physice immutanti voluntatem. Idem constat 2. ex Div. Thoma in Epist. ad Roman. cap. 8. lect. 6. & in 4. distinct. 17. quæst. 1. artic. 1. quæstiunc. 2. ubi definit vocationem interiorem per *instinctum, vel motum ad bonum immissum à Deo.* Sed vocatio interior ex terminis præscinditur, & indifferenter prædicatur de vocatione inefficaci, & efficaci, ut ibidem docet D. Thomas: ergò iuxta illius mentem hoc nomen *instinctus &c.*

Circa cõst. instinctus.

Ulterius. Ipse Sanct. Doct. super Ioannem, cap. 15. lect. 6. littera *E* in fine asserit: *Iudæos restitisse interiori instinctui, & attractui doctrinæ, per quam Deus eorum corda interius instigavit, ut crederent in Christum.* Id ipsum colligitur ex his, quæ docet 2. 2. quæst. 16. art. 1. ad 1. & insuper convincitur efficacissima, & si brevi ratione. Motio qua Spiritus Sanctus interius movet corda hominum ad bona opera, est instinctus, sive impulsus Spiritus Sancti. Sed iuxta principia fidei certum est homines pluriès resistere motioni Spirit. Sancti interius moventis ipsorum corda, ut constat ex illo: *Vos Spiritui Sancto resistitis*, qua ratione hæc propositio: *Interiori gratiæ numquam resistitur*, damnata est à Sede Apostolica contra Jansenium: ergò ratio instinctus Spiritus Sancti est indifferenter prędicabilis,tam de motione inefficaci, quam de efficaci. Rursus, quia quæst. 3.de Mal. a.4.asserit S.D. peccata ex suasione Diaboli comissa fieri ex illius *instinctu.*

31

32 Hinc apparet difficultas in tradendo regulam ad cognoscendum, quando à D. Thom. instinctus interior movens voluntatem ad opera pietatis, debeat determinate accipi pro motione ab intrinseco efficaci. Sed hæc difficultas facile deciditur duplici via. Prima est quando *instinctus* movens voluntatem superadditur ad *suasionem internam, Cœlestem delectationem &c.* allicientem voluntatem, tunc accipitur pro motione ab intrinseco efficaci; siquidem interna suasio, & delectatio alliciens voluntatem ad salutaritèr operandum, sunt motiones morales, & solum quoad sufficientiam attrahentes. Quapropter instinctus prædictis motionibus superadditus est gratia ab intrinseco efficax, & physicè activè immutans voluntatem. Secunda est, quando, scilicèt, à D. Thom. ponitur *instinctus*, non absolutè, sed, qui *est instinctus divinæ operationis* moventis voluntatem ad bonum. Nàm cum Deo operanti in nobis velle, voluntas creata resistere nequeat; eo quod operatio coincidit in Deo cum voluntate efficaci de se irresistibili: ideo

Quando instinctus est gratia ab intrinseco efficax.

instinctui divinæ operationis, sive per quem Deus operatur facit in nobis velle, & perficere voluntas creata resistere nequit. Ex his colligitur nomine *instinctus* assignati à D. Thom. super Ioannem cap. 6. lect. 5. intelligere gratiam ab intrinseco efficacem; siquidem illum appellat Div. Thomas, *instinctum divinæ operationis moventis voluntatem ad bonum.* Et insuper, quia illum superaddit, & contradistinguit *à delectatione amore, & intrinseca suasione* allicientibus moraliter voluntatem, & ex parte obiecti ad rectè operandum.

33 Idem dicendum, quando super illud ad Philipens. cap. 2. lect. 3. *Deus est qui operatur in nobis velle &c.* asserit: *Eatenùs Deum non destruere in nobis libertatem, quia per suum instinctum interius movet volunt. ad velle, & perficere.* Ibi enim loquitur de instinctu, per quem Deus in nobis operatur omnia nostra opera, *ut ait Isaias*, quiquidem instinctus nequit in motione purè morali consistere. Similiter quando ipse Angelic. Doct. in expositione Epistolæ ad Roman. 8. lection. 3. asserit: *In tantum filios Dei agi à Spiritu Sancto, quatenùs ex superiori instinctu moventur ad agendum*: nomine instinctus intelligit motionem ab intrinseco efficaci. Ratio huius est. 1. Nàm intelligi illam motionem, cum qua difficultèr percipitur voluntatem posse se ipsam movere; atqui motio purè moralis non est huiusmodi, quin potiùs ex sua natura solum intimatur ei, qui liberè operatur, & se ipsum movet ad agendum: ergò nomine *instinctus* intelligit ibi Div. Thomas &c. 2. Quia loquitur de instinctu Spiritus Sancti ita impellente voluntatem ad agendum, ut videatur illam cogere: quod probat ex illo Isaiæ 56. *Cum venerit quasi fluvius violentus, quem Spiritus Domini cogit.* Atqui motio de se indifferens, & tantum determinabilis à libero arbitrio ad consensum præ dissensu, nequit adhuc quòad appariéntiam cogere voluntatem ad consensum: ergò in prædictis verbis loquitur D. Thomas de instinctu per gratiam ab intrinseco efficacem. Sed de his satis.

Proseq. assumpt.

Obijcies 2. Gratia præparans bonam hominis voluntatem, est gratia disponens tantùm, sive inclinans voluntatem ad illam; nihil enim aliud est præparare, quam disponere; cui accedit Authorit. Div. Thomæ quæst. 6. de Veritat. art. 1. ad 8. dicentis: *Præparatio propriè importat dispositionem potentiæ ad actum.* Sed per gratiam subitæ illuminationis, & sanctæ affectionis verè disponitur, & inclinatur voluntas, ut benè vellit: ergò per huiusmodi gratiam præparatur voluntas à Domino. Confirmat. Gratia determinans efficac. & infallibil. voluntatem, ut benè velit, non est propriè gratia disponens voluntatem, ut benè velit; siquidem efficere efficacitèr aliquam formam, & disponere ad illam, sunt munera inter se valdè distincta. Sed per gratiam prædeterminantem determinat, & efficit Deus, ut voluntas positivè consentiat: ergò per huiusmodi gratiam non præparatur bona voluntas à Domino. Vel aliter. Gratia perficiens, & consummans aliquam actionem, non est gratia præparans ad illam; sed sic se habet gratia prædeterminans, per quam Deus donat nobis benè velle: ergò.

34 Arguit. 2.

Confirm.

Hoc argumentum solum habet efficaciam, attenta significatione huius verbi *præparo*, secundùm sui abstractionem; non vero attenta significatione, & sensu, in quo accipitur à SS. PP. in testim. supra relato, & alijs similibus. Quod ut clariùs fiat, sic arguo sub eadem forma: *Præparare est disponere: ergò Deum præparare bona opera, non est illa donare, sed causare aliquam dispositionem in nobis, ut benè operemur. Consequens est apertè contra Div. Leonem supra relatum dicentem: *Omnium bonorum donatio est divina præparatio.* Rursùs: *gratia perficiens; & complens, sive consummans bona opera, non est gratia præparans, sed Deum donare bona opera, est esse causam perficientem ipsa: ergò non est illa præparare. * 3. Deum prædestinare merita nostra, est illa

35 Respond.

la præparare; cum prædestinatio sit præparatio beneficiorum Dei: ergò si causare efficiendo nostra merita, non est propriè illa præparare, Deus ratione suę prędestinationis non causat effectivè nostra merita. Rursus: Prædestinatio iuxta Magn. Par. de Prædestinat. SS. cap. 10. *Est præparatio gratiæ in præsenti, & gloriæ in futuro*: ergò si præparare tantùm est disponere, gratia, & gloria, solum erunt effectus prædestinationis in genere causæ dispositivæ, non vero procedent ab ipsa, ut imperāti efficac. illorum existentiam. Tandèm (ut alia omittam) si parare est tantum disponere, & non donare actu formam, quam quis parat: ergò dùm dicitur: *De Deo paratum esse cibum, & paritèr: paratum esse timentibus eum mensam Eucharistiæ; & Christum Dominum disponere*, ut eius Apostoli in Regno Cœlorum gloria æterna fruerentur, * non significatur his locutionibus omnia dona supra recensita esse à Deo, ut actù donante, & efficiente ipsa, sed ut causante aliquam dispositionem præviam ad eorum donationem; quod est absurdum.

Psalm. 64 & 14. Isaiæ 12. & alia plura.

Licet ergò ex terminis loquend. præparare etiam conveniat dispositioni aptanti, & reddenti idoneum subiectum ad receptionem formæ, qua ratione homo per actus fidei, & dilectionis præparatur ad receptionem gratiæ habitualis; attamen non semper debet accipi præparatio in hoc sensu; sed multotiès debet sumi pro efficientia, & operatione causante aliquod donum. Regula autem ad servandam huiusmodi acceptionem sumi debet, tùm ex authoritatibus SS. PP. tùm etiam ex qualitate præparationis. Quando enim præparatio alicuius doni, sive beneficij Dei conducentis ad vitam æternam, est præparatio temporalis, & executio prædestinationis, aut prædefinitionis, secundum quam Deus ab æterno præparavit, & præordinavit se daturum in tempore sua dona; tunc Deum sic præparare est reipsa efficere, & donare nobis sua beneficia. Ratio est manifesta: Nàm omne id, quod Deus ab æterno prædestinavit, confert in tempore per suam gratiam efficacem, ponendo per imperium, & usùm activum, media efficacia ad existentiam rei prædestinatæ. Hac enim ratione, ut vidimus supra ex Div. Augustin. in illis verbis Ioannis 14. *Vado parare vobis locum*,* sive præparare mansiones æternæ fœlicitatis: significatur, quod mansiones: quæ erant ab æterno operatæ in prædestinatione, exequendæ erant in tempore per ascensum Christi ad Cœlos, & accipiendo, sive transformando illos ad Regnum Cœlorum: iuxta illud, * iterùm veniam ad vos, & accipiam vos ad me ipsum. * Idem, & eadem ratione dicitur de præparatione bonorum operum in illis verbis Apostol. *Creati in bonis operibus, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus.* Cum ergò bona voluntas, de qua loquitur textus Proverb. 8. Sit beneficium Dei ab æterno prædestinatum, & ob hoc etiam ab æterno præparatum, iuxta Div. Fulgent. & alios PP. rectè infertur; quòd in prædicto textu præparatio bonæ voluntatis debet accipi pro præparatione temporali, quæ est executio divinæ præordinationis existentis in Deo ab æterno. Huiusmodi autem præparatio significat realem efficientiam, & operationem beneficij ab æterno prædestinati, seu in ipsa prędestinatione præparati.

36 Explicat. pro solut

Ex hac doctrina Respond. negando maiorem. Vel claritatis gratia illam distinguo. Gratia præparans bonam hominis voluntatem præparatione, quæ est executio prædestinationis, secundùm quam ab æterno eam præparavit, nego maiorem. Præparatione imperfecta, & quæ non sit huiusmodi executio, concedo maiorem. Et cum eadem minoris distinctione, nego consequentiam. Nec obstat Authoritat. Div. Thom. 1. Nàm estò præparatio propriè significet dispositionem potentiæ ad actum; non tamen hoc præcisè: quia significat etiam Deum dare sua dona, ut patet ex ipso S. Doct. ad illa verba: *Quæ præparavit Deus, ut in eis ambulemus.*

37 Respons. in forma.

De quo supra.

Et 1. 2. quæst. 112. art. 2. ubi asserit: *Hominem præparare animam, quatenùs liberè tendit in bonum; & bonam voluntatem præparari à Deo; quia per auxilium suæ gratiæ movet liberum arbitrium, ut velit bonum.* Ex quibus cõstat *præparationem* alicuius doni à Deo significare multotiès eiusdem beneficij effectivam collationem. 2. Nàm statim, prosequitur Ang. Mag. *Est præparatio, quæ est dispositio potentiæ activæ ad actum, secundum quam dicitur, quod aliquis se præparat ad agendum aliquid; & talem præparationem importat prædestinatio; quæ nihil aliud est in Deo quam ordinatio alicuius in finem.* Cum ergò prędestinatio in actu imperij consistat ex S. D. illa dicitur dispositio, & præparatio bonæ voluntatis, imperando, & faciendo, ut voluntas eam faciat. Cum autem voluntas in ordine ad velle bonum se habeat, ut potentia activa; gratia causans effectivè huiusmodi velle potest dici præparatio, & dispositio; non quidem dispositio patientis, ut patiatur, sed agentis, ut agat benè velle. Huic enim modo dispositionis non opponitur efficientia rei dispositæ, ut videre est in habitu virtutis, qui dicitur dispositio potentiæ ad actum efficiendum per ipsam voluntatem: & similitèr contingit in homine præparanti animum, & cor suum Dño. cum tamen non aliter illud præparet, nisi producendo actum virtutis, per quem accedat ad Deum.

38 Notandum tamen pro maiori claritate; aliud significari, dùm dicitur: *Gratiam præparare voluntatem hominis* ad benè velle, sive ad bonam voluntatem, * ita ut hæc sit tantum finis cuius gratia; aliud, dùm dicitur: *Gratiam præparare bonam hominis voluntatem.* In 1. ly *voluntas* accipitur pro potentia. In 2. vero sumitur pro actu voluntatis. In 1. ly *bene velle &c.* potest denotare solum finem, & terminum *ad quem* præparationis; in 2. vero effectum illius. In textu autem Prover. propter cuius intelligentiam excitatum est præsens dub. voluntas non accipitur prò potentia, sed pro actu; ideòque P. August. multotiès dicit: *Bonam hominis voluntatem præparari à Deo*; ly enim *bona voluntas*, profectò significat velle bonum. Licet ergò per gratiam excitantem possit concedi, quod præparatur potentia voluntatis ad benè velle; ita ut ly *benè velle* significet finem, ad quem à Deo excitatur; non tamen per gratiam excitantem verificatur, *præparari à Deo bonum velle*, præparatione, inquam, efficaci, & practica, cuius proprius effectus sit ipsa bona voluntas. Probatio autem argumenti non satis distinguit inter duo relata: cum voluntatem parari à Domino reputat pro eodem, ac potentiam voluntatis præparari ad benè velle. Conclusio autem procedit de præparatione voluntatis significantis velle bonum.

Hoc fatetur Alv.

Vide dub seq num. 10.

Ad confirm. Resp. Gratiam perficientem, & efficientem aliquem actum, non posse dici gratiam disponentem, sumpta dispositione pro dispositione, quæ est patientis, ut patiatur, benè tamen pro dispositione, quæ est agentis, ut agat; siquidem divina providentia disponit omnes actus nostri liberi arbitrij, & simùl eos effectivè ponit in esse; *qua propter dispositio sumitur pro ordinatione efficaci rei in finem. Cum vero gratia efficax sit ordinatio practica actus ex vi divinæ prædefinitionis, à qua procedit; optimè cohæret cum eius efficacia, quòd sit dispositio, sive ordinatio practica actus. Unde in forma disting. illam propositionem: Gratia præparans præparatione efficaci, & practica, & per modum executionis, præparationis habitæ ex vi prædestinationis, non est causa perficiens actum, neg. Præparatione imperfecta, inefficaci, & quæ non gaudeat his prærogativis, conced. Deus enim in ordine ad hoc, ut benè velimus, & bene operemur; non se habet per gratiam præparantem, sicut se habet minister figuli, qui tantum disponit ad formam artificiosam introducendam ab ipso figulo, ut à causa principali. Unde præparatio illius est practica in virtute, in fortitudine, in potentia, ut dicitur Psalm. 64. ideòque est causa consensus salutaris, quem præparat.

39 Ad confirm.

* Homo per imperium dispon. suos actus.

Disponere Theol. est etiam ordinare, determinare, imperare, gubernare &c.

Nota.

Qua-

38 Qualiter autem gratia præparans bonam voluntatem posſit dici illam perficiens? Audiatur Magn. Par. in Pſalm. 28. ubi illud: *Vox Domini præparantis cervos.* Sic vertit, & exponit: *Vox Domini perficientis cervos; id eſt Apoſt. ſuperatores venenoſarum linguarum.* Et in Pſalm. 39. ubi legitur: *Aures autem perfeciſti mihi.* Sic habet: *Corpus autem perfeciſti mihi*; & tamen iuxta Apoſt. ad Hebr. dicitur: *Corpus autem aptaſti mihi. Aptare* autem idem ſignificat, *ac præparare.* Hinc verba ex Pſalm. 28. ſic exponit SS. Maluend. *Vox Domini muniens, & ſtabiliens cervos &c.* ergò optimè componitur gratiam præparantem bonam voluntatem eſſe effectivè illam operantem, & ſua intrinſeca efficacia perficientem, ſtabilientem, munientem, & firmantem voluntatem in bono.

Ill. Alvar. diſp. 22. & 55. plura adducit, ut ly præparatur ſignificet præde term.

39 Ut dicta maiorem lucem accipiant advert. in propoſit. Magn. Par. *Per Dei gratiam præparatur voluntas, ut benè velit*, etiam ſignificari gratiam habitualem; & hoc iuxta mentem ipſius. Aſſumpt. prob. ex Sanct. Doct. quæſt. 27. de Verit. art. 3. ubi probat, ſolum Deum eſſe cauſam principalem gratiæ ſanctificantis, ſequenti ratione: *Per gratiam immutatur voluntas hominis; ipſa enim eſt, quæ iuxta Aug. de natura, & grat. cap. 23. & de grat. & lib. arb. cap. 17. præparat hominis voluntatem, ut velit bonum. Sed ſolus Deus poteſt immutare voluntates hominum (immutatione ſe tenente ex parte potentiæ, & non ex parte obiecti conſiſtente in adhibendo obiectum) ergò &c.* Rursùs in eadem q. a. 6. ut prob. eſſentiam gratiæ habitualis non eſſe immed. in anima; ſic objicit 7. contra ſe. Secundum Aug. lib. Retract. cap. 22. *Per gratiam bona voluntas hominis præparatur. Sed non, niſi quatenùs voluntas perficitur per gratiam: ergò gratia eſt perfectio voluntatis, & ſic eſt in voluntate; non perfectio immediata animæ.*

Notabile ſcitu dignum.

(Sic in Corp.)

Reſp. *Ad 7. dicendum, quod gratia præparat bonam voluntatem mediante charitate, cuius gratia eſt forma.* 40 Ex quibus conſtat 1. quod gratia præparans &c. optimè quadrat gratiæ habituali. Conſtat 2. ratio efficaciſsima, ut gratia actualis præparans bonam voluntatem ſit gratia, per quam Deus actu operatur velle bonum. Si enim iuxta Sanct. Doct. per gratiam habitualem præparatur bona voluntas, ex mente Auguſt. quia eſt principium radicale, effectivèque influens in bonam voluntatem abſque recurſu ad aliquam diſpoſitionem ſe tenentem ex parte ſubiecti; à fortiori ſequitur gratiam actualem ſtrictè adiuvantem, & efficientem eandem bonam voluntatem, meritò dici gratiam præparantem per modum auxilij ipſum velle bonum.

Et hæc de hoc dub. applicand. litt. M. in 2. d. 28. per totam.

DUBIUM XII.

AN GRATIA INTERNÆ VOCAtionis in actibus indeliberatis consistens determinet physicè voluntatem ad actus liberos salutares?

§. I.

SUPPONUNTUR ALIQUA.

N. 1 SUpponimus cum communi Theolog. sensu gratiam internæ illuminationis, & sanctæ affectionis, movere moraliter voluntatem ad actus salutares. Et quidem loquendo de sancta cogitatione, qua voluntas subitò excitatur ad bonum, prob. 1. Nàm id, quod movet volũtatem ad liberum consensum, proponendo, & suadendo, movet ipsam moraliter, hoc est, motione per modum obiecti, sive finis allicientis voluntatem ad liberum consensum boni propositi; sed sic se habet sancta cogitatio, sive illuminatio: ergò movet moraliter voluntatem. 2. ex hoc ipso: Motio obiectiva, sive ex parte obiecti se tenens, reducitur ad genus motionis moralis. Sed sancta cogitatio movet voluntatem motione se tenente ex parte obiecti, ut constat ex D. Thom. 1. part. quæst. 106. art. 2. ubi ait: *Voluntas immutatur dupliciter; uno modo ex parte obiecti; alio modo ex parte ipsius potentiæ. Ex parte obiecti movet voluntatem, & ipsum bonum, & ille, qui demonstrat aliquid esse bonum*: ergò. De sancta affectione, sive pia dilectione, suadetur. Id, quod reddit voluntatem magis dispositam, ut bonum propositum ab intellectu, appareat, ut magis conveniens voluntati, movet ipsam moraliter; qua ratione iuxta S.D. 1. 2. q. 9. a. 2. & q. 77. a. 1. *Voluntas movetur indirectè, & ex parte obiecti, ab appetitu sensitivo; eo quod per motus illius fit, ut obiectum propositum ab intellectu, convenientius appareat voluntati.* Sed actus indeliberati sanctæ affectionis reddendo voluntatem affectam, & aliqual. inclinatam ad bonum honest. ipsam disponunt, ut obiectum proponatur cum mai. convenientia, iuxta illud Phil. 3. Ethic. c. 4. *Qualis unusquisque est, sic omnia videntur ei:* ergò per sanctas affectiones movetur moraliter voluntas ad consensum liberum salutarem.

Primo.

2

Ultra hunc concursum moralem, sive obiectivum, per quem exprimitur munus proprium gratiæ excitantis, attenta nominis significatione, plures Theolog. asserunt, prædictos motus illuminationis, & sanctæ affectionis, influere per modum principij elevantis physicè voluntatem ad elicientiam actuum salutarium; ideòque asserunt; in eis consistere gratiam sufficientem dantem vires physicas voluntati, ut eliciat actus salutares. Quam opinionem aliqui RR. ita temperant, ut prædicti motus solum exerceant munus principij physicè influentis in absentia habituum supernaturalium; cum enim in homine iustificato sit gratia habitualis per modum principij radicalis omnium operationum salutarium; adsint etiam virtutes Theologicæ; necnon aliæ infusæ, habet homo iustificatus sufficientes vires ad quemcumque actum salutarem; ideòque

Secundo.

De hoc dub. 8.

que, etsi prædictus motus indeliberati necessario præcedant, non tamen unicè; ut præbeant vires, sed alijs titulis, de quibus infra dicemus.

3 His suppositis præsens dub. quærit; An ultra motionem moralem conveniat prædictis motibus sanctæ affectionis munus determinandi physicè, & subiectivè, voluntatem ad actus salutares. In quo puncto Sap. R. sæpè citatus tom. 3. quæst. 6. §. 3. partem affirmativam defendit, eamque pluribus conatur probare. Advertit tamen duplicem motionem physicam voluntatis ad actus liberos debere distingui; unam efficacem esse, & irresistibilem, quia necessario connexam cum actu; alteram vero resistibilem, & inconnexam. Prima est gratia prædeterminans, quæ iuxta ipsum Magist. consistit in operatione increata Dei *producentis velle liberum*. Secunda autem consistit in affectionibus indeliberatis. Hinc non renuit 1. concedere huiusmodi subitam affectionem esse præmotionem physicam, Deumque ratione illius posse dici præmovere physicè voluntatem ad consensum liberum; non tamen esse gratiam prædeterminantem, nisi initiative propter eius inefficatiam, & irresistibilitatem. Concedit secundo concursum Dei immediatum non solum in actum voluntatis, sed etiam in ipsam voluntatem, subsistere per hoc, quod Deus producat in voluntate subitam affectionem; cum ex vi huius determinet, & immutet intus physicè voluntatem, ut liberè velit. Ex quo asserit tertio Deum per huiusmodi subitas affectiones movere voluntatem ad velle liberum, non solum quòad specificationem, sed etiam quòad exercitium, & motione se tenente ex parte ipsius voluntatis. Sed quia in illius opinione affectio indeliberata habet dare vires, & sufficientiam physicam voluntati ad actus liberos salutares (præsertim in absentia habituum) cum quo non videtur componi, quod physicè determinet voluntatem; siquidem hoc pertinet ad gratiam sufficientem; asserit sanctam affectionem habere duo munera, nempè constituere voluntatem indifferentem, & determinare eius indifferentiam. Unde munera recensita præstat gratia excitans sub diversa ratione formali, & est veluti duplex gratia: Nam sub ratione qualitatis dat posse, & sub ratione actionis vitalis determinat physicè illud posse.

Sensus cuiusdam R.

Explicat.

Si hęc omnia attentè considerentur, facilè quis percipiet maxima ex parte opponi gratiæ prædeterminanti, quam Angelica Schola propugnat innitens testimon. Div. Th. & rationibus ex ipso depromptis. Primum est: Deum immutare voluntatem ad bonum, non solum motione se tenente ex parte obiecti proponendo, suadendo &c. sed etiam motione se tenente ex parte voluntatis, & quòad exercitium, & hoc, ut sit causa directa, & perficiens in nobis omnem actum salutarem. Secundum desumitur ex eo, quod postquam voluntas intelligitur cum sufficientia potestatis ad salutariter agendum, requirit ulteriorem concursum gratuitum immediatum ex parte Dei; non solum in ipsum actum salutarem, sed in ipsam voluntatem, eam physicè immutando, & facientem illam facere: de quo Mag. Lemos lib. 3. ferè per totum. 3. desumitur ex eo, quod à principio indifferenti ad utrumlibet non sequitur actio determinata, nisi priùs per aliquod principium exteriùs physicè determinetur. Si enim affectio indeliberata est physica determinatio; imò præmotio physica, prædictum argum. redditur valdè inefficax. Denique omnes ferè AA. prædeterminantes probant similem gratiam ex Trident. quia videlicèt Deus gratia prævenienti non solum movet moraliter, sed etiam physicè ad actus salutares. De quo Mag. Lemos lib. 4. tract. 4. part. 2. cap. 19. Illust. Castell disp. 2. quæst. 2. & alij innumeri. Quæ omnia maxima ex parte infringuntur; si verum est gratiam excitantem physicè determinare, & quòad exercitium, voluntatem ad consensum salutarem, & pariter, per huiusmodi gratiam Deū exercere concursum determ. physicum, nō solum

4 Quarto.

Motiva pro gratia præd.

lum in actum voluntatis, sed etiam in ipsam voluntatem. Propter hæc motiva, si hoc dubium tractandum foret pro dignitate, necesse erat plurimum temporis in eius decisione consumere, & alia utiliora præterite. Qua de causa brevitati consulēdo, & præter morem solitum, argumenta huius Recent. 1. proponemus, & postmodum sentent. communem propugnabimus.

§. II.

Motiva desumpta ex authoritate Trid. & Aug. Præc.

5 SUpponimus gratiam excitantem, prout dicit sanctam illuminationem, non determinare physicè voluntatem ad consensum liberum. Tùm quia iuxta expressam doctrinam Div. Thom. 1. part. quæst. 82. intellectus, & similitèr cognitio suadens amorem alicuius boni, solum movet obiectivè per modum causæ finalis. Tùm quia iuxta ipsum hac 1. 2. q. 9. a. 1. intellectus ex se solum movet voluntatem quòad specificationem, scilicèt, præsentando voluntati suum obiectum. Tùm quia motio proveniens à sancta illuminatione, est extrinseca voluntati; non vero intrinseca subiective. Quod si imperio efficaci conceditur determinare effectivè, & physicè voluntatem ad usum activum, hoc convenit ipsi ex efficacia participata ab actu electionis. Nec huic doctrinæ obstat, quod iuxta aliquos Thomist. cognitio etiam effectivè influit in actum voluntatis. Non inquam obstat. 1. quia eundem influxum effectivum attribuunt bono apprehenso; cui minimè concedi valet munus determinandi physicè voluntatem. 2. quia ex terminis aliud est determinare *physicè* existentiam alicuius actus, aliud esse principium, vel com-principium physicè productivum illius; ut patet in habitu charitatis determinabili à voluntate media gratia prædeterminanti iuxta Thomist. Unde difficultas est de actu indeliberato subitæ affectionis intrinsecè afficientis voluntatem.

Noto 1. pro intellig. arg.

De his dub. 8. §. 1. & seq.

Arguit 1. ex Trident. sess. 6. cap. 5. definiente: *Sanctam inspirationem non tollere libertatem, quia illam possumus abijcere.* Nùnc sic: sed si inspiratio non determinaret physicè volunt. sed tantum moralitèr; non opus haberet Concilium stabilire eam libertatem non tollere: ergò quia sentit Concil. determinare physicè voluntatem. Min. sic prob. Notum est apud hæreticos cognitionem moralem suasivam non tollere libertatem; cum sit per se notum suasionem non cogere invitum: ergò sine causa declararet Concil. sanctam inspirationem non tollere libertatem; si aliūde tantū moralitèr moveret, quod ab hæreticis nō vertitur in dub. Confirm. Gratia excitans est initium physicum nostri actus salutaris; sed hoc ipso determinat physicè voluntatem ad illum: ergò. Min. constat, quia gratia excitans nō aliter initiat consensum, nisi determinando ad illum: ergò si est initium physicum, physicè determinat. Mai. vero prob. Si gratia excitans esset tantum initiū morale, & non physicum nostri actus salutaris, nihil esset diffinitum contra Semi-Pelag. à Trident. loco citato quandoquidem Semi-Pelag. teste D. Th. 2. 2. quæst. 6. 1. & 1. p. q. 23. art. 5. ponebant initium physicum operis salutaris esse ex nobis: ergò. 6

Arg. 1.

Confirm.

Arguit 2. ex D. Thom. 2. 2. quæst. 6. art. 1. dicent. *Deum esse causam principalem nostræ fidei; quia est causa movens interius hominem ad assentiendum his, quæ sunt fidei.* Sed D. Thom. loquitur de interiori motione per gratiam excitantem: ergò ratione gratię excitantis Deus est causa principalis nostræ fidei. Sed motio illa, vi cuius Deus est causa principalis nostræ fidei, est motio, nedum moralitèr, sed etiam physicè movens: ergò talis motio gratiæ excitantis &c. Min. 1. syllog. probat. ex eodem Sanct. Doct. in solutione ad primum dicenti: *Verum est, quod per scientiam gignitur fides per modum exterioris persuasionis; sed principalis, & propria causa fidei est, est id, quod interius movet ad assentiendum.* Sed motio contradistincta à motione persuasiva, est motio physica; ergò motio, per quam 7

Secundū argum.

Deus

Deus est causa principalis &c.

8 Tertium.

Arguit 3. Ex eodem Ang. Doct. 1.2. quæst. 9. art. 4. ubi quærit: *Utrum voluntas moveatur ab aliquo exteriori principio?* Respond. *Dicendum, quod, secundum quod voluntas movetur ab obiecto, manifestum est, quod moveri potest ab aliquo exteriori.* Ubi loquitur de motione morali. Loquens vero de motione physica, intrinseca, & subiectiva, asserit, *voluntatem ad primum motum voluntatis moveri à Deo exteriori principio, & ex instinctu illius.* Sed instinctus Dei exterius moventis voluntatem, est inspiratio, aut indeliberata affectio; ut de se constat: ergò huiusmodi affectio in ordine ad actus supernaturales movet, & determinat physicè, intrinsecè, & subiectivè, voluntatem ad primum velle supernaturale.

9 Confirm. ex M.P.

Hanc probationem, quam reputat demonstrativam ad hoc, ut voluntas ad primum velle moveatur ex instinctu Dei, asserit esse depromptam ex Mag. P. August. lib. 12. de Civit. Dei, cap. 9. asserenti: *Angelos fuisse creatos à Deo cum amore casto, quo illi adhæsserunt*, & per quem potuerunt facere in se bonam voluntatem.* Ubi M.P. distinguit inter amorem castum, & bonam voluntatem; amor castus fuit amor indeliberatus, qui à D. Thom. vocatur *instinctus*; bona vero voluntas est velle lib. ergò si talis amor castus fuit causa, ut Angeli facerent in se bonam voluntatem, talis amor spectans ad gratiam excitantem, fuit determinatio, nedum moralis, sed etiam physica.

10 Quartum

Arguit 4. Et principalitèr ex eodem Sanct. Doct. quæst. 22. de verit. art. 9. & 1.p. quæst. 106. art. 2. & 1.p. quæst. 105. art. 4. sub hac forma. Motio illa, per quam Deus immutat effectivè voluntatem, est determinatio physica voluntatis; sed per gratiam sanctæ affectionis Deus effectivè immutat voluntatem ad liberum consensum: ergò. Prob. min. Motio illa, per quam Deus agit, & operatur intra voluntatem, sive interius eam inclinando, immutat effectivè voluntatem; sed sic se gerit Deus per sanctam affectionem; cum sit actus vitalis à Deo productus intra voluntatem, & interius eam inclinans ad consensum salutarem: ergò.

§. III.

Solvuntur relata motiva probando eorum inefficaciam.

PRimum argumentum ex Trident. manifestam patitur instantiam. 11

Non minus certum est hæreticis motionem purè moralem non destruere libertatem actus, ad quem datur talis motio; quam motionem physicam purè quoad sufficientiam movent. resistibilem, & inconnexam cum actu, non destruere eius libertatem; cum sit per se notum neminem necessitari ab illo, quod pro nutu voluntatis est resistibile, & aliundè non habet connexionem cum existentia actus. Atqui hoc pacto iuxta præfatum Mag. gratia excitans determinat physicè ad actum salutarem: ergò inutilitèr stabiliret Trident. talem gratiam excitantem non destruere libertatem; cum sit certum motionem inconnexam, & resistibilem pro nutu voluntatis, illam non destruere. Resp. ad 1.

Resp. 2. Incertum esse Concil. probare sanctam inspirationem non destruere libertatem, quia voluntas potest illam abijcere: hæc enim verba adducit Concil. ut probet voluntatem amplectendo sanctam inspirationem, non se habere merè passivè, & veluti inanime quoddam, ut sentiebat Lutherus. Verba enim sic se habent: *Ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, nec ipse homo nihil omninò agat inspirationem illam recipiens, quippè, qui illam abijcere potest.* Et quamvis Lutherus etiam negaret libertatem; hanc statuit Concil. eodem cap. in his verbis: *Neque tamen, sine gratia Dei se movere ad iustitiam lib. volunt. posse: Undè in Sacris Litteris, cum dicitur: convertimini ad me &c. libertatis nostræ admonemur.* Respond. 3. Esse per se notum hæreticis motionem moralem exteriorem, aut interiorem in cognitione consistentem non destruere libertatem actus, secùs vero motio- 12 Alitèr Respond. Resp. 3.

tionem moralem consistentem in affectione interius inclinante voluntatem. Siquidem * plures hæretici asserunt sanctis inspirationibus voluntatem inevitabiliter rapi ; consequenter ad quæ Jansen. dixit delectationem victricem tollere libertatem indifferentiæ , & solum relinquere libertatem spontaneitatis. Denique argumentum probat etiam gratiam excitantem, prout includit sanctam illuminationem , determinare physicè , quod negat præd. A. siquidem Concil. etiam loquitur de illa sub expresso nomine, scilicèt, *illuminationis Spiritus Sancti , & à qua primo sumit initium nostra iustificatio.* Ad confirm. dicemus infra latius. Pronunc respondetur falsum esse , gratiam excitantem sumptam pro actibus sumptis sanctæ illuminationis , & affectionis, esse initium physicum consensus liberis salutaris. De illa prout dicit illuminationem, fatetur præd. M. non initiare physicè ptæd. consensum. Loquendo autem de ipsa , prout dicit subitam affectionem ; nec est initium physicum per modum virtutis physicè elevantis voluntatem ad salutarem consensum ; ut communiter tuentur Thomistæ, & plures ex AA. Societatis; nec est initium physicum per modum determinantis physicè voluntatem ad illum ; ut infra probabimus. Nec Concilium , cap. 5. cit. oppositum huius insinuat. Solum enim asserit exordium in his, qui iustificantur, sumendum esse *à præveniente Dei gratia per Iesum-Christum*: hoc est, *ab eius vocatione* , ut qui per peccata à Deo aversi erant, *per eius excitantem, atque adiuvantem gratiam* ad suam iustificationem disponantur. Ubi pro initio consensus , & aliorum actuum, quibus homines disponuntur ad iustificationem ponit utramque gratiam , scilicèt, excitantem , atque adiuvantem, ita , ut talis dispositio per utramque fiat. * Ex quibus potest distingui mai. Gratia excitans ponitur à Concil. ut initium consensus salutaris : sumpta se sola, & sine gratia adiuvanti, neg. mai. Sumpta simul cum gratia adiuvanti , conced. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq.

Nec obstat , quod Concil. Solum ponit pro initio , sive exordio iustificationis in adultis, Dei vocationem. Non inquam obstat 1. quia talis vocatio actu includit sanctam illuminationem, cui præd. M. negat esse initium physicum consensus salutaris. 2. Quia talis vocatio , utpotè efficax in his, qui iustificantur , utramque gratiam , scilicèt, excitantem, & adiuvantem, includit iuxta Trident. pro quo videatur M. Lemos , ubi supra. Nec , ut definiat contra Pelag. necesse est, quod gratia in actu 2. excitans , sit initium physicum , aut determinatio physica actus salutaris, ut mihi videtur evidens ; siquidem hæc propositio : *Homo nequit salutaritèr velle sine prævenienti inspiratione, & sine prævenienti eius adiutorio , per quod faciat , ut velit* ; directè opponitur errori Pelagij. Undè Conc. Trident. Can. 3. sic definit contra ipsum : *Siquis dixerit sine prævenienti Sancti Spiritus inspiratione , atque eius adiutorio hominem posse credere &c. anathema sit.* Undè esto sit certum, initiū boni operis, ideſt bonā vol. esse à Deo physicè illum efficiente, & dante vires physicas, ut voluntas paritèr consensum salutarem eliciat ; non tamen est certum , quod huiusmodi vires physicè proveniant à gratia excitanti, * & longe minus certum est, quod Deus ratione gratiæ excitantis in actu 2. determinet physicè : quamvis apud Thom. communiter habeatur pro certo, quod Deus per gratiam adiuvantem physicè determinet voluntatem ad consensum salutarem. Sed demus gratiam excitantem sumptam pro actibus subitis, initiare physicè consensum salutarem ; hoc enim dato , nihil concluditur ex probatione; cum ad tale munus sufficiat gratiam excitantem initiare consensum per modum virtutis physicè elevantis voluntatem , ut plures AA. volunt. Ex quibus constat falsitas illius propositionis: * gratia excitans non aliter initiat, nisi determinando; * cum etiam sufficientia expedita ad actum salutarem sit initium illius, maximè si determinaret voluntatem in actu 1. quoad specificationem.

Ad 2. respond. Ex D. Thom, nihil probari in favorem talis opinionis

* De quo arguens, tom. 3. q. 2. §. 2. & seq.

Ultimo.

Ad confirmat. 1. argum.

* Ita ibi cap. 6.

Occurrit cuidam instant.

* De quo dub. 8. §. 3.

Solut. pro AA. Socict.

12

14

nis ; restat enim probandum , quod in illis verbis : *Deus est causa propria, & principalis nostræ fidei , quia est causa movens interius per gratiam ad credendum*, intelligat D. Th. grat. in subita affectione consistentem , & non gratiam prædeterminantem : quod non facile præstabitur, * quin potiùs oppositum efficacissimè colligitur ex ipsa ratione motionis; cùm enim movere sit iuxta ipsum Angel. Præcept. reducere aliquid de potentia ad actum;* cum hoc proprijssimè verificetur de gratia prædeterminante,de illa exponendus est D. Thom. in dicto loco. Verum tamen est , quod cùm actus fidei sit supernaturalis , debet supponi etiam gratia præbens sufficientiam ad illum , licèt hæc non sit propriè movens ad actum fidei ; sed potiùs mobilis per gratiam prædeterminantem , ut in actu 2. producat actum fidei. Nec probatio est ad rem; nàm , licèt motio contrapositа exteriori persuasioni sit motio physica, vel motio interna moralis ; neutra tamen ex his determinate illi opponitur. Stando etiam Doctr. Advers. argument. est inefficax 1. Nàm per subitam affectionem Deus tantum *initiativè* est causa effect.consensus salutaris,& bonæ voluntat. Quis autem causam effectivam *initiativam* dicet causam principalem? 2. Nam motio per subitam affectionem iuxta ipsum spectat ad sufficientiam voluntatis, ut benè, & salutaritèr velit. * Dare autem suffcientiam ad benè velle , & agere,non est verè producere bonam voluntatem , ut advertit , & reijcit S. D. 3. contra Gent. cap. 89. Origenem ob hoc dici Deum : *Facere in nobis velle,quia dat virt.volendi.* 3.Nàm Concil. Trident. sess.6. cap. 6. agens de causa actus fidei ait:*illum provenire à libero arbitr. excitato, & adiuto Divina gratia:*constat ex illis verbis: *disponûtur ad iustitiam &c.* quod etiam definit Can. 3. cumque iuxta arguentem per gratiam adiuvantem intelligatur gratia ab intrinseco efficax , & hæc adstruatur ab ipso , ut Deus sit prima causa effectiva , directa , & per se talis , qualitèr erit conseq. dictum: Deum per subitam affectionem &c.?

Nullus scholæ prædet. id dixit.

Sic 1.2.q 9.art.1.

Ita q. 6. num.38. tom 3.

Ita ibi à num.40.

3. Argum. solutum relinquimus supra dubio antecedenti , ubi probavimus hoc nomen : *instinctus* significare motionem de se communem, tam motioni prædeterminanti, quam motioni excitanti Rursùs:Nàm prædictam doctrinam de motione ad primum actum per *instinctum* Dei desumpsit D. Thom. ex Phil. de quo asserere:nomine instinctus ad primum actum liber. intelligere subitam affectionem : est prorsùs voluntarium. Insuper : nàm iuxta præd. M. tom. 3. quæst.6. à num.21. affectus indeliberatus non necessàrio præcedit affectum liberum naturalem ; atqui Doct. D. Thom. in dicto art. & 1.2. quæst. 109. art. 2. ad 2. loquitur de 1. actu libero naturali,ut cum quis v.g. *primo vult consequi sanitatem* ; & Philos. cuius doct. innititur , solum potest loqui de tali actu : ergò importune adducitur prefatum test. Deniquè Nàm licèt iuxta præfatum M. subita affectio determinet physicè ad primum actum liberum,non tamen unicè , sed etiam , & cum maior.proprietate,determinatur voluntas physicè à gratia prædeterminante: ergò si per ly *ex instinctu* solum intelligit præd. motionem subitæ affectionis ; sequitur, quod D. Thom. satis diminutè, egisset , omittendo , à quo principio exteriori voluntas physicè simpliciter , & cum rigore , sivè quoad efficaciam, moveatur ad primum actum liberum.

15

Ad 3.argum.

Ad teſtim.M.P. Respond.dicere *per amorem castum* , intelligi ab illo affectionem indeliberatam in Ang. esse menti eius oppositum. 1. Quia de tale amore affirmat, quod Angeli boni per illum *modo Deo adhærent , & ad ipsum convertuntur , ut summum bonum*,conversio autem ad Deum , ut summum bonum, significat affectum liberum , & efficacem. 2. Quia pro tali amore affirmat etiam verificari de Angelis illud Pauli : *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum.* In quo testim. loquitur Apost. de charitate sumpta pro amore libero.Ex quibus rursus falsum est M. P. distinguere inter amorem castum, & bonam voluntatem Angelorum ; quin potiùs affirmat esse unum,

16

Ad test. M. P.

Ad Rom. 5.

unum, & idem; ut constat ex sequentis verbis: *Et istam bonam voluntatem, quis fecerat, nisi Ille, qui eos cum bona voluntate, id est, cum amore casto creavit? Undè sine bona voluntate, hoc est, sine Dei amore, numquam fuisse Angelos credendum est.* Rursus. Hoc etiam denotat ipsa natura amoris casti, qui dicitur talis, quia est amor purus, amicabilis, adhærens Deo, non ob aliquod commodum, sed unicè, quia ob eius summam bonitatem est dignus amari super omnia.

17 Ad 4. argument. Respond. Doctrinam D. Thom. in eo contentam non favere præfatę opinioni: *Quod ut clarè constet, oportet singula percurrere, in primis falsum est: * Deum per subitam affectionem immutare effectivè voluntatem ad consensum salutarem.* Ratio est. Nàm Deum sic immutare voluntatem est Deum efficere; sivè operari in ea consensum salutarem. Sicut enim voluntas non immutatur formalitèr per consensum salutarem, nisi ipsum intrinsecè recipiat; ita Deus nequit effectivè immutare ipsã ad salutariter consentiendum, nisi reipsa, & cum effectu operetur prędictum consensum; quod enim præstat forma formalitèr, præstatur effectivè à causa producente formam. Sed stat subita affectio ex parte voluntatis, quin Deus efficiat, & operetur in voluntate consensum salutarem; imò, &, quod operetur dissensum quoad esse physicum: ergò per subitam affectionem Deus non immutat effectivè voluntatem. Explicatur hoc: Deum immutare effectivè voluntatem ad consensum salutarem, est effect. transferre voluntatem de non consentiente in consentientem salutariter; *cum omnis mutatio sit transitus à termino *à quo*, ad terminum *ad quem*. Sed Deo non efficiente, sive operante consensum salutarem, cessat huiusmodi transitus in voluntate: ergò cessat etiam ex parte Dei effectivè immutare illam, ut salutariter consentiat. Denique: Deus non dicitur immutare effectivè voluntatem ab ipso aversam, ut benè velit, sive convertatur ad ipsum, nisi homo possit dicere cum Propheta: Psalm. 76 *Et dixi nunc cœpi; hæc mutatio dexteræ excelsi.* Sed homo, cui de facto deficit bona voluntas, esto accipiat à Deo subitas affectiones ad bonum, nequit talia verba veraciter proferre, ut est certum: & vlterius constat in casu peccati coniungibilis cum subita affectione: ergò &c. Undè quamvis voluntas accipiens à Deo subitam affectionem, immutetur effectivè ab ipso de non pie subito affecta, ad pie affectam, secùs tamen potest dici esse immutatam effectivè à Deo de malo in bonum. Solutiones, quę huic probationi adhiberi possunt, continent loquutionem impropriam, vel saltim reddunt quæstionem de solo nomine. O tempus!

Ad 4 arg Resp. pro bâdo eius nefficac.

1. Propos.

* Sic loquitur M. P. de conversione Regis Assueri per motionē efficacem de gratia Christi, c. 24.

2. Propositio est: *Falsum est Deum per subitam affectionem immutare interius voluntatem, eam movendo quoad exercitium, seu motione se tenenti ex parte agentis.* Prob. Nàm iuxta D. Th. 1. 2. quæst. 9. art. 4. ubi agit de hac motione quoad exercitium; quam dicit *mot. quoad usum, & se tenentem ex parte agentis*; illa solum verificatur de aliquo agenti, quando reducit mobile de potentia ad actum; qua ratione voluntas non dicitur movere quoad exercitium alias potentias animæ ad suos actus; nisi illæ ex imperio voluntatis reducantur de otio in actum. Si enim potentia operativa manet adhuc in potentia, & in actu primo ad proprium actum, illo què verè, & realitèr carens, qualitèr dici valet esse reductam de potentia, sive de otio, in actum; estò sit vehementer propensa ad illius elicientiam. Quis enim dicet habitum charitatis, & aliarum virtutum, esse reductum de potentia ad actum, ex eo quod Deus excitet iusti voluntatem per subitas affectiones ad actum charitatis? Sed voluntas vi solius gratiæ affectionis non reducitur de potentia ad actum ipsius salutaris consensus: ergò non verificatur per subitam affectionem Deum movere quoad exercitium voluntatem ad consensum salutarem.

18 Secundo, i

Irem: hæc motio est tal. quoad usū: usus est aplicatio rei ad opus sic ibi quæst. 16. art. 1. & 2

3. Propos. *Per subitam affectionem non verificatur Deum interius movere voluntatem mot. ex parte volunt.* Prob. ex S. D. 1. p. quæst. 105. art. 4. & 106. art. 2. Nàm Deus eate-

19 Tertio

nus

nus movet voluntatem, eam interius inclinando, quatènus operatur in ea actum voluntatis; sed per subitam affectionem non verificatur Deum operari in voluntate actum illius: ergò. Prob. mai. ex D. Thom. quæst. 106. art. 2. dicenti: *Ex parte vero ipsius potentiæ voluntas nullo modo potest moveri, nisi à Deo; operatio enim voluntatis est inclinatio quædam volentis in volitum; hanc autem inclinationem solus potest immutare, qui virtutem volendi creaturæ contulit.* Nunc arguo: Deum immutare voluntatem, interius eam inclinando modo dicto est, immutare eius inclinationem actualem à virtute voluntatis procedentem, sed inclinatio actualis voluntatis, est operatio eiusdem iuxta D. Thom. 1. p. quæst. 111. art. 2. ergò Deum movere voluntatem interius eam inclinando, est operari in ea actum voluntatis. Confirm. Ideo Deus movēdo interius voluntat. non cogit ipsam, quia sic movendo dat ei eius propriam inclinat. sed propria inclinatio voluntatis est illius operatio: ergò Deum movere interius voluntatem, eam inclinando, est operari, vel dare ipsi actum voluntatis. Mai. est S. D. 1. p. quæst. 105. art. 4. ad 1. & quæst. 106. art. 2. Nec potest dici S. Doct. ad talem immutationem requirere amorē, sive voluntatis operationem; non tamen, qui determinate sit liber. Non, inquam dici potest: nàm expresse loquitur de immutatione voluntatis, ut libera est: & constat clare ex argumentis, & eorum solut. sic quæst. 105.

Confirm.

20 Urgetur. Nequit Deus interius inclinare quoad exercit. voluntatem ad velle liberum, quin verificetur hominem accipere à Deo gratiam, quam deprecatur, dum ita ait: *Inclina cor meum Deus in testimonia tua*: atqui dum sic orat homo, orat pro gratia efficaci, iuxta M. P. de prædest. SS. cap. 20. ubi inter testimonia probantia: *Deum mirabili modo, & ineffabili operari in nobis velle salutare*, adducit verba relata ex Psalm. 118. post quæ concludit: *Audiant hæc, & alia, quibus ostenditur Deus convertere hominum voluntates*: ergò Deum interius inclinare voluntatem hominis &c. Quod sic urgeri potest. Hominem inclinare cor suum ad faciendas iustificationes Dei, est velle mandata Dei obsevare, iuxta illud: *Inclinavi cor meum &c.* Sic Sanct. Prosper. in illius exposit. ergò Deum inclinare voluntatem ad salutaritèr velle, est dare ei actum, quo salutaritèr velit. Undè illud M. P. *Deus habet omnipotentissimam potestatem inclinandi corda humana, sive ad bonum pro sua misericordia; sive ad malum pro sua iustitia.* communitèr exponitur de inclinatione consistente in collatione gratiæ efficacis, vel eius denegatione. Sed de hoc iterum. Interim Audiatur M. P. * *Quia, & ipsum velle Deus operatur in omnibus bonis: Præparatur enim voluntas à Domino: sequitur: inclina cor meum &c. Quid est inclinatum cor ad aliquid habere; nisi hoc velle? & voluit ergò, & orat, ut velit. Voluit cum dixit: deduc me in semitam mandatorum tuorum: quia ipsam voluit: orat autem ut velit: cum dicit: inclina cor meum: hoc itaque orat, ut in ipsa voluntate proficiat.* Nota primo causam cur: *Præparatur voluntas, &c.* quia Deus ait S. P. *operatur velle.* Nota 2. Hominem inclinare cor suum in bonum esse illum salutaritèr velle: & Deum illud inclinare, esse Deum dare velle, & profectum in illo.

Eodem Psalm.

De grat. & lib. cap. 21.

* Sup. verb. relata ex Psalm.

Hinc ad 3. argum. informa neg. min. ad eius probationem, dist. mai. Motio illa, per quam Deus agit intra voluntatem, illam reducendo de potentia ad actum, immutat Physic. aut effectivè volunt. conc. mai. Per quam operatur intra ipsam, dando, vel virtutem, vel expeditionem virtutis, aut dispositionem, ut liberè, & salutaritèr velit, sive operetur, neg. mai. vel subdisting. Immutat eam, ut natura est, conced. Ut libera est, nego mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Subitæ affectiones se habent uno ex modis relatis ad consensum salutarem. Similitèr distinguo sequent. propositon. *motio illa, per quam Deus interius movet voluntatem, eam inclinando, * inclinatione sumpta pro aliquali propens. ad velle liber. est motio effectivè immutans voluntatem, neg. mai. Inclinatione sumpta pro exhibitione actualis in-

21 Respond. in forma.

cli-

clinationis indistinctę ab ipso amore, conced. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Vel aliter: Inclinatione dante potestatem, aut expeditionem, ut voluntas liber. velit, neg. mai. Inclinatione facienti eam, ut liberè velit, conced. mai. & cum eadem, min. dist. neg. conseq. Solutio constat ex dictis; aliàs etiam ratione habitus virtutis dum excitatur cognit. vel dispositi acquisitæ ex actu honesto qui est inclinatio, & facilitas ad agendum, Deus immutaret, determinando physicè potentias ad operandum.

§. IV.

Solvuntur argumenta à ratione.

22 ARgum. 1. Gratia subitæ affectionis determinat voluntatem ad consensum salutarem in-
1. Argum à ratione. trinsecè, & subiective: ergò determinat eam physicè. Añs. est certum, & conseq. prob. 1. Determinatio, quę est tantum moralis, & obiectiva, est extrinseca voluntati; cum se teneat ex parte obiecti; quod est extrinsecum ipsi: ergò. 2. Ideo prædeterminatio Thom. determinat physicè voluntatem, quia est qualitas intrinseca voluntati, & in eam immediatè agens; sed sancta inspiratio est huiusmodi: ergò determinat etiam physicè in ipsam voluntatem. Min. quoad 1. p. constat, & quoad 2. probatur. Sancta inspiratio agit immediatè in id, quod immediatè actuat, & informat; sed hoc est voluntas: ergò. Ur-
Urgetur. getur. Eo prædeterminatio determinat physicè voluntatem, quia est actualitas intrinseca voluntati, & de linea actus secundi. Sed hoc modo se habet sancta inspiratio; cum sit actus secundus vitalis, & aliunde non requisita, ut præbeat posse: ergò etiam determinat physicè voluntatem; cum hoc tamen discrimine; quod prædeterminatio movet, & determinat physicè irresistibilitèr; sancta vero affectio resistibilitèr.

23 Arguit. 2. Sancta affectio est necessaria in voluntate ad actus salutares, ut modo supponitur: ergò quia
Secundò. debet auferre indifferentiam voluntatis ad illorum elicientiam. Sed voluntas non solum est indifferens quoad specificationem, & obiectivè, sed etiam subiectivè, & quoad exercitium ad actus supernaturales liberos: ergò utraque indifferentia tollitur per sanctam affectionem. Sed motio tollens indifferentiam subiectivam, & quoad exercitium, determinat physicè voluntatem: ergò. Confirm. Confirm. Sanctę inspirationi debet concedi modum determinandi ad actus salutares, qui sit perfectior, & non destruat eorum libertatem; siquidem necessitas illius non est, ut prębeat posse, sed ut determinet indifferentiam voluntatis. Sed determinare physicè, & resistibilitèr voluntatem ad actus salutares, est perfectior modus determinandi; aliunde non destruit libertatem, ut est certum: ergò.

Sed hæc parum urgent. Ad 1. 24
Respond. dist. añs. Determinat determinatione intrinseca, & subiecti-
Solutio. va faciente voluntatem de non volente liberè volentem, neg. añs. Faciente eam potentem, aut expeditam, aut dispositam, ut liberè velit, conc. añs. & neg. conseq. Ad 1. probationem consequent. Respond. Subitam affectionem, & si intrinsecam inhæsivè voluntati; non tamen motive, aut determinativè, * utpotè se habentem ex parte obiecti; quatenus conducit, ut obiectum liberè amplectendum appareat, & proponatur voluntati, ut magis conveniens. Constat hoc à simili in specie impressa, quæ, & si intrinsecè, & subiectivè, actuet intellectum, non tamen se tenet ex parte illius, sed ex parte obiecti. Imò imperium determinat effectivè voluntat. & non est ei intrinsecum. * Quando ergò dicitur motionem moralem, & obiectivam, esse extrinsecam voluntati, ly *extrinsecam* non sumitur hic per exclusionem intrinsecè inhærentiæ, sed quatenus se tenet ex parte principij extrinsecè ipsam movētis. Rursus. Amor finis, ut est eius causalitas, est intrinsecè in voluntate; & tamen qua talis non immutat, aut determinat eam physicè, aut effectivè. Ad 2. probationem Resp. Ad 2. pro bat. Prædeterminationem ita esse intrinsecam, ut reducat voluntatem de po-

* Hoc est se tenent ex parte voluntatis.

* Idem de pia affect. ad assensum fidei

tęn-

tentia ad actum ex intrinsecis, & non suadendo, nec determinando intellectum, ut proponat obiectum cum maiori convenientia ad sui prosequutionem. Undè talis concursus prædeterminationis est immediatè in ipsam voluntatem; eo quod illam reducit, & applicat ad actum liberum. Concursus vero gratiæ excitantis non dat voluntati actu velle, sed tantum posse, aut expeditionem virium, vel complementum, ut actu velit; ideòque non est influxus in voluntatem, de quo est litigium inter AA. Thom. & AA. Societ.

25 Ad urgent. constat ex dictis ideo prædeterminat: determinare
Ad urgét. physicè voluntatem; quia eam applicat, & reducit de potentia ad actum, quod non convenit subitæ affectioni. Nec est verum, esse de linea actus 2. siquidem solum se tenet ex parte illius, non vero est constitutivè actus secundus. Rursus: aliud est esse actum secundum, aliud vero se tenere ex parte actus secundi, & non ex parte actus primi; ut videre est in cognitione præmissarum, & in intentione finis consequibilis per diversa media, quę esto sint actus secundus se tenent ex parte actus primi ad assensum conclusionis, & electionem huius medij præ alio. Licèt ergò subita affectio sit actus secundus nihil obstat, quo minus se teneat ex parte actus primi ad actum liberum, proindeque nequeat dici determinatio physica ad illius existentiam. Hoc etiam concedi debet consequenter ad doctrinam arguentis, iuxta quam subita affectio movet physicè purè quoad sufficientiam, & resistibilitèr, voluntatem; undè relinquit ipsam indiff. coniungibilem intensu composito cum actu, & illius carentia; signum autem indifferentiæ, & sufficientiæ, est signum actus primi.

26 Ad 2. Respond. Sufficere ad necessitatem subitæ affectionis, movere moraliter, & obiective voluntatem
Ad 2. argum. ad actum liberum; cum enim voluntas sit agens physicum, & morale in ordine ad actus liberos, utroque modo moveri debet à Deo primo movente, tam per modum finis, quam per modum primi agentis: pro quo videatur D. Thom. 1. p. q. 44. art. 4. & alibi. Deindè: etiam subita illuminatio iuxta arguentem necessario requiritur ad actum liberum; quin propter hoc sit determinatio physica ad illum. Quod si dicas, illuminationem auferre solum indifferentiam obiectivam; ideòque non determinare physicè; idem dicimus de subita affectione, cum obiectum liberè prosequendum non possit sufficienter movere voluntatem, nisi hæc supponatur piè affecta circa ipsum, & aliqualitèr gustet bona spiritualia. Deindè ad necessitatem subitæ affectionis non requiritur, quod aufferat indifferentiam voluntatis, sed quod eius vires ad actum salutarem, vel constituat, vel compleat, vel expediat. Ad confirm. Respond. Modum determinandi physicè, non congruere cum natura subitæ affectionis; eo quod immed. deservit, ut voluntas delectata, & allecta propter gustum rerum spiritualium, moveat intellectum, ut proponat ipsi obiectum cum sufficienti convenientia ad libere illud amplectendum.

Ad Confirm.

Sic A. q. 3. n. 31. & 33. in fin.

§. V.

Probatur conclusio negativa rationibus.

27 REferre AA. illam tuentes, superfluum existimo; cum citatus Mag. fateatur AA. Thom. & Jesuitas eam propugnare, à quorum nùm excipi potest aliquatenùs P. Suarez qui lib. 5. de Auxil. cap. 27. num. 7. ait * motionem indeliberatam inclinare suo modo physicè ad consensum liberum * sed illius mens in contra expressè habeatur lib. 3. cap. 9. & 10. AA. tuentes præcedentiam affectus subiti ad consensum salutarem, asserunt non requiri subitas affectiones terminari ad idem obiectum, ac ipse cõsensus; sed posse terminari ad alia. Quapropter ad actum charitatis sufficit præced. subitã affectionem timoris, aut doloris peccati, & alia. De quo Ripalda disp. 103. sect. 2. & M. Manso hic à num. 28. Quo supposito sit 1. ratio. Dolor indeliberatus peccati, & subitus timor pœna-

* De quo prope fine in dub

Et q. 3. n. 31.

Prima ratio.

narum nequeunt determinare physicè, & quòad exercitium voluntatem, ut amet Deum efficacitèr super omnia; siquidem iuxta D. Thom. 1. 2. q. 62. a. 4. & 2. 2. q. 19. a. 7. & 8. Huiusmodi affectus, etsi liberè eliciti, sunt dispositiones remotæ ad charitatem. Sed munus dispositionis non est munus determinantis physicè, & moventis quòad exercitium potentiam ad actum, ad quem disponunt: ergò. Nec dicas: hoc solum probare non esse determinationem physicam efficacem, seu irresistibilem. Non, inquam, dicas; tùm propter dicta; tùm quia munus moventis quòad exercitium, & immutantis effectivè ex terminis, longè distat à munere dispositionis, nisi impropriè, & abusivè loquamur.

28 Secunda. Probat. 2. Nàm sequitur de homine actu peccante posse verificari esse physicè determinatum ad non peccandum; imò etiam antequam peccet, esse physicè determinatum ad peccandum. * Ratio 1. est; quia sicuti ex sancta illuminatione oritur affectio sancta; ita etiam ex prava operatione sæpè oritur inordinata affectio in voluntate; quæ etiam iuxta Adversi. debet dici determinatio physica ad peccandum. Ex quo ulterius sequitur, hominem priusquam libere velit bonum præceptum, aut libere illud omittat; esse physicè determinatum ad peccandum, & non peccandum; ad non peccandum, per cœlestem affectionem; & ad peccandum, per pravam, & terrenam affectionem. Quod si dicas, hæc omnia cohærere, intellecta determinatione physica resistibili; Respond. Hanc locutionem esse impropriam, & solum nomine dici determinationem physicam; cum potiùs sit posse peccare, & posse non peccare. Ratio est. Nequit voluntas dici physicè determinata, & effectivè immutata à Deo ad actum liberum; multòque minus, physicè mota quòad usum; dùm est indifferens ad actum, & illius omissionem, indifferentia suspensionis formaliter, & propriè tali; sed sic se habet voluntas per subitam affectionem; cum iuxta Adversi. prædicta indifferentia solum vi illius auferatur

* Et quoad usum, & exercit.

initiativè; & hoc resistibilitèr pro nutu illius: ergò. Deindè nequit dici voluntatem esse determinatam physicè quoad exercitium, effectivè, & quoad usum à Deo, ut velit bonum, & quod Deus non sit physicè determinatus ad utendum voluntate; aliàs magis esset sub dominio voluntatis velle bonum, quam sub dominio Dei. Sed Deus per hoc, quod largiatur subitam affectionem, nequit dici determinatus physicè, & quoad exercitium, ut utatur active voluntate, cum hic sit applicatio actualis ad velle: ergò.

29 Tertia. 3. Nequit homo esse determinatus physicè, & quòad exercitium ad consensum salutarem in signo antecedenti ad iudicium indifferens constitutivum libertatis, ut salutaritèr consentiat; sed subita affectio præcedit iudicium indifferens constitutivum libertatis, ut voluntas salutaritèr velit; cum sequatur ad subitam illuminationem præcedentem tale iudicium: ergò si determinat physicè, verificabitur hominem esse determinatum physicè ad salutaritèr consentiendum, antequam sit liber ad salutarem consensum. Nec dicas solum exercere munus determinationis physicæ pro signo sequenti ad iudicium indifferens. Non, inquam, dicas primo, quia si determinat physicè, est, quia intrinsecè actuat, & inclinat voluntatem ad consensum salutarem; sed hæc habet in primo signo: ergò. 2. Nàm ideo determinat physicè voluntatem; quia Deus infundendo huiusmodi sanctam affectionem, operatur intra voluntatem, eam intrinsecè immutando; sed hæc omnia conveniunt sanctæ affectioni, antequam succedat cognitio indifferenter proponens velle bonum, & illius omissionem: ergò.

30 Quarta. 4. Aliud est aliquam determinationem esse quid physicum; aliud, quod determinet physicè; sicut aliud est aliquem actum voluntatis habere esse physicum; aliud physicè causare, ut constat in actu meritorio respectu præmij. Dum ergò præd. A. asserit subitam affectionem determinare physicè; vel hoc dicit propter entitatem physicam affectionis, vel

prop-

propter aliquam connexionem physicam cum actu libero ? Primum non est ad rem ; secundum est falsum; solum enim voluntas redditur aliqualiter inclinata, & propensa ad salutarem consensum;quod haberi potest absque aliqua connexione physica cum actu libero. Hæc doctrina patet à simili in certitudine physica , & certitudine purè morali ; in connexione etiam physica , & morali. Et insuper in necessitate physica, & necessitate morali. In quibus omnibus secluſa connexione ex natura rei ex parte medij, aut causæ , & impossibilitate physica extremi oppositi , nec datur necessitas , nec certitudo physica. Cur ergò determinatio physica , & quoad usum, ad actum liberum voluntatis , non debet constitui in esse talis per connexionem physicam , & ex natura rei cum tali actu?

31

Quid sit determin physica.

Quapropter modus determinandi physicè , aut moralitèr,voluntatem ad actum liberum , non debet pensari penes entitatem physicam determinationis ; siquidem aliud est aliquem actum habere in se esse physicum : aliud vero influere physicè; ut videre est in actu meritorio habenti esse physicum , non tamen influenti physicè in assecutionem præmij.Deindè prædictus modus determinandi physicè non est desumendus per hoc,quod intrinsecè , & subiectivè actuet , & inclinet voluntatem ; ut videre est in actibus meritorijs augmenti charitatis ; qui etsi intrinsecè informent,& actuent voluntatem eam disponendo ad maiorem intensionem habitus charitatis ; non tamen determinant , aut influunt physicè in talem intensionem ; sed tantum in genere causæ moralis, & dispositivæ , iuxta doctrinam D. Thom. Undè relinquitur aliquem actum dici determinationem physicam ad libere operandum; vel penes connexionem physicam cum actu , ad quem determinat ; vel quia influit in illius existentiam per se , & ratione sui ; non vero movendo intellectum, ut proponat obiectum sufficienti modo , ut possit libere amari à voluntate. Hic enim secundus modus influendi est proprius causæ moralis; quæ ideo dicitur talis , quia ratione sui non præbet existentiam rei, quam causat ; sed movendo , vel inclinando causas effectivas , & immediatè attingentes existentiam rei: ut videre est in merito, in oratione, & alijs huiusmodi:& ideò dicitur etiã influxus per modum causæ finalis,scilicèt,*aliciendo*, *invitando* &c. voluntatem. Cum igitur subita affectio , esto in genere causæ formalis inclinet aliqualitèr voluntatem , ut libere velit, eius tamen motio immediata sit determinando intellectum , ut obiectum proponat voluntati cum libertate ad amorem efficacem , & illius omissionem ; si huiusmodi iudicium tantum moralitèr in actu 1. influit in actum liberum,ut fatetur opinio contraria,manifestè sequitur influxum, & determinantionem, si quæ invenitur in subita affectione ; solum esse de linea determinationis , & influxus moralis.

Dices. Subita affectio inclinat formalitèr voluntatem ad actus salutares ; cum talem inclinationem præbeat in genere causæ formalis per sui physicam communicationem. Sed causa formalis est causa physica : ergò per illam facit Deus etiam physicè nos facere : ergò per illam effectivè , & physicè immutatur voluntas ad salut. &c. Ita quis poterit arguere ex Pat. Suarez , lib. 5. de Auxilijs , cap. 26. num. 7. quia tamen lib. 3.c.9.acerrime negat subitæ affectioni concursum physicè effectivum , & determinativum. Respond. negand. conseq. Aliud enim est actum aliquem physicè informare; aliud physicè determinare voluntatẽ ad alium actũ, de quo diximus immediatè. Rursùs : Nàm actus charitatis iuxta plures solum disponit moraliter ad gratiam ; & tamen physicè informat. Modus igitur determ. physicè ad aliquem actum debet sumi penes connexionem physicam præviam cum illo. Quod si arguens tantum intendat causalitatem determinativam physicè latissimè ; in hoc sensu nulla est quæst. & sic loquitur P.Suarez loco citato;cum dicat*causam finalem , quia per sui intrinseca

32

Instabis.

Respond

influit in actum voluntatis posse dici suo modo causam effectivam. * Videatur M. à S. Thoma in 1.2.q.8.disp. 3. a. 5. & 4. ubi agit de motione physica, & morali ad actus salutares.

33 Ut omnis vitetur confusio advertendum citat. Mag. varijs locutionibus suum sensum aperire. 1. *Deum per subitam affectionem determinare physicè voluntatem ad velle liberum.* 2. *Determinare illam quòad exercitium, sive quòad usum ad idem velle.* 3. *Deum immutare effectivè, & immutatione ex parte voluntatis, ad prædictum velle.* 4. *Deum determinare intrinsecè subiectivè voluntatem ad illud.* Omnes istæ in sensu absoluto, & proprio (ut in re gravi debent accipi) sunt falsæ. 1. propter ly *determinare*, cum relinquat voluntatem indifferenter coniungibilem cum carentia liberæ volitionis; & spectet iuxta Adv. ad illius sufficientiam. Quòd si diceret: *movet* non adeo absolutè esset falsa. Rursus propter ly *Physicè*: cùm *determinare physicè* volunt. ad liberè agendum, sit determ. per physic. connexion. 2. Quia cum determinare quòad exercitium, sive quòad usum, sit applicare potentiam reducendo illam de actu 1. ad actum 2. saltim ex natura rei (quidquid sit de miraculo) non verificatur per subitam affectionem &c. Aliud est movere potent. ad exercitiū, & ad usum; aliud movere quòad exercitium. Hoc enim 2. denotat efficaciā ex parte moventis. 3. Quia estò Deus immittens voluntati subitam affectionem, eam immutet effectivè transferendo ipsam de non sic affecta ad esse intrinsecè affectam: terminus ad *quem* talis immutationis non est velle liberum. Quomodo enim mobile erit *effectivè*, & non tantùm *affectivè* immutatum ad terminum, respectu cuius adhuc remanet in potentia; sive respectu cuius solum habet quoddam initium ad sufficientiā, & ad signum libertatis spectans? Rursus. Qualiter potest dici voluntatem, ut liberam ad velle, esse *effectivè* immutatam ad illud; dùm remanet, quatenùs est potentia libera, adhuc connexivè, sicut erat antea, nihil agendo liberè? 4. Propter dicta. Quin obstet, quòd, ut est actus vitalis, & causalitas voluntatis sic debet determinare. Nàm sufficit sic determinare illam in ordine ad suū proprium obiectum; non verò ad actum liberum.

Nota. 1. propositio. Secunda. Tertia. Quartà. Prima est falsa. Secunda. Tertia. Quarta.

Notand. 2. Præfat. Magist. adeò extollere gratiam excitantem, ut quæst. 6. num. 32. asserat: *Esse de mente Pontificum, & PP. Concil. Africani, cuius lingua, & calamus fuit P. Augustin. gratiam, vi cuius Deus est Author omnis boni nostri operis, & per quam omne opus bonum in Deum refertur, ut in Authorem, esse instinctum Dei. Quid autem sit hic instinctus? exponitur ab ipsis dicendo; esse paternas inspirationes, quibus præparatur voluntas à Domino. Hoc autem fit per sanctam inspirationem, & affectionem indeliberatam.* Certè, si hæc dicerentur ab AA. negantibus gratiam prædeterminantem, addendo subitæ affectioni præscientiam conditionatam consensus sub illa, & prædefinitionem consensus, ex cuius amore confert Deus auxilium prævisum efficax: nihil novum proferretur. At vero talia affirmari ab A. prædetermin. & hoc innitendo Concil. & P. Aug. videtur sustineri non posse. 34 Secundò.

1. Nàm ipse A. tom. 1. quæst. 8. num. 7. ponit, & probat hanc propositionem: *Velle nostrum nequit esse à Deo ut causa prima, nisi per prædeterminationem.* Quid enim est in Deo munus causæ primæ dantis velle bonum; quam munus A? 2. Quia ibidem n. 8. * probat influxum Physicum Dei in nostrum velle, quem dub. cit. appellat concurs. prævium; & gratiam adiuvantem, effectricem, & prædeterminantē: * *Requiri, ut Deus sit causa directa, & per se talis nostrorum meritorum.* Sed Deus nequit esse causa directa, & per se talis merit. nisi sit A. omnis boni operis: ergò vi solius gratiæ excitantis &c. 3. Illud Apost. *Deus est qui operatur &c.* semper explicat A. de gratia effectiva: sed exprimit in illo rationem A. ergò &c. 4. Ibi n. 4. constituit *Adiutorium quo P. Augustin. per vocationem congruam, & simul per influxum physicum Dei operantem velle.* Quem influxum, ut diximus, gratiam effectivam, & adiuvantem appellat, probatque ex 35 Ad Philip. 2.

Scrip-

Scriptur. Tridentin. & Magn. Par. Quis autem dicet, *adiutorium quo* propugnatum à Magn. Par. contra Pelag. adæquatè sumptum, & proùt definitur ioi à Magn. Par.* quò fit ut velimus,& perseverantes sumus,* non requiri; ut Deus sit Author omnis boni; sed hoc habere, proùt dicit gratiam subitæ affectionis, & inspirationis? 4. Gratia illa, quàm oramus,ut Deus operetur in nobis velle; & postquam benè volumus, tenemur pro illo agere gratias Deo, sine ullo prorsus dubio constituit ipsum A. omnium bonorum, & præsertim ipsius bonæ voluntatis. Sed talis est gratia strictè adiuvans, ut est innegabile: ergò sine illa Deus non est A.&c.

36. Tertio. Reijcitur

3. Not. quòd tom.3.quæst.6.num. 32. ait D.Thom. aliquibus testimon. *appellare gratiam excitantem instinctum, & in hoc sequi doctr. Pontific. & PP.* Aliud namque est gratiâ excitantem esse *instinctum* Dei: aliud vero omnem instinctum esse gratiam excitantem. 1. est verum. 2. sine causa dictum, ut probavimus dub. 11. num. 32.& hoc 2. intendit citat. Mag. pro quo adducit illud Cœlestin. *Nos autem instinctu Dei omnia bona in Deum A. suum referenda &c.* Et iterum: *Paternis inspirationibus suorum tangit corda fidelium.* Et P. August. de Gratia Christi, c.24. qui cogit Pelag. fateri: *Deum ineffabili potestate operari in cordibus hominum, non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates.* Percurramus singula. De hoc nomine *instinctus* iam diximus supra. Idem de sancta inspiratione dub. 11. num. 29. sed placet sequenti ponderatione adducere Magn. Par. Epist. 105. Qui, ut probet omnia merita, fidem, & etiam orationem, fieri à nobis per Spiritum Sanctum, adducit illud ad Roman. 7. *Sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Et sic exponit: *Interpellare nos facit, nobisque interpellandi, gemendique in spirat affectum.* Ex quo infert: *Adiutorium igitur Spiritus Sancti sic expressum est, ut ipse facere diceretur, quòd, ut faciamus, facit.* Et gratiam adiuvãtem, scil. per quam Deus facit, ut faciamus, appellat S.P. inspirationem Spir. Sancti. Rursus: asserit, hominem non posse habere *rectum consilium, fortitudinem continentiam, timorem castum, charitatem &c. nisi per Spiritum consilij, fortitud. &c.* Nunc sic: quid est aliquid fieri in nobis per operationem Spiritus Sancti, nisi fieri ex eius inspiratione? Audi Apostol. *Spiritus ubi vult spirat.* Ulterius tom. 1. quæst. 8. num. 6. prope fin. asserit: *Magn. Par. in testim. supra relato* * *adstruere necessariam esse gratiam physicè effectivam ad actus salutares.* Qua igitur consequent. ut probet Deum esse A. omnis boni operis ratione gratiæ excitantis, non intellecta gratia adiuvanti, adducit Magn. Par. testimon? Ult. S.P. lib. 83. qq. q. 3. ait: *Deo Auth. fit quòd illo volente fit.* Sed Deum prædeterm. bonam volunt. est eam strictè fieri, & fiere efficac. illo volente: ergò. *Et hæc de hoc dub. applic. litt. M. ubi præced.*

Arguit. triplic.

Solvunt; dicta.

* Ex lib. de gratia Christi.

DUBIUM XIII.

AN OMNIA SALVTARIA, QVÆ Thomistæ attribuunt principaliùs gratiæ prædeterminanti; potiori iure tribuenda sint gratiæ excitanti?

§. I.

PRÆLIBANTUR ALIQUA.

N. 1 Primo. OTiosum penitùs videbitur callentibus doctrinam Thomisticam circa gratiam prædeterminantem dubium propositum; si ad notitiam eorum non pervenerint, quæ novissimè excogitavit præfatus R. ut ferè nullum cap. remaneat pro tuendo necessitatem gratiæ prædeterminantis, uti ab illis communiter propugnatur. Sed quam sine solido fundamento ultra novitatem procedat; facilè constabit, si aliqua supponantur. 1. Præfatum Magistrum expresse, & pro viribus ex mente Magn. Par. tueri requiri necessariò gratiam prædeterminantem ad omnem actum positivum salutarem; illamque consistere in operatione increata Dei, secundùm quam omnia ad extra producit: si sermo sit de gratia prædeterminanti ad primum velle liberum, & salutare. Si autem sermo sit de gratia prædeterminanti immed. ad facere imperatum ex velle, gratia ista consistit in ipso velle efficaci elicito à voluntate, & prout procedit à Deo. Prima dicitur gratia operans. Secunda verò cooperans, de quo Div. Thom. 1. 2. q. 111. art. 2. & 3. 2. suppon. Gratiam adiuvantem sæpè sub hoc nomine adscriptam à Concilio Tridentino sess. 6. cap. 5. & 6. & pluries à Magn. Parent. & prout contradistinguitur à gratia excitanti, esse iuxta ipsum, gratiam physicè prædeterminant. idemque docet de gratia Dei, descripta à Magn. Par. sub nomine adiutorij *quo*, & sub nomine adiutorij *voluntatis*, & *actionis*, per quam fit, ut benè velimus, & benè agamus. Sic pluriès in suis scriptis affirmat Sapient. iste R.

Dub. Domest. & unicè inter AA. prædeterm.

Secundo

3. Supponimus, non esse idem aliquid esse primum ordine executionis ad productionem alicuius effectus; ac influere principaliter in eius existentiam; ita ut potiori iure ei debeat attribui. Constat hoc 1. quia regulariter in eo, qui procedit de potentia ad actum; imperfectum est prius perfecto ordine existentiæ. 2. Quia ordo gratiæ pro actibus salutaribus sumit initium à sancta subita cognitione, ad quam sequitur sancta affectio in voluntate; & tamen, ut est certum, & ipse Magister expresse tuetur; actus salutaris potiori iure, & principalius tribuitur sanctæ affectioni, quam sanctæ cogitationi. Similiter iustificatio extra Sacramentum

2 Tertio.

tum initium sumit ; initium , inquam , tanquam à dispositione libera à fide , qua moventur in Deum fideles , & postea eriguntur in actum spei , & subinde prorumpunt in dilectionem Dei ; quin propter hoc gratia iustificans debeat attribui tanquam causæ principaliori dispositivæ , actui fidei , quam sit actus charitatis. Quæ doctrina potest roborari exemplis ex communi Philosophia frequenter occurrentibus. His suppositis tom. 3. quæst. 3. à num. 24. partem affirmativam defendit , adeòque extollit gratiam excitantem , ut videatur deprimere gratiam adiuvantem , sine qua nihil boni velle , nec agere possumus. Oppositum autem est omninò verum , & sine ulla ratione dubit. ab omnibus prædeterminantibus tuendum. Pro quo sit

Sic Mag. Mànso.

§. II.

Statuitur conclusio negativa.

3 BReviter , sed efficacissimè probat 1. conclusio ex concessis ab eodem Magist. ut sic nedum falsitatis , sed inconsequentiæ convincatur. 1. Causa directa effectiva , & perficiens actum, principalius influit in illum , quam causa , estò ponatur directa , si sit tantùm causa initiativa ; sed gratia ab intrinseco prædeterminans , est causa directa , effectiva , & perficiens actum salutarem ; gratia vero excitans etiam , quatenùs dicitur congrua ; est causa , estò directa , tantùm initiativè talis ; ut expressè fatetur præfatus Magister tom. 3. quæst. 7. §. 2. à num. 38. ergò gratia prædeterminans principalius influit in actum salutarem , quam gratia excitans , etiam prout est congrua. Sed illi gratiæ potiori iure , & principalius attribuitur existentia effectus , quæ principalius in eum influit : ergò &c. Rursus : Gratia determinans absolutè cum omni rigore voluntatem ad velle salutare, principalius influit in illum , quam gratia tantùm conditionatè determinans ; nempè , si voluntas voluerit. Sed primo modo se habet gratia prædeterminans , & secundo gratia excitans. Ita quæst. 6. §. 3. à n. 40. prope fin. ergò.

Prima ratio ex concessis

Urget.

4 Prob. 2. ex hoc ipso. Per vocationem sanctam , ut distinctam à gratia efficaci , Deus tantum initiativè causat nostrum velle salutare, per gratiam vero prædeterminantem causat illud completè, & infallibiliter, auferendo omnem indifferentiam suspensionis à voluntate. Ita in eodem tom. quæst. 6. à num. 41. in fine. Sed velle principalius attribuitur , ut causæ , ei , à quo producitur completè , & formalitèr ; quam ei, à quo initiativè causatur : ergò velle salutare principalius tribuitur gratiæ prædeterminanti &c. Urgetur, & explicatur hoc. Gratia excitans eatenùs facit nostrum velle, quia causat immed. consensum negativum , qui est dispositio negativa ad velle ; gratia vero prædeterminans , sive adiuvans , eatenùs illud causat ; quatenùs per positivum , & immediatum influxum dat illi propriam existentiam. Sed hoc ipso principalius influit gratia prædeterminans , quam gratia excitans ; ut est innegabile, & exemplo causæ causantis tantum dispositionem ad formam in rebus physicis , demonstrari potest : ergò gratia prædeterminans &c. Prob. 3. Causa per se immediatè influens in effectum , est perfectior in causando, quam illa , quæ tantum mediatè influit in effectum , ut videtur innegabile ; sed gratia prædeterminans influit , ut causa per se immediata in actum salutarem ; vocatio autem , ut contradistincta ab adiuvanti , tantùm influit mediatè , & immediatè solum influit in consensum negativum disponentem ad positivum ; ut expressè tuetur ubi supra §. *asserimus* 3. ergò principalius influit. Ergò præd. gratiæ principalius, sive potiori iure debet attribui existentia actus salutaris.

Secunda.

Tertia.

5 Prob. 4. Gratia illa , per quam Deus vehementius influit in actum salutarem , est gratia , cui principalius attribuitur illius existentia ; sed sic influit Deus in actum salutarem per gratiam præderm. ergò gratiæ prædeterm. &c. Prob. min. Per

Quarta.

illam gratiam Deus vehementiùs influit in actum salutarem, per quam efficaciùs immutat voluntatem ad illius elicientiam; sed sic se gerit Deus per gratiam prædeterminantem; cum hæc sit ab intrinseco efficax in actu 2. & irresistibilis; gratia vero excitans sit secundum sibi intrinseca resistibilis, inefficax: & ut sit congrua in actu 2. exercitè, dependet à consensu liber. negat. ergò. Confir. & explic. hoc. Maior efficacia est maior, & perfectior efficientia; sed gratia prædeterminans gaudet maiori efficacia, quam excitans; cum hæc solum ex præscientia consensus, vel ex decreto prædefinitivo sit efficax; illa vero sit talis quòad sui entitatem, & naturam: ergò in illa relucet perfectior efficientia: ergò potiori iure causalitatis attribuitur ei existentia actus salutaris &c.

Confirm.

8 Probat. 5. Quod convenit principaliùs à Deo, ut operanti per suam gratiam, convenit principaliùs gratiæ, per quam operatur; sed Deus, ut operans consensum salutarem, principaliùs operatur illum, quatenùs influit per gratiam prædeterminantem: ergò consensus salutaris principalius attribuitur gratiæ prædeterminanti. Prob. min. Deus eò principaliùs operatur consensum salutarem; quò principaliùs; & perfectiùs movet voluntatem ad illius elicientiam; cum Deus operetur, ut primus motor in ordine naturæ, & gratiæ; atqui perfectiùs movet ad actum salutarem; dùm prædeterminat ad illam, quam dùm tantùm excitat; Tùm quia movere vol. est reducere eam de potentia in actum, & perfectius reducitur de potentia ad actum per illam motionem, quæ est ultima applicatio, & determinatio ad actum, quam per solã excitationem ad ipsum; Tùm quia ubi excluditur omnis potentialitas, & indifferentia suspensionis, ibi est perfectior reductio de potentia ad actum: ergò. Confirm. 1. hæc ratio. Actus salutaris provenit à Deo, ut Supremo Domino: ergò in illa gratia, in qua magis exprimit Deus suum dominiũ, exprimit perfectiorem influxum. Sed Deus explicat magis suum dominium supra

Quinto.

Confir. 1.

volunratem creatam ad actum salutarem, dùm illum prædeterminat, ac dùm excitat ad ipsum: ergò. Prob. min. Ibi Deus magis explicat præfatũ dominium, ubi magis explicat suum imperium; sed maius imperium explicat supra voluntatem, ut salutariter operantem; dùm illum immediatè suo imperio irresist. efficit, quã dùm solum excitat resistibiliter: ergò. 2. Dominium Dei est facultas utendi voluntate illã applicando per gratiam ad actum: ergò ubi perfectiori modo applicat voluntatem ad actum salutarem, perfectiori modo utitur activè illa; sed hoc sine dub. fit, dùm prædeterminat: ergò.

Secundo.

9 Sexto. Ex duplici causa, quarum una præparat, sive disponit voluntatem, ut benè operetur, & altera per quam donatur actù effectivè, ut sic præparata, & dispositа benè operetur, principaliter attribuitur existentia effectus causæ secundi generis, quam primi; ut patet in ministris disponentibus lapides, ut forma artis producatur ab Architecto. Sed gratia vocationis, ut distincta à prædeterminanti, habet pro munere proprio præparare, sive disponere voluntatẽ ad benè, & salutariter agendum; gratia vero prædeterminans habet voluntatem sic præparatam adiuvare donando ipsi benè, & salutariter operari; ut sæpè fatetur prædict. M. & probat ex illo Enchirid. cap. 32. *Qui voluntatem hominis præparat adiuvandam, & adiuvat præparatam:* ergò existentia actus salutaris potiori iure &c.

Sexto.

§. III.

Solvuntur argumenta.

10 Objicies 1. Gratia illa, vi cuius Deus potiori iure miseretur nostri, est gratia, cui potiori iure attribuitur benè, & salutariter operari; sed talis est gratia vocationis, prout distinguitur à gratia adiuvanti: ergò. Prob. min. ex Mag. P. quæst. 2. ad Simplic. ubi sic ait: *Non igitur ideò dictum est: non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei; quia*

Arg. 1.

quia nisi eius adiutorio non possumus adipisci, quod volumus; sed ideò potiùs, quia nisi eius vocatione non volumus. Ubi S.P. loquitur de gratia excitanti, proùt distinguitur ab adiuvanti, quia loquitur de vocatione, ut contrapositа Dei adiutorio: ergò cum de vocatione asserat propter illam Deum potiùs misereri, quam propter eius adiutorium, manifestum est &c.

Solutio. Respond. Hoc testimonium non esse pronùnc ad rem: Nàm adiutorium, quod ibi reijcit Magn. Par. ut propter illud sit dictum: non est volentis, neque currentis &c. est adiutorium non donans velle; sed supponens illud, & tantum requisitum ad proficiendum in bono, & adipiscendum id, quod iam volumus: quod quidem adiutorium est Pelagianum, ut constat expresse ex Magn. Par. lib. 2. contra 2. Epistol. Pelag. à cap. 7. impugnanti Pelagianos, asserentes* Deum adiuvare gratia sua cupiditatem boni, studium virtutis, & bonum propositum *, quod est dicere, ex adiutorio Dei provenire, quod homo operetur, & perficiat bonum, non tamen ex gratia Dei provenire, quod velit bonum. Constat hæc expositio, vel potiùs ipsa expressa mens Magn. Par. ex illis verbis: *Quia nisi eius adiutorio non possumus adipisci, (hoc est perficere) quod volumus.* Quapropter inefficacitèr adducitur præfatum testimonium ad probandum Deum non potiùs misereri nostri, quia confert adiutorium donans nobis velle. Ex quibus in forma disting. minor. Propter adiutorium supponens velle, & tantum donans nobis facere, conced. minor. Propter adiutorium donans nobis, & velle, & facere, neg. minor. Et huiusmodi est gratia prædeterminans, ut ponitur à Thomistis.

Res est in dubitata.

Sed dices. Magn. Par. talitèr negat esse Dei miserentis, quod *velimus, & curramus propter illius adiutorium, ut asserat;* * *ideò potiùs esse Dei miserentis, quia nisi eius vocationem non volumus.* *Sed vocatio ad gratiam excitantem spectat: ergò prædicta expositio non evacuat vim ārgumenti. Respond. Explic. Magn. Par. Vocatione utcumque, neg. maior. Vocatione alta, atque secreta, conced. maior. & cum eadem minor. distinct. neg. consequent. Vocatio enim congrua, quæ iuxta Magn. Parent. de Prædest. SS. cap. 19. & 16. dicitur vocatio alta, atque secreta, est, * qua non solum agitur, sed peragitur, ut homo velit, & credat; * id est, est causa perficiens, & completè donans nobis, ut velimus, & agamus; hoc autem iuxta prædeterminantes, & iuxta ipsum arguentem, nequit præstari à vocatione, nisi adiuncta gratia ab intrinseco efficaci, cuius proprium munus est causare immed. effectivè in nobis velle, & perficere faciendo, ut velimus, & agamus.

I 1

Instabis.

Resp.

Vide Calep. verb. perago.

Sed placet contra Arguentem retorquere testimonium nobis obiectum; probando vocationem esse congruam, propter prædeterminationem adiunctam. Id, à quo provenit, vel propter quod dicitur velle, & currere, esse opus Dei miserentis, est id, à quo provenit vocationem Dei esse congruam; cum Deum congruè vocare sit iuxta M. P. q. 2. ad Simplician. efficacitèr nobis misereri. Sed quod velle, & currere non sit hominis volentis; sed Dei miserentis, provenit à gratia excitanti adiuncta gratia adiuvanti, quæ à prædict. Magist. est gratia prædeterminans: ergò quod vocatio sit congrua, vel, quod Deus vocet congruentèr, provenit à gratia prædeterminanti. Prob. min. ex Magn. Par. ubi supra circa finem, dicente: *Ideò dictum est, non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis; quia sine Deo movente, & excitante, nec velle, nec currere possumus.* Ubi per ly *Deo movente*, ut superaddito *Deo excitante* iuxta eundē M. tom. 3. fol. 386. & q. 3. n. 26. intelligitur gratia adiuvans distincta ab excitante. Cui accedit communis sensus Thomist. probantium ex illis verbis Trident. sess. 6. can. 4. *Liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum* gratiam physicè prædeterminantem; motio enim, tut superaddita excitanti, est gratia physicè adiuvans: ergò standō doctrinæ traditæ ab arguente, ea-

I 2

Retorq. ad homi-nem.

tenùs velle, & cutrere est Dei miserentis, quia gratiæ excitanti superaddit gratiam prædeterminantem.

13 Obijcies 2. Gratia, quæ est unicum discrimen inter electos, & non electos, est cui principaliùs attribuenda sunt opera salutaria; sed vocatio congrua est huiusmodi: ergò vocationi congruæ potiori iure, quam prædeterminanti, attribuuntur omnia salutaria. Min. prob. ex M. P. ubi supra docenti: *Illi enim electi, qui congruentèr vocati; qui vero non congruenter, non electi*; similia tradit Epist. 107. ad Vitalem. de grat. & lib. arb. cap. 5. de Prædest. SS. cap. 6. & 16. de Grat. Christi cap. 13. & 14. & lib. 83. quæst. q. 68. Sed vocatio congrua est gratia excitans, dicitur que congrua ante prædeterminationem: ergò.

Arg. 2.

Ad hoc argumentum negandum est suppositum minoris; scilicèt, 14 vocationem congruam esse talem ante gratiam prædeterminantem, ut Deo dante latè probabimus. Hinc colligitur prędictum argument. non esse directè ad rem: *Siquidem nunc non disputatur; an omnia salutaria, quæ à Thomist. attribuuntur gratiæ prædeterminanti, potiori iure sint attribuenda gratiæ excitanti; quatenùs hæc est gratia congrua: sed quatenùs solum dicit munus excitantis, &, ut antecedit munus gratiæ physicè adiuvantis.* Ratio est in promptu. Nàm cum apud Thomistas sit principium, vel quasi principium firmum, vocationem dici congruam ratione gratię prędeterminantis; dùm eis objcitur argumentum contradistinguens vocationem, ut congruam à gratia prædeterminanti; consequentèr debet ab ipsis negari talis contrapositio; nisi aliundè probetur oppositum: quod est deserere præsens assumptum, & ad aliud confugere, de quo agemus tract. speciali. Ulteriùs falsum est, & contra Magn. Par. gratiam discernentem inter consentientem salutariter, & non consentientem, non includere gratiam prædeterminantem, si aliunde hæc gratia datur; uti propugnatur à præfato Magistro. Ratio est: Nàm gratia discretiva inter salut. consentientem, & dissentientem; inter volentem credere, & nolentem credere; est gratia donans velle, & credere; qua caret nolens credere iuxta illud M. P. de Præd. SS. c. 2. *Enimverò Deus unum ab alio discernit, quatenùs per gratiam suam donat uni, quod alteri negat*; sed gratia, per quā Deus verè donat nobis velle, & credere, est gratia ab intrinseco efficax iuxta omnes prędeterminantes: ergò falsò negatur gratiæ prædeterminanti, esse gratiam discretivam inter consentientem, & dissentientem &c. Videatur Illustr. Castell ex hoc principio, probans tom. de lib. arb. disp. 2. q. 1. gratiam prædeterminantem.

Solutio.

Objc. 3. Ex D. Thom. quæst. 15 3. de malo, art. 2. ubi probat, quod licèt actio peccati sit à Deo moven- Arg. 3. te, secùs tamen deformitas adiuncta præd. actioni: *Eo quod Deus movet ad agendum iuxta dispositionem causæ 2. quæ si sit bene disposita, operatur benè, si vero sit male disposita, operatur cum defectu*, qui motioni Dei non est attribuendus, sed pravę dispositioni.* Ex quibus (supponendo iuxta Thom. per motionem Dei intelligi à Sancto Doctore motionem prævium, sive prædeterminantem) sic argumentatur R: ergò dum homo bene, & salutaritèr operatur, huiusmodi bonitas potiùs tribuenda est bonæ dispositioni voluntatis ad recipiendam motionem effectivam supernaturalem. Sed bona dispositio præcedens ex parte voluntatis ad recipiendam motionem effectivam, per quam salutaritèr operatur, unicè habetur per gratiam excitantem; cum huiusmodi gratia disponatur voluntas ad salutaritèr agendum: ergò quidquid salutaritèr agimus, potiori iure attribuitur gratiæ excitanti, quam gratiæ effectivè moventi, sive prædeterminanti.

16 Non percipio consequentiam ex doctrina D. Th. illatam. Ex hoc enim añti. *Quando mobile est indebita dispositione, ut recipiat motionem 1. moventis; tunc sequitur ex tali motione actio perfecta.* Unde (rogo) infertur hęc consequentia: *ergò quando mobile rectè operatur, potiori iure est attribuenda actio perfecta bonæ dispositioni mobilis, quam*

Solutio.

quam motioni primi moventis Nisi velis Deum, ut primum motorem, non esse causam perfectissimè operantem, quidquid perfectionis, & bonitatis invenitur in nostris actibus; quod est dissonum rationi naturali. Quod ut clariùs fiat; inferam, & ego similes consequentias, sub eadem forma arguendi; sed adeò rationi dissonas, ut prorsùs videant. indignę in re adeò gravi: *Virtus motiva animæ non producit motum rectum, nisi tibia fuerit rectè dispositа: ergò rectitudo motus potiùs bonæ dispositioni tibiæ debet attribui, quam motioni activæ animæ.* Similiter: *Motio artificis non producit, vel introducit formam artificiosam cum rectitudine, nisi instrumentum fuerit in debita dispositione ad recipiendam motionem illius: ergò quando instrumentum est in debita dispositione, potiùs attribuitur recti tudo artificiosæ operationis dispositioni instrumenti, quam motioni artificis.* Deindè * agens univocum non introducit formam propriæ speciei cum integritate omnisperfectionis in materia prima; nisi hæc fuerit priùs benè disposita (quapropter ex defectu huius dispositionis, esto virtus generantis sit perfecta, aliquandoquidem nascitur monstrum): ergò quod introducatur forma eiusdem speciei cũ omni integritate perfectionis, potiùs attribuitur rectè dispositioni materię primę, quam actioni generantis. * Quæ quidem consequentię ex ipsa apprehensione sunt prave deductæ, & sine discretione inter causam effectivam, quæ simplicitèr est talis; & inter causam purè materialem, & dispositivam, quę tantum est secundum quid causa. Hæc sufficiant, sistendo in principijs Philos. Ascendendo enim ad considerationem Theologicam circa existentiam actus supernaturalis salutaris; adhuc appareret inefficacia argumenti. Cum enim dispositio ad gratiam prædeterminantem iuxta doctrinam arguentis, sit consensus pure negativus præstitus Dei vocationi, sequitur, quod ei potiori ratione attribuitur consensus salutaris, quam gratiæ effectivè immediatè illum operanti; & sic id, quod est in re nihil, & carentia pura alterius nihili; erit principaliori modo causa consensus salutaris, quam id, quod est causa 1. positivè influens in ipsum.

Instatur argum.

Obijc. 4. Id, à quo non provenit, quod Deus sit causa specialis actus salutaris, nequit esse, cui potiore iure attribuitur illius existentia; sed Deus ratione motionis prædeterminantis non constituitur causa specialis actus salutaris: ergò motio prædeterminans non est, cui potiori iure attribuitur actus salutaris. Prob. min. Id, quod ponitur, ut quid necessarium ex ratione communi actibus bonis, & actibus malis, nequit constituere Deum causam specialem actus boni, & salutaris; sed motio prædeterminans sic ponitur, ut necessaria à suis Doctoribus: ergò. Prob. min. Motio prædeterminans ponitur ut necessaria à suis Doctoribus, tum ratione subordinationis, quam voluntas creata dicit in operando ad Deum; tùm ratione indifferentiæ ad agere, & non agere; qua de causa indiget applicari, & prædeterminari à Deo. Sed istæ rationes sunt communes tam actibus bonis, quam malis; tam actibus liberis, quam necessarijs; tam actibus causæ viventis, quam non viventis: ergò. Confirm. 1. Ex Sanct. Doct. 1. 2. quæst. 109. art. 9. probanti hominem, etiam iustificatum, indigere ad benè operandum, gratia actuali. 1. *Ratione generali; quia nulla res creata potest in quemcumque actum prodire, nisi virtute motionis divinæ.* 2. *Ratione speciali, scilicèt, propter corruptionem secundum carnem, & ignorantiam in intellectu.* Ex his constat gratiæ adiuvantem, sive prædeterminantem requiriri à Sanct. Doct. ex ratione generali communi actibus bonis, & malis, ut pat. ex illis verbis: *Ratione generali &c.* Constat insuper; gratiam actualem requisitam ratione speciali, esse gratiam sanantem concupiscentiam carnis, & ignorantiam intellectus. Sed hæc infirmitas non sanatur per prædeterminationem, sed per gratiam excitantem in sancta illuminatione, & affectione consistentem: ergò iuxta doctrinam D. Thom. gratia adiuvans solùm requiritur ad opus salutare, titulo, & ratione generali; excitans vero, titulo speciali. Sed gra-

17 Arguit. 4.

Confirmatur 1.

tia

tia requisita solum titulo generali, nequit constituere Deum causam specialem actus, ad quem requiritur: ergò Deus ratione gratiæ excitantis, non vero prædeterminantis, constituitur A. specialis &c.

Confirm. 2. Ex M. P. August. lib. de gratia Christi, cap. 17. ubi contra Pelag. ponentem opera nostra bona attribui Deo, quia dedit nobis
18 posse bona operari; sic arguit.* Tale posse est commune actibus bonis, &
Secundo. malis; quia per illud possumus benè, vel malè operari: ergò in tali posse non adest ratio, cur specialitèr attribuatur Deo operatio bona, potiùs quam operatio mala. * Verba S. P. sunt: *Atque ita (quod absit) quemadmodum laudamur cum Deo in operibus bonis, cum illo culparemur in malis. Possibilitas enim, quam nobis dedit, tam* nos *facit posse bona, quam mala.* Ex
Urget. 1. quibus sic urget. 1. pro præsenti assumpt. Qua posse est requisitum commune actibus bonis, & malis, nequit ratione illius attribui specialiter Deo operatio bona: ergò quia prædeterminatio est requisitum commune &c.
Secundo. 2. Quia Deus concurrit ad actionem peccati concursu communi actibus bonis, & malis, non attribuitur Deo specialiter existentia actus mali: ergò si prædeterminatio ad actum salutarem requiritur ratione concursus generalis, vel ex ratione communi actibus bonis, & malis, nequit ex vi talis prædeterminationis constitui Deus A. specialis actus salutaris.

Hoc argumentum probat plura, quæ omnibus displicere debent. Primo; prędeterminationem ad actum supernaturalem non esse intrinsecè
19 determinate supernaturalem. Siquidem id, quod requiritur ex ratione communi actibus bonis, & actibus
Osterdit. inefficac. argum. 1. & 2. malis, nequit esse intrinsecè supernaturale; cum ratio, vi cuius exigitur, præscindat à naturali, & supernaturali. 2. Probat. Deum prædeterminantem ad actum supernaturalem non esse causam effectivam supernaturalem; quod negat præd. M. Ratio est; nàm id, quod requiritur ex ratione communi causæ in Deo præscindentis à naturali, & supernaturali, hoc est præscindentis ab eo, quod Deus operetur vel, ut A. naturæ, vel ut A. ordinis gratię, nequit constituere Deum in esse A. sive causæ effectivę ordinis supernaturalis; sed huiusmodi est prædeterminatio ad actum supernaturalem: ergò &c. Undè cum Deus ratione gratiæ excitantis solum sit causa effectiva mediata actus salutaris iuxta arguentis doctrinam, non verificabitur Deum, ut immediatè positivè elicientem actum salutarem, se habere ut A. supernaturalem. 3. Prob. non solũ sanctę affectioni prin-
Tertio. cipalius attribui actum salutarem; sed etiam sanctæ illuminationi, eam excitanti; quod negat præd. M: siquidem illuminatio Spiritus Sancti requiritur titulo speciali; gratia vero adiuvans, sive prædeterminatio, solum requiritur ex ratione communi actibus bonis, & malis. Hæc meo videri, sufficiunt ad probandam inefficaciam argumenti; sed placet alia superaddere.

Probat 4. Deo, ut efficacitèr 20
decernenti donare nobis actum salutarem, non debere attribui, ut causæ
Quarto. speciali existentiam illius. Ratio est; nàm id, quod requiritur ratione communi actui honesto, & actui inhonesto; actui libero, & necessario; actui vitali, & non vitali; nequit constituere Deum causam propriè, & strictè specialitèr operantem, sed huiusmodi est decretum ab intrinseco efficax, per quod Deus decernit donare nobis consensum salutarem; cum huiusmodi decretum probetur ex eo, quod Deus omnia operatur secundum consilium suæ voluntatis; & quia voluntas divina est causa efficacissima omnium rerum; & insuper, quia nihil bonum, etiam physicè fit, nisi ex imperio Dei; & ex alijs rationibus communibus pro omni effectu, & actu creato: ergò &c.
Quinto. 5. Probat, quod ratione gratiæ adiuvantis toties proclamatæ à Conc. Trident. cap. 5. & 6. sess. 6. de iustificat. Deum non constitui causam principalem nostræ conversionis, & actum supernaturalium, quibus disponimur, ad iustificationis gratiam consequendam; quod videtur absurdum concedere. Sequela constat. Nàm nomine gratiæ adiuvantis positæ à Conc. locis citatis iuxta Præd. Mag. intelligi-

tur

tur gratia prædeterminans, & proùt dist. à gratia inspirationis. Quod autem hoc nequeat concedi, constat.

Hierem. Thren. 5. Nàm iuxta præd. Mag. in illis verbis: *Converte nos Domine ad te, & convertemur*, continetur gratia ab intrinseco efficax. Undè sequitur, quod in eis, non petimus à Deo gratiam, qua specialitèr nos convertit; iuxta doctrinam arguentis.

Sexto. 6. Sequitur, quod S.P. dum toto lib. de gratia Christi conatur probare contra Pelagium necessitatem *adiutorij voluntatis, & actionis, per quod fit, ut benè velimus, & benè agamus* (quod quidem adiutorium apud omnes prædeterminantes, & arguentem, est gratia intrinsecè efficax) non propugnat necessitatem adiutorij gratiæ, per quod Deus proprijssimè, & specialissimè constituatur in esse causæ operantis in nobis velle, & agere salutaritèr; quod sine magna absurditate affirmari nequit, & sine detrimento Authorit. M. P. qui totus est in probando necessitatem talis adiutorij ex innumeris testim. S. Script. attribuentis Deo primatum in omni bona voluntate, & operatione honesta.

21 Hinc in forma dist. mai. 2. syllogismi. Id, quod præcisse requiritur ex ratione generali, & communi actibus bonis, & malis, conced. mai. Id, quod requiritur, tam ex ratione generali; quã ex ratione speciali, neg. mai. & dist. min. Motio prædeterminans secundum rationem communem prædeterminationis, conced. min. Secundum rationem specialem, tùm prædeterminationis gratuitę, tùm supernaturalis, neg. min. & dist. conseq. Non constituit Deum causam specialem actus salutaris, quatenùs est præmotio physica, ut sic, conced. consequentiam. Quatenùs est præmotio gratiosa, & supernaturalis, neg. conseq. Licet enim Deus omnia moveat, & applicet ad operandum titulo primi motoris; alitèr autem movet causas naturales, & causas voluntarias. Rursùsque alitèr movet causas voluntarias, dum benè operantur; & alitèr, dum malè operantur. Deindè causas voluntarias benè operantes alitèr movet, dum rectè operantur intra ordinem naturæ, ac dum rectè operantur intra ordirem supernaturalem. Quemadmodum licet Dei providentia omnibus agentibus creatis provideat ad consequutionem finis eorum; alitèr tamen, & alitèr pro diversitate eorum, & finium, ad quos ordinantur. Idem dicendum de decreto efficaci Divinæ voluntatis, per quod purè extrinsecè determinantur omnia agentia creata ad operandum. Ratio horum est, quia Divina motio, per quam omnes causæ creatæ applicantur ad operandum, est universalissima, non quidem universalitate potentialitatis, & incompletionis, sed effectionis, & actualitatis, vi cuius eminenter continet diversitatem effectuum, & operationum.

Respond. in forma.

Hinc provenit, quod, & si omnes prædeterminationes in ratione motionis efficacitèr ab intrinseco reducentis causam de potentia ad actum conveniant; valdè tamen inter se differunt, non solum extrinsecè penes actus, ad quos movent (uti differunt decreta efficacia divinę voluntatis) sed etiam intrinsecè; id enim quod eminent. activè cõtinet efficacia Divinæ voluntatis, communicat active prædeterminationi, quæ est expressio, & impressio efficaciæ Divinæ Omnipotentiæ. Undè si actus est necessarius, intrinsecè continet eius necessitatem; si est liber; eius libertatem. Nàm sicut movendo causas naturales, non aufert, quod motus earum sint naturales, sed potiùs hoc in eis facit; ita movendo causas voluntarias, facit, quod actus sint voluntarij; eo quod operatur in unoquoque secundum eius proprietatem. Verba sunt D. Thom. 1. p. q. 111. art 4. Hinc etiam provenit, quod si actus est supernaturalis, prædeterminatio est intrinsecè supernaturalis, & proprie gratia adiuvans; si vero actus est naturalis, honestus; prædeterminatio erit gratia ordinis naturalis continens, tùm entitatem actus, tùm honestatem illius. Si autem actus sit malus moralitèr, prædeterminatio erit naturalis, & solum continens eminentèr entitatem phys. illius. Qua ratione Deus nequit pro quolibet actu indiscriminatim quam libet prędeterminationem dispensare; sed servata pro-

22 Roborat. Doctr. solut.

proportione actus ; iuxta immediatè dicta.

23 Nec solum exigit actus supernaturalis v.g. prædeterminari à Deo, quia est actio, sed etiam, quia est vitalis ; quia est liber, & quia est supernaturalis; siquidem secundum omnes formalitates subordinatur Deo, ut A. omnium bonorum, & voluntas prę. actum supernaturalem sub nulla formalitate ex recensitis illum producat, nisi, ut causa, & agens secundum. Hac de causa gratia ab intrinseco efficax supernaturalis requiritur ad actum, secundum rationem communem actibus bonis, & malis, quatenùs est *prædeterminatio*; at vero ad elicientiam talis actus, proùt est supernaturalis; requiritur; quatenùs est gratia prædeterminans supernaturalis. Undè quando Deus prædeterminat ad actum salutarem, debet distingui in tali prædeterminatione ratio communis motionis effectivę, & ratio specialis motionis gratuitæ, & supernaturalis, servata proportione cum ipso acta secundum rationem communem, & secundum rationem differentialem ipsius. Ideòque, licèt, ut præcisè *prædeterminatio* est, non constituat Deum causam specialem actus supernaturalis; benè tamen ut est *prædeterminatio* per modum gratiæ intrinsecè supernaturalis facientis, ut voluntas creata salutaritèr operetur.

Proseq. idem assumptum.

24 Ad 1. confirm. Constat ex dictis, quid intelligat S. D. per illa verba: *Ratione generali*; loquitur enim, considerando motionem divinam dispensatam ad actum salutarem, secundum rationem communem motionis; cum quo componitur, quod attenta, supernaturalitate actus, requiratur ratione speciali; non quidem probanti alteram prædeterminationem, sed eandem contractam ad ordinem supernaturalem. Nec, quod gratia sanctę illuminationis, & affectionis prærequiratur ad actum salutarem post lapsum Adami, titulo speciali, scilicèt, infirmitatis concupiscentiæ, & ignorantiæ: probat actum salutarem debere principaliter ei attribui. Ratio est: Nàm quando gratia aliqua requiritur ratione speciali fundata solum in aliqua indispoſit. vel infirmit. subiecti, removendo ipsam, & sanan. mor. non probatur eius concursum excedere concursum motionis effectivę, & re ipsa facientis facere. Hocpat. in eo, qui dolat lapidem nimis deformem ; quiquidem concursus non est perfectior concursu eiusdem Artificis, proùt effectivè introducit formam artificiosam in illo. Quapropter talis infirmitas conducet, ut collatio gratiæ excitantis sit concursus magis gratuitus, propter maiorem improportionem ex parte voluntatis ad actum salutarem, non vero, ut sit concursus perfectior, & princip. in ratione causę, concursu effectivè operanti ipsum consensum salutarem.

Ad 1. confirmat.

Ad 2. confirm. Resp. Arg. M. P. esse efficax contra Pelag. qui solum ponebat actum bonum attribui Deo, quia dedit nobis voluntatem, per quam possumus benè operari, non superaddendo aliquod donum gratię realiter superadditum eidem voluntati. At vero prędeterminatio ad actum salutarem realiter distinguitur à pręmotione dispensata pro entitate actus mali; cum illa sit intrinsecè supernaturalis, & participatio efficacię Dei, quatenùs est A. gratię. Undè argum. esset efficax, si eadem motione prędeterminante, per quam Deus applicat ad actionem peccati, applicaret etiam ad actum salutarem. Undè in forma dist. mai. 1. urgentię. Quia posse est requisitum commune &c. & aliundè Deus non superaddit aliquod adiutorium speciale, conced. mai. Pręcisè, quia est commune, neg. mai. Ad 2. dist. mai. Quia concurrit concursu generali, attingenti solum entitatem actus, non vero differentiam illius, sive eius deformitatem, concedo ; pręcisè: quia concurrit concursu generali, neg. mai. Et cum eadem min. dist. neg. conseq. Aliud argumentum ; scilicèt, * quod gratia pręparans bonam voluntatem est gratia, cui specialiter attribuitur *existentia actus salutaris, iuxta doctrinam M. P. Sed munus gratię præparantis, non gratiæ prædeterminanti, sed gratiæ excitati unicè convenire valet: ergò.* Hoc (inquam) argumentum solutum est in antecedentibus ; ubi ex professo probavimus gratiam, per quam Deus

25 Ad secũd.

Ad 1. mai. prob.

Ad 2.

prę-

pręparat in nobis bonam voluntatem, esse gratiam, per quam Deus facit, ut bene velimus; proindequè esse prędeterminantem.

§. IV.

Aliud fundamentum pro principalitate concursus in gratia excitanti; quia est initium operis salutaris.

26 OBijcies 5. Gratia illa, per quam Deus incipit in nobis opera nostra bona est, cui principaliter attribuitur, quod rectè operamur: sed talis est gratia excitans ante gratiam prædeterminantem: ergò existentia operis boni, & salutaris, principaliter attribuitur gratiæ excitanti. Maior constat: nàm gratia illa, per quam Deus incipit in nobis opera salutaria, est gratia per quam Deus operatur in nobis opera salutaria per priùs, quam nos illa faciamus; sed principalitas influxus ex parte Dei consistit in eo, quod in omni opere bono, priùs operetur Deus, quam homo; ut constat ex M. P. tract. 72. in Ioanne; & ex illo Pauli ad Ephes. 1. *Deus enim, qui cæpit in vobis opus bonum &c.* Min. vero. Prob. 1. Per illam gratiam Deus incipit in nobis opera salutaria, quæ est initium illius; sed initium operis salutaris sumitur à sancta vocatione iuxta doctrinam M. P. quæst. 2. ad Simplic. & ex Trident. sess. 6. cap. 5. quę quidem sancta vocatio est gratia excitans, ut antecedit gratiam adiuvantem, sive prædeterminantem: ergò. 2. Ab illa gratia provenit initium operis salutaris, quæ in nobis efficit, non ipsum opus salutare, sed aliquam dispositionem ad illud; sed gratia excitans, ut adiuncta gratiæ prædeterminanti, est gratia donans non, aliquam dispositionem, ut salutaritèr operemur; sed ipsum salutaritèr operari iuxta Thomistas: ergò.

Arguit. 5.

Prob. minor 1.

Secundo.

27 Confirm. 1. Et simul prob. eadem min. Per illam gratiam incipit Deus opera nostra salutaria; per quam Deus efficit, ut benè velimus; sed gratia, per quam Deus efficit, ut benè velimus, est gratia excitans præscindens à gratia prædeterminanti: ergò. Mai. constat ex M. P. epist. 107. ad Vitalem ubi ait, quæstionem cum hæreticis esse: *Utrum gratia nobis detur, quia volumus; an vero per ipsam gratiam hoc efficiat Deus, ut velimus.* Min. etiam est M. P. quæst. 2. ad Simplic. ubi loquens de vocatione congrua, ait illam *esse effectricem bonæ voluntatis.* Sed vocationis gratia salvatur in gratia excitanti præcisivè ab adiuvanti: ergò gratia per quam Deus efficit &c. Idem suadetur ex illis verbis ibidem adductis à Magn. Parent. *Non præcedit voluntas bona vocationem; sed vocatio bonam voluntatem; propterea vocanti Deo rectè tribuitur, quod bene volumus*: ergò gratia vocationis est, per quam Deus efficit, ut benè velimus.

Confir. 1.

28 Confirm. 2. Gratia excitans, adiuncta gratiæ adiuvanti, sive prædeterminanti, est gratia, per quam Deus non solum incipit opera nostra salutaria, sed illa perficit; nàm ad perfectionem, & complementum operis salutaris, non requiritur alia gratia, prætèr excitantem, & adiuvantem iuxta doctrinam Trident. sess. 6. cap. 5. & 6. ergò gratia, qua Deus incipit opera salutaria, est gratia excitans, proùt antecedit gratiam prædeterminantem. Confirm. 3. Ex Concil. Arausic. cap. 25. ubi exprimit, qualitèr Deus incipiat in nobis opera nostra bona, dicens: *Ipse Deus nobis nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem, & amorem sui priùs inspirat, ut, & Baptismi Sacramenta fideliter requiramus &c.* ergò gratia, per quam Deus incipit bona opera, est gratia sanctæ inspirationis. Sed huiusmodi gratia est gratia excitans: ergò.

Secundo.

Tertio.

29 Hoc argument. magna ex parte manet solutum in anteced. pręsertim dub. 12. §. 4. undè pauca addemus pro eius completa solut. Probat 1. argumentum gratiam subitę illumina tionis esse gratiam, cui principaliter attribuitur existentia actus salutaris; cum ab illa incipiat, quod homo salutaritèr agat; est enim prima gratia, & ad quam sequitur gratia subitæ affectionis. Hoc autem expresse negatur ab Arguente attribuenti principalitatem influxus gratiæ sanctæ affec-

Ostendit inefficac. argum 1.

Secundo. affectionis. 2. Nàm Deum incipere in nobis actum salutarem est Deum in nobis illum operari; ut constat ex M. P. lib. 3. Hypognosticon, cap. 10. ubi ait: *In omni opere bono Deum incipere, quia operatur Deus, & cooperatur homo.* Sed gratia, per quam Deus operatur effectivè in nobis velle salutare est gratia operans, quæ iuxta D. Th. 1.2.quæst.111. art.2. consistit in motione ad velle, atque iuxta ipsũ est gratia adiuvans: ergò falsum est gratiam, per quam Deus incipit in nobis velle salutare, esse gratiam excitantem, ut antecedit gratiam prædeterminantem.

30 3. Falso, & in consequenter dicitur: per gratiam excitantem præcisivè ab adiuvante, Deum facere, ut

Tertio. velimus. Assumptum prob. 1. Nàm gratia illa, per quam Deus efficit, ut velimus, est gratia per quam Deus operatur in nobis velle. Ita M.P. de gratia, & libero arbitrio, cap. 16. sed huiusmodi gratia est gratia excitans simul cum prædeterminanti, ut ipse Arguens tuetur expresè ita tom. 1. q. 8. §. 1. ubi statuit: *Auxilium quo ad velle est physico morale coalescens ex gratia excitanti, & adiuvanti,* & n. 6. de 2. grat. sic expon. S.P. Rursùs, Iuxta eundem M. prędetermin. ad velle est actio increata Dei causans in nobis velle; sed actio, per quam Deus causat effectivè nostrum velle, est gratia per quã Deus operatur in nobis velle; ad quid ergò gratia prædeterminans ad velle superaddita in signo sequenti? Hinc inferes falsitatem conclusionis, quam tom. 3. quæst. 3. à num. 21. posuit sub his terminis: *Gratia excitans ut præscindit à prædeterminatione, est gratia, per quam Deus incipit opera nostra, * quia per ipsam efficit, ut velimus.*

* Nota cautelam.

31 Vidit hoc motivum præ-

laud. Mag. quapropter ibi assert. 3. ait: *Per gratiam excitantem Deum facere, ut velimus; non immediatè, sed mediatè, vel initiative; quatenùs ex tali gratia sequitur consensus negativus, ad*

Defider. proprietas locut. *cuius positionem Deus confert gratiam prædeterminantem, per quam efficit immediatè, ut velimus.* Sed si res ita se habent: quomodo erit verum actum salutarem principalitèr attribui gratiæ excitanti; si purè mediatè, initiativè &c? Rursùs. Hoc dictum probat improprietatem locutionis; dum absolutè protulit per gratiam excitantem Deum facere, ut velimus, sive Deum operari in nobis velle. Cum causare dispositionem negativam ad formam, & solum ex Dei ordinatione cum illa connexã; non sit propriè loquendo efficere formam. Ad modum quo non nisi impropriè diceretur: *Deum per actum contritionis (esto actum perfectissimum ex natura rei connexum cum gratia iustificanti) præcisivè à gratia habituali efficere, ut iusti simus; & ignem per calorem receptum in ligno, præcisive à forma ignis, efficere, ut lignum, convertatur in ignem.* Si autem propter hæc talis propositio sic temperetur: *Per illam gratiam Deus incipit opera salutaria, per quam efficit mediatè, seu initiativè, ut velimus*: negari debet usque dum ex M. P. aut ex Concil. probetur, eum cum tali restrictione illam protulisse.

Æquivocatio Arguentis (ni me fallit opinio) procedit ex quo pro eodem reputat Deum *incipere in nobis velle salutare v.g. ac Deum causare in nobis aliquam dispositionem, quæ sit inchoatio, & quasi initium talis velle.* Sed, ut illa è medio tollatur, advertendum; quod licet in aliquo sensu sit verum agens producens dispositionem ad aliquod artefactum v. g. dicatur illud incipere, & dum formam producit ipsum perficere; qua ratione etiam dici possit Deum incipere in nobis velle salutare, quatenùs per gratiam suam causat in nobis aliquam dispositionem ad illud; ex hoc minime infertur aliquid contra sententiam AA. prædeterm. Nàm istæ dispos. iuxta illos sunt affectus subiti, quibus voluntas disponitur, ut in velle liberum absolutum, & efficax prorumpat. Ad horum autem elicientiam præcedit prædeterminatio, vel distincta ab auxilio fluido se habenti per modum virtutis elevantis; vel cum ipso identificata, ut placet plurib. Th. Ad huiusmodi prędeterminationem sequitur alia pro velle libero salutari, & cum prima inconnexa; ut videre est in his, qui motibus subitis resistunt. Non enim om-

32 Prosequie assumptũ, & ocurritur arg.

nis

nis prędeterminatio perficit velle, & opus salutare; sed quæ dispensatur ad velle; non autem quæ dispensatur: vel ad velle indeliberatum: vel ad velle esto liberum, sed inefficax. Modus dicendi, quem in præsenti impugnamus, contendit præter has dispositiones, dari aliam consistentem in quodam consensu purè negativo, ex subita illuminatione, & sancta affectione, si sit congrua, provenienti. Ob quòd contendit etiam velle salutare potiori iure debere attribui gratiæ excitanti, quam prædeterminanti. Cæterùm, quemadmodum Thomist verè, & solidè negant existentiam actus salutaris potiori iure attribui auxilio excitanti, quam auxilio prædeterminanti ad velle; esto ex illo proveniat aliqua dispositio, ut existat velle; ita & eadem ratione, admisso ex gratia excitanti provenire consensum negativum disponentem ad velle, debet firmitèr negari potiori ratione ei attribui velle, quàm gratiæ prædeterminanter effectivè in actu 2. operanti ipsum velle. Pro quo recolantur rationes in probatione conclusionis adductæ.

33 Qua ratione solus incipiat in nobis velle bonum

Præter hunc modum, quo Deus incipit in nobis actus salutares; cum gratia excitans sit etiam gratia præveniens; datur alius modus, & satis proprius, consistens in eo, quod Deus donet nobis per gratiam suam actus salutares faciendo, ut, & nos salutaritèr operemur. Ratio est: Nàm gratia illa, per quam verificatur Deum prius facere actus nostros, est gratia, per quam Deus incipit prædictos actus; sed hoc fit per gratiam strictè adiuvantem: ergò. Probat. min. ex Mag. Par. tract. 72. in Ioannem, per hæc verba: *Ipsum credere in Christo opus est Christi. Hoc operatur in nobis, non sine nobis; qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipse faciet. Prius ego facio: Deindè, & ipse faciet, quia facio ut faciat.* Hoc ipsum docet M. P. de Gratia, & liber arbitr. per hæc verba: *Ipse Deus, ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. De operante illo; ut velimus, dictum est: Deus est enim, qui operatur in nobis & velle.* Ex his expressè constat, gratiam, per quam Deus operatur in nobis velle, esse gratiam per quam Deus incipit in nobis, ut salutariter velimus. Sed gratia prædeterminans est gratia, per quam Deus propriè operatur in nobis velle: ergò per illam verificatur Deum incipere in nobis actus salutares.

34 Prob. ulterius ratione.

Ratio id ipsum efficacitèr suadetur: Nàm concursus, quo Deus prævièinfluit in actus salutares, est propriè incipiens eorum eliciendi; unde ex duobus agentibus eundem actum, illud, quod prævièconcurrit, iure optimo dicitur incipere illius eliciendi. Sed gratia prædeterminans est concursus prævius Dei ad actus salutares: ergò per illam verificatur propriè Deum incipere in nobis opera salutaria. 2. Si gratia Dei daretur nobis, quia volumus, sine dubio nos, non vero Deus inciperet opera salutaria, ut constat ex Magn. Parent. Epistol. 107. ad Vitalem, & infertur evidenter à Magn. Parent. ex errore Pelagij dicentis: *Meum est velle credere Dei autem est adiuvare*: ergò dicendo è contra: *Si volumus salutariter agere hoc evenit, quia hoc velle donat prius nobis Deus per gratiam prædeterminantem, sive adiuvantem*, verificabitur, Deum per talem gratiam propriè incipere in nobis velle, & salutaritèr agere. Ex his constat, Deum dupliciter posse dici incipere in nobis actus salutares; 1. quia causat in nobis aliquam dispositionem ad salutaritèr velle; 2. quia causat ipsum velle prædeterminando voluntatem, & faciendo, ut ipsa salutariter velit. Ex his autem modis secundus est strictè talis, & ad mentem SS. PP. & Conciliorum. Ratio est: Nàm modus incipiendi actus salutares dando potestatem, vel dispositionem aliquam inconnexam cum eorum existentia, non est propriè incipere actus salutares; cum iuxta Magn. Par. ubi supra; *eatenus Deus incipit in nobis, ut velimus; quia operatur in nobis velle*. Sed gratia excitans ad summum confert potestatem expeditam moraliter, vel aliquam dispositionem ad salutaritèr agendū, sed inconnexam, ut videre est in his, qui divinis inspirationibus resistunt: ergò vel aliter Deum incipere in nobis actus salutares est nobis à

Deo

Deo, ut gratioſe donante, provenire, non ſolum quod poſsimus benè velle, ſed etiam, quod benè velimus, & agamus; ſed hoc ſecundum convenit nobis à Deo per adiutorium *quo voluntatis, & actionis*, quod quidem adiutorium iuxta omnes tuentes prędeterminationem, conſiſtit in gratia ab intrinſeco efficaci: ergò per huiuſmodi gratiam verificatur ſtrictè &c.

35 Quod autem præcipua mens PP. & Conciliorum ſit ſtabilire huiuſmodi inceptionem in nobis reſpectu actuum ſalutarium conſtat, tum ex quo iuxta M. P. ubi ſupra: *Deus ut velimus operatur incipiens, quia operatur in nobis velle*, in quo teſtim. fatetur Arguens, tom. 1. quæſt. 8. num. 6. adſtrui à M.P. gratiam effectivam, cap. 16. & 17. citatis. Tum quia iuxta Concilia eatenus Deus incipit in omni opere bono: * *Quia per gratiam ſuam facit, ut velimus, deſideremus, & conemur ad bonum*; cuius oppoſitum aſſerebant Pelagiani propter hoc tuentes nos in omni opere bono incipere. Ex his omnibus in forma poteſt diſtingui. Illi gratiæ &c. per quam Deus incipit opera ſalutaria, inceptione conſiſtenti in hoc, quod prævie operetur in nobis, & faciat nos ſalutariter agere, conced. mai. Inceptione conſiſtenti, vel in collatione libertatis, vel alicuius diſpoſitionis, ad ſalutariter agere, neg. mai. & cum eadem min. diſt. neg. conſeq. Solutio conſtat ex dictis.

* Arauſic. Can. 4. & 6. ubi iuxta Adver. nominat utramq. gratiam.

Hæc roborantur ex M. P. lib. 2. cont. 2. epiſt. Pelagian. ubi Pelagium tuentem à nobis incipere cupiditatem boni, eſto imperfecti; & poſtea Deum gratia ſua adiuvare, ut perficiatur, ſic convincit: *Quid eſt cupiditas boni; niſi charitas* de qua loann. loquitur: *Charitas ex Deo eſt. Nec initium eius ex nobis, ſed ex Deo eſt. Avertat Deus hanc dementiam, ut in donis nos priores faciamus, poſteriorem ipſum: quoniam miſericordia eius prævenit me: & quoniam prævenisti eum in benedict. dulcedinis. Et quid hic aptius intelligitur, quam ipſa cupiditas boni? Benedictio dulcedinis eſt gratia Dei qua fit in nobis, ut nos delectet, & cupiamus, hoc eſt, amemus, quod præcipit nobis.* Nunc ſic: Deum incipere opera ſalutaria eſt eſſe priorem in cauſando illa: ſed hoc fit per gratiam benedictionis facientem, ut bonum nos delectet. Ergo gratiam excitantem; & ſimul gratiam facientem, ut velimus ſervare mandata: quæ ſine dubio eſt gratia adiuvans, ut conſtat ex adductis ex M. P. ergò utraque gratia erit, à qua ſumitur inceptio boni operis, & non ſolum gratia excitans. Ad 1. prob. min. explico M. P. à ſancta vocatione ut congrua, ſive ut efficaci, conced. à ſancta vocatione præſcindenti à congrua, & in congrua, neg. mai. vel illam ſubdiſt. initium donans velle, neg. mai. donans poſſe, concedo mai. & eodem modo, diſt. min. diximus enim ſupra vocationem reddi congruam per gratiam prædeterminantem.

36

Ponder. reſt. M. P.

Pſalm. 58 Pſalm. 20

Sed adhuc admiſſo gratiam excitantem determinare phyſicè; non probat argumentum: cum talis determinatio ſit purè quoad ſufficientiã; & ſpectans ad ſignum actus 1. * Et quamvis dicatur initiative dare bonum velle; eſt initium de ſe fruſtrabile, & indifferens ad conſenſ. negativ. ut prædeterminetur voluntas ad velle. Ad 1. confirm. conſtat ex dictis, ubi relinquimus prob. eam potiùs opponi Doct. Præd. Mag. cum gratia per quam Deus facit, ut velimus in ſenſu proprio, nõ ſit purè ex citãs, ſed ſimul adiuvans. Ad 2. confirm. Reſp. Prædeterminationem perficere actum ad quem diſpenſatur; undè ſi tantum ſit ad velle, ipſum perfectè producit; quia tamen poſt bonum velle reſtat, & operari, & poſt operari, perſeverare in bono opere, non verificatur abſolutè Deum per talem prædeterminationẽ dare nobis velle, & ſimplic. perficere pro bona ſua voluntate. Ad ultim. prob. diximus in antec. etiam gratiam prædeterminantem eſſe Dei inſpirationem; cum hæc tantum dicat motionem à principio exteriori provenientem. Deindè, nàm iuxta opinionem Adverſar. Deus eatenus incipit opera noſtra ſalutaria, quatenus facit voluntatem negativè conſentire, verba autem Concil. aſſerunt: *Deum incipere, quia nobis fidem, & amorem inſpirat*, qui ſunt actus poſitivè ſupernat: Proindèque indigentes gratia ſtrictè adiuvanti. *Et hęc de hoc dub. & toto tract. Aplic. ubi præcod.*

37

Iuxta Adverſar.

Ad 1. confirm.

Ad 2.

Ad ultim.

TRAC-

TRACTATVS DE GRAT. ADIUVANTI.

DUBIUM I.

AN GRATIA ACTVALIS ADIVvans sit distincta á gratia excitanti, & qua distinctione?

§. I.

PRÆMITTUNTUR ALIQUA.

N. 1 SUpponendum 1. ut fide certum, hominem ad benè, & salutariter operandum, indigere gratia, & auxilio Dei ipsum adiuvanti. Constatque expressè hæc veritas ex illo Psalm. 62. *In matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.* Et Psal. 43. *Si dicebam motus est pes meus, misericordia tua Domine adiuvat me.* Et rursus: *Nisi quia Dominus adiuvit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.* Alia quamplurima loca Sacræ Scripturæ possunt adduci pro eiusdem veritatis probatione, in quibus Deus appellatur *adiutor* noster, & cuius *adiutorium* ad benè agendum nobis misericorditer promissum, frequenter exoramus, dùm cum Ecclesia Catholica in sequentes deprecationes prorumpimus: *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuvandum me festina.* Et iterùm: *Actiones nostras quæsumus Domine aspirando præveni, & adiuvando prosequere &c.*

Suppon. 1 dari gratiam adiuvantem.

Firmat expressè hanc veritatem Concil. Trid. sess. 6. can. 3. ubi definit: *Hominem sine præveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque adiutorio non posse sperare, diligere &c.* Et cap. 5. asserit: *Homines disponi ad iustificationis gratiam consequendam per gratiam Dei excitantem, atque adiuvantem, dùm eidem gratiæ assentiunt, & cooperantur.* Constat etiam hæc veritas in M. P. super Psalm. 26. dicente: *Nisi Deus adiuvet opera nostra, impleri à nobis non possunt.* Et lib. 2. de pec. mer. c. 18. *Sine Deo excitante, atque adiuvante nihil possumus.* Et lib. 2. cont. 2. Epist. Pelagian. cap. 8. 9. & 10. *Quamvis nisi*

2

Ex Conc. & SS. PP.

Epist. Innoc. inter Aug. 91. pro grat. adiuvãte.

adiuvante Deo, ut non possimus aperire; tamen nos aperimus illius adiumento, & opere nostro. Videatur lib. de Spirit. & Litt. cap. 6. Epist. 105. & 107. & alibi, ubi sæpè lib. integros perficit agendo de gratia adiuvanti. Quapropter difficultas sistit in explicando illius quidditatem, & distinctionem à gratia sub ratione excitantis.

3 2. Supponendum omnem gratiam quovis modo auxiliantem hominem ad benè operandum, posse dici gratiam adiuvantem universaliter Secundò. acceptam. Ratio est: Nam *adiuvare* attenta eius communi significatione, idem est, ac auxilium præstare: ergo omnis gratia quovis modo auxilians, potest dici gratia adiuvans communiter accepta. Añs. præterquamquod est omninò certum, constat etiam ex Calepino verbo *Auxilium*, ubi ait: *Auxilium est idem, ac subsidium, adiumentum, quod, & opem latinè dicimus.* Tertiò. Hinc 3. supponendum gratiam habitualem, virtutes infusas, & omnia alia dona præbentia homini vires, & sufficientiam ad salutariter operandum, posse in vero sensu gratiam adProb. 1. iuvantem appellari. 1. pars prob. 1. pars 1. ex Concil. Milev. cap. 3. ubi damnat *eum, qui dixerit, gratiam, qua iustificamur per Jesum Christum, tantùm valere ad remissionem peccatorum, non autem in adiutorium, ut de cætero non committantur.* Quæ verba sunt in M. P. Aug. lib. de Grat. & lib. arb. cap. Secundò. 13. 2. Prob. ex Div. Thom. hac 1. 2. quæst. 110. art. 2. ubi ait: *Dupliciter homo adiuvatur ex gratuita voluntate Dei: uno modo, in quantùm anima eius movetur ad aliquid cognoscendum, volendum, & agendum; alio modo secundù quòd aliquod donù habituale animæ infunditur, (in quo continetur gratia habitualis.)* Et q. 111. art. 2. *Gratia habitualis in quantùm iustificat animam, dicitur gratia operans, in quantùm verò est principium operis meritorij, quod procedit ex libero arbitrio; dicitur gratia cooperans.* Sed gratiam esse operantem est illam adiuvare hominem ad salutariter operandum: ergò. 3. ratione. Principium elevans hominem Tertio. ad consortium Deitatis, & simul radicans operationes supernaturales, insuperque se habens, ut forma, per quam opera nostra redduntur meritoria de condigno vitæ æternæ, est in vero sensu gratia adiuvans nostram infirmitatem, & roborans nostram imbecillitatem. Sed gratia habitualis habet omnia prædicata immediatè recensita, ut est omninò certum: ergò.

2. vero pars etiam est expressa in D. Thom. opusc. 2. cap. 4 143. ubi habitus infusos appellat *adiutorium Dei.* 2. Nàm iuxta ipsum 1. p. q. 23. a. 8. *Dupliciter aliquis dicitur* 2. pars *adiuvari per alium; uno modo, in quantùm ab eo accipit virtutem agendi; alio* prob. *modo, in quantùm per ipsum exequitur suam operationem, sicut Dominus per Ministrum*: ergò cum virtutes infusæ sint homini virtus, & sufficientia ad supernaturaliter agendum, meritò sub gratia adiuvanti contineri debent. Ulterius. Nàm virtus infusa definitur: *Bona qualitas mentis, qua rectè vivitur &c.* ergò cum aliunde sit donum Dei, sub gratia adiuvanti meritò continetur. Si enim Prædicatores Evangel. quia exequuntur opus, & ordinationem Dei in conversione fidelium, appellantur à D. Paulo 1. ad Corinth. 2. *Dei adiutores*, quantò magis Deus erit adiutor hominum, dùm eis per gratiam suam donat interius virtutes ad rectè agendum, & ad promerendum vitam æternam? Omnes istæ rationes æquè probant de donis Spiritus S. quæ quidem sunt * qualitates supernaturales disponentes animam ad operandum ex instinctu, & motione speciali illius. * Probant etiã de auxilijs transeunter receptis in intellectu, & voluntate ad elicientiam actuum supernaturalium in absentia habituum; quorum existentiam latè probavimus tract. antec. dub. 2. & 3. Si quidem huiusmodi auxilia elevant intrinsecè per modum virtutis intellectum, & voluntatem ad cognitionem, & affectionem supernaturalem.

Hinc 4. supponendum gratiam excitantem, proùt dicit illu- 5 minationem intellectus suadentem liberum salutarè consensum voluntati, & Quartò proùt dicit subitam affectionem, pos- suppon. se in vero sensu dici etiam gratiam adiuvantem. Constat 1. hæc suppositio (ultra superius dicta) ex D. Aug.

lib.

lib. 2. de peccat. mer. cap. 17. *Quod autem appareat homini, quod antea latebat, & suave fiat, quod non delectabat, gratiæ Dei est, qua hominum adiuvat voluntates*: ergò illuminatio, per quam apparet bonum; & delectatio, per quam homines afficiuntur ad illud, sunt in aliquo sensu gratia adiuvans. Et cap. 19.* Cum autem ad perficiendam iustitiam adiutorium Dei deprecamur; quid aliud petimus, quam ut appareat, quod latebat, & suave fiat, quod non delectabat? * En ubi gratiam illuminationis, & affectionis appellat gratiam adiuvantem. Constat 2. ratione. Nam id, quo homo disponitur, & inclinatur ad salutariter agendum, meritò dicitur gratia adiuvans illius infirmitatem, & insufficientiam; sed talis est gratia excitans illuminationis, & affectionis: ergò. 3. Gratia ita inclinans hominem ad salutariter agendum, ut per ipsam quodammodo sanetur vulnus ignorantiæ intellectus, & vulnus infirmitatis in voluntate, est gratia adiuvans; sed per illuminationem Spiritus S. sic aufertur ab intellectu ignorantia, & per sanctam affectionem aufertur à voluntate infirmitas, sive induratio ad bona supernaturalia: ergò gratia illuminationis &c. His præsuppositis dubium procedit de gratia adiuvanti, non quidem universaliter accepta, nec in omni vera acceptione, utcumque; sed de illa sumpta cum omni rigore, & proprietate sermonis, qualiter iam accipitur à Theol. post Trid. ubi supra: in quibus locis gratiam adiuvantem enumerat, & describit, ut distinctam à gratia excitante. Sed qua distinctione; hic opus, hic labor.

Probatur tripliciter

Sic satis probabil. exponitur à plurib.

Vide Ep. Innoc. I. quæ tota est de adiut. Dei.

§. II.

PRIMA CONCLUSIO.

Iuxta doctrinam Magn. Par. gratia adiuvans distinguitur aliqua vera distinctione à gratia excitanti.

6 PRobatur ex varijs testimon. eiusdem. 1. habetur lib. 2. de Peccat. merit. cap. 18. ubi asserit: *Quòd ad Deum nos convertimus, nisi ipso excitante, atque adiuvante non possumus*: ergò nè sit inutilis repetitio, fatendu est &c. 2. lib. de Grat. & lib. arb. cap. 15. *Deus dat quod iubet, cum adiuvat hominem, ut faciat, cui iubet.* Sed cum Deus excitat hominem, non propter hoc dat ipsi illud, ad quod excitat, & quod iubet, scilicet, consensum liberum, & observationem præcepti, ut est certum: ergò gratia strictè adiuvans addit aliquid supra excitantem. 3. *Gratia strictè adiuvans iuxta M. P. non datur, nisi homo velit, & operetur bonum.* Sed gratia excitans multoties confertur à Deo absque tali volitione, & operatione; imò potiùs cum actuali resistentia ex parte hominis, ut negari nequit: ergò gratia strictè adiuvans &c. Mai. est M. P. Tùm de grat. Christ. c. 47. Tùm lib. 2. de Pecc. mer. c. 5. *Nec adiuvari potest, nisi, qui aliquid sponte conatur.* Et tract. 4. in 1. Epist. Ioan. *Quomodò iuvaris, si nihil agis?* Et Sermon. 13. de verb. Apost. *Spiritus Dei, qui te agit, agentibus adiutor est. Ipsum nomen adiutorij præscribit tibi; quia tu ipse aliquid agis; nemo adiuvatur, si ab illo nihil agatur.* Ex quibus liquet, gratiam strictè adiuvantem iuxta doctrinam D. Aug. non dispensari à Deo, nisi homo cooperetur gratiæ Dei. Cum igitur gratia excitans sit de se inconnexa cum liberi arbitrij cooperatione, & multoties componibilis cum resistentia ex parte illius; planè infertur inter huiusmodi gratias aliquam veram distinctionem intervenire.

Prob.

Cofirm. hæc omnia ex eleganti doctrina Mag. Par. lib. de Correct. & Grat. cap. 12. distinguentis *duplex adiutorium gratiæ ad salutaritèr operandum*; unum *sine quo*; alterum verò *quò*. De 1. asserit constituere potestatem in homine ad bene operandum: De secundo affirmat per illud dari homini actu benè operari. Qua ratione docet ibid. Adamum, & Angelos desertores habuisse primum adiutorium gratiæ, quatenùs, scilicet, fuerunt per illam potentes perseverare in bono; attamen caruisse secundo adiutorio gratiæ; eo quod ipsis non fuit datum à Deo, actù, & exercitè perseverare in bo-

7 Idem de grat. Christ.

no. Subditque prædestinatis in Regnum Dei utrumque adiutorium donari, hoc est, non solum, ut possint perseverare in bono; sed etiam ut actu perseverent, quæ distinctio potest rectè applicari ad adiutorium sine *quo*, & *quo* ad salutariter velle. Ex qua doctrina sic argumentor. Si gratia excitans esset omninò idem, quod gratia adiuvans sub omni propria, & rigorosa acceptione illius, Adamus, & Angeli desertores, qui habuerunt gratiam excitantem ad perseverandum in bono, habuissent omne adiutorium gratiæ ad perseverandum. Consequens est apertè falsum, & contra D. August. ubi immediatè: ergò aliqua gratia adiuvans ad benè agendum addit aliquid supra gratiam excitantem, sive dantē posse ad benè agendum. Idem constat ex Tridentin. sess. 6. cap. 3. & 6. definiente: *Hominem converti ad Deum, & disponi ad iustificationem, dùm per eius excitantem, atque adiuvantem gratiã liberè movetur in ipsum &c.* Quæ locutio expressè indicat aliquam veram distinctionem inter utramque gratiam. Ex dictis obiter colliges, quam meritò Academia Salmanticensis affirmaverit in sua censura (dùm Romæ tractaretur controversia de auxilijs coram Sanctissimo P. Clemente VIII.) divisionem gratiæ in excitantem, & adiuvantem, esse eadem cum divisione gratiæ in sufficientem, & efficacem, hoc est, in gratiam dantem posse benè operari, & dantem ipsum benè operari. Colliges, inquam, propter testimonia D. August. supra relata. Sed de hoc aliàs.

§. III.

SECUNDA CONCLUSIO.

Gratia adiuvans non distinguitur à gratia excitanti solum penès diversas expressiones, vel munia eiusdem gratiæ.

8 Doct. Recentior affirmat gratiam adiuvantem, & excitantem, esse diversa nomina eiusdem gratiæ; quæ quidem dicitur *excitans*, quatenùs evigilare non facit media proportione boni: *adiuvans* vero, quatenus complet potestatem voluntatis, præbendo ipsi sufficientiam virium ad salutariter operandum. Pro hoc modo dicendi refert P. Suarez opusc. 1. lib. 3. cap. 5. (sed oppositum expressè tuetur locis infra citatis) P. Vazquez * 1.p. disp. 88. c. 9. Ruiz de Prov. disp. 31. sect 6. Ripal. disp. 112. sed oppositum dicit n. 26. Muniessa disp. 19. sect. 2. & alios suæ familiæ. Probatur 1. ex dictis conclusione præcedenti. Et quidem si gratia adiuvans, & excitans differant solo nomine, qualiter differunt *Marcus*, & *Tullius*, in hoc minimè audiendi sunt prædicti AA. Quapropter per distinctionem in solo nomine intelligunt diversitatem expressionum, sive munerum eiusdem entitatis gratiæ. Hoc prænotato sic argumentor. Si gratia strictè adiuvans sola diversitate expressionis, differret à gratia excitanti, quoties homo excitaretur à Deo ad consensum salutarem, haberet etiam gratiam strictè adiuvantem ad elicientiam talis consensus. Consequens est apertè contra D. August. ergò gratia adiuvans, & excitans non differunt sola expressione. Prob. assumptum iuxta D. August. relatum ubi supra num. 6. *Dùm homo adiuvatur à Deo, agit liberum consensum. Nemo enim*, iuxta Magn. Par. *adiuvatur, si ab illo nihil agatur.* Atqui non quoties homo excitatur à Deo ad liberè consentiendum, agit, aut elicit liberum consensum, ut est certum: ergò.

* Non rectè refert.

Prob.

9 Confirm. Si gratia excitans sola expressione distingueretur à gratia adiuvante, quoties homo in actu 2. hoc est, *exercitè*, excitaretur ad liberum consensum; etiam in actu 2. & *exercitè* adiuvaretur per gratiam Dei ad illum. Consequ. est falsum: ergò distinctio tradita inter utramque gratiam nulla est. Maior constat ex identitate reali inter duo extrema, vi cuius, quidquid in sensu reali verificatur de uno, verificatur etiam de altero. Minor vero probatur. Quoties homo actu resistit divinæ inspirationi, & illuminationi, in

in quibus consistit gratia excitans, verificatur de illo excitari à Deo in actu 2. & *exercitè* ad liberè consentiendum; cum excitatio proveniat à gratia Dei in genere causæ formalis per unionem cum potentia vitali. Sed de homine actu resistente divinæ inspirationi non verificatur illum in actu 2. & *exercitè* stricte adiuvari per gratiam Dei ad liberè consentiendum. Tùm quia iuxta D. Aug. *Nemo adiuvatur, si ab illo nihil agatur.* Tùm quia iuxta ipsum: *Dum Deus adiuvat hominem, ut faciat, quod iubet; dat ipsi, quod iubet*: ergò. Urgetur. Urgetur hoc. Gratia strictè adiuvans *exercitè*, & *in actu* 2. hominem ad actum salutarem, est gratia efficax, & cui nemo resistit, ut fatetur P. Suarez lib. 3. de Auxil. cap. 16. num. 6. Sed gratia excitans exercitè, & in actu 2. hominem ad salutarem consensum, non est gratia efficax: ergò. Prob. min. Deo excitanti *exercitè*, & in actu 2. ad salutarem consensum potest liberum arbitrium hominis resistere, & multoties de facto resistit, ut est fide certum. Sed gratia, cui liberum arbitrium resistit, non est gratia efficax, prout hæc differt à gratia sufficienti: ergò.

10 Nec valet dicere. Falsum esse liberum arbitrium posse dissentire gratiæ, ut excitanti in actu 2. cum sub hac consideratione involvat actualem consensum liberi arbitrij: quapropter solum potest dissentire gratiæ excitanti in actu 1. cum prout sic præveniat realiter liberum consensum. Ex quibus (inquit) constat argumentum nihil efficaciter probare, contra identitatem inter utramque gratiam: siquidem quamvis nequeat resistere gratiæ adiuvanti in actu 2. benè tamen in actu 1. Unde eodem modo, quo uni gratiæ potest resistere, & non resistere, potest pariter alteri gratiæ. Respond. ex R. Compl.

11 Non inquam valet. 1. Nàm dùm Deus tangit cor hominis actu suadendo, & actu ipsum inclinando per subitam affectionem ad consensum salutarem, actù ipsum excitat, & in actu secundo vocat illum ad salutarem consensum. Sed stat hominem actù, & re ipsa excitari, & vocari à Deo ad consensum salutarem, & resistere tali vocationi, & excitationi: ergò falsum est hominem non posse resistere gratiæ, ut excitanti in actu secundo. Prob. mai. 1. Dùm Deus actualiter tangit cor hominis modo supra dicto, non verificatur tantum possibiliter excitare, & vocare hominem ad liberum consensum. Sed excitari in actu 1. est posse excitari, & posse vocari ad consensum: ergò. 2. Qui in actu 2. percipit, & experitur se excitari à Deo ad liberè consentiendum, dicitur, & est excitatus in actu 2. ad talem consensum. Sed homo voluntariè resistens inspirationi divinæ percipit, & experitur in actu 2. se excitari à Deo ad consensum salutarem: ergò. 3. Nàm sancta cogitatio, & affectio, reddunt hominem excitatum à Deo in genere causæ formalis. Sed causa formalis exercitè, & in actu secundo, præstat suum effectum subiecto capaci: ergò gratia excitans, cui homo resistit, est excitans non solum in actu 1. sed etiam in actu 2. Hæc non ignoraret D. R. si legisset P. Suarez lib. 3. de Auxil. cap. 13. num. 6. & 7. & cap. 16. à num. 1. & P. Ripald. disp. 112. num. 4. & 6. sequentia proferentem: *Gratia excitans explet suum munus, etiam si opus morale non fiat; adiuvans vero sine concursu, & influxu voluntatis, suum munus non explet.* Secundo. Tertio.

12 4. Prob. à simili. Nàm qui actù consulit aliquem, & actù exhortatur, ut benè operetur, dicitur cum proprietate exercitè, & in actu 2. movere illum moraliter ad benè operandum. Et tamen contingere potest hominem hoc modo provocatum resistere suasioni, & exhortationi: ergò similiter dicendum de Deo interius excitanti hominem ad benè operandum. Mai. videtur innegabilis: aliàs posset similiter affirmari de homine transgrediente præceptum divinum, non obligari, nec dirigi in actu 2. directione præceptiva, quod est absurdù. Unde sicuti cognitio præcepti obligat, & movet de se in actu 2. volùtat. illud transgrediētem; ita dicendum de eo, qui actù divinæ inspirationi, & eius actuali motioni Quarto.

Reijcit. 1.

Ulterius. resistit. Ulterius. Nàm sicuti sancta cogitatio, & sancta affectio, movent voluntatem ad bonum, ita prava cogitatio, & affectio inordinata ex ea orta, movent, & inclinant voluntatem ad pravum consensum. Et tamen innegabile videtur prędictam pravam cogitationem, & affectionem *exercitè*, & in actu 2. movere, & inclinare voluntatem ad pravum consensum: * ergò similiter &c.

* Aliter nó erit pugna interior cum agone.

13 Nota pro maiori claritate.

Hæc omnia facilè percipientur, si notetur distinctio inter hoc, quod est *sanctam cogitationem excitare in actu 2, voluntatem ad consensum*; & inter hoc, quod est *trahere in actu 2. voluntatem ad consensum*; *vel voluntatem in actu 2. consentire*. Primum verificatur, quoties existit in homine sancta cogitatio, & subita affectio; quæ quidem, cum sint actus secundi, reddunt voluntatem actu excitatā, & actu subitò inclinatam, esto ineffi-caciter, ad consensum. Duo vero sequentia solum verificantur, dùm voluntas prorumpit in liberum consensum. Nàm, ut sæpè profert D. Aug. *Voluntas trahitur amore, & consensu*; non vero vocatur, nec excitatur à Deo ad consentiēdum per ipsummet consensum; sed per aliquod aux. prævium, & præveniens, cui liberum arbitrium, iuxta Trident. potest assentire, vel dissentire. Sed, ut omnis confusio, quæ ex hac dictione *in actu* 2. suboriri potest, vitetur: advertendum illam dupliciter posse accipi; uno modo, quasi *adverbialitèr*; alio modo *nominaliter*. In 1. sensu idem significat, ac *exercitè*, *de facto*, & contrapositive ad posibiliter. Qua ratione hominem intelligere in actu 2. & esse album in actu 2. idem est, ac illum denominari *album*, & *intelligentem*, non tantùm posibiliter, aut signatè; sed *exercitè*, & *de facto*. Si vero ly *in actu* 2. accipiatur 2. modo pro nomine in casu ablativi cōstructo, idem significat, ac hoc nomen *actio*, sive *operatio*, ut expressè docet D. Thom. q. 1. de Pot. a. 1. Quemadmodum hoc nomen *actus* 1. iuxta ipsum ibidem significat *formam, potentiam, vel virtutem, quæ est principium operationis*. Unde sub hac consideratione aliquod principium denominari tale in actu 2. Est idem, ac exerceri per actualem operationem, quæ sit causalitas illius. Hoc notato dicimus, gratiam excitantem in sancta cogitatione, & affectione consistentem, excitare, & movere moraliter in actu 2. utroque modo; siquidem excitat voluntatem, nedū *posibiliter, sed exercite ad liberum consensum*. Rursusque cum excitet excitatione consistēte in motibus vitalibus, excitat in actu 2. etiam *nominaliter* accepto. Attamen de tali gratia sic excitanti nō verificatur adiuvare hominem strictè in actu 2. ad liberè consentiendum iuxta doctrinam supra adductam ex M. P. iuxta quam hoc genus adiutorij gratiæ non datur sine cooperatione liberi arbitrij. Ex quibus constat gratiā proprie, & stricte adiuvantem, distingui reipsa à gratia excitanti, aliquid reale supra ipsam addendo.

Aliud notabile.

Sess. 6. cap 5.

§. IV.

TERTIA CONCLUSIO.

Id, quod addit gratia ut adiuvans in actu 2. sive ut quo, supra excitantem, non est consensus liber creaturæ.

14 Sensus P. Suarez.

PAter Suarez lib. 3. de Auxil. cap. 13. postquam probavit gratiam strictè adiuvantem distingui ab excitanti consistenti in cognitione, & affectione voluntatis, esseque novum auxilium, & beneficium Dei: cap. 16. sic affirmat: *Id, quod gratia adiuvans superaddit supra excitantem, est aliquid realiter distinctum ab illa*. Probat assertum sequenti discursu. Gratia adiuvans, ut probatum est cap. præcedent. addit realem influxum in consensum deliberatum voluntatis, vel assensum supernaturalem intellectus. Sed hic influxus realiter distinguitur ab actu gratiæ excitantis: cum talis influxus sit idem realiter cum actu deliberato voluntatis; de quo nulli dubium est distingui realiter à motu gratiæ excitantis: ergò gratia actualis adiuvans addit aliquid realiter distinctum ab excitanti. Quæ ratio adeò clara est (prosequitur idem

Aug.

Author) ut in hoc puncto nulla videatur esse dissensio inter Theologos, quæ ad rem pertineat. Sed quia prædictus Auth. cap. 14. num. 5. statuerat principium supernaturale posse etiam gratiam adiuvantem appellari, & quod verè adiuvat intellectum, aut voluntatem, supplendo defectum adæquatæ virtutis ad actum supernaturalem producēdum; nè appareat aliqua contradictio in eius dictis: affirmat duplicem distingui gratiam adiuvantem; unam per modum principij; alteram vero per modum influxus, sive actionis. De 1. asserit, consistere in virtutibus infusis, quibus voluntas constituitur physicè potens elicere actus salutares; vel casu, quo desint prædictæ virtutes, asserit: *Gratiam physicè adiuvantem per modum principij esse Spir. S. per se ipsum extrinsecè elevantem voluntatem.* De 2. vero gratia adiuvanti affirmat consistere in ipso consensu libero voluntatis, prout dependet à Deo simultaneè concurrente cum ipsa voluntate.

15 Maior ex presio e- iusd. D.

Conformiter ad hanc distinctionem contendit prædictus A. verificari plures locutiones D. Aug. agentis de gratia adiuvanti. 1. Gratiam adiuvantem esse novum auxilium, & beneficium Dei supra gratiam excitantem; utpotè involventem ipsum consensum liberum voluntatis, cum quo gratia excitans nullam de se dicit connexionem. 2. Gratiam adiuvantem, ut ab excitante distinctam, esse efficacem, & irresistibilem; siquidem gratia dicto modo adiuvans actù includit consensum liberum voluntatis. 3. Gratiam adiuvantem non dispensari à Deo, nisi homini agenti, & consentienti; propter eandem rationem. 4. Gratiam strictè adiuvantem esse eandem cum gratia cooperante, utpotè includentem cooperationem liberi arbitrij. 5. Dari duplex adiutorium gratiæ sæpè edoctum à M. P. unum adiutorium sine *quo*; alterum vero adiutorium *quo*. Ex quibus 1. appellatur à Magn. Par. adiutorium *possibilitatis*, per quod fit, ut *possimus benè velle, & bene operari.* Secundum vero adiutorium *voluntatis*, per quod fit, *ut benè velimus, & rectè operemur.* 6. Hominem, postquam intelligitur cum potestate proxima ad iustè operandum, indigere oratione, ut Deus donet ipsi actualiter benè operari. Nàm cum gratia adiuvans per modum actualis influxus, & operationis sit nostrum beneficium, & donum Dei realiter distinctum, tùm à gratia excitanti, tùm à gratia adiuvanti per modum virtutis, & principij; restat locus orationi, qua deprecamur Deum; non ut donet nobis posse benè velle, sed ut actù benè velimus.

16 Reijcitur opin. relata.

His meritò prælibatis pro intelligentia huius modi dicendi satis frequentis apud AA. Societat. reijcitur sequenti ratione. Gratia, ut adiuvans in actu secundo, sive ut est adiutorium *quo*, & prout distincta à gratia excitanti, iuxta PP. & Conc. est gratia verè auxilians nostrū liberum arbitrium ad salutariter operandum; sed actualis influxus in consensum liberum, prout est à Deo non est huiusmodi: ergò gratia, ut adiuvans in actu secundo, sive per modum adiutorij *quo*, non consistit in influxu actuali ex parte Dei. Maior est certa, & expressa in Div. Augustin. lib. de Correction. & gratia cap. 11. & 12. & lib. de bono perseverant. cap. 21. ubi gratiam adiuvantem in actu secundo, sive per modum adiutorij *quo*, appellat magnum donum, & speciale adiutorium Dei. Rursus: Nàm omnis gratia, quam homo iustè petit à Deo, ut salutariter operetur, est gratia verè illam auxilians ad salutariter operandum. Sed homo iustè petit à Deo, ut ei conferat gratiam, ut adiuvantem in actu secundo, sive per modum adiutorij *quo*, ut salutariter operetur; pro quo sunt innumera testimonia Sacræ Scripturæ: ergò. Minor vero prob. Influxus actualis Dei in consensum salutarem, utpotè iuxta AA. Societatis, actio identificata cum ipso consensu indivisibiliter procedenti à Deo, & à voluntate creata, nequit realiter præcedere ipsum consensum. Sed de ratione gratiæ verè auxiliantis, est realis præcedentia, & causalitas respectu illius, ad quod

auxiliatur : ergò influxus actualis Dei in consensum salutarem &c.

Confirm. & explic. hoc. De ratione auxilij, prout sic, est positivè præstare robur, & aliqualem efficientiam exercere respectu illius, ad quod auxiliatur. Sed nihil potest realiter se ipsum efficere, aut præstare sibi robur ad sui 1. existentiam : ergò si consensus liber voluntatis, prout procedit à Deo simultaneè influente cum voluntate creata, non distinguitur realiter à se ipso, prout procedit à voluntate; nequit talis consensus, prout descendit à Deo obtinere rationem gratiæ auxiliantis voluntatè ad salutaritèr &c. ergò nequit esse gratia adiuvans. Hinc colliges cõcursum simultaneum Dei per modum actualis influxus non esse verum auxilium Dei in ordine ad actionem creaturæ. Colliges inquam : Tùm propter immediatè dicta, iuxta quæ de ratione auxilij veri est aliqua realis causalitas, & præcedentia respectu illius, ad quod confertur auxilium. Tũ quia de ratione auxilij verè auxiliantis causam ad operandum, est influxus in ipsam causam, & non tantum in eius operationem; concursus autem simultaneus fatentibus Adverſ. non est influxus in causas secundas, sed in earum effectus, & operationes : ergò. Huic doctrinæ adhærent Lessius lib. de Auxil. cap. 5. Munies sa disp. 2. sect. 6. P. Marin disp. 1. de lib. arb. sect. 2. n. 30. Negantes concursui simultaneo Dei verà rationem auxilij ad actus salutares creaturæ. Sed qua consequentia ? Ipsi videant.

17 Confirm.

Ratio.

Nec valet dicere cum P. Suarez lib. 3. de Auxil. cap. 14. Auxilium per modum principij debere realiter præcedere, proindeque realiter distingui ab eo, ad quod auxiliatur; secus vero auxilium per modum actualis concursus. Non inquam valet propter iam dicta; siquidem hoc complexum : *Auxilium per modum actualis concursus ad consensum, cum quo realiter identificatur*, videtur repugnans; vel continet locutionem satis impropriam. 1. Nàm quatenùs auxiliatur voluntatem, ut consentiat; præstat ipsi aliquod robur, & insuper movet voluntatem, ut eliciat consensum præ dissensu. Sed ipse consensus nequit cum proprietate loquendo præstare robur voluntati, nec ipsam movere, ut eliciat consensum præ dissensu : ergò solutio tradita nulla est. 2. Id, quod movet voluntatem etiam per modum actualis motionis, distinguitur realiter à termino, ad quem movet; ut expressè docet D. Thom. 3. contr. Gent. cap. 149. dicens : *Motio moventis procedit motum mobilis ratione, & causa.* Et Phil. 4. Metap. text. 23. *Movês est prius natura moto.* Sed omnis gratia verè auxilians, est gratia verè movens voluntatem, quæ non agit, nisi ut mota à Deo : ergò debet realiter præcedere præcedentia causalitatis ad id, ad quod auxiliatur. Sed consensus liber prout à Deo, non sic præcedit se ipsum, prout est à volũtate creata : ergò.

18 Dices.

Contr. est 1.

Secundo.

De hoc Palanco de Prov. q. 10 à n. 26.

3. Concursus simultaneus Dei in actu 2. ut fatentur Adverſ. non est influxus in causam creatam, sed in effectum; nec rursus est ratio, ut causa creata prodeat in suam operationem. Unde ex duobus purè simultaneè concurrentibus ad portandum lapidem, nullus dicitur cum proprietate influere in alterum, aut esse causam, sivè rationem, ut ille eliciat portationem lapidis. Sed omnis gratia verè auxilians voluntatem ad liberè consentiendum, dicit influere in illam, estque vera ratio, ut voluntas activè producat consensum : ergò aut debet concedi gratiam adiuvantem, *ut quo* esse impropriè gratiam auxiliantem, aut prædicta gratia nequit consistere in consensu libero voluntatis, ut à Deo effectivè simultaneè procedenti.

19 Tertio.

Concurs. simult. ut oblatus se tenet ex parte act. 1. ut executus est actus 2.

§. V.

Aliquæ instantiæ solvuntur.

INstabis 1. contra hanc rationem. Eò gratia adiuvans non consisteret saltim inadæquatè in consensu libero voluntatis, quia per illam movetur, & determinatur ad ipsum consensum. Sed hæc ratio est nulla : ergò. Prob. min. Dùm voluntas liberè amat, verè, & propriè se de-

20 Prima.

determinat ad amandum, vel ut actu amet. Et tamen determinatio voluntatis ad amandum non distinguitur realiter ab amore; cum amor sit actualis determinatio, & reductio voluntatis, ut amet: ergò. Confirm. Sicut Deus per gratiam adiuvantem movet voluntatem ad libere consentiendum, ita Cœlum movet suo influxu causas particulares ad productionem suorum effectuum: Sed huiusmodi motio sufficienter salvatur per concursum simultaneum, & absque concursu prævio realiter præcedenti earum operationes: ergò ex quo per gratiam adiuvantem moveatur voluntas &c. Sic ex Magist. Lorca. Denique: qui cum altero simul concurrit ad productionem alicuius effectus, vere dicitur illum adiuvare ad talem productionem: Quapropter intellectus, & species intelligibilis, dicuntur mutuo se adiuvare ad productionem intellectionis (& idem de duobus portantibus lapidem): ergò Deus simul concurrens cum voluntate ad liberum consensum, vere dicitur adiuvare illam ad consentiendum: ergò concursus simultaneus Dei est verum adiutorium voluntatis ad libere consentiendum: ergò cum aliunde sit novum beneficium Dei supra libertatem ad consentiendum, salvatur in illo vera ratio gratiæ adiuvantis.

Confirm.

Ultimo.

21 Respond. ad 1. Respondemus neg. min. ad eius probationem dicimus hoc, quod est voluntatem se determinare per ipsum amorem ad amandum, dupliciter posse accipi; primo in genere causæ formalis. 2. in genere causæ efficientis, aut moventis, sive applicantis. Prædicta igitur propositio solum est vera de determinatione in genere causæ formalis: ad modum, quo vere affirmatur de corpore determinari per albedinem ad hoc, ut sit actu album. Et ratio est: Nàm quælibet potentialitas subiecti determinatur formaliter per illum actum, ad quem se habet in potentia. Si vero prædicta propositio accipiatur in 2. sensu est omnino falsa; cum nihil possit se ipsum realiter efficere, aut esse veram motionem, & applicationem causæ ad sui productionem. Per gratiam igitur adiuvantem ut *quo* voluntatem creatam ad actus salutares, ita adiuvatur voluntas, ut illam moveat, & faciat, quod voluntas operetur salutarem consensum. Sic nos docet P. Aug. lib. de correct. & gratia, cap. 11. per hæc verba: *Adiutorium quo non solum est, sine quo non fit, verum etiam quo fit, propter quod datur.* Qua de causa Magn. Parens sæpissime urgebat Pelagium, ut confiteretur * gratiam Dei facientem nos facere, & gratiam adiuvantem, non solum cum voluntas vult, sed ut velit. Ex quibus constat Deum, ita per gratiam suam nos adiuvare ad salutariter operandum, ut ex gratia, & per gratiam adiuvantem, voluntas nostra habeat efficere actus salutares; quæquidem efficientia, seu modus faciendi, ut nos faciamus; absque distinctione reali inter gratiam, ut adiuvantem, & ipsum consensum, subsistere nequit.

22 Firmatur solutio data. Præterea. Licèt hæc propositio: *Voluntas per amorem se movet, & se determinat ad amandum, sit aliquatenùs vera: hæc tamen: voluntas per amorem se movet, & se determinat ad amorem, vel, ut producat amorem; est omnino falsa.* Hoc secundum constat ex ipsa aprehensione terminorum, & ex testimon. D. Thom. supra num. 18. relato. Primum vero concedimus: quia cum ly *amandum* sit concretum essentialiter includens hoc, quod est voluntatem recipere, & actu informari per actum amoris, per ipsum amorem determinatur potentialitas voluntatis, ut illum recipiat, & ab illo denominetur actu amans. At vero de gratia adiuvanti, & auxilianti, non solum verificatur per illam moveri voluntatem ad salutariter consentiendum, sed etiam moveri ad ipsum salutarem consensum, & ut eliciat, sive operetur talem consensum. Ratio est: Nàm iuxta D. Paul. *Deus est, qui* (certè per gratiam suam) *operatur in nobis ipsum velle.* Et S. Fulgent. lib. de Incarnat. cap. 17. *Nemo dicat meum est velle credere; Dei autem gratiæ adiuvare; sed dicat: gratiæ Dei est adiuvare, ut sit meum velle credere.* Ad Phil. 2.

23 Ad confirm. Respond. Min. esse

Ad confirmat. Resp. ex Doctr. S. Doct.

esse falsam,&,ni fallor,expresse cõtra D.Th.3.cont.Gent.c.149.ubi probat omnem actionem creaturæ intellectualis libere agentis prævenìri auxilio Dei moventis, sequenti discursu: *Omnis actio agentis particularis prævenitur actione agentis 1.universalis*;sicut in istis inferioribus: *Omnis motus prævenitur à motu Cœlesti.Sed creatura intellectualis ordinatur sub Deo, sicut agens particulare sub universali*: ergò *impossibile est dari aliquem motum rectum, quem non præveniat actio divina.* Quo nihil luculentius ad probandum actionem divinam prævenire, proindequè realiter distingui ab omni operatione causæ secundæ; tam necessario, quam libere operantis. Similia docet hac 1. 2. quæst.109. art. 1. per hæc verba: *Manifestum est omnes motus corporales reduci in motum corporis cœlestis, sicut in primum movens corporale.* In quibus manifestè continetur distinctio realis, realisque præcedentia, & causalitas inter utrumque motum. Undè præter concursum simultaneum,per quem causa vniversalis, scilicèt, Cœlum influit simul cum causis particularibus in earum effectus, concedendus est alter concursus prævius per modum moventis, & alterantis corpora inferiora ad proprios motus. licèt sit valdè dissimilis à concursu prævio Dei applicantis omnem causam creatam ad suas operationes.

24 Ad ultim. Resp. 1.

Ad ultim. Respond. 1. Mai. esse veram in causis purè partialitèr concurrentibus ad productionẽ eiusdẽ effectus:gratia autem,& voluntas creata non sic concurunt; cum tota virtus proxima agendi supernaturaliter sit gratia sufficiens iuxta communem sensum Thomistarum cum suo Angel. Mag. pro quo videri possuntM.Alvarez,tom.deAuxilljs,d.85. Illust.Godoy,&M.Ferre, tr.deVisione.ImoDeum non concurrere,ut causam partialem cum causis secundis adhuc in ordine ad effectus naturales non liberos,latè, & erudite Auth.& ratione probatM.Lemòs,lib.3.tract.3 à cap.9. Respond.2. Instantiam non esse ad rem: Nàm taliter debet concedi gratiam adiuvare voluntatem ad salutaritèr consentiendum, ut voluntas non dicatur adiuvare gratiam ad productionem consensus. Atqui instantia hoc non salvat; præsertim cum iuxta Advers. voluntas sit, quæ sola pro sua libertate determinat, applicat, & utitur gratia Dei ad productionem consensus:ergò ex concursu simultaneo cum volunte non deducitur convenire gratiæ Dei rationem verè adiuvantis voluntatem ad consentiendum. Discursus est D. Aug.in Enchirid. quæst.32.sic arguentis: *Si propterea dictum est non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, quia voluntas hominis sola non sufficit, ut iuste vivamus, nisi adiuvetur misericordia Dei, potest, & hoc modo dicit: igitur non est miserentis Dei, sed volentis est hominis: quia misericordia Dei sola non sufficit, nisi consensus nostræ voluntatis addatur.*Quo nihil oportunius. Videatur M. Alvarez, disp.86. Quapropter ita debet affirmariDeum per gratiam suam adiuvare voluntatem ad salutaritèr consentiendũ,ut sit vera hęc causalis: *Voluntas consentit, vultque iuste libere; quia adiuvatur per gratiam Dei.* Ita S. Prosp. in epist. ad D.August. de reliquijs Hæresis Pelagianæ. Rursùs ita debet affirmari Deum nos adiuvare per gratiam suam, ut per ipsam donet, & operetur in nobis salutarem consensum; hoc autem non verificatur per collationem gratiæ excitantis;cum hæc sit pluries inefficax, & actu non influat, nisi ex determinatione,&dominio voluntatis creatæ. Quod videtur aperte contradicere huic,quod estDeum donare nobis pro sua voluntate salutarem consensum. Nec possunt verificari supra dicta per concursum simultaneum Dei: quia cum hic non differat realitèr iuxta Adversar. à consensu voluntatis, Deus per illum nequit donare,& operari in nobis salutarem consensum.

Secundo.

Dices 2. Iuxta D. Aug. locis, ubi supra: *Nemo iuvatur, nisi aliquid agat*: ergò auxilium gratiæ adiuvantis consistit in actuali actione Dei operantis simul cum voluntate. Confirm. hoc. Eò ipso, quod homo desinit operari, etiam Deus desinit adiuvare; & eo ipso, quod homo operetur, Deus adiuvat hominem: ergò

25 Secunda instant. Confirm.

si-

sicut operatio hominis consistit in actuali influxu ex parte sua; ita gratia adiuvans debet consistere in actuali influxu ex parte Dei. Deniquè. Principium operandi, sive operativum in actu 1. denominatur operans in actu 2. ab operatione effectivè procedenti ab ipso: ergò principium supernaturale adiuvans in actu primo denominatur adiuvans in actu 2. ab operatione supernaturali procedenti effectivè ab illo. Sed huiusmodi operatio indivisibilitèr procedit à voluntate, & à Deo simultaneè influenti: ergò quamvis adiutorium per modum principij, sive gratia ut *adiutrix* realitèr præcedat actum supernaturalem voluntatis, secùs gratia adiuvans per modum actualis influxus, sive actionis.

Ultimo.

26 Ad 1. conc. anti. neg. conseq. Ex illo inefficacissimè deductam; siquidem hominem non adiuvari à Deo, nisi sponte aliquid agat, optimè salvatur propter infallibilem connexionem, & causalitatem ex parte gratiæ adiuvantis respectu operationis supernaturalis. Ratio est: Nàm illa particula *nisi* de se est indifferens ad significandam identitatem, vel infallibilem connexionem causalitatis inter Deum adiuvantem, & hominem operantem; ut constat in sequentibus propositionibus omnino veris: *Nemo intendit efficacitèr finem, nisi eligat media efficacitèr conducentia ad illius consecutionem. Nemo est prædestinatus ad gloriam, nisi illam infallibilitèr consequatur; Neminem diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat*: quin propter hoc intentio efficax identificetur cum electione, prædestinatio cum consequutione gloriæ, & dilectio Dei cum inhabitatione sapientiæ. Undè claritatis gratia explico testimon. D. Augustin. *Nemo adiuvatur, nisi aliquid agat*, quia adiuvatur à Deo, concedo añs. Secluså causalitate ex parte Dei adiuvantis, & facientis, ut creatura agat, neg. añs. & conseq. Si autem gratia adiuvans in ipsa operatione voluntatis, prout est à Deo, consisteret; esto verificaretur *hominem adiuvari, dum agit*, non tamen verificaretur hominem *agere*, quia adiuvatur à Deo: quod fateri debet iuxta doctrinam S. Prosperi, & aliorum Ecclesiæ PP.

Respond.

Sapient. 7

Ad confirm. (de quo iterum n. 28.) Respond. Omissionem primæ operationis liberæ, sive omissionem primam peccaminosam supponere pro priori carentiam gratiæ adiuvantis ex parte Dei, licèt non per modum causæ physicæ, sed per modum añtis logicè inferentis ipsam; sicque contigit in primo peccato Adami, & etiam Angelorum. Quapropter ratio gratiæ adiuvantis in aliquo ant: & connexo cum operatione libera voluntatis adstrui debet. Ad ultim. conc. añti, neg. conseq. Ratio discriminis est: Nam hoc concretum *operans*, sive *agens*, importat de formali actionem, aut operationem; ideòque principium operativum denominatur agens, & operans, tanquam à forma, ab ipso actuali operatione, & non ab aliquo ipsum añti. At vero adiuvare in actu 2. sive per modum adiutorij ut *quo* voluntatem ad salutaritèr consentiendum est ipsam movere, & applicare faciendo, ut voluntas producat consensum salutarem: proindequè gratia hoc modo adiuvans comparatur ad consensum, ut motio activa ad motum mobilis, & ut causalitas ad terminum, de cuius ratione est realitèr ab illo distingui, & præcedere præcedentia naturæ. Hinc colliges inter gratiam adiuvantem per modum actus primi voluntatem ad actum supernaturalem (quod convenit gratiæ excitanti) & ipsum actum, mediare gratiam efficacem realitèr ab utroque distinctam. Quæ quia infallibilitèr movet, & determinat voluntatem in actu primo constitutam ad operandum faciendo ipsam facere; merito dicitur gratia adiuvans in actu 2. sive adiutorium *quo*, & adiutorium voluntatis, sive actionis, ut terminis D. Aug. utamur.

27

Ad confirmat.

Ad ult.

Illatio.

Dices 3. Id, quo posito ponitur consensus liber in voluntate, & quo deficiente, deficit, verè dicitur adiut. voluntatis ad consensum. Sed huiusmodi est concursus actualis simultaneus Dei simul cum voluntate creata concurrens ad liberum consensum: ergò prædictus concursus &c. Resp. ne-

28

Tertia instantia.

negando absolutè maior : aliàs etiam voluntas creata, dum consentit, vere adiuvaret Deum, ut ipsi donaret consensum ; cum militet eadem ratio: Imo, & fortior iuxta sententiam Adversar. quandoquidem iuxta illos non solum voluntas creata efficit consensum simul cum Deo, sed etiam verè determinat Deum, aut illius Omnipotentiam indifferenter præparatam ad efficiendum consensum. Ex duobus autem causis simul concurrentibus ad operandum maiori cum proprietate dicitur causa adiuvans illa, quæ simul efficit, & determinat alteram causam, ut operetur; quam causa, quæ unicè efficit, & nullo modo determinat alteram. Nec apponas instantiam de voluntate creata determinanti habitum supernaturalem ad operandum. Non inquam opponas: nàm voluntas, & habitus non sunt duæ, sed unica causa determinans coalescens ex voluntate, ut operanti per modum potentiæ, sive ut *quod*, & ex habitu *per modum virtutis, adæquatæ, & ut quo*. Undè claritatis gratia, dist. mai. Quo posito &c. per modum veræ applicationis, & causalitatis circa ipsum consensum, conced. mai. Præcisse propter solam identitatem cum consensu, neg. mai. Et cum eadem min. dist. neg. conseq. Concursus enim simultaneus in actu 2. cum non sit concursus in causam, sed in effectum, vel operationem creaturę; esto Deus, dum sic concurrit faciat talem operat. non tamen facit, nec operatur, ut creatura illam faciat ; sicuti, quamvis iuxta Adversar. voluntas creata faciat ipsum facere Dei indistinctum ab operatione voluntatis, non tamen propterea verificari potest voluntatem creatam facere, ut Deus faciat : id expresse asserente M. Par. lib. de prædest. SS. cap. 10. & lib. 4. ad Bonif. & alibi.

§. VI.

Solvuntur argum. à ratione cont. 2. concl.

29 OMissis test. ex M. P. & ex Trid. cum de mente horum agendum sit dub. sequenti, obijcies

Arguit. 1. 1. Gratia adiuvans strictè accepta iuxta Thom. initentes doctrinæ Trident. sess. 6. cap. 5. est gratia, cui cooperamur. Sed solum cooperamur gratiæ excitanti : ergò gratia strictè adiuvans non differt ab excitanti. Probat. min. Liberum arbitrium solum cooperatur propriè illi gratiæ, quæ ipsi tribuit sufficientiam, & vires, ut eliciat salutarem consensum. Sed solum gratia excitans est huiusmodi, ut est certum: ergò. Mai. videtur certa, & ulterius prob. Liberum arbitrium solum propriè cooperatur illi gratiæ, quæ simul cum ipso operatur salutarem consensum ; cum cooperari sit unum simul cum alio operari. Sed solum gratia tribuens voluntati sufficientiam, & vires ad consensum, est gratia, quæ propriè cum voluntate operatur talem consensum; præsertim iuxta Thom. tuentes gratiam sufficientem esse totam rationem, & virtutem adæquatam agendi supernaturaliter : ergò. Confirm. Gratia adiuvans, si ponatur realiter distincta à gratia sufficienti ; uti adstruitur à Thomist. non est propriè gratia cooperans cum libero arbitrio: ergò gratia cooperans non differt realiter ab excitanti ; proindequè, nec gratia adiuvans. Probat. ass. Id, quod non est causa, aut principium influens in operationem alterius causæ, non dicitur cum proprietate operari talem operationem, aut cum altera concausa cooperari. Patet hoc in applicatione ignis ad passum, quæ quidem esto se teneat ex parte actus primi ad comburendum ; non dicitur propriè operari, aut cooperari cum igne ad combustionem. Sed gratia adiuvans realiter distincta ab excitanti, est gratia, quæ iuxta Thomist. non est causa, aut principium actuum supernaturalium, sed solum determinatio, & applicatio voluntatis ad illorum elicientiam : ergò. Hæc omnia roborari possunt ex illo Sapientiæ 9. *Da mihi Domine sedium tuarum assistricem sapientiam, ut mecum sit, & meum laboret.* Sed sapientia, de qua in dicto textu est illuminatio Spiritus Sancti ad gratiam excitantem spectans : ergò talis gratia est vere cooperans cum lib. arb quia laborans; proindequè adiuvans.

Confirm.

Ultimo

Ante solutionem notare oportet 30

Noto 1. pro ſolut. tet 1. *gratiam operantem, & cooperantem* dupliciter poſſe accipi; uno modo communiter, ſcilicèt, pro gratia influenti, & efficienti ſimul cum voluntate actum ſalutarem. Ratio eſt: Nam operari communiter ſumptum eſt idem, ac efficere; cumque aliunde cooperari idem ſit communiter, ac operari cum alio; quoties gratia ſimul cum voluntate influit in actum ſalutarem, dicitur gratiam cooperari voluntati, & voluntatem cooperari gratiæ.* Alio modo poteſt accipi gratia operans, & cooperans in ſenſu peculiari; & præſertim iuxta mentem D. Auguſt. & D. Th. de quo ex profeſſo in ſequenti tract: Ne autem ſit litigium in præſenti circa acceptionem propriam gratiæ operantis, & cooperantis, agemus de illa in primo ſenſu ſupra explicato. 2. Notandum gratiam aliquam dupliciter dici poſſe operantem: uno modo in actu primo, quatenùs eſt virtus ad productionē conſenſus ſalutaris, & ſub hac conſideratione propriùs dicitur operativa, quam operans. Alio modo dicitur gratia operans in actu 2. quatenùs, ſcilicèt, actu elicit conſenſum, & ſimul facit, ut voluntas faciat eundem conſenſum. Gratia igitur adiuvans ſtrictè accepta non eſt gratia præciſè operativa, ſive operans in actu primo, ſed eſt gratia operans in actu 2. & faciens, ut voluntas operetur conſenſum ſalutarem, ut ex D. Auguſt. num. 6. relato conſtat. Quod eſt idem ac dicere: * gratia adiuvans per modum adiutorij *quo*, non eſt gratia dans poſſe voluntati ad actum ſalutarem; hæc enim gratia eſt adiutorium ſine *quo*: nec rurſus eſt gratia præciſè efficiens ſimul cum voluntate velle bonum, ſed eſt gratia faciens, ut voluntas velit bonum.*

* De hoc pluraVaz quez, p. d. 88. c. 9.

Secundo.

31 His prænotatis duplici via Reſpond. poteſt 1. iuxta opinionem, quam ſupra dubio 8. cum communi Thomiſtarum doctrina, & plurium ex AA. Societatis, ſequuti ſumus, negando gratię excitanti in motibus intellectus, & voluntatis conſiſtenti, influxum phyſicè effectivum in actus ſalutares. Iuxta hunc igitur modum dicendi, neg. min. Ad illius probationem, diſt. mai. Voluntas cooperatur gratiæ &c. præſtanti vires, & ſufficientiam phyſicam, conced. mai. Præſtanti vires, & ſufficientiam tantum moralem ſe tenentem ex parte obiecti, neg. mai. & cum eadem min. diſt. neg. conſeq. Huiuſmodi influxus moralis obiectivus, cum reducatur ad genus cauſæ finalis, ut rectè advertit P. Suarez, lib. 3. de Aux. c. 15. num. 1. non ſufficit, ut dicatur voluntas proprie cooperans gratiæ excitanti in dictis moribus conſiſtenti: ſicuti nec agens phyſicum dicitur proprie cooperari fini, ſed operari ut motum, & Attractum à fine. Hinc colliges, quod ſi non detur alia gratia excitans interna præter motus intellectus, & voluntatis, ut communiter tenent AA. Societatis, nequit verificari dari gratiam, cui voluntas propriè cooperetur, dum ſalutariter conſentit.

Prima ſolut ad argum.

32 Admiſſo tamen gratiam excitantem in prædictis moribus conſiſtentem, innuere phyſicè in conſenſum ſalutarem, ſimulquè præbere voluntati vires phyſicas ad illius productionem. Reſpond. 2. diſt. mai. Liberum arbitrium ſolum cooperatur gratiæ &c. cooperatione, quæ proveniat ex gratia facienti ipſum operari, conced. mai. Si cooperatio liberi arbitrij non proveniat hoc modo ab eadem gratia, neg. mai. Et cum eadem min. diſt. neg. conſeq. Voluntas enim taliter cooperatur gratiæ adiuvanti iuxta Trid. ſeſſ. 6. cap. 5: quod habeat ſic cooperari per ipſam gratiam adiuv: Unde hęc cauſalis eſt vera: *Voluntas cooperatur gratiæ Dei, quia per gratiam adiuvatur à Deo.* Si autem gratia adiuvans ſit realiter indiſtincta à gratia dante voluntati poſſe phyſ. ad conſenſum ſalutarē, in hac, inquam hypotheſi, & ſi voluntas conſentiendo cooperetur gratiæ Dei, non tamen habet per gratiam, ut cooperetur ei; quin potius fatentibus Adverſarijs, quod gratia cooperetur voluntati, convenit ipſi ex determinatione, & uſu liberi arbitrij.

Secunda.

33 Quia tamen ex intelligentia huius ſolutionis pendet oſtenſio inefficaciæ argum. placet illam roborare primo hoc diſcurſu: Iuxta Adverſ. gratiam eſſe cooperantem, & in actu

Roborat. 1. ſolutio data.

tu 2. sive ut *quo* adiuvantem, est idem, ac gratiam esse efficacem: ergò ab illo, à quo provenit gratiam reddi efficacem, provenit gratiã esse cooperantem voluntati,& illam esse adiutorium *quo* voluntatis. Sed iuxta ipsos,quod gratia sit,&prævidi efficax cõvenit ipsi ex determinatione, & dominio voluntatis pro suo libito reddentis illam efficacem: ergò quod gratia sit adiuvans per modum adiutorij *quo*,&cooperetur voluntati,con-
Secundo. venit ipsi ex usu liberi arbitrij.2.seq. exemplo: Ponamus habitum charitatis esse totam rationem agendi in voluntate actum dilectionis, & rursus non requiri ulteriorem gratiam, ut voluntas actu diligat Deum: in hac enim hypothesi,si voluntas prorumperet in actum dilectionis, absdubio cooperabitur habitui charitatis, & è converso; attamen cum influxus voluntatis,& charitatis existeret tunc ex determinatione voluntatis utentis, & applicantis pro suo dominio habitum charitatis, sine nova gratia, inde fieret voluntati debere attribui hoc, quod est habitum charitatis ipsi cooperari;non vero attribueretur habitu charitatis, & gratiæ Dei hoc, quod est voluntatem ipsi cooperari, quod necessario concedi debet; ut gratia primatum teneat in ordine ad opera salutaria, & bonum usum gratiæ.

34 Fundatur doctrina solutionis datæ in D. Thom. opusc. 1. cap.23.* ubi docet hominem cooperari Deo ea ratione, & in eo sensu, in quo instrumentum cooperatur Artifici, & Minister Domino: ergò adeundem sensum dici valet liberum arbitrium cooperari Deo illud prævenienti gratia sua.* Sed cooperatio instrumenti cum Artifice, & Ministri cum Domino supponit pro priori motionem, & imperium,quibus applicantur ad operandum: ergò liberum arbitrium ita cooperatur gratiæ, & Deo adiuvanti, ut ipsa cooperatio sit effectus gratiæ ipsum moventis, & applicantis ad ipsam cooperationem. Ex quibus constat gratiam excitantem, sive sufficientem, cum non moveat, nec applicet liberum arbitrium ad bonum usum illius;solum esse *adiutorium possibilitatis*, quatenùs reddit voluntatem potentem benè velle, & operari,non vero esse *adiutor voluntatis,& actionis, à quo habet voluntas,quod benè velit,& benè operetur, & solum quando benè vult, & benè agit.* Sic M. P. de gratia Christi cap.47.

* Et 3. contrag c.94 Format. solutio.

* Quoad sub ordine.

Quod si velis aliter, & forte clarius argum. solvere, Resp. potest distinguend.mai. hoc modo: Voluntas cooperatur gratiæ, quæ ipsi tribuit sufficientiam, & simul facit, ut voluntas efficiat consensum salutarem, conced. mai. Gratiæ, quæ solum tribuit sufficientiam, non vero facit, ut voluntas faciat, neg. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Gratia igitur excitans, etsi tribuat voluntati vires, & sufficientiam, ut salutariter operetur, non tamen vere facit,ut voluntas faciat. Tùm quia talis gratia de se est indifferens, & coniungibilis, cum facere, & non facere in voluntate. Tùm quia gratia quæ non taliter influit in actum voluntatis,nisi ab ipsa determinata,non facit, ut voluntas faciat, sed potiùs è converso, ut constat exemplo Ministri unicè operantis ex imperio Domini,& instrumenti efficientis ex motione artificis; gratia autem excitans, licèt influat effectivè in consensum, & cooperationem voluntatis, hoc tamen habet ex determinatione, & usu voluntatis pro suo libito facientis, ut ipsa gratia influat. Rursùs hoc ipsum explicari potest exemplo causæ simultaneę influentis in operationem alterius concausæ, & nullatenùs illam determinantis ad operandum, de qua: etsi verificatur facere operationem, sive operari cum altera causa; non tamen verificatur,quod ipsa faciat, ut altera causa faciat, ut constat manifestè in duobus portantibus lapidem. Cum igitur gratia sufficiens,sive excitans iuxta Adv.non influat prævie determ. sed simultanee, & per modum causæ partialis cum libero arbitrio ipsam determinanti, & applicanti ad operandum, non potest verificari illam esse gratiam facientem nos facere; quæ quidem gratia ab omnibus Catholicis fatenda est.

35 Alitèr, & clarius Respond.

Hæc omnia dicta sint de velle, ut differt à facere.

Sed quia argum. contendit probare gratiam prædetermin. non esse 36

Reflexio supra arg

esse propriè cooperantem, oportet falsitatem huius ostendere ex D. Th. 1.2. quæst.111. art.2. ubi asserit: *Auxilium Dei movens voluntatem ad volendum, & agendum, dividi in gratiam operantem, & cooperantem.* Sed auxilium gratiæ movens voluntatem ad benè volendum, & agendum, non spectat solum ad actum 1. vel ad potestatem, ut voluntas benè velit, & bene operetur; sed cum maiori proprietate spectat ad id, quod se habet, ut applicatio, & determinatio voluntatis ad operandum: *ergo ratio gratiæ cooperantis aptissimè convenit gratiæ prædeterminanti. Hinc illa propositio argum. scilicet, *liberum arbitrium solum cooperatur illi gratiæ, quæ simul cum ipsa operatur: debet distingui sic.* Quæ simul operatur, vel tanquam virtus, vel tanquam determinatio, & applicatio voluntatis ad consensum, conced. mai. Gratiæ, quæ præcisè operatur per modum virtutis, neg. mai. Etenim; cum iuxta Doctrinam D. Thom. 3. contra Gent. cap. 67. & q. 3. de pot. art. 7. & alibi, causa movens, & applicans alteram causam ad operandum sit verè, & propriè causa talis operationis; ut constat in Artifice movente instrumentum ad operandum, & in Domino imperanti servo, ut operetur: Quomodo negari potest liberum arbitrium propriè cooperari Deo illud moventi, & determinanti per gratiam adiuvantem, ut benè operetur?

* Sic S. D. 1. 2. q. 9. art. 1. de mot. ex parte agentis.

37 Ad confirmat.

Simili distinctione ocurri debet confirm. sub hac forma. Id, quod non est causa &c. non potest dici gratia cooperans per modum doni habitualis, conced. mai. Non potest dici gratia cooperans per modum auxilij moventis voluntatem ad volendum, & agendum, neg. mai. & conc. min. dist. conseq. eodem modo. Divisio gratiæ in operantem, & cooperantem iuxta expressam Doctrinam D. Thom. hac 1.2. quæst.111. art. 2. non solum convenit gratiæ, prout dicit donum habituale animæ impressum; sed etiam, prout gratia dicit gratuitam Dei motionem moventis, & applicantis voluntatem, ut velit, & operetur. Quapropter restringere munus, & quidditatem gratiæ operantis, & cooperantis ad id, quod se habet per modum principij influentis in actus salutares, opponitur D. Thom. Rursùs: Gratia adiuvans per modum adiutorij *quo*, sive per modum *adiutorij voluntatis, & actionis*, est iuxta D. August. gratia cooperans cum libero arbitrio in sensu supra accepto. Sed gratia, quæ est adiutorium *quo*, sive adiutorium *voluntatis, & actionis* est gratia donans infallibiter actualem consensum, & non se tenens ex parte actus primi, & per modum virtutis ad illum, ut docet idem S. Parens, lib. de Correct. & gratia, cap. 12. & de grat. Christi, c. 47. propter hoc distinguens illam ab adiutorio *sine quo*: ergo &c.

38 Ad instant. de applicat.

Nec obstat instantia de applicatione ignis. 1. Nàm illa est tantum extrinseca igni per huius unionem localem cum passo; non vero est determinatio, & reductio intrinseca virtutis ignis ad comburendum. Gratia autem adiuvans realiter superaddita gratiæ excitanti est determinatio intrinseca, & activa motio, per quam virtus activa voluntatis reducitur de actu 1. ad actum 2. 2. Applicatio ignis ad passum non præbet ipsi aliquam efficaciam, vel actualitatem, ut comburat. Gratia vero adiuvãs intrinsecè determinans præbet voluntati efficaciam, actualitatem, & continentiam completam actuum supernaturalium. Ut autem magis appareat inefficacia confirm. notandum: aliud esse: gratiam adiuvantem determinantem non esse principium, aut causam *quæ* actus salutaris; aliud vero non esse id, ratione cuius Deus propriè denominatur principium, & causa prima donans voluntati consensum salutarem 1. concedimus; 2. vero negamus. Nàm, etsi solus Deus sit, qui propriè in nobis operatur; *ut quod* salutar. consensum; hoc autem non convenit ipsi, nisi quatenùs movet, & determinat media gratia adiuvanti liberum arbitrium præventum gratia sufficienti; ut salutaritèr agat. Quapropter talis gratia est vere operans, & cooperans; licèt non ut *quod* benè tamen ut *quo*. Sicuti Decretum efficax divinæ voluntatis; cuius est impressio, & participatio gratia ab in-

Nota.

Ad ult. intrinſ. efficax. Ad ultim. Reſpond. Ex illo ſolum probari gratiam illuminationis cooperari libero arbitrio, ſecùs vero talem cooperationem eſſe phyſicam per veram, & realem immutationem liberi arbitrij ad ſalutariter conſentiendum. Undè ad ſummum eſt cooperatio moralis, ſive per modum cauſæ moraliter influentis cum voluntate in conſenſum. Hac enim ratione dicitur etiam in Tri-

Seſſ 6.c. 10. dent. *Fidem cooperari bonis operibus.* Admiſſo tamen in dicto teſtim. fieri ſermonem de cooperatione phyſica:

Alia ſol. Reſpond. Nomine ſapientiæ intelligi ſapientiam increatam, quam Deus in nos mittit, dum per gratiam ſanctificat animas. Conſtat hæc ſolut. ex D. Aug. ſic exponente illa verba, ſcilicèt, *& mecum laboret, hoc eſt, ut laborare me faciat, nè laborem.* Hoc autem non exequitur Dei ſapientia, niſi præbendo nobis adiutorium gratiæ, ut *quo*, per quod faciat, ut velimus, & operemur, & laboremus.

§. VII.

Argum. contra 3. concluſ.

39 PRætèr inſtantias ibi adductas. Objicies. Gratia ſtrictè adiu-

Argues. vans, & prout diſtincta ab excitanti, eſt gratia, ut cooperans. Sed gratia, ut cooperans non eſt præveniens conſenſum liberum voluntatis: ergò gratia, ut ſtrictè adiuvans non eſt pręveniens conſenſum, ſed ipſum actu includit. Probat. min. 1. Nàm cooperari eſt ſimul cum alio operari: ergò gratia, ut cooperans cum voluntate liberum conſenſum, non eſt præveniens prædictum conſenſum. 2. Gratia, ut immutans affectum voluntatis eſt gratia, ut cooperans cum voluntate conſenſum ſalutarem. Sed gratia, ut immutans affectum voluntatis, non pręvenit eius influxum, ſive conſenſum liberum: ergò. Min. probat. ex D. Bernard. lib. de grat. & libero arbitrio ſic dicente: *Gratia excitat, cùm ſeminat cogitatum; ſanat, cùm immutat affectum; roborat, ut perducat ad actum; ita ut liberum arbitrium tantum in primo præveniat, in cæteris vero committetur: ergò gratia iuxta D. Bernard.* ſolum prævenit liberum arbitrium, quatenùs eſt gratia excitans, non vero quatenùs eſt gratia ſanans, immutans, & cooperans cum voluntate.

Hoc argum. perdocte retorquet M. Lemos, lib. 4. tract. 7. p. 2. cap. 21. num. 355. contra Adverſar. probando ex illo gratiam, ut ſanantem, eſſe prævenientem ſaltim natura affectum voluntatis; proindequè, ſi gratia, ut ſanans, eſt gratia, ut cooperans iuxta Adverſ. gratia, ut cooperans eſt prævenies. Aſſumptum probat 1. Qua gratia, ut ſanans, ſanat activè, & effectivè voluntatem; cum ſit gratia medicinalis: ergò talis gratia realiter diſtinguitur, & prævenit ſanitatem formalem voluntatis conſiſtentem in ipſo affectu ſalutari. Quis enim dicet ſanitatem formalem corporis, vel animæ, non diſtingui realiter, nec ſubſequi ordine naturæ ad medicinam ipſam activè cauſantē? 2. Gratia, ut immutans voluntatem ad affectum ſalutarem, eſt gratia ſe habens, ut motio activa voluntatis ad talem conſenſum, ut terminum *ad quem*. Sed motio activa differt realiter, & prævenit terminum ad *quem* movet activè: * ergò gratia, ut immutans voluntatem ad affectum ſalutarem &c. 3. Gratia, ut immutans voluntatem ad affectum ſalutarem, eſt gratia nedùm influens in affectum, ſed etiam in ipſam voluntatem, eam, ſcilicèt, applicando, & reducendo activè ad actum ſecundum. Sed concurſus ſimultan. Dei non eſt influxus in cauſam 2. ſed in effectum illius; fatentibus Adverſarijs: ergò ratione concurſus ſimultanei nequit Deus immutare voluntatem ad affectum ſalutarem; igitur gratia ſic immutans voluntatem, eſt gratia pręveniens ordine naturæ, & cauſalitatis &c.

40 Reſpond. retorq.

* De hoc in Phyſic.

Hoc animadverſo, dicendum: gratiam eſſe prævenientem liberum conſenſum voluntatis, ſtare dupliciter; vel prævenìendo tantum; vel prævenìendo, & ſimul cooperando, faciendo, ſcilicèt, voluntatem operari. Gratia excitans eſt prævenìens 1. modo; cum non immutet vere, & propriè activè voluntatem ad benè conſentiendum: gratia vero adiu-

41 Reſpond. immed.

vans

vans est præveniens secundo modo; præveniens quidem, quatenus verè, & propriè movet, & determinat voluntatem ad operandum: cooperans vero: quia per huiusmodi physicam immutationem influit etiam effectivè in ipsum liberum consensum. Quæ omnia complexus

De Grat. & lib. c. 16. est D. Aug. dum de gratia adiuvanti, ut *quo*, sive, quæ est *adiutorium voluntatis, & actionis*, affirmavit illam facere, ut faciamus præbendo vires efficaciſsimas voluntati, ut faciat. Ex his ad 1. probationem min.

Sic exponunt plures. Resp. Gratiam cooperantem esse simul operantem cum voluntate simultaneitate temporis; cùm qua rectè cōponitur esse simul prævenientem ordine naturæ, & causalitatis; siquidem ita cooperatur, ut faciat voluntatem facere. Constat pariter ad au-

Ad testim S. Bernar. thoritatem Div. Bernard. Nam ad sanctam cogitationem ita gratia prævenit liberum arbitrium, ut illud non concomitetur; eo quod in sensu composito sanctæ cogitationis potest liberum arbitrium dissentire, vel ommittere liberum consensum. At vero ad liberum consensum consistentem in velle bonum, & ad eius perfectionem consistentem in executione bonæ voluntatis, etsi gratia Dei concurrat præveniendo, etiam concutrit cooperando, & comitrando liberum arbitrium; quia videlicet eam prævenit verè, & propriè immutando, ut velit, & simul roborando ipsam, ut perveniat ad actum. Unde claritatis gratia explico propositionem Div. Bernard. Ita ut in 1. tantum liberum arbitrium præveniat: ly *tantum* cadente solum supra ly 1. neg. maior. Ly *tantum* cadente etiam supra ly *præveniat*, conced. maior. Quod est dicere: *In hoc, quod est cogitare, gratia ita est præveniens, ut de se non sit comitans, & cooperans cum libero arbitrio; in hoc autem, quod est immutare affectum voluntatis, & ipsam roborare, ut perducat ad actum, est præveniens natura, & concomitans tempore liberum arbitrium.* Fundatur hæc explicatio in verbis, quæ immediatè subdit: *Totum fit à libero arbitrio, totum à gratia, & sicut totum in illo, ita totum ex illa.* Sed liberum arbitrium liberè velle bonum, & illud perficere ex gratia immutanti affectum, & roboranti illum; apertè denotat concursum prævium gratiæ in liberum arbitrium; tùm quia est concursus in ipsam causam, ut agat. Tùm quia illa particula *ex gratia* id manifestè significat: ergò in velle, & perficere, ita iuxta Div. Bernard. gratia comitatur, ut &c.

§. VIII.

Corollaria ex dictis.

42 INferes 1. Gratiam, per quam Deus movet, & determinat voluntatem creatam ad primum Primum. actum liberum salutarem, sive sit simplex volitio finis, sive intentio efficax illius, esse gratiam strictè adiuvantem. Supponimus gratiam, per quam Deus movet voluntatem ad actus subsequentes ad 1. volitionem liberam esse gratiam adiuvantem. Ita expressè M. sent. in 2. dist. 26. §. 1. in fine: *Voluntas hominis provenitur gratia Dei, ut bonum velit, & adiuvatur, ne frustra velit, hoc est, ut perficiat, & exequatur id, quod vult.* S. Gregor. homil. 9. in Ezechiel: *Ipse aspirando provenit, ut velimus, & adiuvat, ne inanitèr velimus*; quod est dicere *gratiâ, per quam voluntas exequitur id, quod vult, esse gratiam adiuvantem.* Hoc supposito probat. corollar. 1. ex Prob. 1. Trident. sess. 6. cap. 5. dicente: *Homines excitari, & adiuvari gratia Dei, dum libere credunt in ipsum, & dum illum incipiunt diligere, tanquam fontem omnis iustitiæ*: ergò actus fidei, etsi primus, similitèrque actus quo homo incipit diligere Deum, proveniunt tam à gratia excitanti, quam à gratia adiuvanti. Sed huiusmodi actus regularitèr sunt actus, quos primo libere elicit homo, dum ad fidem convertitur: ergò gratia dispensata à Deo ad primum actum liberum salutarem, est gratia propriè adiuvans, & prout differt ab excitanti.

43 Prob. ex M.P.

2. Prob. ex D. Augustin. lib. 12. de Civit. Dei cap. 9. dicente: *Voluntatem bonam, qua Angeli meliores effecti sunt, nisi operante adiutorio Creatoris habere non possunt*: ergò prima bona voluntas in Angelis fuit effectus gratiæ adiuvantis. Id ipsum docet expressè lib. de Correct. & grat. cap. 11. & lib. de Grat. Christi cap. 4. & 5. ubi arguit Pelag. *Ut confiteatur non solum adiutorium possibilitatis, id est gratiam adiuvantem, sine qua, nec possumus velle, nec agere; sed etiam adiutorium voluntatis, & actionis, hoc est, gratiam adiuvantem, ut velimus, & ut agamus*: ergò non solum agere, sive perficere, est effectus gratiæ adiuvantis; sed etiam ipsum velle. Consonat S. Prosper. in Epistol. ad Div. August. de reliq. Pelag. dùm ita scribit: *Impiè voluntas humana divinæ præfertur, ut ideò quis adiuvetur, quia vult, & non quia adiuvatur, velit.* Et S. Fulgentius lib. de Incarnat. cap. 17. *Nemo dicat meum est velle credere, & Dei est adiuvare; sed dicat: Dei est adiuvare, ut meum sit velle credere.* Quonihil clarius pro 1. actu voluntatis liberè imperantis fidem.

44 Ex Div. Thom.

Favet etiam expressè Div. Thom. hic quæst. 111. art. 2. ad 3. dicens: *Homo autem per gratiam operantem adiuvatur à Deo, ut velit bonum; & ideò præsuppositio iam fine, consequens est, ut gratia nobis cooperetur.* Sed iuxta S. D. talis gratia est auxilium Dei moventis ad primum actum liberum voluntatis: ergò. Deindè probatur. Gratia distincta ab illa, per quam voluntas constituitur cum libertate, ut benè velit, & per quam fit, ut benè velit, est gratia strictè adiuvans ad hoc, ut voluntas benè velit; cum sic definiatur à Magn. Par. adiutorium *quo* voluntatis. Atqui iuxta stabilita in hoc dubio, postquam voluntas est libera ad benè velle, indiget nova gratia realiter superaddita, per quam à Deo determinetur, & per quam efficiatur, ut actu benè velit: ergò prima volitio provenit à gratia strictè adiuvante. Hoc idem probat. ex Epistol. Cœlestini: *In omnibus igitur actibus, causis, cogitationibus, motibus; adiutor, & protector orandus est Deus.* * Et Magn. Par. Epistol. 105. *Adiutorium Spiritus Sancti sic expressum est* (in testimon. ibi ab ipso adductis) *ut ipse facere diceretur, quod, ut faciamus, facit.* Sed adiutorium quò Deus facit, ut faciamus est strictè tale: ergò cum Deus faciat, ut velimus, gratia ad 1. velle &c.

* Idè constat ex Trident. sess. 6. cap. 5. & 6.

45 Instab. 1 & 2.

Sed contra hoc obstat 1. testimon. adductum ex Mag. ubi solum appellat gratiam adiuvantem illam, per quam voluntas exequitur, & perficit id, quod prius vult. Obstat 2. D. August. lib. 1. ad Simplician. quæst. 2. dicens: *Nec velle possumus, nisi vocati; & nihil valet velle nostrum, nisi ut perficiamus, adiuvet Deus*: ergò gratia adiuvans solum datur ad perficiendum id, quod prius volumus. 3. Gratia adiuvans iuxta Magn. Par. *non datur, nisi ei, qui sponte aliquid agit.* Sed antequam homo velit bonum, non agit sponte aliquid: ergò gratia prævenies ipsum velle non est gratia adiuvans. His consonant plura testimon. SS. PP. qui munus gratiæ adiuvantis solum attribuunt gratiæ, per quam Deus operatur in nobis iam volentibus, ut opere compleamus id, quod perprius volumus, & desideramus facere. Ex quibus deprompta est illa oratio Ecclesiæ: *Actiones nostras, quæsumus Domine, aspirando præveni & adiuvando prosequere*; cuius sensus est: *prævenit Deus ut velimus, & adiuvat, nè frustra velimus, sed opere compleamus.* Consonat Concil. Arausican. canon. 25. *Deus nobis nullis præcedentibus meritis fidem, & amorem sui prius inspirat, ut postea cum ipsius adiutorio, quæ sibi sunt placita, implere possimus*: ergò ad 1. actum fidei, & dilectionis Dei sufficit gratia inspirationis, & excitans, licet ad perficiendum id, quod volimus per observationem mandatorum, requiratur gratia strictè adiuvans. Sic sentiunt PP. Salm. tom. 5. tract. 14. disp. 5. dub. 7. à num. 162. Sed qua ratione ipsi viderint.

Tertio.

Quarto.

Sed

Sed hæc levia sunt. Constat
46 nàmque ex Magn. Par. lib. de Correct. & grat. cap. 12. & lib. 1. ad Bo-
Respond. nifacium cap. 18. Per adiutorium quo gratiæ fieri, ut voluntas velit perseverare, & ut actu perseveret. Rursus: Nàm Sanct. Par. illa verba Proverbiorum cap. 16. *Hominis est præparare cor*, in quo exprimitur bona voluntas; affirmat esse intelligendum de *præparatione per adiutorium, quo Deus tangit cor.* Ita lib. 2. contr. 2. Epist. Pelag. cap. 9. Ratio omnium est: Nàm ubi invenitur infirmitas, ibi indiget voluntas Spiritu Dei ipsum adiuvanti, iuxta illud ad Rom. 8. *Spiritus adiuvat infirmitatem nostram.* Atqui per peccatum originale mansit infirma nostra voluntas, non solum ad perficienda bona opera; sed etiam ad eorum liberam volitionem, & intentionem: Igitur ad utrumque indiget gratia adiuvanti facienti, ut velit, & ut agat. Prædicta igitur testimon. ad summum probant gratiam collatam homini, ut opere compleat rectam intentionem, & pium desiderium, esse speciali titulo gratiam adiuvantem. Quiquidem consistit in
Ex S. D. 1. 2. q. 9. art. 4. eo, quod cum ad primum actum liberum non se moveat voluntas applicativè, è contra vero ex prima volitione libera finis se moveat applicativè, & ex proprio consilio ad reliquos actus, quibus perficitur bona voluntas; ideò maiori cum proprietate dicitur Deũ adiuvare hominem ad perficiẽda bona opera, quam ad illa desideranda. Quandoquidem non dicitur cum omni proprietate Deum adiuvare hominem, nec unam causam, alteram concausam; nisi in ordine ad actus, in quibus resplendet modus proprius operandi in homine, qui est operari ex consilio, & cum deliberatione. Quia tamen gratia operans, ita movet voluntatem ad primam volitionem liberam, ut ipsam physicè determinet, & realiter differat à gratia excitanti, est gratia strictè adiuvans. Cumque probatum relinquamus huiusmodi gratiã dari ad
47 primam volitionem liberam, ideò rationem gratiæ strictè adiuvantis illi attribuimus.

Secundũ. Inferes 2. iuxta sentent. aliquorum Thomist. asserentium idem entitativè auxilium posse esse sufficiens, & simul efficax, ad actus salutares (de quo Illust. Castell disp. 3. q. 4.) adhuc subsistere discrimen inter prædictam opinionem, & opinionem AA. Societat. in præsenti impugnatam: Nàm estò iuxta illos gratia excitans non realiter, sed solum munere differat à gratia efficaci, & adiuvanti ut *quo* voluntatem creatam, in quo conveniunt cum AA. Societat: Verumtamen in ipsorum sententia talis gratia non solum est realiter præveniens consensum voluntatis sub munere excitantis, sed etiam sub munere adiuvantis ut *quo*, & in actu 2. Cuius oppositum tuentur alij. Ulterius. In prædicta Thom. opinione efficacia reperta identicè in auxilio sufficienti, non convenit ipsi ab extrinseco, & ex determinatione liberi arbitrij, qualiter ponitur ab alijs AA. sed ab intrinseco, & proùt descendit à Deo: vi cuius verificatur cum omni proprietate prędictum auxilium facere, ut voluntas faciat: Et insuper; Deum per gratiam suam subijcere sibi libertatem creatam eam determinando ad liberè operandum, non tamen liberum arbitrium subijcere sibi Dei gratiam ipsa utendo, & determinando ad influxum in actus salutares pro suo libito.

3. Inferes iuxta doctrinam
48 hucusque traditam de gratia adiuvanti, clarè percipi voluntatem creatam post constitutionem libertatis, & Tertium. potestatis proximæ ad actus salutares, indigere oratione, per quam Deum humiliter deprecetur, ut ipsam adiuvet ad elicientiam actuum salutarium. Ratio est; quia cum gratia adiuvans, per quam Deus operatur in nobis velle, & perficere pro sua bona voluntate; ponatur à nobis realiter distincta à gratia sufficienti, & realiter præveniens consensum liberum voluntatis, sitque unicè à Deo pro suo libito dispensabilis; magna eũ claritate percipitur necessitas orationis, ut velimus, & operemur bonũ; & simul percipitur, quam meritò debemus agere gratias Deo, non solum quia dedit nobis posse benè operari; sed etiam ipsum actù benè operari,

ad quod perpriùs oramus, sed iam liberè, & expeditè potentes. Quæ omnia complexus est D. Aug. tract. 53. sup. Evangel. Ioan. his verbis: *Agendæ sunt gratiæ Deo, quia data est potestas: & orandum, nè subcumbat infirmitas.* At vero in aliorum opinione hæc difficillimè subsistere valent. Siquidem quamvis ad rectè operandum, requiratur gratia etiam sub munere adiuvantis, attamen semel quod voluntas sit pręventa gratia excitanti, est in potestate, & dominio illius, quod talis gratia exerceat munus gratiæ adiuvantis. Cumque nemo iuxta D. Augustt. iustè, & veraciter oret pro illo, quod est adæquatè in suo dominio, & sua potestate; fit consequens voluntatem excitantē, sive cum sufficientia ad rectè operandum, nec debere, nec posse orare Deum, ut ipsum adiuvet sua gratia, ut rectè operetur. Quapropter oratio ad Deū solum potest habere hanc tendentiam: *Da mihi, Domine, gratiam excitantem, qua possim benè operari; illa enim data possum facere pro mea libertate, quod sit gratia adiuvans, & infallibiliter inferens benè velle, & benè operari.* De hoc Ill. Castell de lib. arb. di sp. 2. q. 3. sect. 7. *Et hæc de hoc dub. appl. litt. M. in 2. dist. 26. §. 1. 2. & 4.*

DUBIUM II.

AN EX MAG. PAR. AVGVSTINO probetur gratiam, ut adiuvantem ad consensum salutarem, esse ipsum prævenientem, & ab excitanti distinctam?

N. 1 Motivū dub.

ETsi existentia gratiæ prævenientis adiuvando ad consensum salutarem sit rationibus satis efficaciter probata; quia tamen doctrina P. Augustt. in præsenti materia, ut sana ab omnibus Catholicis propugnatur; opere pretium erit probare existentiam talis gratię ex eiusdem S. D. doctrina. AA. Societat. etsi communiter asserant gratiam prævenientem excitantem non solum proponere, & ostendere obiectum voluntati, sed etiam præstare ipsi vires ad elicientiam actus salutaris; ideòque esse gratiam adiuvantem in actu 1. Contendunt tamen eandem gratiam esse adiuvantem, ut *quo*, & in actu 2. ab ipsa cooperatione liberi arbitrij. Unde, etsi gratia, quæ est præveniens, sit etiam adiuvans, non est præveniens, ut adiuvans, sed ut excitans. Quapropter, etsi Deus præveniat consensum liberi arbitrij ipsum excitando; non tamen prævenit efficaciter adiuvando: ideòque estò Deus nos adiuvet, cum volumus, & cū operamur; non tamen sic priùs adiuvat, ut velimus, & agamus. Angelica vero Schola intendit gratiam prævenientem excitantem esse distinctam à gratia adiuvanti; & rursus gratiam adiuvantem hoc modo distinctam, esse realiter prævenientem ipsum consensum salutarem. Ex quo; ut optimè advertit M. Lemos lib. 1. tract. 4. cap. 18. efficacissimè colligitur dari gratiam physicè præmoventem voluntatem ad liberum consensum. Ratio est: quia si præter gratiam, qua Deus excitando prævenit, datur alia gratia interior, quæ etiam prævenit adiuvando; non solum Deus prævenit nostram voluntatem per motionem moralem spectantem ad gratiam excitantem, sed etiam per motionē prę-venientē physicam, & verè determinativam voluntatis ad liberum consensum.

Hos remit. tract. ant. dub. 8

§. I.

§. I.

Resp. affirmativè.

2 PRobatur assumptum ex Magn. Par. lib. de Correction.& gratia cap. 11. & 12. distinguenti duplex adiutorium gratiæ ad perseverandum in bono. Unum sine *quo* aliquid non fit, quod iam à Theologis vocatur adiutorium sufficiens; alterum adiutorium *quo* aliquid fit, quod appellatur adiutorium efficax. Exemplum 1.ponit S.P. in alimentis, sine quibus vivere non possumus; nec tamen, cum adfuerint alimenta, eis fit, ut vivat, qui mori voluerit. Exemplum 2. apponit in beatitudine, quæ cum data fuerit homini, continuò fit beatus. Hac distinctione stabilita subdit Magn. Par. * Adamo datum fuisse adiutorium perseverantiæ, non *quo* fieret, ut perseveraret in bono, sed sine *quo* per liberum arbitrium perseverare nō posset.Prædestinatis vero ad Regnum Dei tale adiutorium perseverantiæ donatur; non solum, ut sine isto dono perseverantes esse non possint; verumetiam non nisi perseverantes sint.* Ex hoc igitur testimonio probant efficacissimè Thomistæ (inter quos eminent Magist. Lemos lib. 4. part. 1. tract. 7. à cap. 17. Et Illust. Castell tom. de liber. arbitr. disp. 2. quæst. 3. sect. 5.) ultra gratiam sufficientem, & constituentem voluntatem creatam cum potestate proxima ad actus liberos supernaturales, requiri alteram gratiam ab illa distinctam realiter prævenientem, immutantemque physicè voluntatem ad elicientiam talium actuum, quam gratiam meritò appellant ab intrinseco efficacem, sive physicè prædeterminantem. Doctrina Magn. Par. aptissimè accommodatur loquendo etiam de adiutorio Dei relatè ad velle liberè, & salutariter bonum,proùt differt à facere, quod subsequitur, & imperatur ex velle.De qua distinctione sæpè meminit S.P.Unde in ordine ad illud etiam datur duplex adiutorium, unum sine *quo*, & alterum *quo*. Quæ distinctio iuxta eundem S.D. de grat. Christ. cap. 47. est eadem cum distinctione *adiutorij possibilitatis*, & *adiutorij voluntatis*; quod negabat Pelagius.

Duplex adiutoriū gratiæ.

Idem de adiutorio ad velle.

Unde in forma sic argum.Adiutorium *quo* ad velle, proùt differt ab adiutorio sine *quo*, est adiutorium gratiæ adiuvantis voluntatem,non ut possit velle, sed, ut actù reipsa velit. Sed huiusmodi adiutorium realiter prævenit ipsum velle : ergò adiutorium *quo* gratiæ non consistit, nec actu includit ipsum velle, sed potiùs illud realiter præcedit : ergò cum prædictum adiutorium sit auxilium efficax ad liberum consensum, fatendum est præter auxilium sufficiens, dari alterum auxilium efficax realiter præveniens liberum consensum. Sed hoc ipso tale auxilium est efficax ab intrinseco, & non ex determinatione liberi arbitrij, quam realiter præcedit : ergò datur auxilium gratiæ ab intrinseco efficax.Cętera constant præter min. 1. syllogism.quā sic prob.1.Adiutorium,per quod efficitur, ut homo determinatè velit, prævenit realiter ipsum velle, sicut & quælibet causa prævenit realiter suum effectum. Sed per adiutorium *quo*, proùt differt ab adiutorio sine *quo*,efficitur,*ut voluntas velit, & tantum velit, tantoque ardore diligat, ut voluntatem carnis contraria concup. voluntate spiritus vincat*.Sic Aug. lib.de Correct. & grat. cap. 11. ergò. 2. Iuxta Arausican. cap. 25. & Magn. Par. lib. 2. cont. 2.Epist.Pelag.c.7.& Epist. 107. hæc est bona consequentia : *D. Paulus consequutus est misericordiam, ut esset fidelis* : ergò *non quia erat fidelis; sed eius fidem prævenit Dei misericordia* : ergò etiam hæc est bona consequentia:*Adiutorium *quo* gratiæ datur voluntati creatæ, ut velit,ut diligat,&ut voluntatem carnis vincat : ergò tale adiutorium non dispensatur, quia vult, vel quia diligit; sed potius realiter prævenit liberum velle, & diligere voluntatis.*

3 Formatur ratio.

Probat. min. 1.

Secunda.

Resp.1.Locutiones D.Aug.in quibus edocet,per adiutorium *quo* gratię fieri, ut voluntas velit, & in bono perseveret, debere intelligi in genere causæ formalis : quatenus,scilicet, volūtas per ipsum velle denominatur

4 Dices 1.

volens, & per ipsam perseverantiam redditur perseverans; non tamen in genere causæ efficientis; quasi tale adiutorium sit auxilium realiter distinctum ab adiutorio sine *quo*, per quod activè donetur ipsum velle, & perseverare in bono. Hanc expositionem fundant in exemplo beatitudinis adducto à Magn. Par. siquidem beatitudo est adiutorium *quo* homo fit beatus, non quidem in genere causæ efficientis, sed in genere causæ formalis. Si igitur ex hac locutione non probatur adiutorium *quo* homo fit beatus, consistere in aliquo realiter distincto à beatitudine, sed potius stat consistere in ipsa beatitudine, prout à Deo donata; pariter dicendum de adiutorio *quo* fit, ut voluntas velit, & in bono perseveret. Ita plures, quos refert Castell ubi sup. num. 422.

5 Sed contra hanc solutionem ab eodem Illust. latè ibi impugnatam obstat 1. Esto ly *ut* aliquando denotet prioritatem in genere causæ formalis; aliquando vero in genere causæ efficientis: ut videre est in sequentibus propositionibus: *Gratia habitualis datur nobis, ut simus sancti, & ut mereamur de condigno vitam æternam*; attamen in propositionibus, in quibus Magn. Par. affirmat adiutorium *quo* gratiæ Dei dari nobis, ut velimus, & ut in bono perseveremus; ly *ut* denotat genus, & prioritatem causæ efficientis: ergò denotat aliquid realiter præveniens ipsum velle, & actu in bono perseverare Antecedens suadet. efficaciſsimè, referendo varias locutiones eiusdem Magn. Par. in lib. de Correction. & gratia cap. 11. ubi sic ait: *Per hanc secundam gratiam* (sic enim appellat adiutorium *quo*) *fit, ut voluntas velit, & efficitur, ut velit.* Sed ly *efficitur* denotat expressè genus causæ efficientis: ergò. Deindè cap. 12. *Deus Sanctis non solum dat adiutorium, quale primo homini dedit; sed etiam in eis operatur & velle, ut sic possibilitas perseverandi, & voluntas divinæ gratiæ largitate donetur; & ideò sic velint, quia Deus operatur, ut velint*: ergò adiutorium *quo* iuxta Mag. Par. consistit in largitate divinæ gratiæ, per quam Deus operatur in nobis ipsum velle. Sed Deum operari in nobis velle per adiutorium divinæ gratiæ suæ, denotat expressè influxum adiutorij divinæ gratiæ in ipsum velle in genere causæ efficientis; cum sit in genere causę verè operantis: ergò.

Cont. est 1.

Vel aliter. Hæc propositio: *Deus operatur in nobis velle per ipsum velle* est falsa, & sensum satis improprium de se continens, non minus, quam ista: *Ignis per calefactionem producit, & operatur calefactionem*: ergò si adiutorium *quo* gtatiæ est id, per quod Deus operatur in nobis velle, nequit tale adiutorium actu includere ipsum velle. Rursus. Voluntatē velle, quia Deus operatur in ea velle; necessario importat Deum ut sic operantem præcedere ordine naturæ, & causalitatis ipsum velle; aliter enim non esset propositio vera in sensu causali. Sed iuxta D. Aug. ita Deus per adiutorium *quo* suę gratiæ operatur velle, ut ideò voluntas velit, quia Deus operatur, ut velit: ergò Deus, ut operans per tale adiutorium, præcedit natura, & causalitate ipsum velle: ergò ratio gratiæ prævenientis æquo iure convenit adiutorio gratiæ, tam adiutorio *quo*, quam adiutorio sine *quo*: ergò si adiutorium sine *quo* prævenit excitando moraliter voluntatem ad liberum consensum, adiutorium *quo* prævenit ipsum per modum phys. determinationis, & activæ immutationis, per quam Deus donat nobis ipsum consensum.

6 Aliter.

Obstat 2. Iuxta Magn. Par. ibidem cap. 11. * Adamo fuit concessum adiutorium sine *quo*, ut perseveraret in bono, non tamen adiutorium *quo*. Namque, ut reciperet bonum, gratia non egebat, quia nondum eam perdiderat: ut autem in bono permaneret, egebat adiutorio gratiæ. * Tum sic. Si adiutorium, quo Adamus egebat, esset ipsa perseverantia, & non Donum aliquod realiter ipsam præveniens, sensus propositionis S. P. esset hic, *ut Adamus perseveraſſet in bono, indigebat ipsa perseverantia.* Sed hic sensus videtur omninò alienus à mente M. P. ut de se

7 Contr. 2.

cons-

constat: ergò nomine talis adiutorij intelligit donum realiter præveniens ipsam perseverantiam. 3. Si Adamus ad perseverandum in bono ultra posibilitatem perseverandi provenientem ab adiutorio sine *quo*, indigebat adiutorio *quo*, hoc adiutorinm profectò non erat in potestate Adami; nemo enim indiget illo, quod habet in sua potestate acquirere. Sed si tale adiutorium esset ipsa perseverantia actualis, Adamus haberet in sua potestate, & libertate illud acquirere; cum iuxta Adversar. posito auxilio sufficienti in voluntate creata, sit in potestate huius unicè determinare existentiam consensus, & simul facere, quod auxilium sufficiens sit efficax, & quod Deus in actu secundo influat in existentiam talis consensus: ergò per adiutorium *quo* gratiæ, quod non fuit in Adamo, & quo indigebat, ut per illud Deus operaretur in eo velle, & permanere in bono; intelligitur donum gratiæ distinctum ab auxilio sufficienti, & realiter præcedens perseverantiam actualem in bono.

8 Ut autem omnia hucusque dicta facilius memoriæ mandentur, placet, quasi in compendio describere attributa adiutorij *quo* gratiæ, iuxta doctrin. D. Aug. ut per hoc manifestè constet prædictum adiutorium realiter distingui, prævenireque consensum liberum voluntatis. Primum attributum est, *esse veram gratiam, per quam efficitur, ut voluntas velit*; actus autem liber voluntatis estò sit effectus gratiæ Dei, non tamẽ est propriè gratia auxil. nec similiter per illum proprie efficitur, ut voluntas velit; cum nihil seipsum efficere valeat. Secundum est, *per tale adiutorium Deum operari in nobis velle*, in quo continetur distinctio, & præcedentia ad ipsum velle. Ratio est: Nàm operari aliquam actionẽ est dare illi esse. Nihil autem dat activè esse alteri, per illud, quod ab ipso agente accipit esse. Et insuper, quid notius, quam id, quod dat esse alteri, sit priùs eo, quod accipit esse? 3. est. Quia Deus per adiutorium *quo* gratiæ operatur in nobis velle, ideò volumus. Quæ quidem causalis sine reali distinctione, & priorítate inter gratiam Dei adiuvantem, & ipsum benè velle, nequit vera subsistere. 4. est. Per hoc adiutorium voluntas creata indeclinabiliter, & insuperabiliter agitur à Deo, ut invictissimè ipso donante velit bonũ: ita cap. 12. quod attributum expresè denotat causalitatem effectivam inter gratiam adiuvantem, & ipsum velle, ut manifestè indicat illa dictio, *agitur à Deo*. Insuperque expresse denotat gratiam sic adiuvantem habere infallibilem, & insuperabilem connexionem causalit. cum ipso velle. Si autem talis gratia actù includeret ipsum velle, talis locutio esset, aut nimis impropria, aut omnino falsa.

Referuntur in cõpend. dicta à M.P.

Attributa adiutorij quo.

9 Plures aliæ ponderationes fieri poterant, sicuti, & poterant adduci alia SS. PP. testimonia, in quibus affirmatur gratiam sub munere adiuvantis prævenire consensum, & cooperationem liberi arbitrij; quæ videri possunt in Mag. Lemos, ubi supra cap. 18. Ob quam causam, & simul ob brevitatem, libenter omittimus. Unum tamen, utpotè efficacissimum pro concursu prævio, placet in medium proferre, desumptum ex Magn. Par. August. supr. Ioann. tract. 72. ubi versans illa verba: *Qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipse faciet*; postquam per ly *opera* intelligit actum fidei, quo nos credimus in Deum, subdit: *In hoc opere facimus opera Christi, quia ipsum credere in Christum opus est Christi: hoc operatur in nobis, non utique sine nobis. Audi ergo iam, & intellige: qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet. Sed priùs ego facio. Deinde, & ipse faciet, quia facio, ut faciat.* En expresè dictum à Magn. Par. gratiam Dei facientem nos facere esse prævenientem ipsum facere, & per illam perprius Deum facere, quam nos faciamus ipsum facere. Tùm sic. Sed adiutorium *quo* divinæ gratiæ est id, per quod Deus facit nos facere, & per quod Deus operatur in nobis, ut velimus, & ut credamus, ut ex testimon. supra adductis constat: ergò tale adiutorium est prævenies cooperationem liberi arbitrij.

Argum. pro concursu prævio.

Hinc habes firmissimum pro- 10

pugnaculum ad prob. gratiam adiuvantem ut *quo* non dicere concursum simultaneum Dei necessario requisitum ad omnem nostram operationem. Habes, inquam: Nàm tale adiutorium ita debet apponi, ut per illud verè faciat Deus voluntatē nostram velle, & agere, & non tantum cum volumus, & cum agimus, ut sæpè proclamat Magn. Par. Si autem gratia adiuvans ut *quo* talis est, ut per illam verè faciat Deus nos facere, profectò est gratia præveniens, iuxta illud supra relatum, scilicet: *Sed prius ego facio; deindè, & ipse facit, quia facio, ut faciat.* Habes etiam idem propugnaculum ad retundenda argumenta adversus gratiam prędeterminantem, dùm ita arguitur: * Si Deus perprius determinat voluntatem ad consensum; quomodo voluntas potest se determinare ad illum? Si Deus perprius operatur, & efficit consensum in voluntate; quomodo potest relinquilocus, ut volutas verè, & propriè operetur, & efficiat cōsensum? *Ad quod Resp. vel potius Resp. Aug. ubi sup. *Voluntas se determinat ad consensum, & Deus illam etiam determinat: sed prius Deus determinat, deindè, & voluntas se determinat; quia Deus facit, ut voluntas se determinet. Similitèr Deus operatur in voluntate consensum liberum, & etiam ipsa voluntas eundem consensum operatur; sed prius operatur Deus, deindè & ipsa voluntas; quia Deus operatur, ut voluntas operetur. * Hanc eandem prioritatem in gratia strictè adiuvanti respectu consensus liberi tradit D. Fulgent. lib. de Incarn. cap. 17. dicens: *Nemo dicat meum est velle credere, Dei autem gratia est adiuvare sed dicat: gratia Dei est adiuvare, ut sit meum velle credere. Tunc enim erit eius hoc velle, cum eius gratia præveniens caperit adiuvare.* Et S. Prosp. ep. ad Aug. *Impiè divinæ voluntati humana præfertur voluntas, ut ideò, quis adiuvetur, quia vult; & non quia adiuvatur velit.* Nota in hoc testimonio causalem: & sic deduces adiutorium gratiæ in ratione talis, esse pręveniens liberū consensus.

11 Dices. Resp. 2. Auxilium sufficiens, quod à Div. Augustino appellatur adiutorium sine *quo*, ut voluntas velit, & perseveret in bono; posse dupliciter considerari: uno modo, quòad sibi intrinseca præcisè; alio modo, prout collatum à Deo cum præscientia conditionata consensus sub illo; vel ut collatum à Deo cum prædiffinitione efficaci consensus. Si primo modo consideretur: verum est Deum per tale auxilium non operari, nec donari nobis velle, & perseverare in bono. Si autem accipiatur secundo modo; tale auxilium transit ut sit, & denominatur adiutorium *quo*; cum prout sic infallibiliter connectatur cum eo, quod voluntas velit, & perseveret in bono. Quapropter adiutorium sine *quo*, & adiutorium *quo* non sunt duo adiutoria entitativè distincta, sed unum, & idem, cum sola diversitate coniunctionis cum scientia media consensus, vel carentia talis scientiæ. Ita P. Henao, Doct. Prado, & alij.

12 Impug. 1 Hæc solutio ad sui plenam impugnationem exigebat reijcere fundamentum, cui innititur, nimirum dari in Deo præscient. conditionatam consensus sub libertate ad illum antecedenter ad omne decretum divinæ voluntatis de existentia consensus. Quod assumptum pro præsenti prosequi non oportet; cum propriam sedem alibi habeat. Unde insistendo testimon. supra adductis ex Magn. Par. impugnatur 1. Nàm falsum est distinctionem ab ipso assignatam inter adiutorium sine *quo*, & adiutorium *quo* non esse de se realē, & multo minus dici potest esse distinctionem per additionem alicuius purè extrinseci. Assumptum prob. ex illis verbis cap. 12. de Correct. & grat. *Ipsa adiutoria distinguenda sunt; aliud sine quo, & aliud quo. * etenim ly aliud, & aliud.* Si propriè loquamur, denotant distinctionem essentialem rebus intrinsecam: nihil enim potest dici aliud à seipso per additionem alicuius ei purè extrinseci 2. Constat exemplis adductis ibidem à Magn. Par. scilicet: *Adiutorium sine quo ad vivendum, & adiutorij, quo homo vivit.* Similiterque adiutorij sine *quo*, ut homo sit beatus; & adiutorij, *quo* homo fit beatus. Inter

Dico de se ob dicta dub. 1. concl. 2.

Secundo.

ter; hæc enim adiutoria nemo est, qui distinctionem realem entitativam
13 non agnoscat.

Tertio. 3. Nàm iuxta eundem Par. ibidem; Gratia, quæ confertur prædestinatis, ut perseverent in bono (quæ quidem appellatur adiutorium *quo*) est *maior, potentior, & plus potens*, quam gratia collata Adamo, ut perseveraret in bono; quæ quidem fuit adiutorium sine *quo* Sed gratiam esse maiorem, potentiorem, & plus potentem, expressè denotat denominationem, & prædicatum intrinsecum ipsi gratiæ; cum illa omnia exprimant munus proprium auxilij; & roboris ad rectè operandum: ergò auxilium sufficiens, quod est adiutorium sine *quo* ad rectè operandum, nequit denominari adiutorium *quo* per additionem alicuius prę
14 dicati ei purè extrinseci.

Quarto. 4. Ex illis verbis, cap. 12. ibidem: *Subventum est infirmitati voluntatis humanæ, ut divina gratia indeclinabiliter, & insuperabiliter ageretur, & ideo quamvis infirma non deficeret, nec aliqua adversitate vinceretur*. Ex quibus sic argum. Voluntatem non deficere, nec vinci aliqua adversitate, est illam permanere in bono. Sed hoc provenit tanquam à causa, à divina gratia indeclinabiliter, & insuperabilitèr movente voluntatem, ut constat ex illa particula *ideo*: ergò divina gratia, ut indeclinabilitèr, & insuperabiliter agens, & movens voluntatem, est causa, ut voluntas perseveret in bono: ergò talis perseverātia (idem de quolibet libero consensu) nequit esse causa, ut divina gratia insuperabilitèr voluntatem moveat. Atqui iuxta Adversf. voluntatem libere perseverare in bono est causa determin: scientiæ mediæ perseverantiæ in bono sub auxilio sufficienti ad perseverandum: ergò auxilium sufficiens nequit esse, aut denominari adiutorium *quo* per scientiam mediam perseverantiæ sub
15 tali auxilio.

Quinto. 5. Explicatur hoc. Iuxta Adversf. esto in libertate nostrę voluntatis non sit existentia auxilij sufficientis, aut quod auxil. à Deo prævisſum efficax, existat, est tamen in nostra potestate, & quod auxilium, sit efficax, & quod prævideatur efficax. Hoc suppositò sic argument. Gratiam prę videri, ut coniunctā cum scientia conditionata consensus, provenit à determinatione nostræ voluntatis. Sed gratia sic prę visa est gratia, quę dum datur, est insuperabilitèr movens voluntatem: ergò licet à determinatione nostræ voluntatis non proveniat, quod existat gratia, quæ insuperabilitèr movet voluntatem; ab illa tamen provenit, quod talis gratia, ut sic movens sit adiutorium *quo*: ergò quod gratia sit adiutorium *quo* provenit à libero atbitrio, & non à virtute intrinseca gratiæ: ergò proprius dicitur liberum arbitrium adiuvare gratiam, ut operetur; quam è converso. 2. & infero. Ergo gratia ea ratione, qua ita subvenit, sive est subsidium voluntatis, ut non deficiat, habet tamquam à causa ab ipsa voluntate infirma, quā sanat. Quomodo ergò Deus per gratiā, ut formalitèr adiuvantem ut *quo* subvenit, & sanat infirmitatem voluntatis; si denominationem, & munus infallibilitèr, & invincibilitèr sanantis, accipit ab ipso infirmo? Ommittimus impugnationem solutionis per recursum ad prædefinitionem efficacem consensus: vel quia talis prædifinitio non necessario requiritur ad consensum, ut tenent plures; vel si necessario requiritur, debet esse in potestate liberi arbitrij illam impedire, vel acquirere directè, aut indirectè. Undè talis recursus venit impugnandus eisdem rationibus, quibus impugnatur frequēt. recursus ad coexistentiam auxilium cum scientia media consensus sub illo, in quo stat effic. gratię in actu1.*

Ramirez, tom. 2. disput. 12. c. 4.

* De quo M. Ram. tom. 1. de Pręb. disp 5. à num. 132.

§. II.

Solvitur primum argumentum ex D. Augusſt.

IUxta D. Augusſt. gratia adiuvans voluntatem, ut velit bonum, & illud operetur, non differt realitèr à gratia excitanti: ergò ruit assumptum conclusionis. Añs. probat. 1. ex Magn. Par. lib. 1. de peccat. meritis, cap. 17. ubi hæc habet: *Nolunt homines facere, quod bonum, & iustum est; vel quia latet, vel quia non delectat. Ut autem homini innotescat, quod*

16 Arguit. 1.

quod latebat, & suave fiat, quod non delectabat, gratiæ Dei est, quæ hominum adiuvat voluntates. Sed illuminatio, & sancta delectatio, sunt motus spectantes ad gratiam excitantem: ergò

Aliud testimon. gratia adiuvans &c. 2. Ex eodem M. P. ibidem cap. 19. *Cum autem à Deo illius adiutorium deprecamur ad faciendam, perficiendam què iustitiam; quid aliud deprecamur, quam, ut aperiat, quod latebat: & suave fiat, quod non delectabat.* Sed adiutorium, quod deprecamur à Deo ad faciendam iustitiam, est adiutorium strictè adiuvans, sive ut *quo*: ergò non datur alia gratia adiuvans præter sanctam illuminationem, per quam apparet nobis bonum, & sanctam affectionem, qua delectamur in illo. Urge-

Urgetur. tur hoc. Si præter sanctam affectionem, & delectationem, requiritur gratia ab intrinseco efficax, & prædeterminans voluntatem, ut velit bonum; huiusmodi gratiam deprecaremur à Deo ad faciendam, perficiendamque iustitiam, ut est certum, & unanimiter fatentur Thomistæ. Sed hoc est deprecare aliud adiutorium distinctum ab illuminatione, & sancta affectione: ergò falso asserit Magn. Par. nullum aliud adiutorium nos deprecare à Deo, quam illuminationem ostensivam boni, & delectationem in ipso.

17 Respond. dist. añs. Gratia adiuvans tanquam adiutorium sine *quo*, sive adiutorium possibilitatis,

Solvitur. conced. añs. Gratia adiuvans per modum adiutorij *quo*, sive adiutorij voluntatis; & actionis, neg. añs. & dist. conseq. eodem modo. Fatemur enim libenter Deum per sanctam cogitationem, & affectionem, adiuvare etiam voluntatem ad operandum, ut ex dictis dub. 1. §. 1. num. 4. aperte constat; attamen cum iuxta Magn. Par. lib. de correct. & gratia, cap. 11. & 12. & de gratia Christi duplex sit adiutorium gratiæ; unum sine *quo* spectans ad libertatem, qua possumus benè operari; aliud vero adiutorium *quo*, à quo ut causa nobis provenit, quod velimus, & operemur bonum; ideo ex quo sancta cogitatio, & affectio sint gratia adiuvans, ut fatetur D. August. remanet probandum præter sanctam cogitationem, & affectionem, non dari aliam gratiam adiuvantem ut *quo* voluntatem ad actus salutares. Rursùs, cum iuxta Magn. Par. lib. de gratia Christi, cap. 5. & 47: duplex sit adiutorium; unum, scilicèt, *possibilitatis*, sine quo, nec velle, nec operari possumus; aliud adiutorium *voluntatis*, & actionis, per quod fit, ut velimus, & operemur bonum, quod possumus: *(quapropter iuxta S. P. ibid. & si Pelag. concesserit 1. adiutorium non tamen adiutorium voluntatis, & actionis, per quod Deus faciat, voluntatem velle, & operari) ideo ex quo gratia illuminationis, & affectionis sit adiutorium voluntatis creatæ ad salutariter operandum; minimè infertur esse adiutorium non solum possibilitatis, sed etiam voluntatis, & actionis; de quo est præsens controversia.

* Et non nisi quando volumus, &c.

18 Sed quæres 1. Undè probatur, D. August. gratiæ illuminationis, & affectionis solum tribuere rationem adiutorij sine *quo*, sive adiutorij solius possibilitatis? 2. Undè probatur *adiutorium voluntatis, & actionis* debere esse prævium ad consensum voluntatis, & ideo non posse consistere in ipso consensu, ut à Deo simultaneę provenienti? Respond. ad 1. ex dictis num. 5. & 7. adiutorium *quo*, prout differt ab adiutorio sine *quo*, habere iuxta D. August. sequentia munera, sive proprietates, nimirum; *esse id, per quod Deus operatur in nobis velle; per quod efficitur, ut voluntas velit, & ideo velit, quia sic adiuvatur à Deo.* Rursùs talis conditionis est, *ut insuperabilitèr, & invictissimè agat voluntatem, ut velit.* Hæc autem omnia nequeunt gratiæ illuminationis, & affectionis convenienter aptari; cum eis multoties liberum resistat arbitrium, & ipsis existentibus, nec Deus operatur in nobis velle, nec efficitur ipsis, ut voluntas velit. Vide dicta num. 8.

Si inquir. 1. si inquiris 2. Resp. 1.

19 Ad 2. respond. Adiutorium voluntatis, & actionis, esse talis naturæ iuxta Magn. Par. *Ut adiuvet, ut velimus, & ut agamus*, ita lib. de gratia Christi, cap. 5. Rursùs: per hoc adiutorium *operatur Deus in nobis velle*, ita eodem in cap. Insuper

per : *per hoc adiutorium agitur, non solum, ut facienda noverimus, sed etiam, ut cognita faciamus*, ita cap.22. Denique : *Per hoc adiutorium facit Deus, ut homo bona opera faciat , quod nisi à Deo fiat , ut hoc faciat ; quis hoc faciet?* Ita cap. 46. Sed per concursum simultaneum consistentem in ipso velle , prout est à Deo , non adiuvat nos Deus, ut velimus , sed cum volumus; nec pariter per talem concursum agitur , ut faciamus, nec per illum Deus operatur in nobis velle : cum facere, ut faciamus , & operari in nobis velle ; dicant prioritatem causalitatis ad velle , & facere iuxta stabilita à n. 5. igitur adiutorium voluntatis , & actionis, formaliter acceptum,& quatenùs differt ab adiutorio possibilitatis iuxta doctrinam M. Par. est aliquid præveniens velle , & agere voluntatis.

20

Ad 2.test. M. P.

Ad 2. testim. Respond. D. Augustt. ibi loqui expressè de delectatione victrice , & revera operanti in nobis velle , & iustè operari. Attamen, quod huiusmodi delectatio sit victrix , & cum effectu inducens in nobis bonam voluntatem; convenit ei non ratione sui , aut ex determinatione voluntatis ipsi consentientis, sed ratione novæ gratiæ ei realiter superadditæ , per quam denominatur adiuvans ut *quo* , & efficax , non substantivè, sed adiectivè. Fundatur hæc solutio in ipso P. Augustt. Nàm ideo affirmat per talem delectationem Deum nos adiuvare , ut velimus ; *ut cum volumus, non in nobis, sed in Domino gloriemur.* Sed si ex determinatione voluntatis,&non ex determ.gratię Dei proveniret , quod illa delectatio esset efficax, & adiutorium *quo* operans in nobis velle, Nos possemus gloriari in nobis, licet non de existentia talis delectationis , benè tamen de eo, quod esset efficax,&adiutorium *quo*: cum sit talis ex vi determ.ergò quod delectatio sit victrix, sit què efficax, habet ratione ulterioris gratiæ ipsi superadditæ. Deindè iuxta Magn. Par. talis delectatio ita est victrix , *ut victoria, quæ datur , gratiæ Dei adiuvanti tribuatur.* Sed si illa delectatio esset victrix ex determinatione liberi arbitrij, victoria, quę datur ipsi determinationi, ut à volunt. non vero gratię Dei adiuvanti tribueretur: Cum ei debeat attribui victoria , cui attribuitur efficacia in vincendo : igitur talis delectatio , ut victrix est , includit gratiam prædeterminantem , vi cuius redditur efficax , & inducens infallibiliter in nobis iustam, & bonam voluntatē, iterum de hoc agendo de voc.congr.

Ob hoc M. Albelda ponit prædetermin. in motibus subitis.

§. III.

Secundum argumentum probans adiutorium quo *iuxta Magn. Par. se tenere ex parte actus primi , sive dare posse ad rectè operandum.*

21

Arguit.2

GRatia præstans voluntati virtutem , sive potestatem ad operandum, non distinguitur realiter à gratia sufficienti; multoquè minus potest esse gratia ab intrinseco efficax; cum hæc iuxta Thomist. non sit virtus , sed determinatio virtutis ad operandum. Sed adiutorium *quo* divinæ gratiæ iuxta Par. Augustt. est gratia præstans virtutem , & potestatem ad benè operandum: ergò. Min. prob.ex S.Par. lib. de correct. & gratia , cap 11. ubi sermonem instituens de adiutorio *quo* concesso prædestinatis post lapsum Adami, ait : *Proindè, etsi non lætiore gratia, verumtamen potentiore gratia indigent isti.* Sed gratia potentior , & plus potens, est gratia præstans voluntati potestatem ad benè operandum : ergò gratia adiuvans ut *quo* &c. Probat.2. ex eodem, lib.2. de peccat. meritis, cap. 18. dicente: *Quod ad Deum nos convertimus, nisi ipso adiuvante , atque excitante, non possumus* : ergò sine gratia adiuvanti prout distincta ab excitanti , non adest in nobis potestas ad conversionem. Sed hoc ipso talis gratia præstat potestatem ad conversionem : ergò gratia &c.

22

Confirm. 1.

Confirm.1.Ex eodem lib.2.contra duas epist. Pelag. c.9. ubi loquens de adiutorio *quo*, sive *actionis*, hæc habet : *Quamvis nisi adiuvante illo os non possumus aperire , tamen nos aperimus, & illius adiumento , & opere nostro.* Nota ly *non possumus*: ergò. 2. *Aiutorium quo est id , per quod subvenitur in-*

Secundo.

fir-

firmitati volunt. humanæ, ut licèt infirma non deficiat, nec adversitate aliqua vincatur. Ita de correct.c.12. Sed id, cuius ope subvenitur infirmitati, præstat aliquam virtutem; cum infirmitas in deffectu virtutis consistat: ergò adiutorium *quo* &c. Confirm. 3. *Spiritu Sancto adiuvante adiutorio quo, tantum accenditur voluntas SS. ut ideo possint perseverare, quia sic volunt, & ideo sic volunt, quia Deus operatur, ut velint.* Ita Magn. Par. ibidem: ergò ideo SS. possunt perseverare in bono, quia Deus operatur, ut velint: ergò si per adiutorium *quo* Deus operatur, ut velint, tale adiutorium præstat potestatem ad perseverandum in bono.

Tertio.

23 Confirm. 4. Iuxta S. P. lib. de natura, & gratia, cap. 26. *Sicut oculus corporis etiam plenissimè sanus,* Quarto. *non potest cernere, nisi candore lucis iuvetur; ita homo quamtumvis perfectissimè iustificatus, non potest rectè vivere, nisi luce æternæ iustitiæ divinitus adiuvetur.* Quod autem sermo sit de adiutorio *quo*; constat 1. quia homo iustificatus habet auxilia absolutè sufficientia ad rectè vivendum iuxta Concil. Trid. sess. 6. c. 11. 2. Quia loquitur de adiutorio, quod negabat Pelag. quod quidem solum erat adiutorium *quo volunt: & actionis*, non vero adiutorium possibilitatis, ut vidimus in antecedentibus. Sed lux corporalis requiritur ex parte actus 1. ut oculus aspiciat: ergò. Denique: Adiutorium *quo* Ultimo. perseverantiæ tale est, ut sine isto dono non solum homines perseverantes esse non possunt, verum, & per hoc donum, non nisi perseverantes sint. Ita definitur à D. August. lib. de correct. & gratia, cap. 12. ergò tale adiutorium duo præstat homini, & quod infallibiliter perseveret, & quod sine ipso perseverare non possit. Sed id, sine quo homo perseverare non potest, præstat potestatem ad perseverandum: ergò.

24 Hoc argumentum probat evidenter, si quid probat, adiutorium *quo* perseverantiæ non consistere Respond. in ipsa actuali perseverantia in bono; cum sit evidens illam non se tenere ullatenùs ex parte actus 1. ut voluntas libere perseveret in bono. Undè non percipio; cur proponatur à Pat. Tyrso contra gratiam ab intrinseco efficacem; cum ipse tueatur cum P. Anton. Perez, Platel. & alijs, adiutorium *quo* descriptum à D. August. *Ut velimus, & perse veremus in bono consistere in ipso velle, & in ipsa perseverantia, prout à Deo.* Ad 1. testim. Ad 1. test Respond. Illust. Castel, disp. 3. quæst. 4. sect. 7. à num. 1224. Nomine *gratiæ potentioris* non intelligi à Magn. Par. gratiam adiuvantem, ut *quo* post lapsum Adami, sed gratiam, quæ est adiutorium sine *quo*. Si autem quæras, in quo stet in æqualitas ex parte gratiæ sufficientis requisitę pro statu naturæ lapsę; ita ut hæc sit potentior gratia sufficienti collata Adamo? Respond. gratiam sufficientem in statu innocentiæ prætèr gratiam habitualem, & virtutes, solum includere Spiritus Sancti illuminationem ostendentem viam, per quam debebat rectè ambulare. In homine autem post lapsum prætèr gratiam, virtutes, & Spiritus S. illuminationem, requiritur subita cœlestis delectatio accendens eius voluntatem, eamque indeliberate movens ad libere amplectendum bona supernaturalia. Hæc autem necessitas provenit ex infectione, & corruptione carnis adversus spiritũ concupiscentis, quæ nullatenus fuit in Adamo ante lapsum summa pace, & tranquilitate fruenti. Propter necessitatem autem huius cęlestis delectationis in statu lapsus ad rectè operandũ, & reprimendum passiones carnis, verificatur homines indigere gratia potentiori, & potiori libertate adhuc intra lineam gratiæ sufficientis estò solum moral. influenti.

Sed quamvis hæc solutio veram, solidam quæ doctrinam aliàs continet; falsum tamen est nomine gratiæ *potentioris*, quam Deus iuxta P. Alia solut. Aug. loco cit: concedit prædestinatis ad perseverandum in bono; non esse etiam gratiam adiuvantem ut *quo*, ut ex professo probavi tom. 3. de necessit. gratiæ, dub. 18. ibi videndo. Hac igitur solutione ommissa Respond. Dupliciter posse dici gratiam aliquam esse potentiorem: uno modo potentia possibilitatis; alio modo potentia positionis actus. Gratia potentior primo modo, tam constitutivè,

25

vè, quàm redundanter talis, est in linea actus primi. Gratia vero 2. modo potentior non requirit additionem alicuius virtutis, sed solum efficaciam, & infallibilem connexionem per modum causalitatis cum actu, propter quem datur. Hac ratione ex duobus hominibus in authoritate æquales ad obtinendum aliquem favorem à Principe: illum, qui de facto obtinuit, dicimus fuisse potentiorem apud Principem: quamvis attenta dignitate utriusque nulla sit inæqualitas in valore deprecationis. Hac etiam de causa Sanctus Cyrillus, lib. 1. de adoratione, postquam dixit Deum duplici auxilio gratiæ nobis favere ad non peccandum; unum sufficiens, quod in excitationibus mentis immissis consistit; aliud vero efficax, per quod facit Deus, ut voluntas nostra non vincatur à malo. Hoc 2. appellat *subsidium fortius, & præstans valentiores rationes adiuvandi.* Cum ergò gratia ab intrinseco efficax infallibiliter determinet voluntatem ad elicientiam actus salutaris faciendo voluntatem salutariter operari, merito dicitur gratia potentior in 2. sensu.

26 Ad 2. probat. Respond. Falsum esse ex terminis loquendo, omne id, sine *quo* non possumus operari, Ad 2. test. se tenere ex parte potestatis ad operandum. Assumptum probat. 1. Ex illo sapient. 8. *Cum scirem, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det.* Et tamen Deum donare nobis continentiam, non se tenet ex parte potestatis ad eius acquisitionem; aliàs, qui à Deo continentiam non accipit, non esset liber, nec ipsi imputaretur vitium incontinentiæ: quod est absurdum. Probat. 2. ex illo Ioann. 6. *Non potest homo accipere quidquam, nisi ei fuerit datum desuper.* Et tamen homo non constituitur potens potentia antecedenti ad accipiendum à Deo fidem, & dilectionem, per actualem donationem ex parte Dei. 3. Nàm iuxta Trident. sess. 6. Can. 22. *Homo iustificatus non potest sine speciali auxilio gratiæ perseverare.* Sed hoc auxilium est donans actualem perseverantiam, non vero constituens libertatem ad perseverandum; ergò idem, quod priùs. Min. probat. 1. quia est auxilium, quod iuxta idem Concilium, nemo potest sibi certo assumere futurum esse promittere, quod solum de auxilio efficaci verificari potest. 2. Quia est auxilium, quod solum datur prædestinatis ad vitam æternam. Auxilium autem præbens potestatem antecedentem ad perseverandũ omnibus hominibus iustis, etsi non sint prędestinati, confertur. Sic exponitur S. P. dicēs de corrept. c. 9. **prędestinati omnino perire non possũt.**

Confirm. idem assumptum ex pluribus locutionibus SS. PP. iuxta quas, dum aliquid necessario requiritur ad operandum, vel ad finis Confirm. consequutionem, dicitur absolutè sine illo finem non posse consequi, aut operationem existere. Constat ex illo Par. August. *Domine, velle quod bonum est, non possum, nisi tu vellis.* Quod autem sermo sit de voluntate efficaci constat ex eodem Par. in Enchirid. cap. 103. aiente: *Orandus est Deus, ut velit, quia si vult, necesse est fieri ea, quæ vult.* Et tamen voluntas efficax Dei non se tenet ex parte potestatis, ut voluntas nostra velit bonum. S. Fulg. de fide ad Petrum, cap. 35. *Firmissimè crede neminem à Deo non prædestinatum posse salvari.* Et tamen est fide certum plures non prædestinatos habere, quidquid libertatis, & potestatis, requiritur ad salutis æternę consequutionem. S. Prosper. lib. 2. de vocatione gent. cap. 12. asserit: *Sine Deo nobiscum cooperanti nullum meritum à nobis fieri potest.* Et tamen gratia cooperans iuxta omnes solum spectat ad posse consequēter, hoc est, ad posse, ut coniunctum cum operatione liberi arbitrij. Adstipulatur etiam D. Thom. hac 1. 2. quæst. 109. art. 1. dicens: *Nulla creatura, quamtumvis perfecta corporalis, aut spiritualis, potest exire in operationem sine motione Dei, per quam movet omnem creaturam ad agendum.* Et tamen constat evidenter huiusmodi motionem convenientem Deo titulo causę vniversalis, non præstare creaturis sufficientiam, & potestatem antecedentem ad operandum. Idem dicendum de gratia, ut efficaci, & de concursu simultaneo Dei.

27

Suf-

28 Sufficit ergò adiutorium *quo* divinæ gratiæ necessario requiri ad velle, & ad perseverare in bono; esto non per modum virtutis, sed per modum determinationis facientis voluntatem velle, & perseverare in bono; ut verificentur locutiones Par. Augustin. nobis in argumento oppositæ. Duplex igitur debet distingui potestas ad agendum, sicuti ab omnibus Theol. duplex assignatur impossibilitas; alia ans. alia consequens. 1. Dicit, quidquid se habet per modũ virtutis activę, sive expeditionis illius ad agendum. 2. Vero includit omnia requisita ad operandum per modum applicationis, vel determinationis efficacitèr reducentis agens de actu 1. ad actum 2. Quapropter licèt id, sine quo homo non potest operari potentia antecedenti, se teneat ex parte virtutis, & sufficientiæ ad operandum; secùs tamen id, sine quo non potest operari potentia consequenti. Vèl alitèr: Id, sine quo homo non potest operari, tam potentia coniuncta cum actu, quam potentia ab illo divisa, se tenet ex parte actus primi ad operandum. Id autem, sine quo homo non potest operari potent. coniuncta cum actu; secùs vero potentia divisa ab illo, esto sit necessario requisitum; non præbet sufficientiam ad operandum. Ex quibus in forma facilis est solutio, & constat etiam ad 1. confirm. Videatur Illust. Castell, disp. 2. q. 3. sect. 2. & disp. 3. q. 4. num. 1290.

Ad 1. confirmat.

29 Ad 2. confirm. Respond. Adiutoriũ *quo* optimo iure subvenire infirmitati voluntatis humanæ; quandoquidem eam insuperabilitèr movet, & *donat invictissimè*, ut velit, & *ne adversitate aliqua vincatur*. Subvenire enim infirmitati voluntatis humanæ dupliciter excogitari potest; uno modo infirmitatem ab ipsa auferendo, ut amplius peccare non possit; alio modo eam efficacissimè adiuvando, & roborando ut non peccet, quãvis infirma permaneat. Quod primo modo subvenit voluntati, confert ipsi aliquam virtutem; non tamen quod 2. modo subvenit; & hic modus succurrendi convenit adiutorio *quo*, ut constat ex illis verbis Augustin. *Et ideo quamvis infirma non deficiat. *Ad 3. Resp. Perseverantiam in bono dupliciter accipi posse: uno modo primordialitèr, & prout dicit originem, & principium adimpletionis mandatorum Dei; alio modo consummativè, & prout actu includit observationem omnium præceptorum. Perseverãtia 1. modo accepta consistit in voluntate efficaci observandi omnia præcepta Dei. 2. autem modo, dicit collectionem omnium actum exteriorum cadentium sub præcepto. Intentio autem efficax alicuius finis se tenet ex parte actus primi, & potestatis ad electionem mediorum, & reliquos actus externos conducentes ad illius assequutionem. Undè voluntas efficax perseverandi in bono, reddit voluntatem proximè, & expeditè potentem elicere, & imperare actus exteriores, quibus talis perseverantia in bono consummatur. Hic iam apparet sensus illius propositionis à D. Augustin. prolatæ: *Ideo sancti possunt perseverare in bono, quia sic volunt; & Deus operatur in eis, ut velint.* Apparet inquam; quia cum intentio efficax finis se teneat ex parte potestatis ad actus exteriores, quibus assequitur finis: Deum operari in sanctis per adiutorium *quo* suæ gratiæ, ut velint efficacitèr perseverare in bono, se tenet ex parte actus primi; non quidem, ut *velint*, sed ut exequantur actus exteriores, in quibus perficitur, & consummatur perseverantia.

Ad 3.

S.D. 1.2. quæst. 11. art vocat actum interiorẽ 1. intent. exteriorẽ vero actum imper.

Ad 4. Respond. Falsum esse ibi D. Augustin. solum convincere contra Pelagium necessitatem adiutorium *quo* ad rectè vivendum; sed expresse differere de necessit: utriusque adiutorij gratiæ. Constat hoc ex initio capitis, ubi introducit Pelagium dicentem: * *Misericordiam Dei esse nobis necessariam, quia peccavimus: non tamen ne peccemus, quod est dicere: gratiam Dei esse necessariam, ut peccata remittantur, & ut homo ex impio fiat iustus; non tamen, ut de cætero possit vitare peccata.* Constat igitur Pelagium utrumque adiutorium gratiæ, scilicèt, sufficiens, & efficax, ibi negare esse necessarium, ut homo vitet peccata. Sed admisso Magn. Par. solum ibi agere de necessitate adiutorij

30 Ad 4. test

* In 1. statu sui erroris utrũque negabat.

rij *quo*. Respond. Exemplum lucis non tenere quoad omnia, sed solum quoad necessitatem divinę gratiæ, ut homo iuste vivat. Quod si lux corporalis se tenet ex parte actus primi ad visionem, ideo est, quia cum ab obiecto, & potentia pariatur notitia, ut à duplici causa partiali, & lux se teneat ex parte obiecti, reddendo illud potens proximè immutare visum per immissionem speciei impressę, & etiā potens proximè terminare sui visionem; cum sit ratio formalis, sub qua visus, ideo visus non intelligitur potens in actu primo complete elicere visionem sine luce. Adiutorium vero *quo* divinæ gratiæ solum habet invincibiliter movere voluntatem, ut rectè velit, donando ipsum velle; quod aliter exercere nequit, nisi supponendo pro priori voluntatem cum libertate, & potestate, ut velit. Ad ultim. Respond. Adiu-
Ad ultim torium *quo* duo prædicata habere, scilicèt, & esse necessario requisitum ad benè velle, & ad perseverandum in bono; & simul connecti infallibiliter, & insuperabiliter cum hoc, quod est voluntatem velle, & voluntatem perseverare in bono. Propter 1. prędicatum affirmat S. Par. *Sanctos sine illo non posse esse perseverantes in bono: hoc est potentia consequenti, & coniuncta, cum perseverantia*; non aliter, ac si quis affirmaret de homine esse impossibile currere sine motu. Quia tamen ita requiritur, ut ab intrinseco connectatur cum perseverantia in bono, ideo affirmat de illo: *Hominem non nisi perseverantem reddi per tale donum.*

31 Obijcies 4. Gratia illa, per quam Deus agit, ut velimus, & per quam operatur in nobis velle, est *ad-*
Arguit. 4. *iutorium quo* voluntatis iuxta illius definitionem traditam à Magn. Par. sed huiusmodi est gratia excitans addito concursu simultaneo Dei efficientis velle: ergò in ea salvatur &c. Minor tr aditur à S. P. deSpiritu, & littera, cap. 34. *Visorum suasionibus agit Deus, ut velimus, & credamus; sive extrinsecus per Evangel. exhortationes, sive intrinsecus, ubi nemo habet, quid veniat ei in mentem. Et c. 35. Quando Deus his modis agit cum anima, profecto, & ipsum velle credere operatur in nobis.* Sed suasio interna boni spectat formaliter ad gratiam excitantem: ergò. Confirm. 1. Gratia, per quam verificatur velle bonum non esse hominis volentis, sed opus Dei miserentis, est adiutorium *quo* voluntatis; sed sic se habet gratia excitans actu influens in velle: ergò. Probat. min. Gratia, per quam Deus ita operatur velle, ut adæquatè sumpta sit gratis data, est gratia, qua fit, ut velle sit opus Dei miserentis, & non hominis volentis. Sed sic se habet gratia excitans, & simultaneus concursus Dei, ut patet: ergò. 2. Gratia, qua Deus operatur in nobis velle, & hoc, pro bona sua voluntate, est verum adiutorium Dei, per quod efficitur, ut benè velimus; sed sic se habet complexum ex gratia excitanti, & actuali influxu Dei; ergò. Prob. min. In primis Deus per tale complexum efficit velle; cum admittatur pronunc gratiam excitantem habere influxum, tum moralem, tum effectivū in actus liberos; rursùs, operatur illud pro bona sua voluntate; quia per gratiam adæquatè talem; nàm ipse actualis influxus, ut à Deo proveniens, est gratia. Tum quia est donum, & beneficium Dei. Tùm quia iuxta S. P. de præd. cap. 10. *prædestin. est gratiæ præparatio, gratia vero est ipsa donatio.* Aliunde illud velle non operatur Deus extra nos: ergò in nobis. Cur ergò non erit adiutorium Auguſt?

Confirm. 1.

Secundo.

3. Iuxta M. P. quæst. 2. ad Simplic. *Ideo dictum est non est volentis &c.* Quia nisi eius *vocatione non volumus.* Sed vocatio propriè spectat ad gratiam excitantem: ergò est gratia per quam fit &c. 4. Gratia per quam Deus præparat hominis voluntatem est, per quam Deus efficit in nobis velle bonum; sic S. P. in Enchirid. cap. 32. dicens: *Restat ergò, ut totum detur Deo* (scilicèt, velle, & operari) *qui bonam hominis voluntatem præparat adiuvandam, & adiuvat præparatum.* Sed per gratiam excitantem Deus sic præparat bonam voluntatem; cum per illam inclinet, & eam disponat alliciendo ad ipsam: ergò Deum prę-
32 parare hominis voluntatem est Deum adiuvare, ut homo efficiat bonam

Tertio.

Quarto.

vo-

voluntatem. Sed per gratiam excitantem præparatur à Deo in homine bona voluntas: ergò per illam adiuvat Deus, ut homo efficiat bonam voluntatem; in quo sistit ratio gratiæ adiuvantis *ut quo*. Maior in qua est difficultas est M. P. lib. 2. contra 2. ep. Pelag. c. 4. *In eo quod legimus: hominis est præparare cor; Deus admonet, ut præparemus voluntatem; & tamen, ut hoc faciat homo, adiuvat Deus, quia præparatur voluntas à Domino.* Ecce adiutorium, per quod homo efficit bonam voluntatem iuxta S. P. positum in gratia præparante, sive disponente ad illam.

33 Quantum potui argum. sub urgentiori forma, & maiori brevit. excogitavi. Si autem corticem 1. test. solum attendas videtur: continere Respond. Doctr. Pelagij testante M. P. dum lib. de gratia Christi, cap. 10. sic de illo refert. *Operatur Deus in nobis velle, quod bonum est; dum Nos terrenis cupiditatibus deditos futuræ gloriæ magnitudine, & præmiorum pollicitatione succendit; dum revelatione sapientiæ in Dei desiderium stupentem suscitat voluntatem; dum nobis, quod tu alibi negare non metuis, suadet omne, quod bonum est.* Ferè eadem habet cap. 7. de qua exposit. ait S. P. *Quid manifestius, nihil eum dicere gratiam, qua Deus in nobis operatur velle bonum; quam legem, atque Doctrinam?* Quod latè in sequent. prob. Additque: *Eam gratiam iste fateatur, qua non solum gloriæ magnitudo promittitur; verum etiam creditur, & speratur: nec solum revelatur sapientia, verum etiam amatur; nec solum suadetur, quod bonum est; verum etiam persuadetur.* Cur autem gratia illuminationis, & suasionis, non gaudeat his prærogativis? Sens. litt Respond. M. P. *Non enim omnium est fides, quibus pollicetur Regnum Cœlorum; aut omnibus persuadetur, quibus suadetur, ut veniant ad Christum; sed solum his, quos Pater trahit ad Filium, & quibus datum est à Patre, ut veniant.*

Fundatur respons.

34 In quo plura continentur. 1. Ponderat Doctr. M. P. Dicere gratiam, qua Deus agit (efficaciter) ut velimus, & operatur in nobis velle; esse gratiam suadentem bonum; si nihil addatur; reprobari à M. P. ut assertum Pelagij. 2. Per talem gratiam non posse fieri, ut reipsa velimus bonum, aut Deus velle in nobis operetur; * quia non omnes, quibus illa gratia datur; credunt, & volunt bonum. * Ex quo colligitur gratiam ulteriorem requisitum à M. P. talis esse conditionis, ut per illam non faciat homines, nisi credentes, & volentes bonum: quod solum gratiæ intrinsecè efficaci convenit. 3. Per gratiam suasivam, cui homines pluries resistunt, nec credunt, nec veniunt ad filium: non verificari Patrem trahere eos ad Christum, aut eis donare, ut veniant. Quod si oppositum verificaretur, dummodo Deus conferret gratiam conditionatè prævisam efficacem, & ex tali prævisione sortientē necessariam connexionē cum velle credere; facile posset occurri testim. M. P. Undè infertur gratiam ab illo requisitam esse realiter superadditam adiutorio possibilitatis, & intrinsecè efficacem, ut sit adiutorium *quo*.

35 Roborat. ex D. Th. Roboratur hoc ipsum ex Doctr. Angel. M. in qua causæ suadenti, & invitanti ad liberum consensum, tantum tribuit causalitatem indirectam, dispositivam, & ex parte obiecti; qua de causa asserit Deum ultra modum prædictum concurrendi ad actus voluntatis, gaudere concursu immutante eam effectivè, & ex parte potentiæ, ut sit causa directa, & perficiens. Ita locis relatis tract. antec. dub. 8. sufficiat ipsum audire, quæst. 3. de mal. art. 3. *Dicendum: quod causa aliquid movens multipliciter dicitur. Quandoquidem enim dicitur causa, id quod est disponens, vel quod est consilians, vel quod est præcipiens; quandoquidem vero dicitur causa id, quod est perficiens; & hæc vere, & propriè causa dicitur; quia causa est, ad quam statim sequitur effectus. Ad actionem autem perficientis statim effectus sequitur, non autē ad actionem consulentis, disponentis, vel imperantis. Suasio enim iuxta Augustin. non cogit invitum.* Et post plura: *Relinquitur ergò, quod causa perficiens, & propria actus voluntarij, sit solum id, quod operatur interius; & hoc solum est ipsa voluntas, ut causa 2. & Deus, ut causa 1.*

Prq

36 Pro solut. arg. notandum; quod cum hæresis Pelagij varios habuerit status; S.P. omnes illos confutans differtè varijs rationibus, & testim. utebatur; ex quibus omnia, licet efficacissima, sed cum distributione accommoda accipienda. Quare non licet inferre quodlibet test. pro confutando 1. statu hæresis v.g. esse efficacissimū pro confutando 2. vel 3.1. fuit asserere *hominem solis viribus naturæ, & arbitrij munere Dei creatum posse credere &c.* unde asserebat voluntatem credendi, & ipsam fidē, esse ex solo arbitrio munere Dei nobis naturaliter cōgenito. Hunc errorem susscipit dicto cap. reijciendum; estò cap. antec. illum refutaverit. Illius initium est: *Si autem Resp. quòd propterea etiam voluntas, qua credimus, dono Dei tribuitur; quia de libero exiſtit arbitrio, quòd cum crearemur, accepimus. Attendat, & videat; non ideò tantum voluntatem istam divino muneri tribuendam, quia de libero &c. verumetiam, quòd visionum suasſionibus agit Deus, ut velimus &c.* En, præscindendo ab eo, quòd suasio boni influat effectivè, & sit verum adiutorium *quo* efficiens voluntatem credendi; confutatum errorem Pelagij. Cum sit omnibus manifestum, quòd si voluntas credendi est à libero arbitrio prævento illuminatione, & suasione divina; illa non est unicè ex arbitrio, quòd nobis naturaliter concreatum est. Quapropter, licet suasio immissa à Deo necessaria ad voluntatem credendi, non sit medium iuxta S.P. per quòd Deus reipsa efficit ut velimus credere; est tamen medium efficacissimum ad refutandum prædictum errorem.

Resp. directè ad testim.

Similem modum arguendi observat S.P. ut probet contr. Pelag. credere non esse nobis ex nobis, sed ex Deo, dùm ita arguit: *Nemo credit, nisi* 37 *priùs cogitet esse credendum; sed iuxta Apost. non sumus sufficientes cogitare &c. ergò nec sine divino munere possumus credere.* * Sicut ergò ex hoc non licet inferre actum credendi esse nobis à Deo, quia præcise ab illo est cogitare esse credendum; ita dicendum in præsenti. Hinc nulla est contradictio in S. P. dùm loco citato refutat errorem Pelagij in 2. statu ponentis: *Deum operari nobis velle, quod bonum est; quatenus nos gratia cœlesti illuminat, susscitat voluntatem, & suadet, quod bonum est.* Quia videlicet, licet hæc gratia sufficiat, *ut velle bonum nō sit ex libero arbitrio naturaliter congenito,* & secluſſa omni gratia Dei; ut est evidens; non tamen sufficit ad statuendum modum debitum, quo Deus per gratiam suam operatur in nobis velle, & credere. Ideòque; etiam si talis illuminatio, & suasio esset verum adiutorium possibilitatis, sive dans veram sufficientiam; adhuc tamen iuxta S. P. non conceditur illa gratia, quæ datur nobis per Iesum-Christum; si non fateatur dari nobis etiam adiutorium voluntatis, & actionis; quod solum nobis adest, dùm volumus, & operamur. Sic de gratia Christi cap. 47. refutans 3. statum hæresis Pelag. Ex his in forma explico M. P. *Visorum suasionibus agit Deus &c.* modo sufficienti, ut voluntas credendi non sit ex solo libero arbitrio, conc. Modo sufficienti, & modo debito gratiæ Dei, per quam agit, ut velimus, & credamus, nego. Solutio ex dictis est manifesta.

Roborat. ex M. P. de Præd. SS. cap. 2.

Cum autem cap. sequent. ait: 38 *Quòd dum Deus agit cum anima modis supra dictis, profectò operatur Deus, & ipsum velle credere*; nomine suasionis intelligit S.P. vocationem efficac. qua Deus nos prævenit misericordia sua, ut credamus. Siquidem immediatè sic prædicit: *Neque enim credere potest* (scilicet anima) *quolibet libero arbitrio, si nulla sit suasio, vel vocatio, cui credat.* Cum enim vocatio causans in nobis fidem sit congrua, & alta, sive secreta, *qua agitur, & peragitur, ut credamus*; teste Magn. Par. de Prædestinat. SS. cap. 19. per illam Deus profectò operatur velle. Attamen illa includit gratiam ab intrinseco efficacem iuxta dicta, & alibi probabimus. Quod si aliam, vel maiorem explicationem testimon. Magn. Par. adscribere velis; distingui potest duplex suasio; una quæ sit purè suasio; alia, quæ sit etiam persuasio. Prima spectat ad adiutorium sine *quo*. Secūda vero, utpotè efficax, ad adiutorium *quo*. Constat hæc distinctio ex ipso S.P. Tùm de grat. Chr. c. 10. ubi urget Pela. ut fateatur gratiā; *non solum suadentem sed persuadentem.*

Ad aliud testim.

Et Epist. 107.

Tum in præsenti cap.35.dum ita concludit: *Iam si ad illã profunditatem scrutandam quisque nos coarctet; cur illi, ita suadetur, ut persuadeatur; illi autem non ita? Duo sola occurrunt mihi respondere; ò altitudo divitiarum; &: Numquid iniquitas est apud Deum.* In quo sermonem esse de gratia, & vocatione efficaci, nemo ambigit.

39 Ad confirm. Ad confirm. Resp. 1. Quòd cum iuxta aliorum opinionem voluntas ita operetur benè velle bonum, ut etiam determinet omnia principia influentia in velle; à qua determinatione immediata provenit, & quòd auxilium prævideatur efficax, & quod omnipotentia præparata influat actu in velle, non percipitur; cùr velle non sit præcipuè hominis volentis: utpotè effectivè, & unicè determinantis immediatè existentiam illius. Resp.2. Velle bonum ita debere poni ut opus Dei miserentis, ut fiat per misericordiam eius nos prævenientis, ut dicitur in Psal. 58. *Misericordia eius præveniet me.* Licet autem gratia excitans sit præveniens, est de se indifferenter cõiungibilis cum velle, & nolle. Concursus autem simultaneus non est misericordia præveniens, sed est ipsum velle cum sola diversitate respectus. Quare in tali complexo non adest misericordia præveniens, facienſque voluntatem velle. Nec obstat prædictum concursum esse etiam gratiam Dei; ob rationem ibi adductam, & deductam ex P. Vazquez. Nàm adiutorium *quo* non est gratia, sive donum Dei, utcumque; sed gratia auxilians, verèque adiuvans, & faciens voluntatem, ut benè velit: quod nullatenus convenit tali concursui, cum sit realiter ipsum velle.

De hoc dub ant. num. 14.

40 Ad 2. Ad 2. confirm. dicatur Deum operari iuxta doctrinam S. D. non est præcisè producere actionem in ipsa titulo immanentis receptam; sed est eam movere, & applicare ad operandum: in quo non intelligitur collatio, aut conservatio virtutis, sed applicatio virtutis activæ ad agendum. Ita q. 3. de pot. a. 7. Non ergò (sic antea præmittit) *sic est intelligendum, quod Deus in omni re naturali operetur, quasi illa nihil operetur; sed quia in ipsa natura, vel voluntate operante, Deus operatur.* Idem docet 1. p. q.105. a.5. ubi inquirit: *An Deus operetur in omni operante?* Et 3. contra Gent. c. 66. & 67. ubi postquam probavit ex testim. Sac. Script. *Deum esse causam operandi omnibus operantibus, quia applicat virtutem activam eorum ad agendum:* sic concludit: *Hac ratione in Script. naturæ effectus operationi divinæ attribuuntur; quia ipse est, qui operatur in omni operante per naturam, vel per voluntatem.* Ad 3. iam dictum est dub.13.tract.ant. à n.10. Nàm loquitur S.P. de vocatione ut congrua, quæ includit gratiã intrinsecè efficacem. Et rursus quia idem S. P. ibidem propè finem ait: *Ideò dictum esse non est volentis &c. quia sine Deo movente, & excitante nõ possumus.* Motio autem, ut addita ad excitationem, significat motionem intrinsecè prædeterminantẽ: ut arguunt Thom. ex illis verbis Trid. sess.6.can.4. *Liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum &c.* Nàm in eis continetur gratia excitans, & adiuvans; de qua prius dixerat cap.5.& 6.

Idem opusc.3.c. 131. & 145.

Ad test.

41 Ad 4. confirm. Ad 4. constat ex dictis dub. 11. *Bonam hominis voluntatem præparari à Deo* in sensu Aug. & iuxta sensum 70. Interpretum, esse Deum operari, & donare bonam voluntatem: quod cum non fiat gratia excitanti; per illam non præparatur. Quod si velis concordando lect. 70. Interpr. cum nostra Vulgata, in qua legitur: *hauriet salutem*, hoc est, *favorem bonæ voluntatis, & benevolentiam à Deo*, ut frequenter exponunt Comm. Resp. & cũ soliditate Theol. dist. mai. Per quam præparatur præparatione, qua homo hauriat bonam voluntatem à Dño. conc. mai. Præparatione, qua sic non hauriat, aut re ipsa nõ accipiat à Deo bonam voluntatem, neg. mai. & cum ead. min. dist. neg. conseq. Cum autem teste Ioanne Evang. cap. 3. *Homo non possit accipere quidquam, nisi ei fuerit datum de Cœlo:* si præparari voluntatem bonam est hominem eam à Deo accipere, & haurire, ut à fonte totius dulcedinis, & bonitatis: planè sequitur Deum præparare illã in sensu Script. & August. esse eam donare, & operari in nobis, ut reipsa benè volentes simus. Quinta prob. favet nobis: Nam ly *quia* designat causam formalem adiutorij *quo*. Gratia autem excitans non est ratio, aut causa illius.

§.IV.

§. IV.

Ultimum argumentum; & an gratia ab intrinseco efficax sit gratia sanans?

42 OBijcies 5. Omnis gratia data hominibus post lapsum Adæ ad rectè, honestèque vivendum, est gratia sanans infirmitatem voluntatis humanæ. Sed huiusmodi non est gratia ab intrinseco efficax, sive realiter distincta à gratia excitanti: ergò nullum datur adiutorium gratiæ, quod sit ab intrinseco efficax, & realiter distinctum ab adiutorio sine *quo*, seu gratia excitanti. Maior videtur certa: Nàm omne adiutorium gratiæ nobis collatum post lapsum Adæ, confertur ex meritis Christi, ut potentissimi Medici, iuxta illud: *Non est opus valentibus Medico, sed malè habentibus.* Sed adiutorium medicinale est adiutorium gratiæ sanantis: ergò. Minor, in qua est difficultas, probat. 1. Gratia non præbens voluntati aliquam virtutem ad rectè, honestèque vivendum, non est gratia sanans infirmitatem voluntatis; cum talis infirmitas iuxta fidem in defectu, & attenuatione virium consistat. Defectus autem, & attenuatio virium non aufertur, nisi per collationem alicuius virtutis, aut vigoris: ut exemplo Medicinæ perfectè, aut imperfectè infirmitatem corporis sanantis, manifestè convincitur. Sed gratia ab intrinseco efficax, & ab excitanti distincta, nullam præbet virtutem uoluntati ad honestè vivendum: ergò. 2. probat. min. Gratia æquè communis homini, tam sano, quam infirmo, & quæ à Deo dispensatur titulo supremi dominij supra causas secundas, ut in actu 2. operantes, nequit propriè dici gratia sanans infinitatem liberi arbitrij. Sed huiusmodi est gratia ab intrinseco efficax iuxta Thomist. ergò. 3. Infirmitas liberi arbitrij ad operandum bonum, & à malo abstinendum, provenit iuxta Magn. Par. lib. 2. de peccat. merit. cap. 17. ex duplici vitio, scilicèt, *ignorantia*, per quam latet nobis, quod bonum est, & ex *infirmitate voluntatis*, per quam bona supernaturalia Nos non delectant: ergò gratia distincta ab illuminatione intellectus, & cœlesti delectatione in voluntate, non est gratia sanans eius infirmitatem. Sed talis est gratia prædeterminans: ergò nulla datur gratia auxilians post lapsum Adæ &c.

Arg. 5.

Matth. 9.

Prob. minor 1.

Secundò

Tertio.

Confir. Duplex infirmitas mansit in homine post lapsum Adami; una consistens in contagione culpæ ipsum avertentis à Deo, ut fine ultimo, quæ proprius dicitur mors spiritualis animæ; alia consistens in corruptione, & infectione carnis concupiscentis adversus spiritum. Prima sanatur per gratiam habitualem mundantem hominem à macula peccati; secunda vero, etsi in hac vita perfectè sanari nequeat, testante D. Paulo, qui pro se, & alijs sanctificatis clamabat ad Deū, ut stimulum carnis à se removeret: potest tamen sanari imperfectè, hoc est, frenando aliqualiter, & reprimendo concupiscētiam carnis; nè pluries, aut saltim, non tam impetuosè rebellet adversus spiritum. Hoc autem fit, tum per virtutes infusas subijcientes appetitum, & voluntatem Deo, ut A. supernaturali: tum per motus supernaturales intellectus, & voluntatis, quibus homo redditur inclinatus, & propensus ad bona supernaturalia liberè prosequenda. Tota hæc doct. est D. Th. 1. 2. q. 109. a. 8. Sed gratia ab intrinseco efficax nihil horum habet, ut est certum: ergò immeritò dici valet gratia sanans. Uno verbo omnia dicta includuntur. Infirmitas lib. arb. consistit in impotētia physica, vel saltim morali ad honestè operādum; igitur gratia illa, quę nō præbet potestatē physicam, nec moralem ad operandū bonum, non est gratia sanans infirmitatē voluntatis; cum ipsam relinquat cum eadem impotētia, in qua stat infirmitas. Sed talis est gratia prędetermin. ut palàm fatentur Thom. ergò.

43

Confir. 1.

S. D. ad Rom. 7. ponit auxil. efficax Spirit. S. sanare infirmit.

Efficacia argum. reducta in compend

Hæc, & alia argumenta satis probabile reddunt assumptum propositum in argumento. Attamen pro parte affirmativa adsunt etiam fundamenta satis efficacia, quæ placet pro nata occasione proponere. Primum desumitur ex Magn. Par. de Correct. & grat. cap. 19. dicente: *Subventum est infirmitati voluntatis hu-*

44

Moriva pro parte affirmativa.

manæ, ut divina gratia indeclinabilitèr ageretur; & ideo quamvis infirma non deficeret, nec adversitate aliqua vinceretur. In quibus verbis iuxta omnes Thomist. manifestè continetur gratia ab intrinseco efficax. Tum sic. Sed gratia sic subveniens infirmitati voluntatis est gratia sanans eius infirmitatem: ergò. 2. desumitur ex eodem de natur. & grat. cap. 26. dum ita loquitur: *Sanat ergò Deus, non solum ut deleat, quòd peccavimus, sed etiam, ut præstet, ne peccemus.* Sed auxilium præstans, nè peccet voluntas, est auxilium efficax; cum auxilium sufficiens tolum præstet, ut possimus non peccare: ergò. 3. Idem Sanct. Par. Epist. 89. quæst. 2. hæc habet: *Voluntas nostra eò liberior, quò sanior, & eò sanior, quò divinæ gratiæ, misericordiæque subiectior.* Sed huiusmodi subiectio potissimè convenit voluntati per gratiam ab intrinseco efficacem, ut est certum apud Thomist. & rectè; quandoquidem gratia sufficiens, & ab extrinseco efficax, potius subijcitur libero arbitrio, à quo determinatur, & applicatur, ut influat in actus salutares: ergò per gratiam ab intrinseco efficacem, verè sanatur etiam liberum arbitrium.

Primum test.

Secund.

Tertium.

45 4. Nàm idem Par. lib. de natur. & grat. cap. 34. referens Pelagium solum confiteri *auxilium medicinale, ut deleantur peccata commissa; non verò adiuvans ad peccata futura vitanda*, eũ impugnat sequenti discursu: *Si res ita se habent, non indigemus orare, ut non intremus in tentationem; cùm hoc sit idem, ac non committere peccatum*: ergò sentit Mag. Par. *Auxilium efficax faciens, ut non intremus in tentationem, esse auxilium medicinale; proindeque esse auxilium sanans infirmitatem liberi arbitrij.* 5. Ex Cœlestino Papa Epist. ad Episcop. Galliæ cap. 11. dicente: *Quo auxilio, per quod (scilicet fit; ut & velle incipiamus, & facere) non auffertur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tenebroso luciduin, de pravo rectum, de languido sanum, de imprudente fiat provisum.* Sed ibi loquitur de gratia efficaci prevenienti, ut probat Mag. Lemos tom. 4. part. 2. tract. 4. cap. 39. num. 700. ergò per gratiam efficacem liberum arbitrium perprius languidum fit sanum. Consonat D. Bernard. lib. de grat. & lib. arb. dicens: *Gratia excitat liberum arbitrium, cùm seminat cogitatum: sanat, cùm immutat affectum: roborat, ut perducat ad actum: servat, nè sentiat defectum*: ergò gratia immutans affectum, quæ est gratia efficax, & ut ab excitanti distincta, est gratia sanans.

Quartum

Mag. Boliv. tract. de necess. grat. dub. 8. in quo tuetur ad dilectionem Dei ut A. naturæ solum requiri necessario gratiam specialem prædeterminr. Argum. ex doctrin. S. D. desumpto, in quo asserit *requiri auxilium gratiæ naturam sanantis.* Respond. num. 36. §. 3. gratiam prædeterm. esse etiam sanantem. Et Mag. Gonet tract. de volunt. disp. 5. art. 6. §. 6. asserit: *Gratiam efficacem pro hoc statu posse dici gratiam sanantem, ita ut hanc denominationem sortiatur ratione infirmitatis liberi arbitrij, quod invincibilitèr, & insuperabilitèr movet, ut rectè velit, & rectè operetur.* Idem etiam tenet M. Contenson tract. de gratia tit. 3. difficult. 1. cap. 2. affirmans gratiam ab intrinseco efficacem requiri in statu naturæ lapsæ duplici titulo, scilicet, & titulo subordinationis causæ 2. ad causam 1. in operando, & titulo infirmitatis, in qua mansit post lapsum Adami, ut inter tot tentationes non deficiat, nec adversitate aliqua vincatur. Hunc modum dicendi improbabilem existimat D. Ioan. de Prado tom. de lib. arb. & P. Tyrso tom. 3. disp. 5. sect. 5. *Addens P. Vincentium Contenson hac in parte Jansenizare, & à Jansenio non recedere.* Sed ab hac censura, & calumnia eruditè, & solidè illum tuetur. Ill. Castell de lib. arb. disp. 3. q. 4. sect. 7. à n. 1191. Et quamvis prædictus Author ibidem à num. 1248. prædictum modum dicendi reijciat, ut falsum: expressè fatetur esse satis probabilem. Hæc dicta sunt, ut appareat propositionem asserentem: *Gratiam prædeterminantem ad actus salutares esse gratiam sanantem; magna probabilitate gaudere.* Tum propter AA. illam tuentes. Tum propter testim M. P. Aug. sup. adducta num.

46 AA. pro eodem.

Sic Mag. Ferre to. 3. in 1. 2. q. 9. §. 8.

S. P. de prædc. c. 8. ait: grat. (iuxta Thom.) effic. auferre durit. cord. Quid clarius?

Sep

47 Sed quia in utraque opinione ſolvendum eſt argum. ab omnibus Thom. ea parte, qua impugnat gratiam ab intrinſeco efficacē, placet in utraque opinione ei reſpondere. Sequendo igitur ſententiam illorum, qui negant gratiā ab intrinſec. efficacem eſſe verè gratiā ſanantem. Reſp. neg. mai. ſcilicet omnem gratiam datam nobis per merita Chriſti debere eſſe gratiam ſanantem. Aſſumptum prob. 1. arguendo ad hominem contra Adverſar. Siquidem ipſe actus ſalutaris iuxta illos, & iuxta omnes, eſt ſpeciale donum Dei ex meritis Chriſti potentiſſimi Medici nobis datum. Nuc rogo: Prædictus actus, vel eſt donum ſanans infirmitatem voluntatis, vel non? Si primum; ruunt fundamenta, quibus probatur in argumento ſolum gratiam habitualem, & gratiam excitantem eſſe gratiam ſanantem, ut de ſe manifeſtum eſt. Si ſecundum: ergo ex quo gratia ab intrinſeco efficax ſit ex meritis Chriſti, ut Medici, non probatur eſſe gratiam ſanantem. 2. Gratia ſufficiens, quæ iuxta aliorum opin. denominatur efficax, & adiuvans ut *quo*, vel per ipſum conſenſum liberi arbitrij; vel per coexiſtentiam cùm ſcientia media conſenſus; ea ratione, qua denominatur efficax, & reduplicative, ut talis, provenit nobis, & diſpenſatur à Deo ex meritis Chriſti, ut Medici, & Redemptoris: cum ſub tali denominatione ſit ſpeciale beneficium Dei. Et tamen iuxta ipſos, & iuxta veritatem, gratia ſufficiens, ut formaliter, & reduplicativè efficax, nullas præbet vires voluntati ad rectè operandum. Quo ſuppoſito iterum inquiro: gratia illa quatenus efficax eſt gratia ſanans; necnè? Si primum: ergo quamvis gratia ab intrinſeco efficax non præſtet illas vires voluntati poterit dici gratia ſanans. Si ſecundum: ergò gratiam conferri ex meritis Chriſti, ut Medici, non probat illam eſſe propriè gratiam ſanantem.

Non favet AA. impugn. prædeter. 1.

Secundo.

48 Quod ſi dicas 1. gratiam ſufficientem, ut formaliter efficacem ex prævisione ſcientiæ mediæ poſſe dici gratiam ſanantem extrinſecè, & diſpoſitivè, quatenus, ſcilicet, conducit ad acquiſitionē gratiæ habitualis; vel ad eius cōſervationem, per quam gratiam homo proprijſsime ſanatur omninò à contagione culpæ, & ſimul accipit vires ad iuſtè, meritorieque vivendum: & hoc ſufficere, ut gratia, quatenus efficax, & congrua ſit ex meritis Chriſti, dicaturque auxilium medicinale. Benè quidem: ergò, ut gratia ab intrinſeco efficax ſit ex meritis Chriſti, & gratia medicinalis, ſufficit eſſe gratiam ſanantem extrinſecè, & diſpoſitivè. Ex quibus in forma pro omnibus diſt. mai. Omnis gratia &c. debet eſſe gratia ſanans intrinſecè, & formaliter, neg. mai. Extrinſecè, aut diſpoſitive, conced. mai. Et cum eadem min. diſt. neg. conſeq.

Reſp. 1.

Rejicitur

Sic S. D. 1. 2. q. 109. a. 3. ad 1. præcept. cerem. vocat medicin.

49 Si autem dicas 2. adeſſe manifeſtum diſcrimen inter gratiam ab intrinſeco efficacem, & inter gratiam ab extrinſeco in ordine ad denominationem gratiæ ſanantis; eo quod quamvis gratia ab extrinſeco efficax ſub tali denominatione, non ſit gratia ſanans; benè tamen realiter, & entitativè ſumpta; quod non verificatur de gratia ab intrinſeco efficaci. Reſp. Rem ita ſe habere; cæterum probatio deſumpta ex eo, quod talis gratia nobis confertur ex meritis Chriſti, ut Medici, & ut Redemptoris, æquè urget de entitate gratiæ, ac de omni munere illius in ratione gratiæ. Proindeque ſi, ut conferatur ſub tali munere ex meritis Chriſti, ſufficit eſſe gratiam ſanantem extrinſecè: Idem prorſus dicendum de gratia ab intrinſeco efficaci. Hæc doctrina confirmari poteſt exemplo tum ſubſtantiæ prædeſtinati, tum permiſsionis peccati, tum aliorum bonorum naturalium; quæ quidem ſunt effectus prædeſtinationis; proindeque effectus meritorum Chriſti, ut Redemptoris; quia eſtò intrinſecè non ſint gratia, ſunt tamen gratia extrinſecè, & ordinativè.

Rejicit. 2. reſpōſio.

50 Si autem velis tueri gratiam ab intrinſeco efficacem diſpenſatam à Deo ad actus ſalutares, eſſe etiam gratiam verè intrinſecè ſanantē (ut ſatis efficaciter ſuadent exempla adducta num. 44.) ut maiori claritate, & ſoliditate procedatur. Supponi debet 1. gratiam ſanantem cum omni pro-

Solvitur argumen. admiſſo eſſe grat. ſanantem

prietate, & simpliciter dictam, esse gratiam habitualem. Ratio est: Nàm talis gratia non solum mundat animam à macula peccati, ex quo incidit in infirmitatem, sed etiam præbet ipsi vires physicas per modum radicis ad actus supernaturales vitæ æternæ meritorios. Quapropter antonomasticè dicitur gratia sanans iuxta illud; *Sana me Domine, & sanabor.* Hierem. 17. Et rursus: *Dic animæ meæ salus tua ego sum.* Psalm. 34 Hinc supponi debet 2. virtutes supernaturales, aliaque dona perficientia intrinsecè voluntatem, intellectum, & appetitum sensitivum; quæ quidem iuxta doctrinam D. Thom. physicè dimanant à gratia habituali; dici etiam cum proprietate gratiam sanantem. Ratio est. Gratiæ sanantes diversæ. Nàm per huiusmodi dona potentiæ animæ accipiunt vires physicas ad actus salutares; & rursus, inclinatio, quæ residet in prædictis potentijs ad motus, & actus inordinatos, etsi non extinguatur, *minuitur tamen ita ut caro spiritui subijciatur, ut non serviat in vetustate litteræ, sed in novitate spiritus*, testante Apost. ad Roman. 7. 3. Supponi debet etiam auxilia fluida elevantia intellectum, & voluntatem ad actus supernaturales, tam subitos, quam liberos, in absentia habituum supernaturalium; esse etiam gratiam sanantem. Ratio est ferè eadem cum præcedenti: Nàm talia auxilia iuxta Thom. præbent voluntati, & intellectui, vires physicas ad actus supernaturales, & insuper ratione illorū voluntas manet propensa, & inclinata ad bona supernaturalia prosequènda. Idem dicendum de motibus subitis intellectus, & voluntatis, licet non cum tanta proprietate; cum iuxta dicta tract. 1. dub. 6. prædicti motus non præbeant vires physicas, sed tantum morales, & dispositivas ad actus salutares.

51 De actibus tamen charitatis, & contrition. meritò dubitari potest, An etiã sint gratia sanans infirmitatē voluntatis? Proseq. assumpt. Ad quod Resp. affirmativè. Ratio huius est: Nàm donum supernaturale ita roborans voluntatem in bono, ut ex vi illius minuatur concupiscentia bonorum temporalium, meritò dicitur gratia sanans infirmitatem voluntatis in propensione ad bona delectabilia consistentem. Sed huiusmodi est actus charitatis; cum iuxta D. Aug. *Quo magis crescit charitas, eo magis decrescit cupiditas rerum temporalium*: qua de causa iuxta Mag. Greg. Hom. 11 dilectio Dei comparatur in fortitudine morti, *quia, videlicèt, sicut mors corpus interimit, sic ab amore rerum corporalium æternæ vitæ charitas occidit, & quem perfectè absorbuerit ad terrena foris desideria, velut insensibilem reddit.* Ergò actus dilectionis Dei &c. Ulteriùs (& occurritur tacitæ obiectioni) nàm etsi talis actus non præbeat vires voluntati, nec sanet infirmitatem eius ad sui elicientiam; præstat tamen voluntati vires, & potestatem expeditam ad exequenda opera præcepta; cum omnis intentio efficax alicuius finis, si sit fortis, & robusta, compleat, & expediat vires voluntatis ad exequenda media ad finem præintentum conducentia. Cum que post lapsum Adami liberum arbitrium manserit attenuatum viribus non solum ad volendum, sed etiam ad perficiendum bona supernaturalia; clarè infertur per actum charitatis (idem de actu contritionis, & spei) voluntatem sanari ab infirmitate, in quam incidit per peccatum originale, ut bona supernaturalia perficiat. Videantur SS. PP. super illud ad Roman. 8. *Quis nos superabit à charitate Christi.* Et super illud 1. ad Cor. cap. 13. *Charitas omnia suffert &c.* & P. Aug. lib. de morib. Eccles. cap. 22. ubi ægregias vires dilectionis mirificè exponit, ita ut etiam apud sacras litteras verum teneat versus ille: *Omnia vincit amor, & quid non vinceret ille?*

52 Ex his apparet 1. Gratiam efficacem ad actum dilectionis contritionis &c. esse gratiam sanantem determinativè, seu applicativè. Ratio est: Nàm quod dilectio Dei habet in se formaliter, & quasi in facto esse, habet applicativè, & determinativè gratia efficax ad prædictam dilectionem. Sed iuxta immediatè dicta actus dilectionis Dei est donum sanans infirmitatem voluntatis formaliter, & quasi in facto esse. Tùm quia minuit concupiscentiam appetitus: tùm quia Resolutio pro parte affirm.

præs-

præstat vires, & posse expeditum ad perficienda opera præcepta; tùm quia omnes motus inordinatos cohibet, & superat: ergò gratia efficacitèr movens voluntatem ad talem actum, est in se gratia sanans determinativè, seu applicativè. Apparet 2. Gratiam efficacem ad actus virtutum infusarum esse etiam gratiam sanantem in sensu dicto, licet non ita perfectè, ac est gratia efficaciter movēs voluntatem ad actus charitatis. Ratio est. Nàmper actus virtutis infusæ, estò non acquiratur novus habitus, redditur homo promptior, firmior, & facilior ad actus supernat. eiusdem virtutis; hæc autem facilitas, & maior promptitudo consistit, & provenit ex eo, quod per frequentationem talium actuum cohibentur passiones appetitus, & aliquomodo minuitur in illo inordinata inclinatio ad bona purè delectabilia. De quo M. Greg. Martinez 1.2.q.51. a.4. in eius Comment. Cum igitur cohibitio passionum appetitus sensitivi, & maior promptitudo, sive facilitas ad actus supernaturales, sit gratia sanans aliqualiter infirmitatem, sive debilitatem voluntatis ex inordinatione passionum provenientem; gratia movens efficaciter ad actus virtutum infusarum existentium, tam in voluntate, quam in appetitu sensitivo, erit gratia sanans determinativè, applicativè, & *ut quo*.

Serm. est de gratia supernat.

S D. 1. 2. q. 71. Et q 77. a. 3. mira docet pro infirmit. appetitus

53 Idem, & eadem ratione, dicendum de gratia efficaci ad actum fidei Theolog. per cuius elicientiam intellectus redditur habilior ad actus alios eliciendos; & insuper firmatur magis in mysterijs supernaturalibus, ita ut motus dubitationis non ita de facili insurgat adversus ea, quæ fide divina credit. Quod autem huiusmodi cohibitio passionum, earumque morigeratiō, sit gratia aliqualiter sanans infirmitatem liberi arbitrij cōstat 1. Nàm talis infirmitas optimè explicatur à PP. & Theol. per hoc, quod appetitus hominis remansit *effrenis*, sive *rationi rebellis*: ergò ab oppositō donum aliqualiter firmans appetitum, & illum subijciens rectæ rationi, erit gratia sanans eius infirmitatem. 2. Nàm ille Samaritanus, de quo Luc. cap. 10. *Dicitur curasse hominem descendentem à Hierusalem in Jericò, quem expoliaverunt latrones, & abierunt semivivo relicto: hoc quidem peregit priùs alligando vulnera eius, & postmodum infundendo ipsi oleum, & vinum.* Hęc autem alligatio vulnerum iuxta M. P. citatum à S. D. in Cat. aurea consistit in *cohibitione*, sive *frenatione* passionum appetitus per actus virt. Cum igitur probatum maneat actus virtutum infusarum gaudere huiusmodi cohibitione, & frenatione passionum, quæ sunt infirmitates carnis; videtur omnino certum prædictos actus, & gratiam efficacem pro illorum elicientia dispensàtam, esse gratiam sanantem. Videatur D. Th. in 4. dist. 15. q. 4. a. 1. quæstiunc. 2. docens: *Qualiter per actus iustitiæ, & Religionis, cohibeantur passiones appetitus sensitivi.*

Ptoseq. assumpt.

Vid. M. à S. Thoma de Dono tim. &c.

Ex his constat solutio ad argumenta suadentia gratiam ab intrinseco efficacem non posse dici gratiam sanantem. Tota enim illius efficacia reducitur ad hoc principium, scilic. *Gratia ab intrinseco efficax nullas vires physicas, aut morales præbet voluntati.* Sed ad hoc Resp. iuxta superius dicta 1. quod estò talis gratia non præbeat vires ad actum, ad quem immediatè prædeterminat, secus vero ad actus exteriores procedentes ex imperio actus interioris, ad quem immediatè præde terminat. Resp. 2. Talē gratiam prædeterminantem præstare voluntati facilitatem, firmitatem, & maiorem promptit. ad alios actus supernaturales, non quidem immediatè, & ratione sui, sed ratione actus, ad quem prædeterminat. Hæc autem firmitas ex frequentatione actuum præveniens, est aliqua virtus moralis, aut dispositio moraliter roborans voluntatem, eamque magis in bono supernaturali firmans. Resp. 3. Gratiam efficacem ratione actus, ad quē prædeterminat, cohibere, & moderare passiones appetitus sensitivi; quæ quidem cohibitio, & frænatio est sanans aliqualiter infirmitatem liberi arbitrij ad rectè operandum, sicuti est eius infirmitas esse sine freno rationis. *Et hæc de hoc dub. applicrnd. ubi præced.*

54 Resp. ad arg. contra sanitatem grat. prædeterminā.

DUBIUM III.

AN EFFICACITER PROBETUR idem assumptum ex Concilio Tridentino?

§. I.

RESPONDETUR AFFIRMATIVE.

N. 1 CONcil. Tridentin. sess. 6. cap. 5. ita definit: *Declarat præterea ipsius iustificationis exordium à Dei præveniente gratia per Iesum Christum sumendum esse; hoc est, ab eius vocatione, ut qui per peccata à Deo aversi erant, per eius excitantem, atque adiuvantem gratiam, ad convertendum se ad suam iustif. eidem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando disponantur.* Ex quibus duo sunt prob. ut veritas nostræ conclusionis eluceſcat. 1. Gratiam tam excitantem, quam adiuvantem descriptam à Concilio, esse realiter prævenientem liberum consensum voluntatis; proindeque sub ratione adiuvantis non includere exercitium voluntatis. 2. Nomine gratiæ adiuvantis intelligi à Concilio gratiam adiuvantem per modum adiutorij *quo*, sive per modum auxilij efficacis. Proindeque; si sub hac consideratione prævenit realiter consensum liberi arbitrij, necessario fatendum est dari gratiam adiuvantem ab intrinseco efficacem. De hoc eruditissimè M. Lemos lib. 4. p. 1. tract. 7. à cap. 19. Et ex ipso Illust. Castell disp. 2. q. 2. Assumptum 1. sic prob. Gratia, per quam homines disponuntur ad se convertendum in Deum, est gratia præcedens ipsam conversionem. Sed iuxta Concil. *per gratiam excitantem, atque adiuvantem disponuntur homines ad se convertendum in Deum*: ergò gratia tam excitans, quam adiuvans descripta à Concil. præcedit consensum, sive conversionem liberi arbitrij. Mai. præterquamquod videtur certa, prob. 1. Quia nihil potest disponere realiter ad seipsum; siquidem nihil potest esse effectus sui ipsius, & omnis dispositio sit aliqualis causa eius, ad quod disponit. 2. Nàm de ratione dispositionis, est præcedere ad formam, ad quam disponit. 3. Quia benè valet: *Nemo per gratiam excitantem se disponit ad liberum consensum: ergò talis gratia realiter differt, & præcedit consensum, quo homo ultimatè se disponit*: ergò etiam benè valet: *Per gratiam adiuvantem disponitur homo, ut liberè se convertat in Deum: ergò talis gratia præcedit realiter liberam illius conversionem.* Ratio enim est: Nàm iuxta D. Thom. 1. p. q. 23. art. 2. ad 3. *Duplex est præparatio, sive dispositio: quædam patientis, ut patiatur: quædam agentis, ut agat.* Atqui gratia adiuvans est iuxta Concilium dispositio voluntatis, ut liberè agat, sive operetur actualem conversionem: ergò cum talis conversio nequeat disponere voluntatem, ut ipsam activè producat, necesse est gratiam præparantem voluntatem, ut liberè convertatur in Deum, realiter distingui, & præcedere ipsam conversionem actualem.

Duo sunt probanda

Prob. 1. assumpt.

Dispos. sumitur prò princip. inclin.

Prob. 2. Gratia habens pro effectu consensum liberi arbitrij, est realiter prævenies talem consensum, ut est certum; sed iuxta Concil. Trid. gratia excitans, & adiuvans, habent pro effectu consensum liberi arbitrij: ergò gratia in utraque consideratione est prævenies. Probat. min. Gratia, per quam fit, ut homo liberè consentiat, habet pro effectu liberum consensum. Sed iuxta Concil.

2 Secunda.

cil. Trid. per gratiam excitantem, atque adiuvantem fit, ut homo liberè assentiatur gratiæ excitanti, & cooperetur gratiæ adiuvanti: ergò. Urgetur. Urgetur, & explicatur hoc. Iuxta Concil. ita disponuntur homines per gratiam excitantem, atque adiuvantem ad se convertendum in Deum, ut per ipsam actualem conversionem liberè assentiantur gratiæ excitanti, & liberè cooperentur gratiæ adiuvanti. Sed hoc ipso gratia utroquè modo accepta realiter præcedit, & distinguitur à conversione libera creaturæ: ergò. Prob. min. 1. Benè valet iuxta Advers.* homo per liberum consensum assentitur gratiæ excitanti: ergò gratia excitans differt realiter, & realiter præcedit liberum consensum:* ergò etiam benè valet* homo per liberam conversionē cooperatur gratiæ adiuvanti: ergò gratia adiuvans realiter præcedit, differtque à libera conversione hominis. *2. Et est ratio à priori. Quia nihil in vero sensu potest realiter sibi cooperari, sicuti neque sibi ipsi realitèr assentiri; cum cooperatio sit duorum simultanea operatio, & assentiri sit, quasi ad aliud, vel cum alio sentire.

3 3. Probat. Gratia prævenians, à qua sumitur exordium iustificationis, est iuxta Concil. Dei vocatio, ut 3. Ratio. constat ex illis verbis: *Hoc est, ab eius vocatione.* Deindè hanc vocationem includere gratiam, tam excitantem, quam adiuvantem, expressè traditur à Concil. in his verbis, *ut qui à Deo aversi erant, per eius excitantem, atque adiuvantem gratiam ad iustitiam disponantur.* Nàm si talis vocatio solum includeret gratiam excitantem, deberet Concil. sic loqui; ut qui à Deo aversi erant, per eius excitantem gratiam disponantur. Si igitur gratia excitans, & adiuvans continentur sub Dei vocatione, & de hac testatur Concil. esse gratiam Dei prævenientem; gratia utroque modo accepta prævenit realitèr consensum liberi arbitrij.

4 Hæc omnia maius robur accipiunt ex eodem Concil. cap. 6. ubi Roborat. dicta ex sic prosequitur:* disponuntur autem homines ad ipsam iustitiam, dum excitati, & adiuvanti divina gratia fidem ex auditu concipientes liberè eodē Con moventur in Deum &c.* ergò ut homo liberè fidem concipiat, liberè què moveatur in Deum, debet esse excitatus, & adiutus divina gratia ipsum disponente ad hoc, ut liberè credat, & liberè moveatur in Deum: ergò utraque gatia, scilicèt, per quam homo excitatur, & per quam adiuvatur, prævenit actum fidei, & motum liberi arbitrij in Deum. Id ipsum expressit Concil. Can. 3. dum ita definit: *Si quis dixerit sine præveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque eius adiutorio, hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, ut ei iustificationis gratia conferatur; anathema sit.* Ex quibus verbis constat 1. Non solum inspirationem, quæ est gratia excitans; sed etiam Dei adiutorium prævenire actus liberi arbitrij; cum illud adiectivum *præveniens* in prædicto Canone appositum tam inspirationem, quam adiutorium iuxta rectam constructionem afficere debeat. Constat 2. inspirationem, & adiutorium non esse eandem gratiam; aliter enim non diceret Concil. sine preveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque eius adiutorio, sed hoc modo:* sine pręveniente inspiratione adiuvanti *; si enim adiutorium esset realitèr inspiratio, ut quid, postquam Concil. dixit necessariam esse inspirationem Spiritus Sancti, addidit * atque eius adiutorio? Est enim per se notum utrumque donum esse à Spiritu Sancto, si unum est idem realitèr cum altero.

Secundum assumptum, scilicèt, Concil. Trident. nomine *gratiæ adiuvantis, & adiutorij Spiritus Sancti* intelligere gratiam adiuvantem, ut *quo*, sive (ut vocibus D. August. utamur) gratiam, quæ sit adiutorium, non possibilitatis ad volendum, & agendum; sed adiutorium voluntatis, & actionis. Suadetur 1. Nàm innegabile est Concil. Trident. alicubi fecisse mentionem de necessitate gratiæ adiuvantis per modum adiutorij *quo* ad actus salutares (cum sit certum secundum fidem ad prædictos actus esse necessarium adiutorium Dei, non solum, ut velle, & agere

5 Prob. 2. Assumpt. Prima ratio.

pos-

possimus, sed etiam, ut velimus, & agamus, quod expressè negabat Pelagius, aliique hæretici, de quo P. August. lib. de gratia Christi, cap. 1. 4. & 5. Atqui nullibi, præter locum citatum, agit Concil. de necessitate gratiæ adiuvantis in sensu dicto: ergò. 2. Secunda. Nàm iuxta communè sensum Theol. divisio auxilij in auxilium *sufficiens*, & *efficax* (quam divisionem plures hæretici abominantur) continetur in illis verbis Trident. scilicèt, *per eius excitantem, atque adiuvantem gratiam.* Sed auxilium, ut efficax non est adiutorium sine *quo*, sed adiutorium *quo*: ergò.

6 3. Suadetur idem assumptum. Gratia adiuvans, cui homo cooperatur, se convertendo in Deum, Tertia. est gratia adiuvans in actu 2. sive adiuvans non solum, ut possit se convertere ad Deum, sed etiam, ut actu convertatur. Sed gratia adiuvans, de qua loquitur Trident. est huiusmodi, ut ex verbis relatis expressè constat: ergò. Mai. prob. Gratia adiuvans, cui homo se convertendo in Deum, cooperatur, est gratia in actu 2. cooperans; cum hominem se convertere in Deum, sit ipsum in actu 2. cooperari. Sed gratia ut in actu 2. cooperans, est gratia, ut adiuvans in Ultima. actu 2. ergò. Deniquè. Gratia ita adiuvans ad actualem conversionem, ut coniungatur cum illa, sive ipsam efficacitèr inducens; est gratia adiuvans efficatèr, sive in actu 2. voluntatem ad actualem conversionem; siquidem gratia, vel adiutorium sine *quo*, præscindit à conversione; & illius carentia. Sed huiusmodi est gratia adiuvans, de qua loquitur Concil. cum sit gratia, qua homo adiutus per motum liberi arbitrij in Deum de facto liberè disponitur ad iustitiam: ergò.

7 Huic rationi satis efficaci, atque nervosę, Respond. potest ex Doct. P. Suarez, lib. 3. de Auxil. cap. Respond. 14. 19. & 17. num. 17. & lib. 4. cap. 4. à num. 7. Trident. nomine *adiutorij*, & *gratiæ adiuvantis* intelligere Omnipotentiam, ut liberè præparatam ad influendum simultaneè cum libero arbitrio moto à Deo per gratiam excitantem, ejusquè inspirationem in actus salutares, quibus disponitur ad iustificationem: Cum vero Omnipotentia ut sic præparata, esto sit præveniens actus salutares, non connectatur cum illorum existentia, sed spectet ad signum libertatis, ut homo possit sufficientia completa, & totali in huiusmodi actus prorumpere: minimè infertur ex verbis Concilij gratia Thomist. sive ab intrinseco efficax realitèr distincta ab excitanti, & realitèr præveniens consensum liberi arbitrij. Rationem huius dicti assignat 1. Nàm omnis actio supernaturalis libera pendet essentialitèr à Divina Omnipotentia, non tantum moralitèr, sed etiam physicè influenti simul cum libero arbitrio. Cumque gratia excitans consistens in motibus intellectus, & voluntatis, tantum moralitèr influat in actus liberos supernaturales, ut alibi probatum relinquit cap. 17. necesse est ponere ex parte Dei principium adiuvans physicè voluntatem creatam ad eorum elicientiam; hoc autem aliud esse nequit, nisi illius Omnipotentia præparata ad simultaneè concurrèdum. 2. Ex hoc ipso. Nàm concursus simultaneus Dei in ordine gratiæ tam in actu 2. quam in actu 1. est necessarius ad actus supernaturales: ergò si Trident. nullibi designasset necessitatem talis concursus, diminutè processisset agendo de necessitate adiutorij Dei ad actus salutares. Quapropter nè hoc dicatur, oportet asserere nomine gratiæ adiuvantis, & nomine adiutorij prævenientis, intelligi à Concil. Omnipotentiam ut voluntarie in actu 1. præpatatā ad influendum in actus salutares simul cum libero arbitrio, & ex illius determinatione.

Hæc tamen solutio repellitur 8
1. ex doctrina eiusdem Suarez, lib. 3. de Auxil. cap. 1. à num. 3. expressè affirmantis; *quod esto Deus possit dici auxiliator, & adiutor noster; non tamen auxilium, & adiutorium nostrum, si cum proprietate loquamur.* Quod dictum adeo verum existimat etiam P. Vazquez, tom. 2. in 1. 2. disp. 185. ut affirmet *oppositum à nullo ex SS. PP. aut ex Theologis Scholasticis esse unquam dictum.* Ex quibus, & alijs tract. præcedenti dub. 1. §. 2. solidè fundatis, Impugn. 1.

ma-

manifestè(ni fallor)convincitur solut. datam esse falsam, aut inconsequentem ad doctrinam traditam ab ipso Suarez : nisi asserat Concil. Trident. loquutum fuisse de gratia adiuvanti in sensu improprio accepta, quod sine levitate nequit proferri.

6 2. Nàm innegabile est Trident. locis suprà citatis feciſse mentionem de gratia adiuvante, ut *quo*, Secundo. sive de gratia, quæ sit *adiutorium voluntatis, & actionis*; cum doctrina Concilij deprompta sit ex Magn. Par. ad debellandam hæresim Pelagij, & aliorum, negantium tale adiutorium gratiæ. Sed omnipotentia, ut præparata ad simultaneè influendum cum voluntate creata, non est, nec dici potest adiutorium gratiæ, ut *quo*, sive *voluntatis, & actionis*; cum omnipotentia sic accepta se teneat ex parte actus primi, & sit comprincipium constituens libertatem creatam ad actus salutares : ergò nomine gratiæ adiuvantis intelligitur à Concil. donum creatum prævenies consensum voluntatis. Cumque aliunde nequeat prevenire alliciendo tantum moralitèr voluntatem ; cum hoc sit munus proprium gratiæ excitantis; fatendum est prædictam gratiam esse ab intrinseco efficacem, utpotè realitèr mediantem inter gratiam excitantem, & ipsum liberum consensum.

§. II.

Solvuntur argument. ex eodem Concil. deprompta.

7 OBijcies 1. Gratia adiuvans descripta à Tridentin. non differt realitèr à gratia excitanti : ergò ruit assumptum concluſ. Añs. probat. ex Concil. cap. 5. dicente : *Ut, qui per peccata à Deo aversi erant, per eius excitantem, atque adiuvantem gratiam se convertendo eidem gratiæ assentiendo, & cooperando, ad iustitiam disponantur.* Ubi expresè affirmat gratiam excitantem, & adiuvantem esse Secundo. eandem gratiam. 2. Gratia præbens voluntati potestatem ad actus salutares est gratia excitans. Sed gratia adiuvans descripta à Trident. est huiusmodi : ergò. Probat. min. Gratia, sine qua homo non potest elicere actus salutares, est gratia tribuens potestatem ad eorum elicientiam. Sed iuxta Concil. Can. 3. sine præveniente adiutorio gratiæ non potest homo elicere actus salutares, ut constat ex illis verbis : * sine adiutorio Spiritus S. hominem posse credere, sperare, diligere &c. * ergò. 3. Et urgetur hoc. Tertio. Iuxta Concil. ubi proximè, ita est impotens homo elicere actus salutares, sine præveniente adiutorio Dei, ac sine præveniente eius inspiratione. Sed ita est impotens sine hac inspiratione elicere actus salutares, ut potestas añs. in voluntate ad eorum elicientiam proveniat constitutivè à tali inspiratione, ut est certum : ergò idem dicendum de gratia, quę prævenit adiuvando.

Neg. añs. Ad 1. probat. sic 8 Respond. Mag. Zumel, tom. 2. in 1. 2. quæst. 111. art. 3. disp. 1. *Mirabilis profecto objectio! quam ego numquam esse objectionem dicam.* P. Suarez, lib. 3. de Auxil. cap. 17. num. 17. (cum iuxta illius sententiam gratia adiuvans per modum principij sit omnipotentia præparata, quæ realitèr differt à gratia excitanti) sic respondet : *Nec obstat Concil. in singulari dicere eidem gratiæ, quia potuit loqui de tota illa gratia, tamquam de uno adiutorio completo ex excitante, & adiuvante gratia, cui homo cooperatur.* Mag. Lorca, tom. 2. in 1. 2. disp. 18. §. *nec vides, sic Respond. hoc argumentum est frivolum: quia enim gratia excitans, & adiuvans conveniunt in una ratione generica gratiæ, dictum est eidem gratiæ.* Qua Phrasi dicitur: *Color albus, & niger est obiectum visus, & tamen non sunt idem realitèr, & specificè obiectum.* Deindè Respond. adhuc servato rigore grammaticalis tale argumentum esse prorsus inefficax, ut videre est in Roborat. solut. hac propositione : *Per colorem album, & nigrum, immutatur visus, & per eundem movetur tamquam per causam formalem obiectivam. Et pariter in hac: per actum contritionis, & charitatis homo iustus disponitur ad augmentum gratiæ, & per eundem actum meretur vitam æternam.* Ratio omnium est: *Nàm* ly *eundem, vel* ly *eidem* refert gratiam illam,

Solutio ad 1. arg.

illam, vel colorem ilum, de quo in antecedenti locutum fuit; non vero de altera gratia, aut de altero colore; de quibus ob unitatem genericam loquitur in num. singulari.

9 Ad 2. neg. min. Oppositum enim aperte colligitur ex Concil. cap. 5. Nàm postquam dixit hominem per excitantem, atque adiuvantem gratiam disponi ad iustitiam media conversione in Deum, subdit: unde in sacris litteris: cum dicitur: *Convertimini ad me & ego convertar ad vos, libertatis nostræ admonemur.* Cum autem respondemus: *Converte nos Domine ad te, & convertemur, Dei gratia nos præveniri confitemur*: ergò iuxta Concil. prætèr gratiam, qua Deus nos excitat, & vocat dicendo: *Convertemini ad me, & per quam admonemur nos habere libertatem, sive potestatem ad conversionem*, datur alia gratia præveniens, quam petimus, dum Deo vocanti dicimus: *Converte nos Domine ad te.* Sed hæc gratia, quam petimus est gratia adiuvans: Nàm gratia excitans nobis infunditur à Deo, etiam non petentibus ipsam: ergò gratia adiuvans iuxta Concil. non præbet potestatem, aut sufficientiam ad actus salutares. Ulterius. Si gratia adiuvans iuxta Concil. constitueret libertatem voluntatis ad salutarem consensum, homo posset illam abijcere moraliter, hoc est, ei dissentiri, aut non assentiri. Atqui iuxta Concil. homo solum potest abijcere illuminationem, & inspirationem Spiritus S. quæ spectant ad gratiam excitantem: ergò quia iuxta Concil. gratia adiuvans non spectat ad libertatem voluntatis in ordine ad actus salutares.

Ad 2. arg. Resp. probat. eius inefficac.

De hoc S. P. hb. de peccat. c. 5.

10 Ad probationem min. latè dictum est sup. §. 3. Ubi authoritate, & ratione probavimus, loquendo ex terminis: hanc propositionem non esse veram: sed indigere distinctione, scilicèt: *Id, sine quo homo nequit, aut non potest elicere aliquam operationem, se tenet ex parte actus 1. sive potestatis antecedentis ad illius elicientiam.* Quapropter Concil. affirmans Can. 3. *Hominem non posse sine præveniente inspiratione, atque adiutorio Dei elicere actus salutares* duplicem impotentiam describit; impotentiam antec. in illis verbis: *sine inspiratione*, consequentem vero in illis; *atque sine eius adiutorio.* Hoc quidem fecit Concil. ut exponeret nos habere per gratiam Dei non solum posse diligere Deum, verum etiam ipsum actu diligere, ut sic possibilitas ad diligendum Deum, & ipsa dilectio divinæ gratiæ largitate nobis donetur. Ex his constat ad 3. Quod enim inspiratio, & illuminatio constituant potestatem antecedentem ad actus salutares convenit eis ex propria ipsorum natura: quia videlicèt, sunt gratia resistibilis à voluntate creata, & insuper sunt gratia, qua Deus nos vocat interius ad conversionem admonendo nos habere libertatem ad illam, ut constat ex verbis Concilij. Gratia vero adiuvans est illa, quam iuxta Concil. postquam sumus à Deo excitati, petimus ab ipso, ut nos præveniat, donando actualem conversionem. Nec dicas, quod si ly *potest* in dicto Canone utramque potestatem significat, accipietur æqui voce. Non inquam dicas; quia accipitur cum ordine inter utramque potestatem, & iuxta propriam naturam uniuscuiusque gratiæ; & insuper, ex vi talis acceptionis exprimitur unicus conceptus obiectivus ultimatus, scilicèt, *ex vi gratiæ divinæ habetur in nobis posse iuste operari, & actu operari.* Constat in sequenti propositione desumpta ex Concil. Arausic. Sine ulla umbra æquivocationis, *scilicèt, sine Deo operanti in nobis, atque nobiscum cooperante, nihil boni agere valemus.* Cum tamen iuxta Adversar. Estò gratia, ut operans se teneat ex parte potestatis antecedentis ad rectè agendum: gratia vero, ut cooperans, unicè spectare valet ad potestatem consequentem.

Ad min. prob.

Solut. ad 3. argum.

11 Obijcies 4. Gratia adiuvans præveniens conversionem liberam in Deum realiter distincta à gratia excitanti, non continetur in illis verbis Concil. Trident. *Declarat Sancta Synodus exordium nostræ iustificationis à præveniente Dei gratia per Iesum Christum sumendum esse*: ergò talis gratia non est de mente Concil. Ass. probat. Gratia præveniens, à qua desumitur exordium iustificationis, est iuxta Concil. gtatia, quæ est vocatio Dei; ideò-

Arguit. 4.

ideòque subdit: *Hoc est, ab eius vocatione.* Sed gratia adiuvans realitèr distincta à gratia excitanti, non est gratia, qua Deus nos vocat ad conversionem: ergò.

Prob. min 1. Prob. min. 1. Gratia, per quam Deus nos vocat ad conversionem, est gratia, quam experimur in nobis, & per quam Deus facit nos attendere, & evigilare, ut operemur id, ad quod nos vocat. Sed gratia adiuvans sic distincta, nec à nobis experitur, nec per illam evigilamus, & attendimus ad Deum; cum iuxta Thomistas solum habeat applicare interius voluntatem ad actualem conversionem: ergò.

12 Secundo. 2. Probat. eadem min. Nequit cum proprietate dici Deum vocare hominem, ut convertatur in ipsum, per illud donum, vi cuius homo non audit sibi Deum loquentem, aut suadentem actum conversionis; cum vocatio ex terminis sit loquutio suasiva, sive ostensiva alicuius operationis exercendæ ab eo, qui vocatur. Undè in humanis, qui alterum applicat ad agendum per modum naturæ, & modo inanimato, non dicitur illum movere ad agendum media aliqua vocatione. Sed per gratiam adiuvantem, cuius unicum munus est determinare voluntatem ad actualem conversionem, homo non audit Deum sibi loquentem, aut suadentem conversionem: ergò talis gratia adiuvans impropriè, & abusivè dicitur vocatio Dei.

Tertio. 3. Gratia præveniens, à qua desumitur exordium nostræ iustificationis, est iuxta doctrinam Concil. gratia, per quam Deus tangit cor hominis, ut convertatur in ipsum: non enim est possibilis gratia dispensata voluntati ad actum liberum, & non tangens ipsam voluntatem, per quam significatur cor hominis. Sed per gratiam adiuvantem realitèr distinctam ab excitanti non tangit Deus cor hominis iuxta Concil. ergò. Min. prob. Iuxta Concilium ibidem Deus solum tangit cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, & inspirationem, sic enim habet: *Ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neque ipse homo nihil omnino agat inspirationem illam recipiens.* Ubi nullam mentionem gratiæ tangentis cor hominis prætèr illuminationem facit.

Quarto. 4. Implicat Deum tangere cor hominis ad liberè operandum per illam gratiam, quam homo in se recipit nihil omnino agendo, & quam nullatenùs abijcere potest. Sed huiusmodi est gratia adiuvans posita à Thomist. ergò.

13 Notandū pro solut. Pro argumenti solutione; notandum duplicem esse Dei vocationem, per quam vocat homines ad fidem, pœnitentiam, alioquè actus supernaturales; unam, scilicet, sufficientem, alteram vero efficacem. Per 1. vocationē præbet Deus hominibus potestatem ad salutaritèr operandum; per 2. autem præbet ipsis, ut actu salutaritèr operentur: Ita M. P. de Prædest. SS cap. 16. & lib. 83. quæst. q. 68. & alibi per hæc verba: *Vocat Deus prædestinatos, ut eos faciat membra prædestinati unici filij sui: Non ea vocatione, qua vocati sunt, qui noluerunt venire ad nuptias: Illa quippe vocatione, & iudæi vocati sunt, quibus Christus crucifixus scandalum est; sed ea vocatione vocat prædestinatos, quam distinxit Apostolus dicens: ipsis autem vocatis iudæis, Christum Dei virtutem, & sapientiam. Sciens esse quandam certam vocationem eorum, qui secundum propositum vocati sunt, quos præscivit, & prædestinavit; qua vocatione homo fit credens.* Et cap. 17. *Intelligamus ergò vocationem, qua fiunt electi: non qui à Deo eliguntur, quia crediderunt; sed qui eliguntur, ut credant.* Hæc divisio vocationis in sufficientem, & efficacem, quæ à M. P. appellatur, *vocatio secundum propositum Dei*, est eadem cum divisione auxilij, in Aux. *sufficiens*, & *efficax*, & cum divisione adiutorij gratiæ in *adiutorium sine quo*, & *in adiutorium quo*, sive in adiutorium *possibilitatis*, & adiutorium *voluntatis*, & *actionis*, de quorum natura pluta dicta relinquimus in antecedentibus.

Epist 107 & q. 2. ad Sympll

14 Illatio ex dictis. Hinc infertur vocationem Dei, ut efficacem, includere omnia necessario requisita, ut Deus actu donet nobis actum salutarem, propter quē nos vocat. Undè si prætèr gratiam excitantem illuminationis, & affectionis, requiratur ulterior gratia præveniens, ut voluntas salutaritèr operetur, absdubio talis gratia includitur

in

in vocatione Dei, ut efficaci. Quemadmodum iuxta Adv. in vocatione, ut efficaci, sive ut *congrua*, necessario includitur concursus actualis Divinæ Omnipotentiæ: eo quod sine tali concursu Dei vocatio nequit denominari efficax, aut congrua. Quod autem ultra gratiam sufficientem ad salutariter operandum requiratur ulterior gratia prævenies, ut homo salutariter operetur: probant Thom. 1. ex eo quod posita tali sufficientia, homo indiget adiutorio *quo* gratiæ, per quod efficitur, ut actu velit. 2. Ex eo quod posita tali sufficientia homo iuste orat Deum, ut donet ipsi actu velle, & actu operari. 3. Quia homo nequit iuste velle, & iuste agere, sine gratia Dei faciente, ut velit, & ut agat; gratia autem sufficiens tantum præstat homini posse bene velle, & bene agere. 4. Quia cum homo sit secundum liberum, indiget determinari, & reduci ad actum per determinat. & motionem Dei primi liberi. Ex quibus compendiosè dictis constat, quod ut vocatio Dei ad actus salutares sit efficax, sortiaturque suum effectum, requiritur gratia prævenies ab excitanti distincta, per quam Deus pro sua voluntate donet nobis salutariter operari; ut sic totum detur Deo, & posse quod volumus, & velle quod possumus.

Motiva pro grat. prædet.

15

Ex his Respond. ad argumentum; gratiam Dei adiuvantem ab excitanti distinctam, contineri in vocatione Dei, licèt non in vocatione, quæ sit tantum sufficiens, sed quæ sit efficax, & secundum propositum Dei. Concilium verò Trid. cap. 5. loquitur expressè de hac vocatione; cum loquatur de vocatione, per quam homines actualiter convertuntur ad Deum, & qui media conversione assentiunt gratiæ Dei excitanti, & cooperantur gratiæ adiuvanti. Ad 1. min. probat. Respond. illius doctrinam tenere verum in vocatione, quæ sit tantum sufficiens, & per quam Deus confert nobis libertatem, & potestatem expeditam ad salutariter consentiendum. Hæc enim cum includat motus vitalis illuminat. & delectationis circa bona supernaturalia, qui quidem motus cadunt sub experientia; ideo vocatio Dei, ut complete sufficiens, cognoscitur à nobis experimentaliter. Vocatio verò ut efficax, cum pro priori præstet voluntati salutariter consentire, & in actu 2. agere; nec à nobis in se ipsa experitur, nec per illam evigilamus, ut audiamus Deum nobis loquentem; sed ut eius præceptis obediamus. * Per quæ constat ad secundam probationem. Ad 3. falsum est solam gratiam excitantem tangere cor hominis, de quo aliqua infra. Cum enim nomine cordis intelligatur voluntas, ut libera est; proprijssimè verificatur de gratia intrinseci efficace tangere cor, & contactu proprio Dei, scilicèt, *virtutis* efficaciter, invictissimè, & insuperabiliter, flectentis, & vertentis eam in bonum. Et licèt homo non agat ad illam; agit tamen per illam, dum corde, & opere amplectitur bonum.

Solutio.

Ad 1. min prob.

* Ob hoc dicit a M. P. vocat. secret. Et occultè infussa: de Præd. SS. cap. 8.

Ad 2.

Ad 3.

Sic ex S. D. q. 1. de pot art. 7 ad 3.

16

Objicies 3. Gratia adiuvans, & excitans describitur à Concil. Can. 4. Illis verbis *liberum arbitrium à Deo motum, & excitatum*, sed per ly *motum* non describitur gratia adiuvans distincta ab excitanti: ergò. Prob. min. Gratia adiuvans realiter distincta ab excitanti est iuxta Th. posterior ad illã arquì in verbis cit: prius ponitur in libero arbitrio esse motum per gratiam Dei, quam esse excitatum: ergò. Confirm. In illis verbis Hieremiæ adductis à Concil. cap. 5. postquam meminit gratiæ illuminationis, & inspirationis, *scilicèt, converte nos Domine &c.* non continetur gratia ab intrinseco efficax: ergò. Ass. probat. ex D. Thom. ad Rom. 8. lect. 6. sic exponente illa: *In his significatur vocatio interior; quia cor nostrum non se converteret in Deum, nisi Deus eos ad se traheret, & hæc vocatio est efficax in prædestinatis; quia ei assentiunt*: Sed hoc esset falsum, si talis vocatio esset ab intrinseco efficax, ut de se constat; & similiter, si esset distincta à gratia excitanti; cum iuxta Thomist. solum gratiæ excitanti assentiamus: ergò.

Arguit.

Confir.

17

Si argum. est efficax, facile retorqueri valet in favorem nostrum. Nam Concil. cap. 5. postquam dixit hominem aliquid agere recipiendo per consensum Spiritus Sancti illuminatio-

Retorq argum.

tionem, ac inſpirationem, ait: *Neque tamen ſine gratia Dei præveniente poteſt homo libera voluntate ſe ad iuſtitiam movere.* En poſt mentionem gratiæ excitantis meminit Concil. gratiæ prę-venientis, & gratię, per quam liberum arbitrium ſe movet ad iuſtitiam, ut neceſſario requiſitę. Si autē eſt eadem gratia; ut quid eam repetit, & illam ex diverſo textu Sacræ Scriptur. probat? Undè ſic arguo: Si in ly *motum, & excitatum* iuxta Adverſ. continetur eadem gratia diverſis terminis explicata; non ſtat poſt mentionem unius quoad ſui quidditatem, & illius effectum, adſtruere illam ſub munere moventis præveniendo, eiuſque exiſtentiam probare ex diverſo textu Sacræ Script. atqui conſtat ſic ſe geſiſſe Concilium: ergò. Rursùs: ſi eſt eadem gratia, & idem munus movendi; cur cap. 5. ponit Conc. poſt munus excitandi munus movendi, & Can. 4. prius; munus movendi, quam excitandi? Neque valet dicere Concil. prius nominaſſe gratiam excitant. ut dantē poſſe; & poſtea agere de illa ut dante liberum conſenſum, ſive, ut efficaci in actu 2. Non inquam valet, Quia gratia excitans, ut iam recepta moraliter ab homine per liberum conſenſum ei præſtitum, eſt gratia, ut efficax in actu 2. ſed ſic loquitur de illa Concil. ita enim habet: *Ut tangente Deo cor hominis per Spirit. Sanct. &c. neque ipſe homo nihil omnino agat inſpirationem illam recipiens*, quæ verba non de receptione phyſica, ſed morali, intelliguntur: Et patet ex illo: *Quotquot autem receperunt &c.* Et ex illo: *Quoniam recepiſtis illud ut verbum Dei*: ergò prę-ter grat. excit. datur alia gratia præveniens, ut homo liberè ſe moveat ad converſionem.

Ex Zach. c. 2. Hier. Tren. 5.

Ioann. 1. 1. ad The-ſal. c. 2.

18 Reſpond. directè.

Hoc ſuppoſito Reſpond. Concilium eundem ordinem obſervaſſe in Can. quem ſervavit M. P. quæſt. 2. ad Simplic. dicens: *ideo dictum eſſe non eſt hominis volentis &c. quia ſine Deo movente, atque excitante, non poſſumus.* Et ſimiliter Angel. Præcept. dum ſupra loco citat. ex 1. 2. definit. vocationem *per auxilium Dei moventis, & excitantis &c.* Undè Reſpond. 1. relationem Concil. non eſſe genealogicam; ideoque potuiſſe incipere à motione intrinſecè efficaci, quæ eſt prior ordine intentionis; quamvis ordine executionis ſit poſterior excitatione. Hoc videmus obſervatum ab Eccleſia ſic referente in Can. Miſſæ inſtitutionem Euchariſt. *Qui pridiè quam pateretur, accepit Panem, & gratias agens benedixit, fregit, dedit que diſcipulis ſuis dicens: Accipite, & manducate, hoc eſt Corpus meum.* Et tamen eſt omnino certum conſecrationem panis præceſſiſſe illius fractionem, & traditionem diſcipulis, ut illum manducarent. Adeſt etiam exemplum ex M. P. qui ſerm. 43. de verbis Dom. cap. 3. tradens nobis modum diligendi Deum ſic ait: *Ut ergò ames Deum; habitet in te Deus, & amet te de te, ideſt ad amorem ſuum moveat te, accendat te, illuminet te; excitet te.* Vide excitationem poſt illuminat. & accenſionem, & motionem: & item infuſionem gratię ante hæc omnia. Reſpond. 2. Concil. ibi definire contra Calvin. & Luther. negantes arbitrij libertatem; concedentes tamen gratiam ab intrinſeco efficacem ſignificatam per ly *motum*. Quia igitur hanc motionem libenter admittebant; Concilium illam poſuit 1 loco, ut eos convinceret de conſeq. pravitate ex his quę concedebant, definiendo cum tali motione rectè ſubſiſtere libertatem voluntatis.

1. Solut.

Roboret. ſolutio

Item illu m n poſt accenſ. & motion.

19 Ad confirm.

Ad Confirm. Reſpond. Ly *quia* non denotare cauſam eſſendi, ſed cauſam conſequentiæ, & quoad nos probativam efficaciæ vocationis, Rectè, enim infertur vocationem Dei, eſſe efficacē, & ut talē à nobis cognoſci, ſi ei conſentit liberum arbitrium. Videatur D. Thom. 1. p. quæſt. 14. art. 7. in ſenſu dicto accipiens hanc particulam *quia*, & S. Ioannes, c. 16. dicens: *Pater amat vos, quia vos me amatis*, & illud Pſ. 16. & 85. *Ego clamavi, quoniam exaudiſti me Deus.* De quo plura Illuſt. Caſtell, diſp. 3. q. 4. à num. 1280. Nec obſtat D. Thom. dicere *homines aſſentiri tali vocationi*; nàm ly *aſſentiri* accipitur communitèr, prout eſt idem, ac cooperari, & exequi cum libertate operationem Dei convertentis hominē ad ſe ipſum. Quando autem Th. diſtinguunt in volunt. inter *aſſentiri, & cooperari*; ita ut homo ſolum aſſentiatur gratiæ excitanti, & coope-

Verſ. 7.

cooperetur gratiæ adiuvanti, accipiunt ly *assentire* cum omni proprietate; uti accipitur à Concil. cap. 5. distinguente inter assentiri,& cooperariillus verb. *assentiendo,& cooperando.*

§. III.

An gratia ab intrinsec. efficax sit vere,& propriè vocatio interior?

20 Explicat. sensus dubitat.

LIcèt ex Doctrina tradita pro solut. ad 2. argum. ostensa maneat eius inefficacia; ut tamen melius percipiatur quidditas,& excellentia gratiæ prædeterminant. & etiam mens Ang. Mag. suscipimus decidendam propositam difficultatem. Quod est idem, ac inquirere: *An interna vocatio Dei dividatur intra nec tanquam in species, in gratiam sufficientem, & efficacem?* Ante huius difficultatis solutionem supponendum *rationem auxilij*, similitèrque *rationè adiutorij*, & rationem *gratiæ actualis*, dividi essentialitèr, & intrancè, per gratiam sufficientem, & gratiam ab intrinseco efficacem. Ratio est manifesta; nàm gratia ab intrinseco efficax per se ipsam, & 2. rationem sibi propriam est verè auxilium, verumque adiutorium; veraque gratia actualis: adeò, ut non solum hæc attributa habeat quasi adiectivè, sed etiam substantive. Quapropter specialis difficultas versatur circa *vocationem ut sic.* Hæc autem difficultas provenit, quia hoc nomen *vocatio* in sua abstractione formali videtur significare actum intellectus interius proponentis, & suadentis homini rectè operari,& simul inspirationem internã inclinantem voluntatem, ut salutaritèr velit: cum què gratia ab intrinseco efficax nihil horum habeat, sed tantum determinare voluntatẽ præventam cognitione suadenti ei rectam operationem; videtur fere certum prædictam gratiam non esse intrinsecè, & substantive vocationem; sed hanc quo ad sui essentiam salvari in gratia excitante, solum què accipere a gratia prædeterminanti denominationem vocationis efficacis. Non aliter ac iuxta sententiam AA. Societ. vocatio per illuminationem, & inspirationem dicitur *congrua*, & *efficax*, à prævisione consensus sub illa; vel à prædefinitione efficaci regulata per scientiam mediam prævidentem voluntatem creatam esse consensuram, si tali gratia vocetur: quin propter hoc, aut prævisio consensus, aut eius prædefinitio, sit intrinsecè, & cum proprietate gratia vocationis, aut vocatio interna, qua Deus nos ad actus salutares vocat.

21 Quid sentiat M. Lemos.

Mag. Lemos, lib. 4. part. 1. tract. 7. cap. 22. num. 376. sentit vocationem quoad sui essentiam adæquatè salvari in gratia excitanti; subdit tamen hanc non esse efficacem, nec sortiri suum effectum in voluntate creata, nisi ei superadatur gratia prædeterminans, vi cuius voluntas prævenia tali gratia determinatur, ut producat actum supernaturalem, ad quem à Deo excitatur, & vocatur. Undè asserit hoc complexum, scilicèt, *vocatio efficax* duo includere, nimirum gratiam excitantem, in qua sistit essentia vocationis, & gratiam prædeterminantem, à qua habet gratia excitans, quod sit efficax, sive in actu secundo effectrix bonæ voluntatis: non aliter ac hoc concretum *vocatio congrua* iuxta Thomistas duo supra recensita actu includit; unum à quo habet, quod sit *vocatio*, alterum vero, à quo provenit, quod sit *congrua*. Ex qua Doctrina infertur, quod quæcumque gratia sufficiens, & gratia efficax sint duæ gratiæ, duoque adiutoria, non tamen sunt duæ vocationes; sed una vocatio cum denominatione efficacis. Infertur etiam; quod homo habens gratiam sufficientem ad liberum consensum non indiget nova vocatione, ut consentiat; sed tantum nova gratia prævenienti talem consensum, & facienti, ut voluntas liberè consentiat. Ex qua Doctrina tanti Authoris approbatione suffulta, appareret primo parum referre, ad discrimen inter utramque Scholam circa efficaciam gratiæ, asserere gratiam prædeterminantem non esse intrinsecè, & essentialitèr gratiã vocationis; sed esse gratiam, à qua provenit, quod *vocatio* quæ de se est sufficiens, reddatur, & denominetur *efficax*. Ap-

Respondet negativè.

pa-

paret 2. gratiam efficacem non esse intrinsecè vocationem, sed solum reddere grat. sufficient. efficacem, & in actu 2. efficientem consensum.

22 Sed pro parte affirmativa stant argumenta satis efficacia. Primum desumitur ex Ang. Mag. definiente vocationem internam Dei per prædicatum communem gratiæ excitanti, & gratiæ ab intrinseco efficaci. In 4. dist. 17. q. 1. a. 1. quæst. 2. sic definit vocationem: *Vocatio interior nihil est aliud, quam instinctus, vel motus ad bonum à Deo immissus*, quam dividit postea in efficacem, & ineffica cem. Et 1.2.q.113.a.1.ad 3. *Vocatio est auxilium Dei interius moventis, & excitantis mentem ad desserendum peccatum.* Et ad Rom. 8. lect. 6. *Vocatio est mentis instinctus, quo cor hominis movetur à Deo.* Et cap. 1. ad Galat. lect. 4. *Vocatio interior est mentis instinctus, quo Deus tangit cor, ut convertatur ad illum per gratiam.* Nunc sic. Sed gratia ab intrinseco efficax est quoad sui essentiam Dei instinctus, motus voluntatis ad bonum, & auxilium Dei interius moventis; ut nullus Thomist. diffiteri valet: ergò talis gratia est quoad sui essentiam verè, & propriè vocatio interior ad actus salutares.

Motiva pro parte affirmat.

23 Dicere autem D. Thomam per ly *instinctum*, & *motum*, intelligere actus intellectus, & voluntatis spectantes ad gratiam excitantem, videtur voluntarium; cum potius iuxta Thomist. hoc nomen *instinctus Dei moventis voluntatem*, nō actum vitalem, sed sæpè aliquid ipsum præveniens significat; de quo diximus tract. antec. dub. 11. à num. 30.* Ulterius. Nam dum 12. ubi supra, definit vocationem per auxilium Dei *moventis*, & *excitantis*, profecto indicat utrumque auxilium esse vocationem, scilic. & *aux. movens*, & *aux. excitans.* Dixi utrumque auxilium, quia omnes nutriti in principijs Scholæ Thom. optimè sciunt, quod dum *excitare* superadditur ad *movere*, per *movere* intelligitur motio physica. Quapropter omnes illi tuentur Trid. definiens sess. 6. can. 1. *Liberum arbitrium cooperari motum, & excitatum à Deo*; duplicem motionem designare, unam moralem, significatam per ly *excitatum*, alteram physicam, & ab intrinseco efficacem, significatam per ly *motum.*

Quædam Resp. impugn.

* Vide S. Doct. 1. ad Cor. 15. lect. 1 pro inst. tinct. efficacit. dante bonum usum.

Roboratur idem assumptum sequenti consideratione mihi satis efficaci ob consequentiam doctrinæ. Unum ex præcipuis fundamentis ad asserendum adiutorium sine *quo*, & adiutorium *quo*, realiter distingui in ratione adiutorij, est; quia Sanct. Par. lib. de Corrept. & grat. cap. 11. & 12. utitur his locutionibus: *Itaque duo adiutoria oportet distinguere, aliud sine quo, aliud verò quo*: & item: *primum adiutorium fuit cōcessum Adamo, non autem secundum.* Sed similes locutiones inveniuntur apud Magn. Par. tractantem de vocatione sufficienti, & de vocatione efficaci: ergò huiusmodi divisio est essentialis; ita ut gratia ab intrinseco efficax, & gratia sufficiens, sint duæ vocationes realiter inter se distinctæ. Minor constat: Nam lib. de Prædestinat. SS. cap. 26. sic distinguit duplicem vocationem, *unam, qua vocati fuerunt Iudæi, qui noluerunt venire ad Christum, alteram, qua vocantur electi.* Et rursus: *Per hanc vocationem* (scilicet, quæ est secundum propositum Dei) *fit homo credens.* Unde in dicto cap. repetit has locutiones: *Illa quippe; alia &c.* item, *non illa vocatione; sed illa, qua vocantur electi.* Si ergò Thomist. propter similem modum loquendi M. P. circa adiutoria gratiæ, fatentur *adiutorium sine quo*, & *adiutorium quo* distingui realiter in ratione adiutorij; ita, ut univocè de utroque prædicetur; cur non debent fateri id ipsum de vocatione interna Dei in sua abstractione formali considerata ut sic gratia sufficiens, & efficax in ratione vocationis intraneè distinguantur?

24 Prob. 2.

Confirm. Deum trahere homines ad se ipsum per fidei cognitionem, per charitatis dilectionem, & virtutis operationem, est Deum propriè vocare homines, ut veniant ad ipsum: siquidem in Sacris Litteris vocatio per gratiam Dei sæpè expli-

25 Confirm.

catur nomine *tractionis* hominum ad Christum: ergò gratia illa, per quam Deus cum proprietate trahit homines ad se ipsum, est verè, & propriè gratia vocationis. Sed iuxta Thom. talis est gratia ab intrinseco efficax, & iuxta M. P. de Præd.SS.cap.8. *Ergò trahi homines à Patre ad Christum, & audire, ac discere à Patre, ut veniant; nihil est aliud, quàm accipere donum, quo credant in Christum*: ergò. Nec obstat vocationem internam Dei esse idem, ac locutionem internam, per quam Deus nobis loquitur ad cor; quæ locutio non aliter fit, nisi media illuminatione, & interna inspiratione. Non inquam obstat. 1. Nàm hoc tenet verum de vocatione interna, attenta prima sui nominis impositione, non tamen attenta communi eius acceptione: hæc enim desumenda est iuxta locutionem SS.PP. & præcipuè Ang. Doct. expressè asserentis ubi supra, *vocationem interiorem esse instinctum, motum, & auxilium Dei moventis animam ad bonum.* 2. Nàm cum Deus sit Supremus Doctor, Legislator, & Dominus, in cuius manu sunt corda hominum ad inclinanda illa quocumque maluerit; triplicem vocationem internam possumus in ipso distinguere: 1. per exhortationem ad bonum, proveni entem ab ipso, ut Supremo Doctore; 2. per cognit. præcepti legis, provenientem ab ipso, ut Supremo Legislatore; 3. per inspirationem efficacē, insuperabiliter convertentē corda hominum, provenientem ab illo, ut Supremo Domino; ita ut dum Deus nobis dicit, *Venite ad me*, statim sequatur infallibiliter obediētia, & sequela ex parte hominū. Et hoc 3. modo vocat homines per gratiam ab intrinseco efficacem, quæ est *vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia*, & *vox Domini confringentis cedros libani*, super quæ videatur ibi S. D. & S. Basilius. Hunc modum refert M. Palanco fol. 133. num. 99. & fol. 186. n. 95. afferens testimonia Chrisost. & Bernardi ad hoc assumptum satis oportuna.

Cuidam instant. occurritur.

Si homines vocāt imper. quanto magis Deus?

Sic Psal. 28.

Nec obstat 1. hominem non denominari audientem Deum, quando ipsum per gratiam ab intrinseco efficacem determinat; proindèque illam non esse vocationem. Nàm estò hoc sit verum sumpta auditione pro vitali perceptione divinorum; secus tamen sumpta pro obedientia, sive executione divinæ voluntatis. Utrumque enim significatur iuxta Script. & PP. per hoc verbum *audio*. 1. constat ex illo: *Hodie si vocem eius audieritis, nolite &c.* 2. Ex Ilio Psalm. 84. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus*, ubi ly *audiam* significat idem, ac obedire divinis præceptis. De quo plura in Sac. Scrip. Sed placet ex hoc ipso redarguere, & probare sensum nostrum. Magis enim dissonum videtur gratiæ ab intrinseco efficaci munus reddentis hominem addiscentem à Patre, quam munus reddendi illum vocatum, sive; quod talis gratia sit doctrina, quàm quod sit vocatio. Et tamen iuxta Aug. ubi supra, hominē audire, & discere Patre fit per gratiam prædeterm. qua accipit à Deo donum fidei: ergò pariter &c. Rursus, S.P. de grat. Christ. cap. 15. & 16. distinguit in Deo duplicem modum docendi homines: 1. *Ostendendo tantummodo veritatem, ut sciatur, & quid agere debeant.* 2. *Impertiendo charitatem donans eis, ut agant, quod sciunt.* De hoc 2. modo docendi ait *esse scriptum*: *Et erunt omnes docibiles Dei. Et hanc doctrinam esse gratiam à Deo infussam; & isto divino docendi modo, non solum possibilitatem voluntatis adiuvari; verumetiam voluntatem, & actionem, & ideò, qui didicit Patre, non solum potest venire, sed venit.* En ubi adiutorium *quo voluntatis, & actionis* vocat S. P. doctrinam; & per illud hominem addiscere à Patre, & modo quidē divino per Spir. S. gratiam. Quando autem solum dat posse ad fidem, ait *docere secundum litteram; *non quia gratia sufficiens à lege non differat; sed quia insufficiens est, ut homo veniat ad Christum, nisi ulteriori gratia adiuvetur. Videat. de Prædest. SS. cap. 8. ubi exponit mira eruditione scholam Christi, in qua solum addiscunt, qui efficaciter ab ipso vocantur, ut veniant credendo in illum, & amando.

Occurritur alteri instantiæ.

Psalm. 94

Retorq.

Nec obstat 2. concursum prædeterm. esse communem omni cau-

Si dicas 1

26

27

Resp. sæ 2. tam naturali, quam liberæ. Non inquam obstat : Nam rationem vocationis non attribuimus cuicumque concursui prædeterminanti ; sed solum concursui, qui est vera gratia, & auxilium prædeterminans ad actus salutares, & ex sui ratione supponens voluntatem à Deo præventam per gratiam illuminationis, & inspirationis. Dicere autem Deum non tangere cor hominis, nisi per gratiam excitantem, est aperte falsum ; siquidem gratia, per quam Deus movet corda hominum, & operatur in eis, ut benè velint, est gratia, per quam Deus verè tangit corda hominum ; cum contactus Dei sit contactus *virtutis*, *motionis*, & *operationis*. Unde cum Deus non aliter operetur in nobis, ut *benè velimus*, & *agamus*, nisi quatenus per gratiam adiuvantem nos prævenit, inde fit per illam tangere etiam corda hominum. Vide S. Aug. de Correp. & grat. cap. 14. litt. *B.*, & invenies gratiam ita tangentem corda, ut sit inconiungibilis cum carentia operationis; & irresistibilis. Quod si Trid. solum meminit de contactu, qui fit per illuminationem Spiritus S. & eius inspirationem ; hoc quidem non probat per gratiam adiuvantem, ut ab excitanti distinctam, non tangere corda hominum: Nam ibi loquitur de contactu morali, & cui homo potest resistere, ut salvet liberum arbitrium in elicientia actuum, quibus homo præventus gratia excitanti, & adiuvanti, movetur liberè ad iustitiam coram Deo.

28 Nec item obstat : quòd per gratiam prædeterm. creatura non audit Deum loquentem. Nam etsi hoc

Si dicas 2 Resp. ita sit ; per illam vero obedit Deo loquenti, & facit eius voluntatem. Hoc enim etiam est audire Deum iuxta Sac. Script. *Et non audivit populus meus vocem meam.* Quòd est au-

Psal. 80. Daniel. 3. dire illum, non auditu auris, sed cordis. Nec rursus obstat : quòd Trid.

Si dicas 3 Resp. supra cap. 5. appellat vocationem efficacem, & in his qui iustificantur in numero singulari. Non obstat. Tum quia conveniunt in ratione communi vocationis ut sic, esto intrinsecè inter se differant, & ex illis resultat vocatio completè sumpta, qua Deus vocat eos, quos vult efficaciter salutariter velle, & agere. Licet enim 1. vocatio non connectatur cum 2. secus è converso ; non enim vocaret efficaciter, nisi supponatur vocatio quoad sufficientiam. Cum enim indifferentia iudicij sit radix necessaria libertatis, nequit Deus prædeterm. voluntatem, ut liberè consentiat, nisi suppositâ excitatione supernaturali proponente indifferenter elicientiam consensus. Unde sicuti admittitur duplex tractio hominis ad Deū; * quamvis Scriptura, & PP. de illa loquantur in numero singulari ; propter convenientiam in ratione talis ; & quia tractio quoad efficaciam supponit necessario tractionem quoad sufficient. & quia ad eundem finem ordinantur; ita dicendum in præs. Per 1. vocationem pulsat Deus corda nostra, ut ei aperiamus. Per 2. aperit illa : iuxta illud Act. 16. *Cuius Dominus aperuit cor, ut intenderet &c.* Per 1. libertatis nostræ, ut ad Deum nos convertamur, admonemur. Per 2. donat nobis, ut libere convertamur.

* Et duplex doct

Et hæc de hoc dub. applic. litter. Mag. ubi præced.

(o)

(*)

DUBIUM IV.

AN GRATIA EXCITANS SIT gratia, per quam Deus verè, & propriè faciat voluntatem creatam salutariter velle, & operari?

§. I.

SUPPONUNTUR ALIQUA.

N. 1 Motivũ dub.

MAteriæ gravitas, & intelligentia cum discretione Theol: inter plura, quæ in tam celebri controversia commiscentur; iure optimo petunt, ut maiori claritate qua possimus; quidditatem, & munera gratiæ adiuvantis exponamus. Cum autem unum ex præcipuis muneribus gratiæ adiuvantis *ut quo* sit ita auxiliari voluntatem, ut per illam Deus sit causa operans in nobis, & faciens nos benè velle, & facere; opere pretium erit resolvere, per quam gratiam Deus hoc munus perfectè adimpleat. An, scilicet, per gratiam sanctæ illuminationis, & affectionis, excitantem voluntatem ad consensum salutarem; An vero per aliam gratiam, scilicet, adiuvantem realiter tamen distinctam, & ab intrinseco determinantem voluntatem sic excitatam ad consensum?

2 Suppositio 1.

Supponendum 1. ut ab omnibus Catholicis concedendum, gratiam Dei non solum nos adiuvare, ut velimus, & operemur, sed etiam facere, ut velimus, & ut operemur. Constat ex innumeris test. Sacræ Script. Ezech. 36. *Faciam, ut in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis.* Quæ verba sic exponit M. P. de grat. & lib. arb. cap. 25. & 26. *Certum est nos velle, cùm volumus, sed ille facit, ut velimus bonum. Certum est nos facere, cùm facimus; sed ille facit, ut faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati; qui dixit, faciam, ut in præceptis meis ambuletis.* Constat etiam ex Arausic. c. 9. *Quoties bona agimus, Deus operatur in nobis, atque nobiscum, ut operemur.* Sed Deum operari in nobis, ut operemur, est Deum facere, ut faciamus: ergò. Constat etiam ex illo Isai. 26. *Omnia opera nostra operatus es &c.* Et ad Philip. 2. *Deus est qui operatur in nobis &c.* Et Iacobi 1. *Omne datum optimum desursùm est descendens à Patre luminum.*

Idem docet sæpè P. Aug. lib. de Correp. & grat. cap. 12. ubi loquens 3 de adiutorio *quo* gratiæ affirmat per illud *effici, ut voluntas velit, & perseveret in bono.* Et lib. de bono persev. cap. 23. ait: illa verba Apostoli *Spiritus Sanctus postulat pro nobis*, sic esse intelligenda, *quatenus Spiritus Sanctus facit, nos clamare, & postulare.* Et lib. de prædest. SS. cap. 10. *Quando promisit Deus Abrahæ conversionem gentium, non de nostræ voluntatis arbitrio, sed de sua prædestinatione promisit. Nam etsi faciunt homines bona, quæ pertinent ad cultum Dei, non illi faciunt, ut Deus faciat; sed ipse facit, ut homines faciant.* Et tract. 53. in Ioan. *Dùm*

cre-

credimus in Deum, opus Christi facimus, sed priùs ipse facit, deindè nos facimus; quia facit, ut faciamus: Idem docet sæpè lib. de Grat. Christ. cap. 46. & alibi. Quapropter Epist. 107. ad Vital. ubi tradit regulas fidei, quas debet credere; si non vult esse hæreticus; hæc habet: *Oportet sine dubitatione fatearis voluntates hominum Dei gratia præveniri, & ut bonum velint homines, quod nolebant, Deum facere, qui rogatur, ut faciat.* Videatur cap. 15. lib. de Correp. & grat. Ex quibus constat non posse Catholicè negari gratiam Dei esse talis naturæ, ut faciat nos velle, & facere.

4 Secunda.

2. Supponendum negari non posse gratiam excitantem consistentem in subita illustratione intellectus, & subita affectione voluntatis, esse in aliquo sensu gratiam operantem. 1. Quia gratia, per quam Deus in aliquo sensu nos adiuvat ad salutaritèr consentiendum, est gratia per quam Deus in aliquo sensu operatur ad elicientiam eiusdem consensus; sed talis est gratia excitans supra posita: ergò. 2. Quia per talem gratiam voluntas disponitur, & aliqualitèr inclinatur ad consensum salutarem; sed hoc sufficit ad hoc, ut in aliquo sensu obtineat rationem gratiæ operantis talem consensum: ergò. Min. constat ex eleganti doctrina D. Thom. 5. metaphysic. lect. 2. & 2. phys. lect. 5. ubi asserit sub genere causæ efficientis comprehendi: *Causam disponentem, adiuvantem, consiliantem, & perficientem opus.* Cum igitur gratia excitans disponat voluntatem ad consensum salutarem, simulque suadeat, & invitet ipsam ad talem consensum; nequit negari Deum sic excitantem aliqualitèr operari, & facere, ut voluntas salutaritèr consentiat. Dubium igitur procedit de operari, & facere strictè sumptis.

Tertia.

Ex quo 3. supponendum gratiam actualem operantem non accipi in præsenti strictè, & prout differt à gratia cooperante, per quam Deus movet voluntatem ad actus subsequentes 1. volitionem liberam finis supernaturalis; de quo exprofessò tract. seq. sed accipi pro auxilio, per quod Deus movet voluntatem ad quemcumque actum salutarem, sive talis actus sit 1. sive 2. dummodo ab illa liberè procedat. Ratio sic accipiendi pronunc gratiam operantem est. Nàm cum Deum verè, & propriè per gratiam suam facere, ut nos salutariter operemur, debeat verificari pro omni actu honesto supernaturali (ut est certum) ideò huic principio firmiter innitentes nūc cogimur accipere gratiam operantem pro gratia auxiliante voluntatem ad omnem operationem liberam supernaturalem. Hinc dum sæpè utimur hac dictione *operari*, aut *facere bonum*, non accipitur, ut contrapositum ad velle, & prout imperatur ex illo: sed pro omni actu ex auxilio supernat. &c.

5 Quarta.

4. Supponend. ad præsens parum conducere, quod gratia excitans consistat adæquatè in motibus intellectus, & voluntatis, uti tuentur PP. Societ. vel quod consistat principaliter in auxilio fluido elevanti intellectum ad sanctam cogitationem, & in auxilio elevanti voluntatem ad sanctam affectionem, ut dub. 1. tract. antec. propugnavimus. Ratio est: Nā quovis modo adstruatur constitutivum gratiæ excitantis, relinquit voluntatem ex se indifferentem ad consensum, & illius omissionem, cum quo, ut infra videbimus, nō componitur, quod Deus verè, & propriè per talem gratiam faciat, ut faciamus. Similiter parum refert ad præcipuam controversiam de efficacia gratiæ; si ultra motus gratiæ excitantis, qui regulariter relinquunt voluntatem indifferenter coniungibilem, cum assensu, & dissensu, ponantur alij motus indeliberati ab intrinseco connexi ex participatione efficaciæ divinæ voluntat. cum consensu salutari, ut tuetur M. Gonzalez Albelda in 1. p. disp. 58. Ratio est: Nàm in tali opinione motus indeliberatus, scilicet, cœlestis delectatio, est ab intrinseco efficax, & prædeterminans voluntatem; proindeque parum refert, quod gratia ab intrinseco efficax consistat in motione vitali, vel non vitali? Quod optimè calluit P. Ripald. disp. 113. n. 13.

6 Quinta.

5. Supponendum circa modum influxus, quem motus gratiæ excitantis exercent in consensum liberum, esse disidium inter AA. Plu-

res, & præsertim ex Antiquis tuentur gratiam illuminationis, & affectionis tantum moraliter influere; ita P. Suarez lib. 3. c. 9. & 5. de Auxil. cap. 25. & 27. Card. Sforcia, Tannero, Lessius, Granados, Oviedo, & Arriaga. RR. vero frequenter asserunt, præter influxum moralem exercere etiam influxum effectivum ad salvanda testim. Scrip. & PP. asserentia Deum per gratiam facere, ut nos faciamus. Quapropter necesse erit dubium resolvere admittēdo utrumque modum influxus in actus salutares convenire gratiæ excitanti. Hinc haud obscurè colligitur præsentem dubitationem habere locum, etiam si præter motus gratiæ excitantis ponantur, tum auxilia fluida, tum etiam habitus supernaturales influentes physicè effectivè in actus liberos supernaturales: dummodo non adstruatur alia gratia, per quam Deus verè, & effectivè immutet voluntatem, eā physicè determinando, applicando ad elicientiam talis actus. Ratio est: Nam his, & alijs omnibus comprincipijs positis (etsi velis ponereomnipotentiam indifferenter preparatam) utpotè spectantibus ad gratiam sufficientem integrè, & completè acceptam, estò ab ipsis habeat voluntas posse benè operari, non tamen apparet, qualiter ab eisdem habeat verè, & cum proprietate actu benè operari. His prænotatis.

§. II.

STATUITUR PRIMA CONCLUSIO.

Si gratia excitans tantùm moraliter influit in consensum salutarem, non verificatur Deum verè, & propriè operari, & facere, ut voluntas salutariter consentiat.

7 PRobatur conclusio ex D. Thom. hac 1. 2. quæst. 8. art. 1. & quæst. 13. de Malo art. 3. ubi probat Diabolum non posse esse causam directam, ut homo peccet, sequenti doctrina: *Dicendum, quod causa aliquid movens multipliciter dicitur. Quandoque dicitur causa id, quod est disponens, vel quod est consilians vel quod est præcipiens: quandoque vero dicitur causa id, quod est perficiens; & hæc propriè, & verè dicitur causa; quia causa est, ad quam sequitur effectus, ad actionem autem perficientis statim effectus sequitur, non autem ad actionem disponentis, vel consulentis, vel imperantis: suasio enim non cogit invitum, ut Augustinus dicit in lib. 83. quæst. Sic ergò dicendum est: quod Diabolus humani peccati causa esse potest per modum disponentis, vel persuadentis interius, aut exterius; aut etiam per modum præcipientis, ut apparet in his qui se manifestè Diabolo subdiderunt: sed per modum perficientis causa peccati esse non potest. Illud ergò per se potest esse causa peccati, quod potest directè movere voluntatem ad actum peccati.* In quo aureo testimon. tria satis efficacia ad probationem conclusionis expressè habentur. 1. Causam influentem in actum voluntatis per modum proponentis, suadentis, aut præcipientis consensum liberum non esse verè, & propriè causam illius. 2. Causam moventem medio consilio, & propositione bonitatis in elicientia actus, non esse causam directè moventem voluntatem ad consensum liberum, sed tantum indirectè. 3. Solum causam perficientem, & ad cuius actionem infallibiliter sequitur positio actus liberi in voluntate, esse propriè causam talis actus. Quæ omnia probant gratiam illuminationis, & affectionis, per quam voluntas excitatur, & invitatur moraliter ad consensum liberum non esse propriè causam illius; proindeque Deum per huiusmodi gratiam moventem voluntatem, ut salutariter consentiat, non posse denominari verè, & propriè causam operantem, & facientem, ut voluntas salutariter operetur, sed addendum esse aliam gratiam physicè, & activè cum proprietate determinantem voluntatem, ut salutariter velit.

Prim efficac. ex Aug M.

Tria contenta in illo notat digna.

Unde sic argum. 1. Gratia, per quam Deus non movet directè voluntatem ad consensum salutarem, nequit esse illa gratia, per quam Deus est strictè operans, & faciens vo-

8 Formal ratio.

voluntatem salutariter consentire; sed huiusmodi est gratia illustrationis, & affectionis tantum moraliter movens voluntatem ad consensum salutarem: ergò. Mai. est D. Thom. ubi supra, asserentis Diabolum non esse propriè causam operantem in nobis peccatum, nec propriè facientem nos peccare, quia nequit movere directè voluntatem ad peccandum. Tùm quia causa per se propriè alicuius effectus est causa directè influens in existentiam illius. Min. vero prob. 1. Causa movens voluntatem per modum suadentis ipsam ad consensum salutarem, non est causa directè movens voluntatem, ut salutariter consentiat; ita S. D. supra. Qua ratione asserit *Diabolum proponentem, suadētem, imò & præcipientem, ut homo sibi ex pacto subditus eliciat peccatum, non propter hoc posse dici causam directè moventem hominem ad peccandum; *sed si gratia illuminationis, & affectionis tantū moraliter influit in consensum salutarem, tota eius causalitas, & motio est per modum suasionis, & inclinationis moraliter alliciētis voluntatem ad consensum: ergò. 2. Gratia movens voluntatem non immediatè ratione sui, sed ratione bonitatis se tenentis ex parte obiecti, in quòd tendit voluntas postea per liberū consensū, non movet illam directè, sed tantum indirectè ad talem consensum; cum movere indirectè sit idem, ac movere ratione alterius. Sed gratia excitans hoc modo movet voluntatem ad consensum liberum: ergò non movet directè &c. Pr. min. Id, quod movet volūtatem, quatenùs facit, ut obiectum illius hic, & nunc appareat magis bonū, & magis conveniens voluntati, movet voluntatē ratione obiecti propositi, ut amabilis à voluntate; sed sancta cogitatio suadens, & sancta affectio inclinans moraliter voluntatem eatenus movent illam, quatenùs sunt causa, ut obiectum appareat voluntati magis hic, & nunc bonum, & magis conveniens: ergò.

Min probat. 1.

Secundo.

9 Confir ex cod. S.D.

Doctrina huius prob. habetur in S. D. loc. cit. per hæc verb. *Voluntas movetur ab obiecto apprehenso: nam bonum apprehensum dicitur movere voluntatem, & per hunc modum dicitur movere consilians, vel suadens, in quantùm, scilicet, facit apparere aliquid esse bonum* * Et hac 1.2.q.80.a.1. *Ex parte obiecti triplicitèr aliquid movet voluntatem: uno modo ipsum obiectum proposítum; alio modo ille, qui proponit, vel offert huiusmodi obiectum; tertio modo ille, qui persuadet obiectum propositam habere rationem boni.* Hoc supposito asserit S.D. quòd cùm Diabolus solùm 2. & 3. modo possit movere voluntatem ad peccandum, non potest esse causa directa, ut voluntas peccet. Similia habet 1. p. q. 106. a. 2. Ex quibus constat Deum moventem voluntatem ad liberum consensum media sancta cogitatione suadente, & excitante ipsum ad salutarem consensum, movere illam motione se tenente ex parte obiecti: proindeque ratione illius non esse causam directam, aut propriè facientem voluntatem consentire. Hæc omnia rectè perpendit P. Suar. dùm explicans causalitatem, quam gratia excitans exercet in consensum salutarem, sic fatus est: *Tota hæc causalitas reducitur ad motionem finis, quæ metaphorica est: nam per hanc gratiam excitantem fit, ut obiectum, quod amandum proponitur, honestius, & amore dignius appareat; & quod timendum, horridius, & quod odio habendum, turpius.* Ita lib. 3. Opus. c. 4. n. 13. Vid. M. Lem. tom. 4. p. 1. tra. 7. c. 13.

* Nota ly in quantum.

Favet P. Suarez.

10 Prima responsio.

Si dicas, hæc omnia probare loquendo de gratia excitanti, sumpta præcisè pro sancta cogitatione ostendenti, suadenti, & invitanti voluntatem ad liberum consensum; secus tamen loquendo de ipsa, prout dicit motum subitum supernaturalē voluntatis, ortum ex tali cogitatione; quandoquidem hic motus suadet, nec se tenet ex parte obiecti; sed potius ex parte voluntatis eam intrinsecè inclinando in liberum consensum, Contra hanc solution. obstant duo. 1. huiusmodi motum etiam se tenere ex parte obiecti. 2. Deum infundentem huiusmodi motus subitos inclinantes voluntatem ad consensum, non dici cum proprietate facientem voluntatem salutariter consentire. Pr. 1. ex P. Suar. (& quē, ut M. meritò venerantur) oppositum expresè affirmāte;

Reijcit. 1.

Totam causalitatem gratiæ excitantis esse moralem, & reduci ad motionem finis, quæ metaphorica est. Ex quibus necessario infertur 1. talem motionem se tenere ex parte obiecti; cum finis sit obiectum voluntatis. 2. Deum non posse dici cum proprietate causam effectivè facientem, ut voluntas salutaritèr operetur per dispensationem talis gratiæ; quod rectè deducitur, tum ex causalitate finis; tum ex illa dictione, quæ *motio metaphorica est.*

11 2. Prob. ex dict. tract. ant. dub. 7. & 8. §. 6. ad probandum ex mente D. Th. affectus subitos inclinantes voluntatem ad consensum liberum movere ipsam motione se tenenti ex parte obiecti. Ita docet hac 1. 2. q. 9. a. 2. & super Ioann. cap. 6. lect 5. ubi expressè loquitur de varijs delectationibus supernis, quibus Pater Æternus trahit homines ad Filium. Ratio illius est. Id quod est causa, aut ratio quovis modo conducens, ut dona supernaturalia hic, & nunc appareant nobis magis convenientia in sui prosequutione libera, & efficaci, movet voluntatem motione se tenente ex parte obiecti; cum voluntas moveatur ab obiecto sibi proposito, ut hic, & nunc convenienti; sed hoc modo se habent affectus subiti inclinantes voluntatem ad liberum cōsensum: ergò. Min. prob. 1. Ex illo Phil. 3. Ethic. *Qualis unusquisque affectus est, sic omnia videntur ei.* Cuius sensus est: *Unumquemque iudicare ut sibi convenientè pro sequutionem illius obiecti, circa quod est affectus, & aliquo modo inclinatus.* Qua ratione homo passione iræ affectus existimat, ut sibi convenientem, actionem vindicativam, quam seclusa passione, non sic existimaret. Consequenter ad hoc docet S. D. 2. 2. quæst. 94. art. 4. *Causam dispositivam idolatriæ fuisse affectionem inordinatam in hominibus; quatenùs, scilicèt, aliquem nimis amantes, vel venerantes, honorem divinum ei impenderunt.* Idem prob. ex M. P. lib. 2. de pecc. mer. c. 17. *Tanto enim vehementius aliquid volumus, quanto certius quàm bonum sit novimus, eoque delectamur ardentius.* Et lib. 1. ad Simplic. quæst. 2. circa finem: *Quis animo complectitur id, quod ipsum non delectat?* & rursus: *Voluntas ad bonum moveri non potest, nisi occurrat aliquid, quod ipsam delectet.* Per quæ denotatur subitas affectiones, quibus voluntas suaviter delectatur in rebus spiritualib. non influere immediatè, & ratione sui in affectus liberos absolutos, & efficaces, sed quatenùs sunt ratio, aut occasio, ut bona supernaturalia proponantur cum maiori efficacia, & magis proportionata ad sui dilectionem.

Secundò.

Vide ubi sup. alia test.

De subitis affect. exponitur ab Advers.

§. III.

Etiamsi gratia excitans habeat alium influxum præter obiectivum, non est gratia qua Deus facit &c.

SEd quia præter concursum obiectivum convenientem SS. affectionibus negari nequit eis concursus quasi effectivus moraliter; restat probare adhuc ratione illius Deum non denominari propriè causam operantem in nobis consensum salutarem, sive non esse causam directam illius. Assumptum probatur: Nàm estò prædicti affectus influant influxu se tenente etiam ex parte voluntatis; talis influxus eis convenit, quatenus disponunt, & præparant voluntatem ad liberum consensum; ut fatentur Advers. sed huiusmodi concursus non excedit limites causæ efficientis indirectè: ergò non sufficit &c. Min. prob. ex D. Thom. q. 3. de Malo art. 5. dicente: *Agens causans aliquam dispositionem ad effectum dicitur esse indirectè causa illius; sicut ille, qui siccat ligna, dicitur occasionaliter causa combustionis ipsorum.* Qua propter ipse S. D. 2. Physic. lect. 5. & si causæ disponenti attribuat rationem causæ efficientis, affirmat tamen non dici cum proprietate: sed tantum *secundùm quid talem*: ergò. Urgetur ratio proposita. Deus cum maiori proprietate, & efficacia debet dici causa faciens, ut voluntas operetur consensum salutarem, quam dicitur Dæmon causa faciens homines peccare; sed hoc non subsistit, si Deus dicitur causa faciens voluntatem salutariter operari medijs sāctis

12

Sic impugn. 3. solut. dat.

Prob. 1.

Urgetur.

tis cogitationibus, & affectionibus indeliberatis ex illis provenientibus: ergò. Mai. est innegabilis, & min. prob. Dæmon est causa, ut homines peccent mediis pravis cogitationibus, & affectionibus indeliberatis, ab illo per sugestionē excitatis in voluntate; ut constat experientia, & etiam ratio causæ consiliantis, & persuadentis malum hominibus manifestè convincit: ergò si Deus taliter esset causa &c.

13 Dices 1.

Nec valet dicere 1. Cum P. Suarez lib. 5. de Auxil. cap. 26. à num 6. esse manifestum discrimen: Nàm illustratio, & affectio supernaturalis causantur physicè effectivè à Deo immediatè operanti intra intellectum, & voluntatem; quam operat. nequit Dæmon, aut Angelus bonus exercere, sed solum exterius proponendo, aut consiliando. Quapropter adest sufficiens ratio discriminis, ut Deus sit causa propriè operans in nobis consensum salutarem, nō autem Dæmon respectu consensus peccaminosi. Non inquam valet: Nàm quod sancta illustratio, & affectio physicè effectivè procedant à Deo, non autem prava cogitatio, & inordinata delectatio sic procedant à Dæmone, non variat modum movendi, & influendi ex parte utriusque, siquidem utrobique tantum datur influxus moralis in ordine ad actum liberum voluntatis bonum, vel pravum; ut tuetur ipse Suar. Sed quod non variat intrinsecè in causa modum influxus, & causalitatis respectivè ad actum liberum voluntatis, non variat genus causæ: ergò quod Deus physicè producat sanctam cogitationem, non autem Dæmon physicè producat in nobis cogitationem pravam, revera non facit ut Deus sit plusquam causa moraliter influens in consensum salutarem. Sed hoc, non est esse causam directè moventem voluntatem ad illum, multoque minus esse causam perficientem, ut ex Doctr. S. D. probavimus: ergò tale discrimen inutile est, ut Deus cum maiori proprietate sit causa actus salutaris, quam Dæmon est causa actus peccaminosi.

Contr. est

14 Dices 2.

Nec valet dicere 2. Deum posse impedire Dæmonem, ut moveat voluntatem ad peccandum; vel etiam quod Deus potest dari illam motionem moralem, sub qua prævidit per scientiam mediam voluntatē consensuram: Quę omnia cum Dęmon non possit exequi, ideò non dicitur causa actus mali ea proprietate qua Deus dicitur causa actus boni. Non, inquā, valet: nàm hoc solū prob. 1. Deum habere præsuppositivè maiorem potestatē; non vero, quod suppositā permissione Dei ut Dæmon moveat voluntatem ad peccandum, motio Dei sit efficacior in movendo, & immutando voluntatem ad consensum salutarem. 2. Solum probat, quod Deus excedat in sapientia, & providentia Dæmonem, non in modo causandi, & faciendi, quod voluntas consentiat: & hoc reputamus absurdum. Alioquin, ubi est illa *altissima, omnipotentissima, & efficacissima potestas*, quam iuxta M. P. habet Deus ad inclinandas, & immutandas voluntates hominum quando, & quomodocumque voluerit; si huiusmodi potestas in modo immutandi voluntatem potestatem, vel potiùs defectum potestatis repertum in Dæmone, non superat?

Reffellit.

15 2. Ratio ad idem ex doctr. D. Th.

Prob. 2. idem assumptum ex eodem testimonio D. Thom. Gratia illa, per quam Deus non est causa perficiens in nobis salutarem consensum, non est gratia, vi cuius Deus sit verè, & propriè causa operans in nobis consensum salutarem; sed talis est gratia excitans, & movens moraliter voluntatem ad salutarem consensum: ergò. Mai. est D. Thom. in illis verbis: *Quandoque vero dicitur causa id, quod est perficiens, & hæc verè, & propriè causa dicitur.* Quapropter; quia Diabolus nequit esse causa perficiens in nobis actum peccaminosum probat S. D. non esse verè, & propriè causam, ut peccemus. Min. vero prob. 1. Causa perficiens in nobis consensum salutarem est *illa ad quam statim sequitur positio consensus salutaris*; ita ibi S.D. sed gratia excitans, & movens moraliter voluntatem ad consensum salutarem, non est gratia, ad quam statim consequitur in voluntate positio consensus sa-

salutaris; cum multoties voluntas gratiæ sic excitanti positivè differentiat: ergò. Prob. 2. Eo iuxta D. Thom. gratia disponens, vel consilians, vel præparans, non est causa perficiens effectus, sed potius abilla condistingui tur, quia ad actionem disponentis &c. non statim sequitur effectus; quam doctrinam corroborat ex illo August. *Suasio non cogit invitum.* Sed ad actionem Dei, ut excitantis moraliter voluntatem ad consensum salutarem, non statim sequitur positio talis consensus, ut est certum: ergò.

16 Dices: Ex Suarez lib. 5. de auxil. cap. 29. n. 9.

Si dicas causalitatem moralem gratiæ internæ excitantis esse verè, & proprie causam in suo genere; & modo sufficienti, ut Deus ratione illius, sit propriè causa operans in nobis consensum salutarem. Actus enim fidei, v.g. & est quid physicum, & quid morale, & utroque modo acceptus causatur à Deo; physicè quidem per concursum simultan. vi cuius Deus est causa perficiens intra genus physicū; moralitèr vero causatur à Deo per gratiā prævenientem ad elicientiam talis actus moralitèr excitantem; quæ quidem esto absolutè, & simpliciter causa perficiens non sit; benè tamen intra genus causæ moralis. Nec oppositum affirmare possunt Authores physicè prædeterminantes; si enim gratia prædeterminans est causa perficiens in voluntate consensum salutarem, quid faciet voluntas creata; si pro priori supponit iam consensum salutarem à Deo perfectè causatum?

17 Impugnat. 1.

Cont. 1. Nàm aliud est causalitatem moralem esse propriam in suo genere, aliud esse propriam absolute; siquidem etiam causalitas dispositiva est propria intra genus causæ disponentis; non tamen est propriè talis absolutè loquendo. Sed Deus nequit dici causa propriè, & absolutè operans in nobis consensum salutarem, per illam gratiā, quæ absolutè, & cum proprietate, non est causa cōsensus salutaris: ergò quod gratia excitans moralitèr causans sit proprie causa intra suum genus, non sufficit, ut Deus ratione illius sit absolutè, & cum proprietate loquendo causa operans in nobis consensum salutarem. 2. Et ex-

Secundo.

plic. Quia causa disponens voluntatem ad consensum salutarem est talis *secundum quid* esto propriè talis intra genus causæ dispotivæ, si Deus unicè operaretur consensum salutarem ad illum disponendo voluntat. per gratiam suam, non diceretur cum proprietate operari in nobis consensum salutarem: idem dicendum de Deo, ut per gratiam legis, & doctrinæ consensum salutarem imperante, aut illum exhortante: ergò ex quo gratia excitans moralitèr voluntatem &c. 3. Causa perficiens iuxta S. D. ubi supra, est illa, ad quam statim sequitur effectus, sive sit intra genus physicum; sive intra genus morale; constat hoc ex ipso actu peccati spectanti ad genus moris, respectu cuius Diabolus suadens non dicitur causa perficiens peccatum: quia ad suasionem illius non statim sequitur in voluntate: ergò si ad gratiam excitantem moralitèr non statim sequitur in voluntate consensus salutaris, Deus per talem gratiam non erit verè, & propriè causa perficiens talem consensum. Deniquè. Deus ratione suæ gratiæ, vel est tantum causa, & Author moralis consensus salutaris; vel etiam causa propriè, & in rigore physica, & A. physicus talis consensus? Si primū: ergò cum causalitas moralis absolutè loquendo sit secundum quid causalitas, & iuxta P. Suarez sit motio metaphorica; Deus ratione gratiæ, quam dispensat voluntati, tantum secundum quid, & impropriè erit causa operans in nobis consensum salutarem, quod Catholice sustineri nequit. Si secundum: ergò Deus ratione suæ gratiæ physice operatur in nobis consensum salutarem; sed hoc non potest facere ratione concursus simultanei. Tùm quia talis concursus non est proprie gratia auxilians, ut freq. fatentur Adverſ. Tùm quia talis concursus est realitèr ipse consensus salutaris; & ipse consensus nequeat esse id, ratione cuius voluntas activè influit in se ipsum: ergò solutio data insufficiens est. De instantia physicę prædeterminationis agemus in sequentibus.

Tertio.

Ultimo.

§. III.

§. IV.

Solvuntur argumenta.

18 OBijcies 1. Gratia, quæ est effectrix bonæ voluntatis, est gratia per quam Deus facit nos facere; sed huiusmodi est gratia tantum moraliter excitans voluntatem: ergò per illam propriè &c. Prob. min. ex M. P. lib. 1. ad Simplic. quæst. 2. dicente: *Ista vocatio Dei ita est effectrix bonæ voluntatis, ut omnis vocatus eam sequatur.* Sed gratia vocationis tantum moraliter movet voluntatem, ad liberum consensum: ergò. Confirm. Id, per quod verificatur esse opus Dei miserentis, quod benè velimus, & per quod attribuitur Deo, quod benè volumus, est gratia faciens nos facere; sed hæc omnia verificantur de Deo per gratiam excitantem: ergò ratione talis gratiæ &c. Prob. min. ex M. P. ibidem: *Quia vocatio præcedit bonam voluntatem; ideò Deo vocanti rectè tribuitur, quod benè volumus.* Et rursùs: *Quia nec velle possumus nisi vocati, ideo verissimum est miserentis Dei esse, quod benè velimus, & operemur.* Cum ergò certum sit vocationem Dei consistere in motione morali voluntatis, Deus ratione gratiæ excitantis moraliter illam moventis propriè facit nos facere.

Arguit. 1. Etiam si purè moral. influat

Confirm.

Hoc arg. facile solvitur ex dictis dub. antec. in solutione ad 2. ibi enim ex doctrina M. P. distinximus duplicem Dei vocationem; unam purè sufficientem, alteram vero efficacem, & quam ipse S.P. appellat vocationē *altam*, atque *secretam*, & secundum propositum Dei, per quam efficitur * ut homo, ex nolente fiat volens, & ex repugnanti consentiens. Deindè advertendum circa constitutionem huius secundę vocationis esse aliqualem disidium inter Thomistas. Aliqui enim asserunt illam quoad sui essentiam consistere in motione morali, non tamen sortiri denominationem vocationis *efficacis*, *congruæ*, & secundum propositum Dei, nisi ratione gratiæ ab intrinseco efficacis ei superadditæ. Alij vero existimant talem vocationem, quoad sui essentiam in gratia ab intrinseco efficaci adæquatè consistere. Ita Illust. Palanco, tract. de providentia, quęst. 10. à num. 92. authoritate, & ratione prædictum assumptum efficacitèr probans. Quem modum dicendi à nobis ubi supra tanquā probabilem excogitatum, inveni postea (non sine gaudio) à Viro adeo ingenioso, & erudito, efficacitèr suffultum, & approbatum. Ex quibus facilis est solutio ad omnia obiecta, dicendo vocationem, quæ iuxta M. P. est effectrix bonæ voluntaris, & per quam Deus operatur in nobis velle: esse vocationem *altam, atque secretam*, sive, quæ est talis secundum propositum Dei. Hæc autem vocatio; vel distinguitur adæquatè à motione morali consistenti in gratia excitationis; vel includit gratiam ab intrinseco efficacem, à qua talis motio moralis denominatur vocatio efficax, & secundum propositum Dei.

19

Respons.

* Agitur, & peragitur.

20

Obijcies 2. Ideo iuxta Thomist. Deus per gratiam prædetermin. facit nos facere, quia illa physicè recipitur in nostra voluntate; eamque adiuvat, & cum ipsa concurrit ad salutariter operandum; sed gratia inspirationis physicè recipitur in voluntate, illam adiuvat, & cum ipsa concurrit ad salutaritèr operandum: imo multo magis hoc habet; siquidem prædeterminatio non constituit actum primum, secus tamen gratia inspirationis in sancta affectione consistens, ut est certum in doctrina Societatis: ergò per talem gratiam &c. Nec valet dicere gratiam inspirationis non immutare physicè voluntatem ad salutarem consensum, sed tantum moraliter, & quasi in genere causæ finalis; prædeterminationem vero ipsam voluntatem immutare physicè, vere què, & cum omni proprietate activè reducendo illam de potentia ad actum. Non inquam valet 1. Motio illa, quæ ponit aliquid physicè receptum in voluntate, immutat physicè voluntatem ad salutarem consensum: sed inspiratio est aliquid physicè receptum in voluntate, ut est innegabile: ergò Deus per infusionem huiusmodi inspirationis physicè immutat voluntatem ad salutarem consensum. 2. Causa movens per modum finis, movet active vere, & propriè, causam efficientem ad ope-

Arguit. 2.

Si respondeas.

Reijcit. 1.

Secundo.

operandum? ergò ex quo gratia inspirationis moveat per modum causæ finalis voluntatem ad salutarem consensum, non probatur &c.

21 Ob hoc motivum asserunt Adversi. Deum per vocat. congruam non solum suadendo, & moraliter attrahendo; sed verè, & propriè activè facere, ut salutariter velimus, & operemur. Unde (aiunt) non est præsens difficultas: *An Deus sua gratia moveat hominis voluntatem ad actus liberos bonos non solum interius suadendo, invitando, excitando, aut aliter moraliter attrahendo, sed etiam verè, & active propriè salva tamen humana libertate voluntatis?* Quibus addit Ripalda disp. 113. n. 10. *Nos namque non negamus Deum esse 1. causam propriè efficientem consensus, & etiam physicè præmoventem. Negamus tamen, quod talis præmotio sit intrinsecè connexa cum consensu. Et in hoc stat discrimen.* Unde nequit Deus interius excitare volunt. quin activè propriè moveat ad consensum: & tam verè, & activè propriè, quam verè, & active propriè movet ignis aquam, quando in illa producit calorem. Nàm qui interius suadet, & attrahit voluntatem, necesse est, ut per veram, & realem actionem producat in voluntate qualitatem illam, quæ interius attrahit, & suadet.

Sensus Adversi.

22 Sed quis non videat longè diversam esse gratiã illumin. & affectionis immutare physicè intellectum, & voluntatem per receptionem, & unionem intrinsecam cum prædictis potentijs; ac talem gratiam verè, & propriè activè, sive efficienter influere, & movere voluntatem ad actus liberos subsequentes. Quæstio igitur (notat Sapientissim. Mag. Lemos) non deciditur asserendo inspirationem ipsam vere, physicè, & propriè recipi in voluntate, sed videndum ulterius; an talis gratia physicè recepta in voluntate vere, & propriè activè, & non tantum moraliter moveat illam ad actus liberos. Hæc doctrina, etsi satis clara sequenti exemplo sole clarior fit. Quis enim negare potest cognitionem legis esse quid physicum ab intellectu procedens, & in ipso receptum? proindequè; quis negare poterit Deum infundentem huiusmodi cognitionem physicè, & activè propriè immutare hominem? attamen quis poterit affirmare Deum per cognitionem legis verè propriè activè movere hominem ad elicientiam actus præcepti? aut dicere gratiam legis, & gratiam interiorem illumin. esse per quam Deus vere, & propriè facit, ut salutaritèr operemur; profecto nemo, nisi cum Pelagio desipiat.

Reijcitur

Vide dicta tract. ant. dub. 12. à num 30.

Ex his merito animadversis; ad argumentum Respond. solutione data. Ad eius impugn. disting. mai. Motio per quam Deus physicè immutat, & physicè movet voluntatem ut liberè velit, conced. mai. Per quam Deus physicè immutat voluntatem ut præcisè producat, & recipiat physicè sanctam inspirationem, neg. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Licèt enim prædicta inspiratio sit in se quid physicum, & physicè immutans voluntatem per receptionem intrinsecam in illa; non tamen physicè movet, nec physicè influit in existentiam actus liberi, sed tantum moraliter, & ex parte obiecti, scilicèt, alliciendo, & invitando voluntatem ut prorumpat in actum liberum, quẽ modum movẽdi non differre à gratia interiori legis, atque doctrinæ, ex M. P. & D. Prospero probatum relinquimus. Hinc constat disparitatem inter prædeterminationem, & gratiam inspirationis esse manifestam. Gratia enim prædeterminans, & est in se quid physicum in voluntate receptum, & insuper physicè influit in consensum liberum, physicè determinando, & applicando omnia principia libertatis ad actum secundum; undè non mirum illam esse gratiam, per quam Deus cum omni proprietate faciat nos velle, & operari.

23 Solut. ad argum.

Sed quia P. Tyrso contendit gratiam excitantem movere voluntatem ad consensum liberum tanta proprietate, quanta movet illam physica prædeterminatio; oportet hoc dictum falsitatis convincere. Primo ab exemplo. Nàm ille, qui excitat, & movet moraliter alterum ad aliquid operandum, non nisi impropriè dici potest talẽ operat. effectivè facere, & operari; quapropter, si quis medijs excitationibus, minis, & promissionibus

24 Refertur quædam doctr. & reijcit. 1.

bus moveat alterum ad elargitionem eleemosynæ, non nisi impropriè diceretur ipsum influxisse effectivè in talem elargitionem; & multo minus fuisse causam propriè, & activè facientem, ut alter largiretur eleemosynam; sed solum cum addito, scilicèt, moraliter, & suasive. 2. Nàm motio moralis non differt ab illa motione, qua obiectum movet voluntatem; cum se teneat ex parte illius; sed obiectum non immutat physicè voluntatem, nec vere activè præstat ei vires, nec propriè facit, ut voluntas faciat; igitur ex quo gratia inspirationis moveat moraliter &c. 3. Nàm quod tantum influit in effectum applicando causam productivam illius, non influit alia causalitate, nisi illa, quam exercet causa ab illo applicata. Sed Deus per illuminationē, & internam inspirationem, movet voluntatem applicando ipsi rationes obiectivas honestatis, & utilitatis, quę possūt allicere voluntatē, ut liberè cōsentiat: ergò solum in sensu stricto exhibet concursum, quem prædictæ rationes obiectivę exercent. Sed istæ, nec physicè immutant voluntatem, nec propriè faciunt illam facere: ergò nec Deus mediante gratia illuminationis, & inspirationis. Deniquè. Quia hæc doctrina expressa est in D. Thom. loco citato §. 2. ex quo rationem probativam deduximus.

Secundo.

Tertio.

Ultimo.

25 Arguit. 3.

Obijcies 3. Gratia dans posse ad liberum consensum, & simul adiuvans voluntat. ut liberè consentiat, est gratia differens in munere à gratia legis, & doctrinæ; nàm 1. solum est adiutorium possibilitatis, non vero adiutorium voluntatis, & actionis, ut asserit M.P. lib. de gratia Christi, cap. 3. referens errorem Pelagij. Sed gratia illuminationis, & affectionis, ita ponitur ab AA. Societatis, ut prębeat voluntati posse salutariter consentire, & simul ipsam adiuvet, ut salutariter consentiat: ergò talis gratia longe distat in munere à gratia legis, & doctrinæ. Confirm. Si Deus concurreret ad entitatem peccati non solum physicè prædeterminando voluntatem, sed etiam movendo moraliter per consilium, & præceptum ad talem entitatem, absdubio esset Author, & causa per se malitiæ peccati: ita communiter omnes Thomistæ: ergò, ut Deus sit Author, & causa per se actus salutaris, sufficit, quod moveat moraliter voluntatem ad illius elicientiam: ergò si hoc modo movet per gratiam illuminationis, & inspirationis &c. Vel aliter. Hæc consequentia est certa apud omnes: *Deus movet moraliter immediatè voluntatem consilio, vel inspiratione ad peccatum pro formali: ergò est propriè Author, & causa illius*: ergò id em dicendum de hac: *Deus mediante consilio, & inspiratione movet moraliter voluntatem, ut salutaritèr consentiat: ergò est propriè Author, & causa talis consensus.*

Confirm.

26 Discrimé ab AA. Catholi.

Resp. notando. Gratiam legis, & doctrinę descriptā à Pel. poni ab ipso, ut adiuvantem unicè ad posse, ut constat ex illis verbis: *Adiuvat nos Deus &c.* & expressè testatur M. P. lib. de gratia Christi, cap. 7. per hæc verba* in his omnibus non recedit à commendatione legis, atque doctrinæ hanc esse adiuvantem gratiam diligenter inculcans. * Undè dicendum gratiā excitationis adiuvare voluntatē ad consensum; sed purè moraliter, scilicèt, suadendo, & invitando; qui modus adiuvandi, nec recedit in munere à gratia legis, & doctrinæ suadentis, & suscitantis voluntatem in Dei desiderium, ut latè probat M. P. Nec etiam est adiutorium *voluntatis, & actionis* propugnatum à M.P. Nàm hoc adiutoriū est illud per quod Deus donat, & efficit in nobis velle, & operari pro sua voluntate, & solum quando benè volumus, & agimus: gratia autem excitans moraliter non est huiusmodi; cum ex vi illius voluntas tantum sit potens velle, & operari, non vero efficiatur actu volens, & actu operans.

26 Prosequ. solut.

Nec id, quod addit argumentum de gratia excitationis danti posse ad actus salutares aliquid iuvat, ut differat in munere à gratia legis, & doctrinæ. Ratio est. Nàm talis gratia solum dat posse, non physicum, sed morale illuminando, scilicèt, & suadendo voluntati omne, quod bonum est media propositione præmiorum, & Magnitudinis gloriæ, vi cuius voluntas suscitatur in desiderium Dei; sed totum

hoc

hoc non excedit gratiam legis, atque doctrinæ; ait M. P. nec Pelagius negabat gratiam ab ipso positam huiusmodi potestatem moralem præstare: ergò ex quo gratia excitans det tale posse, ut voluntas salutariter consentiat, & insuper adiuvet moraliter voluntatem ut consentiat, non recedit in munere à gratia legis, & doctrinæ. Nec iuvat si dicas: gratiam excitantem ab AA. positam esse gratiam coniunctam cum Omnipotentia Dei danti voluntati posse physicum, & veras vires ad salutariter operandum. Non, inquam, iuvat, nàm talis coniunctio utpotè extrinseca gratiæ excitanti, non variat tendentiam intrinsecam illius, proindequè nec modum influendi in actus salutares, scilicèt, illuminando, & suadendo voluntati elicientiam actus salutaris. Quapropter licèt in toto illo complexo inveniatur aliquid differens à gratia legis, & doctrinę, scilicèt, omnipot. physicè elevans voluntatem, non tamen invenitur aliqua gratia interna differens in munere à gratia legis, & doctrinæ.

27 Ad confirmat.

Ad Confirm. Respond. Causalitatem moralem ex parte Dei supponere in ipso causalitatem physicam prę̃viam convenientem ei titulo primæ causæ, & primi motoris moventis, & applicantis omnia quæcumque agunt, & moventur. Quapropter si Deus esset causa moralis entitatis, & malitiæ peccati, absdubio influeret etiam in ipsam per modum primi determin. 1. agentis, & primi moventis physicè voluntatem ad peccandum. Undè si fesset Author, & causa per se malitiæ, non haberet hoc præcisè titulo suadentis, & consiliantis; sed titulo physicè applicantis, & determinantis voluntatem ad peccandum. Hinc dicendum, quod si per impossibile Deus consiliaretur malitiam peccati, non tamen physicè prædeterminaret ad illam, nec esset Author peccati, nec causa directa faciens voluntatem peccare, ut expresè affirmat D. Thom. de Diabolo persuadenti homini peccato, quin propter hoc sit causa directa aut propriè faciens voluntatem peccare: quamvis verum sit, quod in tali modo influxus pravè ageret; & huius pravitatis esset Author.

§. V.

SECUNDA CONCLUSIO.

Idem dicendum, etsi gratia excitans influat physicè.

28 EST contra AA. concedentes gratiæ excitanti ultra concursum moralem influxum physicè effectivum in actus liberos. Hi sunt Molina, Lessius, Arrubal, Becano, Ripalda, Munieſſa, Aranda, Marin, & alij. Probat. 1. Ex D. Thom. quęst. 3. de potentia, art. 7. asserente: *Deum eatenus operari, tam in natura, quam in voluntate creata omnem eius operationem; in quantum, scilicèt, dat ei virtutem agendi, illam conservat, & in quantum applicat actioni, & movet omnem causam ad agendum: in quo non intelligitur collatio aut conservatio virtutis activę, sed applicatio virtutis ad agendum; sicut homo est causa incisionis cultelli ex hoc ipso, quod applicat acumen cultelli ad incidendum movendo ipsum.* Ex quo deducitur Deum non esse propriè causam operantem in voluntate creata actus liberos, nec propriè facere ut illa faciat, per hoc precisè quod ei conferat, & conservet virtutem productivam talis actus; nisi superaddat novum auxilium, per quod moveat, & applicet voluntatem ad libere operandum. Atqui per gratiam excitantem, esto Deus tribuitur voluntati virtutem productivam consensus, non tamen per illam applicat, & movet voluntatem ad consentiendum; cum potius iuxta AA. voluntas applicet, & determinet ipsam gratiam excitantem, ut actu influat in consensum: ergò etiam si gratia excitans sit virtus physicè effectiva consensus, non verificatur Deum &c. Hoc testimonium adeo clarum visum est P. Suarez, lib. 5. de Aux. ut asserat in illo videatur contineri concursum Dei prævium, seu prædeterminant: sed oppositum docuisse S. D. 1. p. q. 105. art. 5. de quo in opusc. lib. 1. cap. 2. à num. 3. Pro quo videatur M. Lemos, tom. 3. tract. 1. part. 1. cap. 11. & 13.

2. Prob.

2. Prob. ex testim. adducto, §.2. ex quæst. 3. de malo, art. 3. ubi duo expresse affirmat S. D.1. primam causam moventem voluntatem ad actum per modum disponentis, proponentis, consiliantis, vel etiam præcipientis, non esse propriè causam, ut voluntas operetur. 2. Solum causam perficientem dici verè, & propriè operationis voluntatis; * huius dicti rationē assignat * quia causa directa est illa, ad quam requiritur effectus; ad actionem autem perficientis; non autem ad actionem disponentis consiliantis, vel imperantis, statim effectus consequitur * ex quibus sic arguo. Gratia illa, per quam Deus non est causa perficiens actum voluntatis, non est gratia per qnam Deus vere, & propriè faciat voluntatem liberè agere. Sed talis est gratia excitans: ergò. Prob. min. Causa perficiens actum voluntatis, est causa illa, ad quam statim sequitur in voluntate liberè agere; sed ad positionem gratiæ excitantis, esto sit virtus physicè effectiva, non statim sequitur voluntatem liberè agere, ut est certum: ergò gratia excitans non est causa perficiens &c. Omnia sunt D. Thomæ.

29 2. Ratio.

Ex his, & alijs testim. 3. contraGent. c.67.89. & alibi quæ videri possunt apud Thom. pro concursu prævio, formatur ratio à priori. Gratia illa, quæ ita est virtus effectiva actus salutaris, ut non influat in illum nisi ex determinatione libera voluntatis, non est gratia vere, & propriè faciens voluntatem salutariter agere. Sed gratia excitans, esto sit virtus physicè productiva consensus salutaris, talis conditionis est, ut non influat in illum nisi ex determinatione libera voluntatis, ut expressè fatentur omnes Adversarij: ergò. Mai. probat. 1. Gratia illa, quæ non influit in consensum salutarem nisi ex determinatione libera voluntatis, est gratia quæ ratione sui, se habet ut mobilis ab ipsa voluntate, & in potentia, tum ad consensum, tum ad illius carentiam; sed gratia quæ sic se habet, tum ad consensum salutarem, tum respectivè ad voluntatem, non est gratia verè, & propriè faciens voluntatē salutariter agere: ergò. Prob. min. Gratia quæ modo dicto se habet, tum respectu consensus, tum etiam respectu voluntatis, nequit esse gratia propriè perficiens consensum, aut directè movens voluntatē ad liberum consensum; cum causa perficiens, sit causa reducens consummate voluntatem de potentia ad actū; & nihil reducitur de potentia ad actum nisi per id, quod se habet in actu, & comparatur, ut movens respectu voluntatis. Sed gratia, quæ non est causa perficiens, aut directè movens voluntatem ad consensum non est causa propriè faciens voluntatem facere testante D. Thom. ubi supra, & 1.2. q.9. art.1. ergò.

30 Prob. mai. 1.

2. Probatur eadem mai. Gratia, quæ ita influit in consensum liberum voluntatis, ut potiùs voluntas faciat illam in actu 2. facere, nequit esse gratia, per quam Deus facit voluntatem nostram facere; sed gratia influens in consensum ex determinatione voluntatis, est gratia, quā potiùs voluntas facit illam in actu 2. facere: ergò. Min. suad. efficac. 1. Quia gratia quam voluntas determinat, ut faciat, est gratia, quam voluntas movet, applicat, & qua utitur ad agendum; sed voluntatem movere, applicare, & utl gratia excitanti, ut agat, est voluntatem facere ut gratia faciat; ut constat in omnibus causis moventibus, & applicantibus alias causas ad operandum: ergò. 2. Causa illa, à qua provenit, quod altera causa faciat, est causa faciens ut illa in actu 2. faciat. Sed si voluntas pro suo libito determinat gratiam excitantem, ut faciat sive influat exercite in consensum liberum; à voluntate provenit; quod illa exercite, & in actu 2. faciat: ergò. 3. Gratiam in actu 2. facere, sive simul coefficere cum voluntate liberum consensum, est gratiam esse efficacem, prout talis efficacia distinguitur ab illius intrinseca sufficientia: ergò causa illa, à cuius determinatione provenit, quod gratia intrinsecè sufficiens reddatur efficax, est causa, à qua provenit, quod gratia in actu 2. faciat. Sed iuxta Adversar. à determinatione voluntatis unicè determ. provenit gratiā intrinsecè sufficientem reddi, & esse efficacem: ergò ab illa pro-

31 Secundo.

ve-

venit tanquam à determinanti, & moventi, quod gratia faciat. Quomodo ergo non erit verum dicere liberum arbitrium propriè facere, ut gratia faciat? Rursùsque; quomodo cum hoc verificabitur talem gratiam esse per quam Deus vere, & propriè facit voluntatem facere?

32 Hæc doctrina, & absurditas inconvenientis iam ponderati traditur à M. P. lib. de præd. SS. cap. 10. his verbis: *Quando promisit Deus Abrahæ in semine eius fidem gentium*, (quę includit motum liberũ voluntatis determinantis intellect. ad credendum) *non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promisit; promisit enim, quod ipse facturus fuerat, non quod homines: quia, etsi faciunt homines bona, quæ pertinent ad colendum Deum, ipse facit, ut illi faciant, quæ præcepit, non illi faciunt, ut ipse faciat, quod promisit. Alioquin ut Dei promissa compleantur, non in Dei, sed in hominum esset potestate.* Ubi M. P. reputat absurdum homines facere, ut Deus faciat actum liberum, quem eis donaturum promisit. Docetquè etiam: Deum facere ut homines faciant; non innitendo potestati nostræ voluntatis, sed efficaciæ suæ prędestinationis, per quam donat id, quod promisit, & quod fieri ab hominibus, præcipit. Atqui Deum conferre hominibus sufficientiam ad actus salutares ratione gratiæ excitantis de se præscindit a prædestinatione, sive prædefinitione efficaci nostrorum actum; ut est certum: ergò per gratiam excitantem non facit Deus &c.

Roborat. M.P.

33 Nec valet dicere determinationem voluntatis, per quam gratia excitans applicatur à volunt. ut influat in consensum liberum; non esse aliquid realiter distinctum ab ipso consensu, sed esse identicè ipsum consensum indivisibiliter procedentem à voluntate, & à gratia excitante. Ex quo minimè sequitur voluntatem cum proprietate facere, ut gratia faciat; ad hoc enim erat necesse, ut voluntas per aliquid prævium, & à sola ipsa procedens, determinaret gratiam excitantem ad actualem influxum: quemadmodum in sentent. Thomist. per gratiam ab intrinseco efficacem determinatur voluntas ad liberè operandum.

Dices.

Non inquam valet 1. Nàm solutio duo invicem sibi repugnantia tradit; scilicèt, voluntatem determinare, & applicare gratiam excitantem ad productionem liberi consensus, & huiusmodi determinationem non esse aliquid prævium ad ipsum consensum. Ratio huius traditur à D. Thom. 3. contra Gent. cap. 149. dicente: *Motio moventis est prior ratione, & causalitate motum mobilis.* Et in 3. dist. 23. quæst. 3. cap. 1. *Actio primi agentis est prior in movendo; quia actiones omnium secundarum agentium fundantur supra actionem 1. agentis.* Quæ doctrina conformari potest ex Catheciſmo Roman. iussu Pij V edito, qui pagin. 33. hæc habet: *Deus cuncta quæ moventur, & agunt aliquid, intrinseca virtute, ad motum, atque actionem impellit, ita tamen, ut præveniat.* Ex quibus constat, movere, & determinare causam aliquam ad propriam operationem, & actualem influxum, importare aliquid prævium, & præveniens respectu operationis, ad quam movet, & determinat: ergò, aut dicendum voluntatem creatam non determinare cum proprietate gratiam excitantem, ut influat in liberum consensum; aut dicendum talem determinationem esse quid prævium realiter distinctum à consensu, & à sola voluntate procedens.

34 Impugnat. 1.

2. Nam iuxta hos AA. influxus, quo gratia excitans influit in voluntatis consensum, minime est aliquid prævium, realiterque distinctum à determinatione voluntatis; & tamen hoc non obstante, gratia excitans iuxta illos, verè effectivè facit, ut voluntas faciat: ergò licet prædicta determinatio voluntatis indivisim procedat à voluntate, & à gratia, verè affirmabitur de voluntate, eam facere ut gratia in nobis operetur liberum consensum, proindeque voluntatem facere, ut gratia faciat. Urgetur. Ex duabus causis simul influentibus in eandem operationẽ, quarum una verè determinet alteram ad operandum, alia vero solum influat ex dominio, & determinatione alterius; maiori

35 Secundo.

Urgetur.

cum

cum proprietate (imò unicè) dicitur causam determinantem alteram facere, ut illa faciat, quam è converso: ergò si voluntas, & gratia indivisim concurrunt ad liberum consensum; ita tamen, ut voluntas determinet gratiam, & gratia determinetur à voluntate, maiori cum proprietate dicitur (imò & unicè) voluntatem facere, ut gratia faciat, quã è converso: cuius oppositum docet M.P. ubi supra. Vide M. Lemos lib. 3. tract. 1. p. 1. à c. 7. De hoc iterùm dub. de subiect. grat. quoad usum volunt.

36 Secunda ratio.

Probat. 2. Gratia illa, cum qua potest componi, & multoties componitur voluntatem nec facere bonum, nec illud liberè velle, nequit esse gratia, per quam Deus cum proprietate facit, ut faciamus; sed talis est gratia excitans, estò sit virtus physicè influxiva in actus salutares, ut est certum apud omnes: ergò gratia excitans non est gratia &c. Maior est innegab. 1. Quemadmodum innegabile est, quod ego faciam cultellum scindere, quin cultellus scindat. Deinde probat. ex Magn. Par. lib. de Gratia, & liber. arbitr. cap. 16. dicente: *Certum est nos facere cum facimus, sed ille facit, ut faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati, qui dixit, faciam, ut in iustificationibus meis ambuletis*: ergò dum Deus per gratiam facit, ut faciamus, nos etiam facimus. Sed implicat nos facere in sensu composito, in quo non facimus: ergò gratia illa &c. 2. probat. eadem mai. Implicat Deum auferre à nobis cor lapideum, unde non faciebamus, & dare nobis cor obediens, unde faciamus, & quod in sensu composito nos, nec velimus, nec faciamus: aliàs hæc duo starent simul: * Deus abstulit à nobis cor durum, & adhuc remanet in nobis cor lapideum; * sed iuxta M. Par. ibidem nihil aliud est Deum facere, ut faciamus, nisi auferre à nobis cor lapideum, unde non faciebamus, & dare nobis cor obediens, unde faciamus: ergò. *

* Recursus ad scient. med. vel concurs. simult. in fracijcit.

37 Prob. 3.

3. Ratio probat. ex ibi dictis sic formari potest. Gratia, per quam Deus facit cum proprietate nos benè velle, & facere, est gratia, per quam Deus nos adiuvat adiutorio *quo*, ut sic faciamus; sed gratia excitans, quamvis sit virtus physicè productiva actus salutaris, non est gratia adiuvans per modum adiutorij *quo*: ergò prædicta gratia non est per quam &c. Mai. constat ex Mag. Par. lib. de Correp. & gratia cap. 12. sic illud definiente: *Adiutorium gratiæ quo est non solum, sine quo aliquid non fit, verumetiam, per illud efficitur, ut aliquid fiat.* Quapropter adiutorium *quo* perseverantiæ sic ab eodem definitur: *Adiutorium sine quo voluntas nequit velle bonum, & in illo perseverare, & per quod etiam efficitur, ut invictissimè velit, & perseveret in bono.* Sed gratia, per quam efficitur invictissimè, ut voluntas velit bonum, est gratia faciens cum proprietate, ut voluntas velit bonum, cum arguatur à passiva ad activam: ergò &c. Min. vero prob. 1. Si gratia excitans esset adiutorium *quo* Deus facit &c. cuicumque Deus prædictam gratiam conferret, conferret etiam velle, & facere bonum; sed hoc est manifestè falsum; ut constat in Adamo, & in Iuda, & in omnibus dissentientibus, & resistentibus gratiæ excitanti: ergò gratia excitans non est adiutorium *quo*, voluntas vult, & operatur bonum. 2. Adiutorium gratiæ sine *quo*, sive adiutorium *possibilitatis* differt essentialiter ab adiutorio *quo*, sive *voluntatis*, & *actionis*, ut per ly *aliud*, & *aliud* asserit M. P. ubi supra: qua ratione lib. de Gratia Christi, impugnat sæpè Pelag. concedentem solum adiutorium *possibilitatis* à Deo, non vero adiutorium *voluntatis*, & *actionis*. Sed gratia excitans, cum se teneat ex parte actus 1. est adiutorium sine *quo*, hoc est, adiutorium *possibilitatis* ad velle, & operari: ergò nequit esse adiutoriom gratiæ *quo*.

38 Arg. 1.

Obijcies: Gratia illa, per quam Deus immutat physicè effectivè voluntatem, ut salutariter velit, est gratia, per quam Deus verè, & propriè facit, ut velimus. Sed sic se habet gratia affectionis, si aliunde est virtus physica, & physicè elevans voluntatem ad salutariter velle: ergò

gò inconſeq. procedimus in concluſ. Mai. eſt Sanct. Doct. 1. part. quæſt. 105. art. 4. Et quæſt. 106. art. 2. Et quæſt. 111. art. 2. Et quæſt. 22. de Veritat. art. 9. Min. prob. 1. Deum immutare effectivè voluntatem, eſt eam immutare immutatione ſe tenente ex parte voluntatis, & non ſe tenente ex parte obiecti. Ita expreſsè Sanct. Doct. ubi ſupra. Sed ſi gratia affectionis eſt virtus phyſicè influens, & phyſicè elevans voluntatem ad ſalutariter velle, voluntas per illam immutatur à Deo immutatione ſe tenente ex parte illius, ut eſt certum: cum ei vires intrinſecas præbeat, & ab illa accipiat completam ſufficientiam ad velle: ergo. 2. Deum immutare propriè effectivè voluntatem, ſive immutatione diſtincta ab illa, quæ ſe tenet ex parte obiecti, eſt iuxta D. Thom. locis citatis, eam interius movere, inclinando ipſam, ut velit, & operetur. Sed Deus dando voluntati gratiam affectionis phyſicè effectivam actus liberi, & interius eam movet, & etiam phyſicè inclinat ad velle, & operari bonum: ergò.

39 Nota pro ſolut.

Pro ſolut. audiendus eſt S. D. 3. contra Gent. cap. 89. *Quidam non intelligentes qualiter motum voluntatis Deus in nobis cauſare poſsit abſque præiudicio libertatis, conati ſunt has auferre. exponere,* * *ut dicerent: quòd Deus cauſat in nobis velle, & perficere, in quantum dat nobis virtutem volendi; non autem ſic, quod facit nos velle hoc, vel illud: ſicut Orig. expoſuit in 3. Periarchon defendens liberum arbitrium contra Author. prædictas.* Inter quas Ang. Doct. ibi præcipuè ponit illam: *Cor Regis in manu Domini quocumque voluerit, inclinabit illud*; & ut alibi exponit: *Vertet illud, flectet illud.* Et poſtquam probavit divinam cauſalitatem ad ipſam volitionem ſe extendere exemplo Artificis applicãtis inſtrumentum ad ſciſsionem, concludit: *Deus igitur eſt cauſa nobis non ſolum voluntatis, ſed volendi.*

* Prov 21. Cor Regis &c. Ad Phil. 2. Deus eſt qui operatur &c. Iſaiæ 26 Omnia opera noſtra &c

40 Illatio ex teſtim. S. D.

Ex quo teſtim. colligitur S. D. prædicta teſtim. citata in margine intelligere de motione, & cauſalitate præveniente actum voluntatis; 1. propter exemplum applicationis inſtrumenti ad operationem; quæ quidem applicatio, ſive motio eſt prævia ad illã. 2. quia motio divina flectens, & vertens cor humanum quocumque Deus voluerit, eſt cauſa donans actu voluntati, ut benè velit; & non ſolum poſſe benè velle. Imò iuxta S. P. de Grat. Chriſt. c. 24. Et lib. 1. ad Bonif. c. 20. tale teſtim. fuit verificatum opere, quando Deus cor Regis Aſſueri efficaciſsima, mirabili, & occulta poteſtate tranſtulit ab indignatione in lenitatem, & factum eſt, quod Regina poſcebat.* 3. quia Sanct. Doct. intelligit illam cauſalitatem, & motionem divinam reſpectu actus volendi; de qua Origenes, & alij aſſerebant præiudicare libertati voluntatis; concurſus autem ſimultaneus ponibilis ex unica determinatione liberi arbitrij, longè diſtat adhuc in apprehenſione ab AA. prædicti erroris. Similiterq̃ gratia, eſtò ponatur virtus effectiva conſenſus, ſi tamen eſt coniũgibilis cum carentia illius, & determinabilis pro libito voluntatis. Igitur in illis verbis Sanct. Doct. *Deus eſt cauſa volendi, & faciens velle hoc, vel illud*, loquitur de gratia præveniente ſuperaddita ſufficientiæ. Tandem. Si Deum dare nobis virtutem volendi iuxta S. D. non verificat illum eſſe cauſam facientẽ nos velle; pariter Deum dare grat. affectionis quæ eſt virtus, per quam ſumus potentes benè velle non ſalvat Deum eſſe cauſam facientem, & operantem benè velle.

Si ad alia recurras impugnã S. D. erit inefficax.

41 Solutio.

Hoc animadverſo Reſpond. Sanct. Doct. locis citatis loqui de immutatione effectiva voluntatis quoad *uſum*, ſive quoad *exercitium*, & ſe tenentem *ex parte agentis*; quæ non datur, niſi voluntas actu velit, & reducitur de actu primo ad actum ſecundum, ut docet Sanct. Doct. 1. 2. quæſt. 9. art. 1. Non enim ſtat Deum immutare effectivè voluntatem, in eſſe liberè volentis; ſi illa adhuc manet in potentia, & indifferens indifferentia ſuſpenſionis ad velle. Unde diſting. 1. probat. minor. Immutatione ſe tenente ex parte voluntatis faciendo ipſam velle, conc. mai. Non ſic faciendo, ſed purè dãdo ſufficientiam, ut velit, neg. mai. Et hoc modo ſe gerit Deus immittendo gratiam affec-

fectionis. Quare solum probat illam esse gratiam adiuvantem *fine quo*, non vero adiuvantem *ut quo*. Vel aliter iuxta dicta in prob.concl. immutatione, & virtute physicè effectiva; sed determinabili ab ipsa voluntate pro suo libito, & reducibili de potentia ad actum, neg. min. Immutatione determinante voluntatem, ut velit, conced. mai. Et solum se habet 1. modo gratia affectionis, & omne comprincipium libertatis iuxta opinionem arguentis. Ad id, quòd additur de inclinatione, Resp. Gratiam affectionis, sicut etiam virtutes supernaturales, solum inclinare ad suos actus per modum actus 1. propter habitudinem sufficientiæ ad illos. At vero S. D. locis relatis accipit inclinationem pro ipso actu amoris à voluntate liberè elicito; qui dicitur inclinatio formalis, & voluntaria.*

* De hoc tract. ant. dub 12. à num. 17.

Obijcies 2. Dùm negamus gratiam excitãtem esse gratiã, per quam Deus facit, ut faciamus; vel loquimur de omni requisito ad talem modum operandi ex parte Dei; vel negamus gratiam excitantem verè, & propriè ad illum concurrere? 1. nihil probat; 2. est falsum: ergò. 1. pars min. constat. Siquidem negari nequit Deum per suam omnipotentiam *verè facere, ut faciamus*; cum tamen ad hoc requiratur etiã decretum suæ voluntatis, & cognitio eorum, quæ sunt facienda; qua ratione iuxta S. D. 1. part. quæst. 25. art. 1. *Operatio Dei ad extra est omnipotentiæ, ut exequentis, scientiæ, ut dirigentis, & voluntatis, ut imperantis.* Idem constat; tum in intellectu, & alijs potentijs; tũ etiã in igne. Nàm verè intelligimus, & videmus intellectu, & visu; estò requiratur etiam applicatio ex parte voluntatis. Et similiter ignis verè calefacit calore; quamvis sit necessaria applicatio illius ad calefaciendum. Ex quo manet prob. 2. pars. Quandoquidem negari nequit esse verum, quod *intellectu producimus intellectionẽ &c.* ergò, aut conclusio procedit in sensu nulli dubio, aut rationes adductæ nihil probant. Urgeò. Iuxta Thom. gratia per quam Deus &c. est gratia intrinsecè efficax; & tamẽ talis gratia non est id, quo Deus adæquatè hoc exequitur; cum potiùs gratia sufficiens, vel habitus supernaturalis sit principium *quo* actus supernaturalis; imò iuxta ipsos est tota ratio agendi, gratia efficaci se habente, ut applicatione virtutis supernat. quæ à M.P. relato à S. D. 1. 2. q. 55. a. 4. definitur, *bona qualitas mentis, qua rectè vivitur &c.* Quid enim aliud est rectè vivere, quam salutariter agere? Ex quibus sic arguo. Principium activum *ut quo* salutariter agimus, & quod est tota ratio salutar. agendi, nequit excludi à gratia, qua Deus facit, ut faciamus; sed sic habet gratia excitans, si sumatur pro auxilio fluido, pro habitu virtutis, vel etiam pro motibus vitalibus, ut pronunc admittimus: ergò rationes adductæ &c.

42 Arg. 2.

Urgetur.

Vellem addiscere solutionem expeditam; cum argument. æquè videatur urgere Thomist. ut patet ex urgentia. Innititur enim eius difficultas in natura principij *quo*, & per modum virtutis. Illud proposui, ut nihil difficultatis (mihi moris est) dissimularetur; ut si fortè à me non sit rectè solutum, alijs sapient. occasionem darem; ut eius enodatione sapientiores fierent. Resp. sensum concl. procedere de requisito adæquate tali in ratione gratiæ auxiliantis, ita, ut adæquata causa per modum auxilij, non sit gratia excitans; estò sit virtus, aut principiũ physicè productivum actus salutaris. Non enim quæritur: *An omne id, quo Deus facit, ut velimus, & faciamus, sit gratia prædicta?* Sed: *An gratia, per quam Deus &c. sit talis gratia seclusa alia realiter distincta, & prævenient. actus salutares?* Et hoc efficaciter probant rationes adductæ; oppositumque negatur ab alijs talem realem distinctionem in ratione auxilij, & adiutorij prævenientis, aperte negantibus. Vel aliter: *Aliud est inquirere: quænam sit gratia, qua Deus faci nos facere.* Aliud vero: *Quænam sit gratia, qua Deus postquam sumus potentes benè facere, facit, & donat nobis, ut benè faciamus.* Sub 1. quæsito nequit in omni sensu excludi gratia sufficiens, sive sit auxilium fluidum, sive virtus infusa &c. secus tamen sub 2. Et hoc modo dis-

43 Solutio.

putatur in præs. Eò enim collimant omnia dubia, ut ex illis prob. gratiam adiuvantem *ut quo* esse realiter præveniente consensum, realiterque distinctam à gratia excitanti. Sic enim studiosè adhæremus doctrinæ M. P. de adiutorio gratiæ mirificè differentis; habentes præ oculis illud eiusdem: *Agendæ sunt gratiæ Deo; quia data est potestas; & orandum, nè succumbat infirmitas.* Si enim est necessaria oratio, profectò usus potestatis cõcessę est novum donum, & beneficium Dei. Quænam igitur est gratia, qua Deus nobis largitur hoc novũ beneficium superadditum ad posse benè agere? Ex his constat ad alia obiecta; & etiam ad id, quod additur de sent. Thom. virtus enim infussa est tota ratio agendi, & ex hoc etiã tota ratio, ut voluntas liberè sè determinet per modum potentiæ intra ordinem supernaturalem. Attamen hoc habet purè per modum virtutis, sive actus 1. non vero per modum donantis efficaciter benè velle, & operari.

Ad alia adducta in arg.

44 Instabis.

Dices. Gratia, à qua provenit, quod à Deo A. sit, quidquid boni in homine est; est gratia faciens illum benè operari. Nàm est gratia, per quam Deus donat homini omne bonum in eo repertum. Sed talis est gratia per modum principij, & determinabilis à libero arbitrio: ergò. Prob. min. ex D. Thom. 1. ad Corinth. 15. lect. 1. ubi exponens illa verba: *Gratia Dei sum, id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit*, ait: *Ostendit, quomodo usus sit ista gratia; quia ad bonum; & ideò vacua non fuit, id est otiosa; quia ea usus est ad id, ad quod sibi data est.* Nunc sic. Hominem uti gratia dante posse ad bonum, est eã determinare, & applicare ad illud, ut constat ex definitione usus. * Sed gratia, qua homo utitur ad bonum, est gratia, à qua homo habet, quidquid in illo boni est, ut ait Apostol. ergò. Resp. Oppositum ibi (ni fallor) expressè tradi à S. D. Nàm exponens verba seq. *Non autem ego &c.* ait: *In his ostendit usus efficaciam, quia ex instinctu, & adiutorio Spiritus Sancti, qui movet voluntatem; & operatur in nobis velle, & operari. Deus enim non solum infundit gratiam, qua opera nostra fiunt meritoria; sed etiam movet ad benè utendum gratia infussa; & hæc dicitur gratia cooperans.* En novã gratiam, à qua provenit, quòd liberum arbitrium benè utatur gratia se habente, ut principio salutariter agendi: *Ab instinctu, scilicet, & adiutorio Spiritus S. movente voluntatem efficaciter ad bonũ usum*; quod adiut. dicitur à S. D. & est gratia cooperans realiter superaddita ad gratiam, qua utitur, ut principio. In quo sistit doct. Thom. circa efficaciam gratiæ distinguentium inter gratiam, qua homo utitur, ut principio, & gratiam, per quam ei donatur bonus usus talis gratiæ. *Et hæc de hoc dub. app. litt. M. ubi præced.*

* S D. 1. 2. q. 16. a. 1.

Resp.

DU-

DUBIUM V.

AN PER GRATIAM EXCITANTEM prævisſam á Deo ut efficacem ex determinatione liberi arbitrij, Deus propriè nos adiuvet ut quo faciendo, ut faciamus?

§. I.

RESP. NEGATIVE, ET PROBATUR EX DUPLICI TESTIM.M.P.

N.1 Doct. Societ. videntes gratiam excitantem ſecundum ſibi intrinſeca non connecti cum conſenſu libero voluntatis, & inſuper iuxta plures ex antiq. prædictam gratiam ſolum influere moraliter, ſcilic. ſuadendo, invitando, & alliciendo ex parte obiecti; fatentur per gratiam excitantē nullo alio ſuperaddito Deū nō propriè facere, ut velimus, & faciamus. Quapropter faciliori via nituntur componere Deū facere, ut faciamus. Dicunt enim gratiam excitantem, & omnem aliam gratiam prębētem vires phyſic. voluntati ad ſalutariter agendum poſſe dupliciter conſiderari: uno modo ſecundum prædicata ſibi intrinſeca; alio modo, ſecundum quod per ſcientiam conditionatam antevertentem omne decretum divinæ voluntatis, prævidetur ut efficax, hoc eſt, ut efficiens cum voluntate actum ſalutarem ex determinatione, & uſu ipſius voluntatis, cui proprium eſt determinare omnia comprincipia actus ſupernaturalis. Gratia excitans ſub 1. conſideratione eſt tantum gratia ſufficiens, & de ſe præſcindens ab efficaci, & inefficaci: ſub 2. vero eſt, & dicitur gratia efficax, ſive vocatio congrua, & ſecundum propoſitum Dei, quæ efficacia conſiſtit pro formali in connexione cū conſenſu. Et licet hæc efficacia, & congruitas, ſit accidentalis, & extrinſeca, entitati gratię excitātis, illamq̄ nō diverſificet in ratione qualitatis, ſecus tamen in ratione gratiæ, & beneficij: ſiquidem Deum diſpenſare pro ſua libertate entitatem gratiæ in illis circunſtantijs, in quibus talis gratia fuit pręviſſa efficax, & coefficiens cum voluntate conſenſum ſalutarē importare ſpecialem benevolentiam ex parte Dei, quam ſi eandem gratiā diſpenſaret in circuſtantijs, in quibus voluntas fuit prævisſa eidem entitati gratiæ diſſentiens. Hac doctrina ſuppoſita affirmant Deum propriè facere, ut faciamus, dum nobis confert gratiam excitantem, quæ licet de ſe tantum ſit in actu primo operativa conſenſus ſalutaris, prævisſa tamen fuit, ut efficax ex determinatione liberi arbitrij. Ratio huius dicti in compendio eſt. Ille propriè facit, ut faciamus, qui pro ſua libertate confert nobis gratiam infallibiliter connexam, & coniunctam cum facere voluntatis, & influentem infallibiliter in ipſum facere voluntatis; ſed ſi gerit Deus, dum conferr nobis auxiliūm gratiæ excitantis, prævisſum tamen ut efficax ad conſenſum ſalutarem: ergò gratia excitans ſub hac conſideratione, eſt gratia faciens nos velle, & operari.

Explicat. duo.

Ratio pro parte affirm.

2 Plurib. & efficaciſ. arg. impug. à noſtris Thom. ſcientia media cui doctr. ſolutionis traditæ innititur. Sed nè

Prob. ex M.P.

res à propria sede extrahantur, sequentes methodum, & ordinem in probat. hucusque traditis, probabimus etiam illa admissa non salvari Deum per gratiam excitantem, esto prævisam ut efficacem, propriè facere, ut nos faciamus. Igitur testim. Div. August. Epist. 107. sic instauro contra hunc modum dicendi. Hæc consequentia Magn. Par. adversus Pelag. est efficacissima: *Ecclesia iustè orat Deum pro his, qui doctrinæ Scripturarum contradicentes nolunt ei credere; ut velint credere: ergò alia gratia interius movens, & inspirans voluntatem credendi, est necessaria ad velle credere.* Sed si doctrina huius modi dicendi esset vera argum. sive consequentia M. P. esset magna ex parte inefficax ad probandam necessitatem ulterioris gratiæ realiter distinctæ à gratia legis, & doctrinæ: ergò prædictus modus dicendi est insufficiens. Prob. 1. iuxta doctrinam horum AA. Stat optimè voluntatem posse reniti re, & multoties contradicere gratiæ excitanti, & quod per hanc eandem gratiam, ut prævisam efficacem ex determinatione liber. arbitr. Deus operetur, & propriè faciat, ut voluntas velit, & salutariter ei consentiat. Sed hoc ipso redditur inefficax argumentum Magn. Par. probans gratiam ulteriorem &c. ergò. Pr. min. Si eadem gratia excitans entitativè, prævisa tamen ut efficax, est iā gratia per quam Deus operatur in actu 2. & facit, ut voluntas salutariter ei cōsentiat, possent respondere Pelag. argum. M. P. dicendo; * per gratiam legis, atque doctrinæ, prævisam tamen per scientiam conditionatam, ut efficacem ex determinatione lib. arbit. Deum operari, in his qui nolunt credere, velle credere: * ergò argumentum Mag. Par. non probaret efficaciter distinctionem realem, & entitativam inter gratiam legis, atque doctrinæ, & inter gratiam, per quam Deus &c.

Confirm. & explicatur hoc. 3 Iuxta doctrinam Adversi. supra descriptam ex hoc anti. scilicet: *Ecclesia iustè orat Deum pro his, qui resistunt* Confirm. *gratiæ illuminationis, & inspirationis, ut salutariter assentiant*: tantum infertur esse necessariā novam gratiam in ratione gratiæ, & beneficij ad hoc ut salutariter consentiant, & ut Deus in eis operetur benè velle. Et hoc contingit, quatenus gratia illumination. & affect. dispensatur à Deo, vel ex prædefinitione efficaci consensus, vel per auxilium efficax ex consensu cōditionato, vel saltim cum prævisione conditionata ipsius: ergò ex hoc anti. *Ecclesia iustè orat Deum pro his, qui doctrinæ Script. nolunt credere, ut velint credere, & ut Deus operetur in eis velle*, tantum efficaciter infertur ultra gratiam doctrinę requiri novam gratiam ad credendū; novam, inquā, in ratione gratiæ, & beneficij; vel propter conjunctionem cum scientia media actus fidei; vel quia confertur à Deo ex prædiffinitione efficaci illius: secus tamē novam gratiā entitativè propter realem distinctionem à gratia legis, & doctrinæ. Conseq. patet ex ipsa forma arguendi. At argum. M. P. ex professè intēdit probare, & probat necessit. gratiæ realiter distinctæ à gratia legis, & doctrinæ; cum in negatione talis distinctionis error Pelag. consistat: ergò doctrina Adver. utpotè reddens prædictum argum. inefficax, hoc est, facillime à Pelagianis solubile, nulla ratione videtur admittenda.

Eadem ponderatio deduci 4 potest ex illis verbis ubi supra: *Quomodo dicitur per gratiam legis, atque doctrinæ præparari voluntatem à Domino, quandoquidem plures contradicunt prædictæ gratiæ nolentes ei credere?* Ex quibus iuxta doctrinam M. P. infertur hanc consequentiam reputari ab ipso efficacem: *Homines contradicentes gratiæ legis, atque doctrinæ, nolunt ei credere: ergò voluntas credendi non præparatur à Deo per gratiam legis, atque doctrinæ*; proindeque requiritur ulterior gratia præparans eorum voluntatē, & faciens reipsa, ut velint credere. Sed si per gratiam excitantem de se indifferentem ad consensum, & dissensum, prævisam tamen ut efficacē, præparatur efficaciter voluntas à Dño. ut salutariter consentiat, prædicta consequentia esset inefficax: ergò per talem gratiam &c. Min. constat. Nàm possent similiter respondere Pelagiani dicendo: * Per gratiam doctrinæ dispensatam à Deo cum

Roboratur ex eodem S. P.

præ-

prævisione, de eo quod homines ipsi crederent præparari voluntatem à Domino: quamvis in his qui nolunt credere, eorum voluntas non sic præparetur à Domino; uti affirmant Advers. de gratia excitanti dicentes;* in his qui credunt, & quibus gratia excitans dispensatur cum prævisione conditionata consensus, talis gratia est gratia præparans ipsorum voluntatem, secus autem in alijs, qui non credunt. *

5 Non facilè reijci valet hæc Respons. supponendo 1. Pelagianos, & Semi-Pelagianos cognovisse dari in Deo præscientiam conditionatam nostrorum actuum, & simul directivā prædestinationis, ut constat ex illo apud ipsos communi effato: *Nisi præscientia exploraverit, prædestinatio nihil decernit.* De quo M. Lemos num. 1. cap. 11. & P. Suarez lib. 2. de causis prædestinationis cap. 16. §. 1. Supponendo 2. Pelagianos expressè affirmare gratiam doctrinæ, & simul prædicationis Evangelij, non fuisse dispensatam à Deo, nisi cum præscientia eorum hominū, quos sciebat, quando, & ubi essent in eum credituri, ut constat ex M. P. lib. de Præd. SS. c. 9. ubi Pelag. contendunt arguere ex concess. ad hominem contra ipsum; quibus respondit per hæc verba:* quid enim est verius, quam præsciviſſe Christum, qui, & quando, & quibus in locis in eum fuerant credituri: proindeque, quod dixi,* tunc voluisse Christum apparere hominibus posset etiam sic dici: tunc voluisse hominibus apparere, quando sciebat: qui erant electi in ipso ante mundi constitutionem. * His enim duobus suppositis, quid possunt respondere rationi positę, quo non reddatur inefficax argumentum Magn. Par. probans necessitatem gratiæ realiter distinctæ à gratia legis, & doctrinæ, si eadem gratia excitans entitativè, & cum sola additione scientiæ conditionatæ consensus potest esse gratia, faciens, & præparans voluntatem hominum, ut infallibiliter velint, & credant?

6 Quod si dicatur argumentum M. P. esse efficax suppositis alijs, quę docebant Pelagiani, & sunt de se omnibus satis manifesta, scilicèt, illam gratiam doctrinæ, quam adstruebant esse extrinsecam; proindequè per illam non posse intellectum reddi potentem credere, nec voluntatem salutariter velle. Si hoc inquam dicatur, iam argum. M. P. redditur inefficax: utpotè adiungens sibi alterum medium adæquatè diversum à medio, cui argumentum suum innititur. Assumptum facile constabit proponendo duplicem modum arguendi contentum in sequentibus probationibus. Prima est. * Per gratiam purè extrinsecam voluntati nequit voluntas reddi potens elicere actum salutarem; sed gratia legis, & doctrinæ, est extrinseca voluntati: ergò ultra gratiam legis, atque doctrinæ alia entitative gratia interior necessaria est ad salutarem consensum. Secundus est. * * Pro his, qui doctrinæ Scripturarum nolunt credere, Ecclesia orat Deum ut velint credere: ergò ad hoc, ut velint credere, requiritur alia gratia entitative distincta à gratia legis, & doctrinæ. * Quis autem (rogo) dubitare potest hunc duplicem modum arguendi esse inter se longe diversum, atque inconnexum. Sed primus modus arguendi continetur in doctrina solutionis traditæ. Et 2. modus, est qui expressè traditur à M. P. ut ex verbis supra adductis manifestè constat: ergò prædicta solutio reverà non salvat argumentum M. Par. esse efficax contra Pelag. Si forte dicatur 2. cum eidem AA. gratiam doctrinæ positam à Pelagianis non adstrui ab ipsis entitativè supernaturalem; & insuper talem gratiam poni esse ex meritis; ideòque cum his duobus additamentis argumentum M. P. esse efficax. Contra est: Nàm probare gratiam doctrinæ esse insufficientem ad credendum, quia non adstruitur intrinsecè supernaturalis: est assumere medium probativum omnino distinctum à medio, quo in sua probatione utitur M. P. sicuti; & reijcere gratiam doctrinæ præstare sufficientiam ad credendum, quia datur ex meritis; toto Cœlo distat à probatione M. P. qua convincit necessitatem gratiæ interioris realiter distinctæ à gratiæ doctrinæ. Videatur

Quædam Resp.

Impugn.

Alia Respons.

Impugn.

Illuſt. Caſtell diſp. 2. q. 3. ſect. 7. in fine.

2. Habetur in eodem Magn. Par. ſuper Evang. Ioann. tract. 72. ubi explicans illa verba: *Qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipſe facit*, poſtquam dixit per ly *opera* intelligi actum fidei, per quem credimus in Chriſtum, iuxta illud Evang. Ioan. 6. *Hoc eſt opus Dei, ut credatis in eum*, ſic ſubdit: *Audi ergò iam, & intellige: qui credit in me opera, quæ ego facio, & ipſe facit; ſed prius ego facio: deinde & ipſe facit, quia facio, ut faciat.* Ex quo ſic argum. Actus fidei, quo credimus in Deum, eſt actus ſalutaris liberè, & effectivè à nobis proveniens; ſed per gratiam de ſe indifferentem, eſtò prævisſam, ut efficacem, non facit propriè Deus ut nos prędictum actum faciamus: ergò per talem gratiam eſtò pręviſſam, ut efficacem &c. Prob. min. Gratia, per quam Deus propriè facit, ut nos faciamus actum fidei, quo credimus in Chriſtum, eſt gratia per quam Deus prius facit talem actum, & deinde nos eundem facimus. Sed per gratiam de ſe indifferentem, eſtò pręviſſam, ut efficacem, non facit Deus prius in nobis actum fidei, & deinde nos illum facimus: ergò. Mai. eſt D. Auguſt. verbis ſupra relatis, & min. præterquamquod concedit ab Adv. negantibus concurſum pręvium: probatur inſuper. Deum facere in nobis actum fidei prius quàm nos illum faciamus, ſolum poteſt verificari, quatenus ſcil. per gratiam ſuam Deus applicat, & determinat voluntatem creatam, ut liberè operetur actum fidei; ſed nihil horum exequitur Deus conferendo gratiam de ſe indifferentem eſtò prævisſam, ut efficacem ex cooperatione voluntatis: ergò. Prob. mai. Deum, facere actum fidei in nobis prius quàm nos illum faciamus, eſt Deum pro aliquo priori dare exiſtentiam tali actui; ſed hoc non poteſt verificari per concurſum ſimultaneum gratiæ iuxta Adv. & iuxta veritatem: cum prædictus concurſus effectivus ſit ſimul natura cum concurſu voluntatis: ergò prioritas ex parte Dei in faciendo actum fidei in nobis neceſſario requirit gratiam prius determinantem, & applicantem voluntatem, ut producat actum fidei.

7 Prob. 2. ex M.P.

Huic rationi mihi efficaciſsimæ ad probandum gratiam, per quam Deus faciat, ut faciamus, eſſe prævenientem non ſolum moraliter, ſed etiam phyſicè, & quatenus prius determinat, & applicat voluntatem, ut ſalutariter operetur: ſolum poteſt reſponderi, Deum conferentem auxilium de ſe indifferens, prævisſum tamen ut efficax, perprius facere in nobis actum fidei; non quidem influxu actuali phyſicè productivo talis actus; ſed ſolum influxu prævio moraliter, quatenus, ſcilicet, præſtat nobis aliquid infallibiliter connexum cum exiſtentia actus fidei pro poſteriori. Ratio huius eſt: Nam multoties dicitur aliquem facere, aut feciſſe aliquod opus, præcisè per hoc, quod pro ſua libertate ponit aliquid prævium connexum cum exiſtentia illius; ut patet tum in homine infligente alteri vulnus læthale, ad quod ſtatim ſequitur mors: de quo etiam ante inſtans mortis abſolutè verificatur occidiſſe illum: tum etiam in Deo donante perſeverantiam in gratia, de quo etiam abſolutè dicitur ob illam donare introitum ad vitam æternam propter infallibilem connexionem, quæ inter perſeverantiam gratiæ uſque in finem, & conſequutionem vitæ æternæ, datur.

8 Reſponſ. quædam.

Sed contra eſt 1. Nam ex illa ſequitur ly *prius facio* contentum in verbis M. P. non accipi cum proprietate, ſed latè ut fatetur ſolutio, & ratio id ipſum convincit; ſiquidem propr. facere aliquid eſt prorſus idem ac illum producere dando ei exiſtentiam, vel per modum principij exequentis, vel per modum determinantis, & applicantis cauſam executivam ad illius paſsivam productionem: ut conſtat in Artifice applicanti ſecurim ad ſcindendum, de quo propriè dicitur facere, ut ſecuris ſcindat, quo exemplo utitur S.D. q. 3. de Pot. a. 7. 3. cont. Gen. c. 67. & 89. ad explicandum, qua ratione Deus ſit cauſa noſtrorum actuum. 2. Nàm ly *prius ego facio* nequit iuxta mentem M. P. denotare prioritatem præcisè con-

9 Impug. 1.

Secundo.

consistentem in collatione auxilij prę visi ut efficacis ad actum fidei: ergo denotat prioritatem per gratiam Dei per modum physicè determinantis ad elicientiam actus fidei. Probat. añs. Ideo iuxtaM. P. Deus prius facit actum fidei, quam nos illum faciamus, quia talis actus est opus Dei, quod operatur in nobis; sic enim habet: *Ipsum credere in Christum opus est Christi: hoc operatur in nobis, non utique sine nobis.* Sed actum fidei esse opus Dei, illum propriè operantis in nobis, est Deum physicè immediatè influere in ipsum, & non purè conferre auxilium prævisum efficax; ut tenent frequentem omnes Theologi contra Durandum: ergò. 3. Deum prius facere in nobis actum fidei duo necessario includit, scilicèt, Deum facere talem actum, & habere prioritatem in operando ipsum: ergò quod non sufficit, ut Deus propriè faciat, & operetur in nobis actum fidei, nequit sufficere, ut Deus propriè per prius faciat eundem actum. Atqui sola collatio auxilij prævisi efficacis absque influxu physico immediato ex parte Dei non sufficit, ut Deus propriè faciat, & operetur actum fidei, ut ex communi sensu Theologorum contra Durandum constat: ergò nec pariter sufficit, ut Deus cum proprietate loquendo per prius faciat talem actum.

Tertio.

§. II.

Duæ rationes ad idem proponuntur.

10

Prima ratio.

PRima est. Ideo per gratiam indifferentem pręvisam ut efficacem Deus faceret voluntatem salutariter operari, quia pro sua libertate præstaret voluntati medium infallibiliter connexum cum dicta operatione; sed hæc ratio est nulla: ergò per gratiam indifferentem esto prævisam efficacem &c. Prob. min. 1. Eatenus Deus per gratiam suam facit voluntatem salutariter operari, quatenùs ipsi præbet vires efficacissimas gratiæ: ita D. August. lib. de grat. & libero arbitrio, cap. 16. Sed Deum pro sua libertate præstare medium de se indifferens, & unicè connexum cum salutari operatione ex libera determinatione voluntatis, non est Deum præstare voluntati vires gratiæ efficacissimas ad salutariter operandum: ergò. Min. quamvis videtur certa, prob. 1. nam vires gratiæ, quæ unicè sortiuntur efficaciam ab extrinseco, & ex determinatione voluntatis creatę, non sunt vires gratiæ efficacissimæ respectu talis volùtatis; nihil enim denominatur intra propriũ ordin. maximè tale per id, quod ei accidentaliter, & purè ab extrinseco convenit. Sed connexio, quam habet auxilium prævissum efficax cum operat. salutari est ipsi accidentalis, & extrinseca auxilio proveniens à determinatione voluntatis, ut fatentur Adversarij: ergò.

Prob.min 1.

2. Prob. eadem min. principalis. Connexio auxilij de se indifferentis cum actu salutari, vel consistit in infallibilitate orta à præscientia divina, vel in aliqua efficacia causalit. proveniente à determin. volùtatis reddentis illud efficax. Sed in quolibet ex his consistat talis connexio, nequit verificari Deum medio auxilio de se indifferenti propriè facere voluntatem salutariter operari: ergò. Mai. constat. Quia cum talis connexio sit extrinseca auxilio, ab aliqua forma extrinseca ipsi debet convenire. Min. vero quoad 1. part. prob. Deum præbere voluntati auxilium connexum cum operatione salutari connexione consistenti, & orta ab infallibilitate præscient. Dei, non sufficit, ut tale auxil. habeat infallibilem connexionem infallibilitate causalitatis cum operatione salutari; siquidem scientia medi iuxta Advers. non est causativa consensus, sed tantum se habet ex parte Dei, ut providè, & cum securitate, dispensèt auxilia gratiæ. Sed per medium non connexum cum salutari operatione connexione infallibilis causalitatis, nequit Deus propriè facere, ut voluntas salutariter operetur: * ergo.

11

Secundo.

* Sic S. D. q. 6. de ver. art. 3. ponens 2. certitud. in provid scient. & causalit.

Quoad 2. vero part. probat. Deum præbere voluntati auxilium connexum cum actu salutari connexione proveniente à determinatione voluntatis, est Deum præbere auxiliũ, quod, prout est descendens à Deo, non habet efficaciam ad existentiam con-

12

consensus; sed hoc ipso Deus non facit propriè per tale auxilium voluntatem salutariter consentire: ergò. Prob. min. Nequit Deus medio aliquo auxilio propriè facere voluntatem salutariter consentire, si à Deo non provenit id, ratione cuius tale auxilium facit, ut voluntas salutariter consentiat; sed ab efficacia auxilij provenit, quod voluntas salutariter operetur; quæ quidem efficacia iuxta hos AA. non convenit auxilio unicè, quia prout descendit à Deo, sed quia à voluntate pro suo libito redditur efficax: ergò Deum præbere auxilium conv exum &c. Urgetur, & explicatur hoc. Gratiam Dei facere, ut voluntas infallibiliter salutariter operetur, est prædicatum spectans ad efficaciam gratiæ, & prout hæc differt à sufficientia; quæ quidem consistit unicè in potestate voluntatis ad salutariter operandũ: ergò ab illo principio à quo gratia Dei habet hanc rationem efficaciæ, habet hoc quod est facere voluntatem salutariter operati. Sed gratia Dei habet rationem efficaciæ in ordine ad salutarem operationem à determinatione voluntatis prævisa, non vero à Dei determinatione: ergò à voluntate habebit gratia Dei hoc, quod est facere voluntatem salutariter operari, non vero à Deo.

Urgetur.

Sed dices. Vires gratiæ infallibiliter efficientis in voluntate consensum salutarem sunt vires gratiæ efficaciſsimæ; siquidem infallibiliter connectuntur cum consensu. Sed auxilium de se indifferens prævisum tamen ut efficax hoc modo connectitur cum consensu salutari à se effectivè provenienti: ergò Deus medio tali auxilio præbet vires efficaciſsimas voluntati. Urgetur. Iuxta Th. gratia ab intrinseco efficax non est virtus sive vis efficaciſsima; cum non se teneat ex parte actus primi, sive per modum præstantis virtutem voluntati ad consensum salutarem; dicendum ergò vires efficaciſsimas gratiæ iuxta ipsos consistere in auxilio sufficienti, coniuncto tamen cum gratia ab intrinseco efficaci; ita ut per ly *vires* intelligatur auxilium sufficiens, & per ly efficaciſsimas auxilium prædeterminans. Ex quo ulterius sequitur efficaciam esse accidentalẽ, & extrinsecam viribus gratię, hoc est gratiæ præstanti vires. Si igitur, quia gratia excitans est, & ponitur efficax efficacia ipsi accidentali, & extrinseca; nequit Deus per illam propriè facere, ut voluntas faciat, nec pariter poterit per auxilium sufficiens coniunctum cum gratia ab intrinseco efficaci. Igitur verba M. P. æquè urgent contra Thomistarum sentent.

13 Instabis contra rationem.

Urgetur.

Respond. Vires gratiæ de se resistibiles non posse dici vires efficaciſsimas, nisi aliunde hoc quod est eis non resistere, ex Dei gratia, & eius determinatione proveniat. Quamvis voluntas iuxta Adv. actu non resistat gratię excitãti prævisæ ut efficaci, huiusmodi non resistentia non provenit à gratia quia est à Deo, sed à determinatione voluntatis pro suo libito redentis gratiam illam efficacem; ideoque prædicta gratia nequit dici efficaciſsima intra ordinem gratiæ. Ex quibus in forma distinguo illam propositionem; vires gratiæ infallibiliter &c. infallibilitate provenienti ex Dei gratia, & ipsius determinatione, conced. infallibiliter ex determin. volunt. cõsensum, neg. Gratia enim, per quam Deus infallibiliter facit, ut faciamus iuxta M. P. de corrept. & gratia, cap. 12. prope finem, est gratia per quam infirmitas voluntatis humanæ indeclinabiliter, insuperabiliter, & invictiſsimè agitur, sive movetur ad salutariter consentiendum. Hic autem modus agendi, & movendi non convenit gratiæ de se indifferenti prævisę solum efficaci ex determinatione voluntatis. Cuius ratio est: Nàm voluntatem moveri indeclinabiliter, & insuperabiliter ad salutariter consentiendum, non est præcisè actu non resistere, nec actu non superare gratiam, ei resistendo, sed necessario importat impotentiam resistendi gratiæ Dei: ut ex ipsa significatione vocum manifeste constat. Atqui esto voluntas gratiæ excitanti actu non resistat, nec declinet ab illa, est tamen potens ei resistere eiusquè efficaciam superare, & declinare, ut ipsi fatentur: eo quod talis efficacia provenit ex ipso libito voluntatis. Igitur

14 Respond.

per

per talem efficaciam non ſalvatur Deum indeclinabiliter,& inſuperabiliter agere,voluntatem,ut velit bonũ.

15 Ad urgent. Reſpond. 1. Eſſe manifeſtum diſcrimen inter Sent. Thom. & Aliorum. Nàm cum gratia ab intrinſeco efficax ſit intra ordinẽ gratiæ Auxiliantis, tum quoad entitatem , tùm quoad efficaciam : gratia de ſe indifferens coniuncta, & determinata, per gratiam ab intrinſeco efficacem, eſt virtus efficaciſsima intra ordinem gratiæ. At vero in opinione aliorum efficacia pro formali conveniens gratiæ excitanti,utpotè conſiſtens , vel in ſcientia media conſenſus, vel in determinatione voluntatis ab ipſo conſenſu indiſtincta, non eſt efficacia intra ordinem gratiæ auxil. per quam Deus prævenit voluntatẽ ut ſalutariter conſentiat : quapropter Deus præbens gratiam excitantem prævisſam ut efficacem ab extrinſeco non præbet ipſi vires efficaciſsimas intra ordinem gratię auxil. Reſp. 2. in ſent. Thom. gratiam ab intrinſeco efficacem,eſto accidentaliter coniunctam gratiæ ſufficienti , ipſam intrinſecè determinare reducendo eam de potentia ad actum non minus, quam voluntatem:unde gratia ſufficiens ratione illius redditur intrinſecè efficax àDeo eſto non ab intrinſeco;quod eſt dicere: redditur intrinſecè efficax intrinſecè determinative , eſto non intrinſecè conſtitutive.Quare eſto ſit accidentaliter efficax, non tamẽ efficax omnino extrinſ.necab alio,quã àDeo. At vero in alior. opinione efficacia pro formali,& eſt accidentalis gratiæ excitãti,&extrinſeca ipſi; utpotè conſiſtens vel in ſcientia media,vel in conſenſu condition.volunt. ideoque talis gratia nequit in vero ſenſu dici gratia efficaciſsima ad ſalutariter conſentiendum. Quemadmodum;nec ipſe conſenſus,nec ſciẽtia media poteſt dici virtus efficaciſsima voluntatis ad hoc, ut ſalutariter conſentiat. Sed de hoc alibi.

Ab urg. Reſp.1.

Secundo.

16 Pro intelligentia 2. rationis ſupponendum iuxta principia plurium AA. Societ.frequenter concedi,quod quamvis exiſtentia auxilij prę viſi efficacis , ſit unicè ex libertate Dei, attamen efficacia primaria,ſive radicalis auxilij, & illius prævisſio provenit unicè ex determinatione conditionata voluntatis : * quod eſt idem , ac dicere: *Quamvis proveniat à Deo, quod auxilium prævisſum efficax exiſtat,quod autem auxiliũ ſit,&prævideatur efficax, in ſenſu dicto,non provenit ex determin. Dei , ſed ex determinatione voluntatis creatæ.*Hoc ſuppoſito ſic arg.Gratia,à qua non provenit voluntatem ſalutar. facere prę non facere , non eſt gratia,per quam Deus facit voluntat. ſic facere:ſed à gratia de ſe indifferenti,eſto prævisſa ut efficaci, non provenit volunt.facere prę non facere : ergò per talem gratiam &c. Prob.min. Gratia,à qua non provenit,quod voluntas ſe determinet ad benè facere prę non facere,non eſt gratia, à qua provenit voluntat.facere prę non facere;ſed à gratia de ſe indifferẽti &c. ergò.Prob.min.1. Voluntatẽ ſe determinare ad benè facere prę non facere nequit provenire à gratia indifferenti,nec quia indifferens eſt , nec quia prę viſſa eſt modo dicto efficax: ergò. Añs.quoad 1.p.eſt certum;nam à gratia ea ratione,qua non continet in ſe facere prę non facere, ſed indifferenter ad utrumque ſe habet,nequit provenire facere prę non facere : & quoad ſecundam probatur. A gratia ea ratione , qua eſt poſterior ad determinationem voluntatis ad facere prę non facere,nequit provenire talis determinatio in voluntate ; ſed quod gratia de ſe indifferens ſit prævisſa efficax efficac.dicta,eſt poſterior ad determination. voluntatis ad facere prę non facere , ut conſtat manifeſte ex principijs horum AA.aſſerentium ideo gratiam prę videri ſicà Deo efficacem, quia voluntas pro ſuo libito illam determinat ad conſenſum potius, quam ad diſſenſũ:ergò. 2.Prob.eadem min. Gratia,quę non influi: niſi determinata à volũtate,nequit in proprio ſenſu, dici gratia à qua proveniat hoc,quod eſt voluntatem ſe determinare ad operandũ;cum aliquid eſſe principiũ determinationis ſit activè ſe habere ad ipſam , & non paſsivè, tanquam quid determinatum à voluntate. Sed gratia de ſe indifferens eſto prævisſa ut efficax,non influit in operationem voluntatis , niſi determinata ab ipſa ad

Proponit 1. ratio.

* Sic Ripald.diſp. 113.num 28 & 29 ex communi ſenſu.

ad sic influendum: ergò ab illa nequit provenire tanquam à vero principio hoc quod est voluntatem se determinare ad operandum.

17 Confirm. Confirm. hæc ratio. Voluntatem se ipsam applicare, & determinare ad consensum præ dissensu est formalissime voluntatē libere consentire; sed à gratia de se indifferēti estò prævisa, ut efficaci, non provenit quod voluntas se ipsam applicet, & se determinet ad consensum præ dissensu: ergò à tali gratia non provenit voluntatem salutariter consentire. Probat. min. Voluntatem se ipsam applicare, & se ipsam determinare ad consensum præ dissensu, est voluntatem habere dominium supra consensū præ dissensu; sed à gratia de se indifferenti esto prævisa ut efficaci, nequit voluntas habere dominium, ut existat consensus præ dissensu: ergò. Prob. min. 1. Dominium voluntatis ut existat consensus præ dissensu, est facultas active utendi, & applicandi se ipsam ad consensum præ dissensu; cum dominium ex terminis sit *facultas utendi re aliqua ad proprios usus sine iniuria alterius.* Sed voluntas nequit à gratia de se indifferenti prævisa ut efficaci habere facultatem active utendi, & determinandi, existentiam consensus præ dissensu; cum talis gratia iuxta AA. citatos esto sit virtus, sive facultas effectiva determinationis, non tamen est virtus, sive facultas determinandi, & utendi: ergò. 2. Nequit voluntas proprie habere dominium usus ad existentiam consensus à gratia, quę non influit nisi ut subordinata, & subiecta quoad usum voluntati; nam subijci, & elargiri dominiū respectu eiusdem opponuntur. Sed iuxta AA. gratia de se indifferens, esto prævisa ut efficax, non influit in existentiam consensus nisi ut subordinata, & subiecta voluntati quoad usum: ergò.

18 Respond. Dices; hoc quod est voluntatem se liberè determinare ad consensum provenire à gratia: posse habere duplicem sensum, vel ita ut proveniat à gratia tanquam à determinante; vel ita ut solum proveniat ab illa, ut efficienti talem determinationem in voluntate. Licet ergò à gratia indifferenti non proveniat primo modo voluntatem se determinare ad consensum præ dissensu; secus tamen secundo modo: quod sufficiens est, ut talis gratia faciat voluntatem consentire. Nàm cum talis determinatio sit indistincta ab ipso consensu, gratia quæ influit effective in existentiam consensus, influit etiam effective in hoc quod est voluntatem se determinare ad consensum præ dissensu.

19 Impugn. 1. Omissis pluribus rationibus, quibus probat Illust. Palanco de provid. q. 12. à num. 12 repugnare Deum per gratiam suam proprie efficere determinationem nostrę volūtatis, quin prævie illam determinet ad operandum; sic insurgo contra solutionem 1. Gratiā ut determinatam à voluntate efficere cum illa determinationem ad consensu præ dissensu non sufficit, ut ab ipsa gratia tanquam à vera causa proveniat hoc quod est voluntatem se determinare ad consensum præ dissensu: ergò nec sufficit, ut à gratia tanquam à vera causa proveniat voluntatem elicere consensum præ dissensu. Añs. probat. Gratiam ut determinatam à voluntate efficere simul cum illa determinationem ad consensum præ dissensu, non sufficit ut hęc causalis sit vera: **Ideo voluntas se determinat ad consensum præ dissensu; quia gratia determinat voluntatem ut influat in consensum præ dissensu,* cum potius hæc causalis sit vera iuxta Adversar. *Ideo gratia influit in consensum, quia voluntas se ipsam, & gratiam, determinat ad consensum præ dissensu.* Sed gratia, à qua tanquā à vera causa provenit voluntatem se determinare ad consensum præ dissensu, reddit veram hanc causalem; *ideo voluntas se determinat ad consensum, quia gratia determinat ut quo ipsam ut eliciat consensum præ dissensu:* ergò *gratiā efficere determinationem voluntatis, si hoc habet, ut determinata ab ipsa voluntate, non sufficit ut sit vera causa faciens voluntatem se determinare ad consensum præ dissensu.*

* Sensus est de causa formali.

20 Secundo. 2. Quod determinatio voluntatis proveniat effectivè à gratia non sufficit, ut voluntas ratione illius habeat hoc quod est se determinare ad salutariter consentiendum: ergò nec suf-

sufficit,ut gratia proprie faciat voluntatem salutariter consentire. Probat. añs.ex principijs Adv. 1.Quod influxus actualis gratię proveniat effective à voluntate, non sufficit ut gratia habeat à voluntate tanquā à vera causa seu ratione,hoc quod est actu influere in consens. salutarem; aliàs deberet etiam concedi voluntatem propriè facere,ut gratia faciat,& ut ipse Deus faciat:quod est contra M.P. supra relatum: ergò pariter quod determinatio voluntatis &c. 2. Plus est actualem influxum gratiæ (utpotè indistinctum à consensu salutari) procedere à voluntate effectivè simul,&determinative,quam eandem determinationem voluntatis solum procedere à gratia effective; sed quamvis influxum actualis gratiæ procedat effective,& determinative à voluntate iuxta hos AA. non sufficit,ut verificetur voluntatem proprie facere,quod gratia faciat: ergò quamvis determinatio voluntatis procedat effective à gratia &c.

21 Tertio. Obstat 3. Voluntatem se determinare ad consensum prę dissensu (quod est illam libere consentire) est prorsus idem,ac voluntatem se ipsam applicare, & se ipsam movere quoad exercicium ad existentiam consensus: ergò ab illo principio habet voluntas se determinare ad consensum præ dissensu, à quo habet applicari, & moveri quoad exercicium circa existentiam consensus. Sed à gratia de se indifferenti, & quæ non influit nisi determinata à voluntate, nequit voluntas applicari, & moveri quoad exercitium ad existentiam consensus: ergò. Prob.min.subsumpta.Voluntatem applicari, & moveri quoad exercitium circa existentiam consensus dicitur relative ad id,quod ipsam applicat, & movet quoad exercitium; cum illa duo se habeant, ut activū,& passivum. Sed gratia,quæ non influit nisi applic:&determinata à voluntate, non applicat,nec movet quoad exercitium voluntatem ad existentiam consensus,ut est certum: ergò. Explicatur hoc. Motio quoad exercitium, prout differt à motione quoad specificationē,iuxta D.Th.1.2.q.9.art.1.est motio quoad usum se tenens ex parte subiecti,sive ex parte agentis; qua ratione ibidem art.6.affirmat voluntat. creatam solum posse hoc modo moveri à Deo, qui interius operatur in omni natura,& voluntare creata:*ergò talis motio quoad exercitium nequit provenire ab illo principio,quod in se est subiective determinabile, & quod quasi passivè comparatur ad voluntat.ut ab illa reducibile de potentia ad actum.Sed sic comparatur gratia de se indifferens, esto prævisa ut efficax,respectu voluntatis creatę iuxta doctrin.horum AA.ergò talis gratia nequit esse principium,à quo proveniat,hoc quod est voluntatem moveri quoad exercitium ad existentiam consensus. Sed in huiusmodi motione consistit voluntatem libere se determinare ad existentiam consensus: ergò à tali gratia nequit &c.

Explicat.

* Sicut art. 1. voluntatem sic movere a lias potentias.

§. III.

Tertia ratio.

DUm Deus prævidit per scientiam mediam, quod si voluntas sit præventa auxilio sufficienti ad salutariter consentiendum, determinate consentiet; vel prævidit, quod determinate consentiet sub illo auxilio facienti ipsam consentire; vel non hoc prævidit? hoc secundum nequit dici: primum vero probat auxilium collatum à Deo cum prævisione consensus non facere, ut voluntas consentiat: ergò per gratiam de se indifferentem esto prævisam ut efficacem,non facit Deus voluntatem consentire. Min.quoad 1.p.constat:Nam iuxta authoritates Sacræ Scripturæ, & testimon.PP.dub.antecedenti,n.2. relata,repugnat voluntatem salutariter consentire; nisi per gratiam Dei facientem,ut voluntas salutariter consentiat: ergò repugnat Deum prævidere sub conditione auxilij voluntatem salutariter consentire, nisi simul prævideat &c. Quoad 2. part. prob. Si Deus prævidens voluntatem consentire sub hypothesi auxilij prævidet voluntatem consentire per tale auxil. faciens ut voluntas consentiat, vel tale auxil.sic prævisum regulatur in sui collat.alia scientia media; & sic da-

22 3.Probat

dabitur processus in infinitum ; vel non regulatur, ut est certum. Sed hoc ipso non requiritur prævisio efficaciæ auxilij ad hoc, ut Deus per gratiam suam faciat voluntatem consentire : ergò prævisio efficaciæ auxilij inutilis est, ut Deus per illud faciat voluntatem consentire. Prob. min. in qua est difficultas. In statu conditionato Deus prævidet veritatem huius propositionis,* si voluntas existeret præventa auxilio de se indifferenti consentiet consensu proveniente ab auxilio facienti voluntatem consentire. * Sed veritas huius propositionis, utpotè obiectum scientiæ mediç, prę supponitur ad illam, estque independens ab illius directione, ut fatentur Adversi. ergò independenter à scientia media prævidet Deus &c. Ergò, ut gratia sit faciens voluntatem consentire, non requiritur prævideri à Deo pro priori ut efficacem per scientiam mediam.

23

1. Supponend.

Ut confirmetur hæc ratio; suppono 1. in conditionali contingenter vera de consensu libero debere, vel ad minus, posse includi ex parte conditionis omnia, quę constituunt libertat. ad talem consensum; & pariter ex parte conditionati debere includi omnia necessario requisita, cum illo tamen connexa. Ratio 1. part. est. Nàm omnia constitutiva libertatis sunt inconnexa cum consensu libero, & aliunde requiruntur necessario ad illius veram, & realem possibilitatem : ergò etiam si omnia ingrediantur ex parte hypothesis, conditionalis affirmans sub illa consensum, non erit necessaria, sed contingens. Cumquè aliunde consensus verè, & realiter possibilis nequeat existere sine principijs constituentibus libertatem ad sui existentiam ; omnia hæc debent ingredi ex parte conditionis. Ratio 2. partis est. Nàm conditionalis contingenter vera enuntiat conditionalem futuritionem consensus veri, & possibilis; sed consensus verus, & possibilis, nequit existere sine requisitis ad eius existentiam, & cum illo necessario connexis: ergò in conditionali contingenter vera debent includi ex parte conditionati omnia requisita, dummodo sint cum illo connexa. Hac ratione; quia physica prædeterm. necessario requiritur, & connectitur cum existentia consensus, propositio conditionalis sub hypothesi libertatis enuntians existentiam consensus, enuntiat pariter ex parte conditionati existentiam prædeterminationis. Similiterque ; influxus immediatus Dei, utpotè necessario requisitus, & connexus cum consensu libero, affirmatur ex parte conditionati in propositione conditionali enuntiante consensum sub hypothesi libertatis. Undè sensus huius propositionis : *Si existat libertas ad consensum, existet consensus.* Est iuxta Th. hic: *Si existat libertas ad consensum existet consensus sed à Deo prædeterminatus &c.* Pariterque sensus eiusdem propositionis iuxta sentent. AA. Societatis est hic: *Si existat libertas ad consensum, existet consensus, & influxus immediatus Dei in illum.*

De hoc Castell. d. 3. q. 1. sect. 6. n. 879. Aranda, lib. 4. num 183.

24

Secundo suppon.

Supponendum est 2. veritatem conditionalem solum determinari ab agente determinante conditionatum posita conditione ; quapropter; quia iuxta Thomist. proprium est Dei determinare existentiam consensus posita libertate ad illum; proprium est Dei determinare veritatem huius conditionalis : *Si existat libertas in Petro, v.g. ad consensum, Petrus consentiet*: E contra vero: Quia iuxta AA. Societ. proprium, & privativum voluntatis creatæ est immediatè determinare cõsensum posita libertate ad illum, sola voluntas creata est, quæ determinat veritatem prædictæ propositionis conditionalis. Ex quo manifeste deducitur scientiam existentem in Deo de consensu conditionato esse iuxta Thom. scientiam Deo liberam; at vero iuxta opinionem AA. Societatis non esse Deo liberam, sed contingentem. Ratio est manifesta; nàm subiectum, cui non est liberum determinare veritatem conditionalis, quæ est obiectum scientiæ conditionatę, non est libera scientia conditionata ; sed iuxta AA. citat. non est liberum Deo determinare veritatem conditionalis supra descriptæ, sed solum est liberum creaturæ ; è contra vero; iuxta sententiam Thomistarum : ergò scientia conditionata consensus est iuxta Thomist. Deo

li-

libera, è contra vero iuxta Adverſ. eſt Deo non libera, ſed contingens, utpote exiſtens ex determinatione voluntatis creatæ.

25 His ſuppoſitis ſic urgetur ratio poſita. Implicat prævideri voluntatem ſub hypotheſi auxilij ſalutariter conſentientem, quin prævideatur ex parte conſenſus auxilium Dei, quatenùs facit illam ſalutariter conſentire; ſed hoc ipſo inutilis eſt ſcientia media conſenſus, ut Deus per auxilium de ſe indifferens prævium efficax, faciat voluntatem conſentire: ergò ex vi auxilij indifferentis prævii ſi efficacis &c. Mai. ex prænoratis conſtat. Nàm implicat ſub hypotheſi auxilij prævideri voluntatem ſalutariter conſentientem, quin ex parte conſenſus, qui eſt conditionatum, prævideatur id, quod neceſſario requiritur, & connectitur neceſſario, cum tali conſenſu. Atqui auxilium Dei formaliter, & quatenùs eſt auxilium faciens voluntatem actu conſentire, eſt huiuſmodi; ut conſtat ex Scriptura, & PP. dub. añti. §. 1. adductis, & inſuper quia voluntatem conſentire, quin gratia Dei faciat illam conſentire eſt chimera: ergò. Min. vero prob. Si ex parte conſenſus ſalutaris, qui ſe habet ut conditionatum ſub hypotheſi libertatis ad illum, prævidetur auxilium Dei, quatenùs facit ipſam voluntatem conſentire; auxilium, ut ſic faciens voluntatem conſentire ſe habet ut obiectum ſcientiæ mediæ conſenſus, non minus quam ipſe conſenſus; ſed hoc ipſo, tam conſenſus, quam auxilium, ut faciens voluntatem conſentire præſupponitur ad ſcientiam mediam; tùm quia obiectum ſcientiæ mediæ ad illam præſupponitur, ut fatentur iſti AA. tùm quia conditionatum, & omnia, quæ ſe tenent ex parte illius, in conditionali contingenter vera de conſenſu libero, præcedunt obiectivè, & cum independentia à ſcientia media. Sed ſi auxilium faciens voluntatem ſalutariter conſentire præſupponitur ad ſcientiam mediam, nequit tale auxilium habere à ſcientia media, quod faciat voluntatem conſentire: ergò.

Urgetur ratio.

26 Explicatur efficacia huius rationis. Quia conſenſus ſalutaris neceſſario requirit influxum immediatum Dei, nequit prævideri conditionate exiſtens ſub hypotheſi libertatis, quin pariter talis influxus prævideatur ut conditionate exiſtens: idem dicendum de prædeterminatione iuxta ſententiam Thomiſtarum, & de qualibet actione productiva effectus præviſi, ut conditionate exiſtenti. Sed conſenſus ſalutaris neceſſario requirit ad ſui exiſtentiam gratiam Dei ut facientem voluntatem conſentire: ergò nequit prævideri talis conſenſus ut conditionate exiſtens ſub hypotheſi libertatis, quin etiam ſub eadem hypotheſi prævideatur exiſtens gratia Dei, ut faciens voluntatem ſalutariter conſentire. Omnia hucuſque dicta videntur non poſſe negari iuxta ea, quæ ſupra ſuppoſuimus. Tum ſic. Quia exiſtentia conditionata conſenſus, & influxus immediatus Dei in illum ſub hypotheſi libertatis, eſt obiectum ſcientiæ mediæ, voluntas creata iuxta Adverſar. non habet à ſcientia media tanquam à vera cauſa, quod poſita libertate ad conſenſum conſentiat, ſed à ſua, & propria determinatione, imò potius ſcientia media conſenſus exiſtit in Deo, quia voluntas pro ſuo libito ſe determinat ad conſenſum: ergò ſi gratia ut faciens voluntatem conſentire eſt etiam obiectum ſcientiæ mediæ (ut probatum relinquimus) talis gratia non habet à ſcientia media ut à vera cauſa, quod faciat voluntatem ſalutariter conſentire; quin potiùs Deus prævidet talem gratiam ut facientem voluntatem conſentire, quia voluntas pro ſuo libito reddit, & denominat gratiam facientem voluntatem conſentire.

Idem fatetur Aranda de prædefinit. ubi ſupra.

27 Dices: gratiam Dei ut efficientem voluntatem conſentire, poſſe dupliciter conſiderari; vel ut futuram purè conditionate, vel ut futuram abſolutè. Ex eo autem, quod illa ingrediatur ex parte conſenſus ſe habentis ut conditionatum in propoſitione conditionali contingenter vera, ſolum infertur preſupponi ut futuram conditionate independenter à ſcientia media; non vero, quod præſupponatur ut exiſtens abſolute independenter ab illa: ad modum quo

Reſpond.

ipſe

ipse consensus, esto ut conditionate existens, præsupponatur ad scientiam mediam; attamen ut existens absolute, illam supponit pro priori, & ab eius directione dependet: Non valet

Contra est 1. 1. Retorqu. exemplum in solutione ad ductum. Quia consensus ut conditionate existens sub hypothesi libertatis, est independens à scientia media tanquam obiectum ipsius, talis scientia non exigitur per se ab existentia absoluta consensus, sed solum ex parte Dei, ut provide secùre, & perfect. cum libertate dispenset auxilium, sub quo voluntas prævisa est consen

* Et si velit prædesiniat. sura; *ita communiter AA. Quapropter ad summum concedunt scientiam mediam esse causam remotam existentiæ consensus, hoc, est esse cognitionem dirigentem Deum ad collationem libertatis, ut voluntas consentiat: ergò si gratia ut faciens voluntatem consentire, præsupponitur ad scientiam mediam, ut conditionate existens sub hypothesi libertatis; talis gratia non habebit, à scientia media, ut à vera ratione, & tanquam ab aliquo per se exacto, quod in statu absoluto sit gratia faciens voluntatem consentire: sed ad summum talis scientia erit causa remota, ut illa gratia sit faciens voluntatem consentire. Conseq. patet à simili. Sed hoc asserere est defferere sententiam, quam in præsenti impugnamus; cum dub. sit de principio, sive ratione per se, per quam gratia excitans constitui tur in esse facientis voluntatem consentire: ergò recursus talis solutionis inefficax est.

28 2. Implicat prævideri gratiam Dei ut facientem voluntatem consentire, ut conditionate existentem, ni si sub hypothesi libertatis, ut Deus dipenset talem gratiam in esse facientis voluntatem consentire; siquidem conditionatum contingenter existens nequit prævideri ut tale, nisi sub hypothesi conditionis constituentis posse inconnexum cum existentia illius. Sed auxilium esto sit constitutivum libertatis, ut voluntas

Reijcit. 2.

* Aliter non effet impedib. libere consentiat, non tamè libertatis, ut Deus per gratiam tuam faciat voluntatem consentire; cum hęc sit scientia media: * ergò implicat Deum per scientiam med. qua prævidet consensum ut conditionate existentem sub conditione libertatis, dum ita enuntiat: *Si existat auxilium ad consensum, voluntas consentiet*: prævideri etiam ut conditionate existentem gratiam Dei in esse facientis voluntatem consentire. 3. Non est liberum Deo dispensare gratiam in esse facientis voluntatem consentire, nisi præsuppona tur scientia media consensus sub tali gratia, quatenùs illa constituit libertatem ad consensum; cum scientia media iuxta AA. requiratur ex parte Dei ad dispensandam gratiam in esse facientis voluntatem consentire, & aliunde sit inconnexa cum illa: ergò nequit prævideri talis gratia ut conditionate existens, nisi sub hypothesi scientiæ mediæ consensus. Conseq. patet. Nam conditionatum contingens debet supponere ex parte conditionis constitutivum libertatis ad illum: ergò Deus prævidens gratiam ut facientem voluntatem consentire ut conditionate existentem, cognoscit enuntiando hoc modo: * si existat scientia media consensus sub auxilio, existet auxilium ut faciens voluntatem consentire, * non vero dum sic enuntiat: *si existat in voluntate liber tas ad consensum, existet auxilium, ut faciens voluntatem consentire: *ergò falsum est iuxta eorum principia per scientiam mediam consensus sub hypothesi &c.

Tertio.

Ex quibus deducitur Adversi. teneri iuxta ipsorum principia concedere duo contradictoria de scientia media consensus; scilicèt, *per illam prævideri gratiam Dei facientem voluntatem consentire, ut conditionate existentem, & non prævideri*: similitèrque: *Scientiam mediam consensus ut conditionate existentis, esse Deo liberã, & non esse Deo liberam.* Prima contradictio breviter suadetur ex dict. Nam cum talis consensus necessario pendeat à gratia Dei ut faciente voluntatem consentire; per scientiam mediam qua Deus cognoscit, quod si voluntas existat cum libertate ad consentiendum, consentiet; cognoscit etiam quod consentiet per gratiam facientem ipsam consentire; ita ut talis gratia sit ratio à priori prædicti con-

29 Ponderan tur duo inconvenient. 1.

sen-

consensus. Unde conditionalis, quæ attingitur per scientiam mediam, sic enuntiat ex parte obiecti: *Si existat libertas in voluntate ad consentiendum, existet consensus, & gratia Dei, ut faciens voluntatem consentire.* En gratiam Dei, ut facientem voluntatem consentire prævideri per scientiam mediam consensus, ut conditionatè existentem. Rursus: cum dispensare gratiam ut facientem voluntatem cõsentire, sit immediatè liberum Deo, non vero voluntati creatæ, nequit prævideri collatio talis gratię, ut conditionatè existens, nisi ex parte conditionis ponatur principium constituens libertatem in Deo ad dispensationem liberam talis gratiæ. Sed huiusmodi principium est iuxta AA. scientia media consensus; cum hæc se habeat ut dirigens Deum ad collationem auxilij prævisi efficacis: ergò nequit existentia gratiæ facientis voluntatem consentire, prævideri à Deo ut conditionatè contingenter existens, nisi sub hypothesi scientiæ mediæ consensus: ergò cum scientia media consensus assumat pro hypothesi non se ipsam, sed libertatem ad consensum, per illam non prævidetur talis gratia, ut conditionatè existens.

Secunda contradictio sic suadetur. Ideò scientia media consensus non est Deo libera, quia sola voluntas, non vero Deus determinat existentiam consensus sub conditione libertatis ad ipsum; sed Deus est, qui posita libertate in voluntate ad consensum, determinat existentiam gratiæ, ut facientis voluntatem consentire; cum gratia prout sic sit speciale beneficium Dei: ergò scientia gratiæ, ut sic facientis voluntatem consentire, est scientia Deo libera. Sed ut probatum relinquimus, scientia media consensus est intransitivè scientia conditionata gratiæ, ut operantis in voluntate consensum: ergò talis scientia est libera, & non est libera Deo. Urgetur hoc. Illa scientia est Deo libera, cuius obiectum est Deo liberum; sed obiectum scientiæ consensus sub hypothesi libertatis ad illum, est existentia consensus, quæ non est Deo libera, iuxta AA. & etiam Deum per gratiam suam facere ut voluntas consentiat, quod est immediatè liberum Deo: ergò scientia conditionata consensus est Deo libera, & non Deo libera. Nisi dicatur talem scientiam mediam esse divisibilem in duplicem aliam mediatatem, ita ut secundum terminationem conditionatam ad gratiam, ut facientem voluntatem consentire, sit Deo libera. Sed si hoc dicatur, in primis talis scientia non est adæquatè media. Rursus, cum existentia consensus pendeat à priori à gratia, ut facienti voluntatem consentire, terminatio ex parte scientiæ ad existentiam consensus, erit virtualiter posterior terminatione ad existentiam conditionatam gratiæ, ut facientis voluntatem consentire. Si igitur hæc terminatio iuxta solutionem est Deo libera, pariter dicendum de terminatione eiusdem scientiæ ad existentiam conditionatam consensus. De his satis.

30 Secundũ.

Urgetur.

Ad rationem dubit. propositam num. 1. Resp. 1. dist. mai. qui pro sua libertate confert auxilium connexum infallibiliter cum consensu, infallibilitate solius præscientiæ, facit voluntatem consentire, neg. mai. Infallibilitate causalitatis circa existentiam consensus, conc. mai. Resp. 2. Auxilium connexum &c. per modum moventis, & applicantis voluntatem ad consensum, conc. mai. Connexum per modum principij mobilis, determinabilis, & applicabilis à voluntate ad consensum, neg. mai. Resp. 3. Utendo terminis M. P. de Correp. & grat. cap. 12. prope finem, Connexum, & movens insuperabiliter, & indeclinabiliter voluntatem ad consensum, conc. mai. Movens superabiliter, declinabiliter, & resistibilite voluntatem ad consensum, neg. mai. Cum autem auxilium illud sit de se indifferens, & ab extrinseco inconnexum cum consensu, determinabile à voluntate, & resistibile ab ipsa, non est medium oportunum, ut Deus per illum propriè faciat voluntatem facere; cum potius voluntas illum determinando faciat, quod tale auxilium cum ipsa faciat.

31 Solvitur ratio dubitandi tripl distinctione.

§. IV.

Si concursus actualis Dei sit idem cum consensu voluntatis, Deus non facit ut velimus &c.

32 CUm Dei omnipotentia sit virtus efficacissima de se ad omnia possibilia se extendens, ut principium executivum, quo Deus operatur omnia in omnibus, & operatur in nobis velle, & perficere pro sua voluntate; restat videndum qualiter hoc exerceat; si aliunde concursus actualis illius in actus liberos, & salutares, non sit præveniens illos; sed identificetur cum ipso actu voluntatis. Nec enim solum debet fateri Deum per gratiam suam facere ut velimus, & operemur; verumetiam per suam omnipotentiã, à qua in executione omnia dona, & bona in nobis proveniunt, verè, & propriè facere non solum velle nostrum, & operari; sed etiam, quòd benè velimus, & operemur. Hoc enim continetur in testim. Script. & M. P. dum asserit, Deum efficacissima, occultissima, mirabilique potestate operari in cordibus hominum motum voluntatis eorum &c. Quare nedum gratiæ, quam Deus nobis largitur, debet attribui facere ut velimus, verum & principalius, suæ omnipotentiæ. Neque enim Deus illa præcisè, ut summè sapiens, & efficaciter volens facit, sed ut omnipotens exequitur.

Sensus conclus. explicat.

33 Advert. 1. quod licet omnipotentia Dei ut indifferenter præparata, quod est idem ac oblatio concursus simultanei se teneat ex parte actus 1. tanquam comprincipium libertatis; ut voluntas creata sit potens proximè elicere consensum salutarem; cõcursus tamen simult. ut in re datur, & per modum actus 2. ipsius omnipotentiæ, est adequatè extra constitutionem libertatis; siquidem hic concursus hoc modo acceptus, identificatur realiter cũ ipsa operatione creaturæ; quæ quidem, prout egreditur à voluntate creata dicitur influxus actualis illius, & etiam gratiæ sufficientis; & prout egreditur à divina omnipotentia, dicitur influxus actualis illius. Cũque nulla detur realis prioritas in ipso consensu, prout procedit à voluntate creata, & prout à Deo procedit, ideò dicitur concursus purè simult. Hinc 2. animadv. huiusmodi concursum simult. nec esse Deo immediatè liberum, neque ex illius determinatione existere, sed tantum esse Deo liberum mediatè, & in causa; quatenùs scil. Deus liberè obtulit voluntati præparãdo ei suam omnipotentiam, ut ab ipsa voluntate pro suo libito determinetur ad influendum, vel in consensum, vel in dissensum, prout ipsi placuerit, & determinaverit.

Noto 1.

Aliorum opinio.

Secundo

34 His animadv. prob. 1. ex dict. dub. 1. §. 4. à n. 16. quibus probavimus adiutorium *quo* gratiæ Dei non includere actu in sui constitutione concursum simult. sed realiter ipsum prævenire. Omnia reducuntur ad sequentem discursum. Gratia, per quam Deus propriè efficit, ut velimus, & operemur bonũ, est gratia per modum adiutorij *quo*. Sed gratia, quæ est adiutorium *quo*, est realiter præveniens consensum salutarem realiter identificatum iuxta hos AA. cum concursu simult. Dei: ergò gratia, per quã Deus propriè facit nos salutariter facere, est realiter præveniens concursum simult. Dei; proindeque ratione huius Deus propriè non facit, ut faciamus. Mai. est definitio adiutorij *quo*, tradita à D. Aug. & min. constat ex ibidem adductis.

Prob. 1.

35 2. Probatur. Virtus', per quam Deus facit nos salutariter facere, debet esse concursus liberalis ex parte Dei; sed concursus simultaneus, ut ponitur ab his AA. non est huiusmodi: ergò. Mai. constat. Tum quia Deum facere nos salutariter facere, est specialis gratia ex parte Dei; quandoquidem pluribus donat posse rectè facere, quos tamen non facit, ut rectè faciant. Tum quia voluntatem actù salutariter facere, est donum Dei, iuxta illud M. Par. & Trident. *Tanta est erga nos benignitas Dei, ut nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona.* Sed specialis gratia, & donum Dei, requirit ex parte illius concursum liberalem: ergò. Minor vero probat. Concursus, qui non existit ex propria determinatione Dei, sed ex determinatione voluntatis

Prob. 2.

Sess. 6. cap. 16.

luntatis creatæ determinantis Deum, ut concurrat cum illa, non est concursus Deo formaliter liber, nec à Deo liberaliter exhibitus; cum existat ex alterius determinatione; sed concursus immediatus Dei, qui non est formaliter liber, nec à Deo liberaliter exhibitus, non est liberalis ex parte Dei: ergo concursus simultaneus &c. Vel aliter: concursus immediatus, per quem Deus facit nos facere, debet esse gratuitus ex parte Dei; cum per illum Deus nobis conferat beneficium speciale intra gratiæ, scilicet, salutariter consentire; sed concursus simultaneus unicè ex determinatione voluntatis creatæ, non est gratuitus ex parte Dei: ergò. Prob. min. 1. Deum gratuitò operari, & gratuitò concurrere, est concurrere, & operari pro suo libito, & motus à se ipso, non vero ab alio, ut patet in humanis, ubi eatenus dicitur aliquem gratuitò sua dona cõmunicare, quatenus illa confert à se ipso ex propria determinatione, quia videlicet eum cui dona communicat, specialiter diligit: ergò implicat Deum per concursum existentem ex determinatione creaturæ, gratuitò operari. 2. Implicat Deum gratuitò operari sua dona, & quod hoc modo operari non sit liberum Deo; cum operari gratuitò addat specialem modum libertatis in operando. Sed concursus existens unicè determinativè ex determinatione creaturæ non est Deo liber: ergò.

Nec valet dicere. Talem concursum esse Deo gratuitum, & liberum, mediatè, & in causa, quatenus, scilicet, Deus liberè, & pro suo libito obtulit illum creaturæ præparando suam omnipotentiam cum prævisione consensus; huiusmodique libertatem esse sufficientem, ut Deus gratuitò, & liberaliter faciat voluntatem consentire. Non, inquam, valet. 1. Nam oblationem concursus simultanei esse Deo gratuitam, & liberam, est potestatem proximam voluntatis ad salutariter consentiendum esse Deo gratuitam, & liberalem; cum talis oblatio iuxta AA. constituat inadæquatè libertatem ad operandum; sed non solum oblatio concursus ad salutariter consentiendum, debet esse Deo gratuita, & liberalis, sed etiam, & principalius ipsa existentia consensus: ergò non solum Deus pro sua determinatione debet offerre concursum voluntati creatæ, ut salutariter consentiat, verumetiam ex determinatione ipsius debet voluntas salutariter consentire. Prob. min. Ea ratione aliquid est Deo gratuitum, & liberum, quatenùs est donum Dei, & beneficium intra ordinem gratiæ; cum donare ut Dominus domin. & bene facere sit exercitium sui dominij, & libertatis. Atqui non solum oblatio concursus, verumetiam ipse salutaris consensus, est donum, & beneficium intra ordinem gratiæ; imo potiùs est speciale donum, & beneficium supra talem oblationem; cum hæc se habeat ex parte libertatis ad consensum: ergò non solum oblatio &c.

Consensus in se ipso, & formaliter, est Deo liber.

2. Iuxta Concilium Milevitan. cap. 4. *Utrumque est munus Dei, scilicet, scire quid facere debeamus, & diligere, ut faciamus.* Ubi per ly *scire* quid facere debeamus, intelligit Concilium quidquid ex parte actus 1. se tenet, ut voluntas salutariter operetur, cum hoc includatur in scientia practica. Nunc sic argum. Quò perfectius est donum, quod à Deo accipimus, eò maior gratia relucet ex parte Dei; sed maius donum accipimus à Deo, dum operatur in nobis salutarem consensum, quam dum nobis confert libertatem ad illum, ut est certum secundum fidem: ergò maior gratia debet relucere ex parte Dei in 1. quam in 2. Sed ubi relucet maior gratia ex parte Dei, ibi maior libertas, & liberalitas splendet: ergò maior libertas, & liberalitas requiritur ex parte Dei, dum in nobis operatur salutarem consensum, quam dum nobis confert libertatem ad illum. Sed concursus simultaneus, & oblatio illius, non se habentj huiusmodi iuxta solut. cum potius oblatio concursus constituens libertatem ad illũ, sit immediatè, & formaliter Deo gratuita, & liberalis, ipse vero concursus solum mediatè, & in causa: ergò impli-

37 Secundo.

Recursus ad prædefin. non valet, quia spectat ad ordin. intent.

36 Si dicas.

Impug. 1.

plicatorium est Deum ratione illius &c.

38 Tertio, & urgètur.

Urgetur hoc ex M. P. lib. de Grat. Christi cap. 26. ubi contra Pelag. asserentem per gratiam, & adiutorium Dei donari nobis, ut possimus, & sciamus, *quid facere debemus*, non vero *benè velle, & benè facere*. Sic arg. *Cogitationem* (hoc est scire, quid facere debemus) *& electionem sicut discernenda sunt, discernat; nè hic iustitiam nostram super laudem iustificatoris nostri extollat. Nam cum utrumque sit donum Dei, unum maius, alterum minus; quod minus est, divino tribuat adiutorio, & quod maius est, humano usurpet arbitrio.* Ferè eadem habet Concilium Milevit. ubi supra cap. 4. Ex quibus sic argumentor. Iuxta M. P. hæc consequentia est efficax: *Maius donum est rectè operari, quam scire quid rectè operandum sit: ergò si ex Dei adiutorio provenit scire, quid facere debeamus, potiori ratione Dei adiutorio tribuendum est hoc, quod est rectè operari*: ergò similiter hæc consequentia debet reputari efficacissima iuxta doctrin. M. P. *Maius donum gratiæ Dei est actu salutariter consentire, quam posse proximè adæquatè actu salutariter consentire: sed posse proximè adæquatè salutariter consentire, est Deo immediatè gratuitum, & liberum: ergò & ipsum actu consentire, debet esse potiori ratione Deo immediatè gratuitum, & liberum.*

39 Alia forma.

Vel aliter. Quia maius donum Dei est rectè operari, quam sit potestas ad rectè operandum, & Deus est supremus adiutor, impium est iuxta Magn. Par. potestatem ad rectè operandum provenire ex immediato adiutorio Dei, & ipsum rectè operari, non sic provenire ex adiutorio Dei: ergò quia maius donum Dei est nos recte operari, quam sit potestas ad operandum, & Deus est supremus Dominus, & largitor liberalis omnium bonorum; absurdum debet reputari potestatē in nobis ad rectè operandum esse immediatè liberam Deo, & ex illius determinatione existere, secus vero ipsum rectè operari. Consequentia constat. Quia sicut de ratione adiutoris est adiuvare, & auxiliare; ita de ratione supremi Domini, & largitoris liberalis, est determinare, & liberè communicare sua bona. 4. Ubi est maius debitum ex parte hominis, sive ubi homo tenetur agere maiores gratias Deo, ibi resplendet maior gratia, maiorque liberalitas ex parte Dei; cum motivum gratitudinis sit beneficium ut liberè exhibitum. Sed absdubiò tenemur agere Deo maiores gratias pro hoc, quòd est actu salutariter cōsentire, quam pro sola libertate ad consensum: ergò maior gratia, maiorque libertas resplendet ex parte Dei, dum facit ut salutariter consentiamus, quam dum nobis præbet posse salutariter consentire: ergò implicat per consensum tantum mediatè, & in causa liberum, & gratuitum Deo, qualis adstruitur ab AA. concursus simultaneus, Deum propriè facere, ut liberè, & salutariter operemur. 5. Nam Deus ita operatur in nobis velle bonum, & perficere, ut hæc omnia operetur pro bona voluntate sua: ita M. Par. de bon. persever. cap. 14. & S. Prosper. Epistol. ad Ruffinum per hæc verba: *Deus est, qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate: sed pro qua? nisi, qua operatus est in nobis; ut qui donaverat velle, donet & perficere.* Idem docet Angelic. Magist. exponens prædictum testimonium D. Pauli ad Philip. cap. 2. lect. 3. Sed si Deus operaretur in nobis velle per concursum simultaneum immediatè liberum creaturæ, & Deo solum liberum mediatè, & in causa; Deus operaretur in nobis velle bonum pro bona voluntate nostra: ergò implicat per talem concursum &c. Prob. min. Deum operari in nobis velle per concursum existentem ex determinatione immediata solius voluntatis creatæ, est Deum illud operari pro nostra voluntate; cum talis determinatio sit iuxta veritatem, & hos AA. realiter indistincta à nostra bona voluntate: ergò. Ex quo ulterius sequitur maiori cum proprietate debere dici, Deum operari bonum in nobis velle, & perficere pro nostra bona voluntate, quam pro voluntate sua; siquidem Deus iuxta AA. operatur in nobis

Impug. 4

Quinto.

Illatio.

bis velle pro sua libertate determinanti unicè libertatem ad velle, & perficere; nostra autem bona voluntas determinat immediatè, & se ipsam, & ipsum Deum, ut actu faciat, & operetur in nobis velle: ergò nè hoc dicatur, fatendum est per talem concursum existentem ex determinatione voluntatis creatæ, non vero Dei, Deum non operari in nobis velle, & perficere pro bona voluntate.

3. Prob. Deum propriè facere ut faciamus eius mandata juxta M.P. de Grat. & lib. arb. c. 16. *Est Deum auferre à nobis cor lapideum, unde non faciebamus, & donare nobis cor obediens, unde faciamus.* Sed per concursum simultaneum existentem ex determinatione voluntatis creatæ, non verificatur Deum auferre à nobis cor lapideum, & donare nobis cor obediens, unde faciamus: ergò per talem concursum non facit Deus propriè, ut faciamus. Prob. min. 1. Deus non donat nobis cor obediens per illum concursum, per quem concurrit subijciendo suam omnipot. voluntati creatæ, saltim quoad usum, & exercitium influendi; cù donare nobis cor ut ipsi obediamus, sit facere, ut nos subijciamus Deo. Sed per concursum existentem unicè ex determinatione voluntatis creatæ Deus se subijcit, quoad usum, & influxum suæ omnipotentiæ ipsi voluntati creatæ: ergò implicat &c. Pr. min. Deum concurrere ut immediatè determinatum à voluntate creata, est concursum Dei cadere sub dominio immediato voluntatis creatæ; sed causa, quæ concurrit per concursum existentem sub dominio immediato voluntatis creatæ, concurrit ut subiecta voluntati creatæ quoad usum, & exercitium influendi: cum dominium, & subiectio sint correlativa: ergò. Sed quid in hoc immoramur, cum Aliqui DD. frequenter affirment Deum subijcere, & subordinare nobis suam omnipotentiam, ut ea pro nostro libito utamur. Addunt tamen huiusmodi subiectionem non convenire omnipotentiæ ab intrinseco, & ex natura rei, sed solum ex benignitate Dei illam gratuitò nobis subijcientis. Insuperque huiusmodi subiectionem omnipotentiæ non convenire ipsi quoad entitatem, sed solum quoad usum, & influxum in nostras operationes. Sed tamen istæ additiones non minuunt inconveniens expresè resplendens in eo quod omnipotentia Dei summa, & perfectissima in ratione potentiæ, & per quam Deus constituitur in ratione causæ, & A. concurrat ut subiecta, & subordinata causæ 2. ut est nostra voluntas. Quapropter hæc propositio: *Deus subijcit nobis suam omnipotentiam*, sicut & hæc: *Deus donat nobis suam omnipotentiam, ut ea utamur*, damnata est ab Innocentio XI. pro quo videndus M. Ferre tom. 2. in 1. 2. à fol. 847. ubi refert Aliquos Authores, qui illam expresis terminis tradiderunt. 2. Deus dat nobis cor obediens, dum dat spiritum novum. Sic Magn. Par. ibi cap. 14. * sed per concursum &c. non dat propriè spiritum novum; cum ille sit sub Dom. vol. ergò.

Probatur 3. eadem min. Deum donare nobis cor obediens præcedit ordine naturæ, & causalitatis ipsam liberam obedientiam voluntatis; sed concursus simultaneus Dei non præcedit hoc modo liberam obedientiam voluntatis: tum quia aliàs non esset simultaneus; tum quia iuxta AA. est realiter indistinctus à prædicta obedientia, sicuti, & ab omni operatione creata: ergò per talem concursum non donat nobis Deus &c. Prob. mai. Quod est causa, ut voluntas liberè obediat Deo, verè præcedit ordine naturæ, & causalitatis liberam obedientiam; sed Deum donare nobis cor obediens, est causa, ut voluntas liberè obediat Deo: ergò. Min. probat. Voluntatem liberè obedire Deo, est accipere à Deo liberam obedientiam, ut cõstat ex illo 1. ad Cor. 4. *Quid habes, quod nõ accepisti.* Super quo videndus D. Aug. lib. de Spir. & litt. cap. 3. & 4. Sed Deum donare voluntati obedientiam, est causa, ut voluntas illam accipiat à Deo: ergò. Min. prob. 1. Voluntatem creatam accipere à Deo liberam obedientiam, & Deum donare illi prædictam obedientiam, comparantur inter se, ut activum, & passivum; sed omne activum qua tale, est causa respectu illius,

40 Tertia ratio. Probat. 1 min. 1.

Prob. 2 * Ex Ezec. 19.

41 Tertio;

quod ad ipsum comparatur ut passivum : ergò. 2. Nam iuxta D. Anſ. lib. 2. de casu Diab. cap. 2. *Ideò Angelus, qui stetit in veritate, perseverantiam habuit; quia eam accepit à Deo, & ideò accepit, quia Deus dedit.* Ex quibus sic arguo. Quod verificat hanc causalem *ideò voluntas creata accipit à Deo liberam obedientiam, quia Deus eam dedit*, est causa, ut voluntas accipiat à Deo obedientiam. Sed iuxta D. Anſ. Deum dare voluntati creatæ obedientiam, & perseverantiam in bono, verificat hanc causalem, *ideò voluntas accipit à Deo obedientiam, quia Deus voluntati eam dedit* : ergò.

42 Idem argum. fieri potest ex illo Ioan. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi ei fuerit datum à Patre meo.* Sed homo venit ad Christum credendo in ipsum, & diligendo : ergò ut voluntas liberè diligat Deum, necesse est, ut Deus donet ipsi dilectionem. Sed per concursum simultaneum non donat Deus voluntati creatæ dilectionem: ergò illam donat per concursum prævium. Prob. min. Deus non donat voluntati dilectionem, per ipsam dilectionem ; sed concursus simultaneus ex parte Dei ad actum dilectionis, est ipsa dilectio : ergò. Urgetur hoc. Id per quod, vel id, ratione cuius Deus donat voluntati creatæ actum dilectionis, est causa, vel saltim se habet, ut causalitas respectu talis actus : quapropter, quia actio calefaciendi est id, per quod ignis, vel id ratione cuius producit calorem, prædicta calefactio se habet ut causalitas præcedens realiter ordine naturæ calorem. Sed concursus simultaneus, utpotè indistinctus ab ipso actu dilectionis, nequit esse causa, aut vera causalitas, respectu illius : ergò nequit Deus donare voluntati per concursum simultaneum indistinctum à dilectione ipsum actum dilectionis.

Roboratur.

Urgetur.

Nec valet dicere, duplicem donationem distingui in Deo ; unam, 43 scil. activam, alteram vero *formalem*, sive *passivam*; 1. consistit in præparatione omnipotentiæ, & collatione auxilij in illis circunstantijs, in quibus prævisa est voluntas sub tali auxilio consensura. 2. vero donatio consistit in libero consensu creaturæ, quatenus procedit indivisibiliter à Deo influenti simul cum ipsa voluntate. Licet ergò Deum donare activè voluntati creatæ consensum liberum, vel obedientiam salutarem; præcedat ordine causalitatis ipsam obedientiam, secus tamen hoc quod est Deum donare, donatione formali, sive passiva, ipsum consensum, vel obedientiam salutarem. Unde argumentum ad summum probat Deum per concursum simultaneum non donare activè voluntati creatæ obedientiam, secus vero donatione formali.

Respond.

Non, inquam, valet. 1. Nàm 44 (præterquamquod improprijssimè dicitur Deum donare donatione formali, & passiva voluntati creatæ obedientiam salutarem per ipsam obedientiam; cum talis obedientia existat unicè ex determinatione voluntatis creatæ, & aliunde dicere, quod à Deo sit talis donatio, & non sit immediatè libera Deo) prædicta solutio maiores vires præstat argum. Assumptum probatur. Deum donare activè voluntati creatæ obedientiam salutarem, est Deum physicè activè immediatè efficere talem obedientiam in voluntate ; cum omnes Theologi contra Durandum, tueantur Deum physicè activè immediatè influere in omnem nostram operationem : ergò per id ipsum, per quod Deus constituitur efficiens activè immediatè in voluntate creata obedientiam salutarem, constitur activè donans voluntati prædictam obedientiam. Sed Deus nec per omnipotentiam, ut indifferenter oblatam ; nec per auxilium collatum in circunstantijs, in quibus fuit prævissum efficax, nec per concursum simultaneum efficit immediatè in voluntate creata obedientiam salutarem : ergò per nullum ex his Deus activè donat voluntati &c. Min. quoad primam partem constat; siquidem omnipotentia, ut indifferenter oblata, sicuti & auxilium collatum in circunstantijs, in quibus prævissum fuit efficax, præcisivè à concursu simultaneo non influunt immediatè effectivè in obedientiam salutar. alioquin sine cõcursu simult. immediato ex parte Dei verificaretur ipsum immediatè efficere omnem

Reijcit. 1

nem operationem voluntatis creatæ, quod AA. apertè negant. Quoad 2. vero part. prob. Deum efficere physicè immediatè in volũtate creata obedientiam salutarem, est Deum physicè immediatè dare exiſtentiam tali obedientiæ, illam effectivè extrahendo de nõ esse ad esse. Sed Deus nequit constitui dans effective immediatè exiſtentiam obedientiæ salutari, eamque extrahere de non esse ad esse per concursum simultaneum realiter indistinctum ab ipsa exiſtentia obedientiæ; tùm propter dicta; tum quia talis obedientia est terminus positivè dependens à Deo, ut illam actù immediatè efficienti: ergò per concursum simultaneum &c.

45 Secundo.

2. Si concursus simultaneus solùm est donatio formalis, sive passiva obedientiæ salutaris, per talem concursum Deus propriè non facit, ut faciamus: nec similiter proprie operatur in nobis velle per talem concursum. Ratio est: Nam efficere, & operari propriè accepta, significant concursum effectivum, & non purè formalẽ. Atqui in præsenti non disputamus de dono utcumq̃, sive gratia, per quam voluntas formaliter denominatur salutariter consentiens, sed unicè quærimus de gratia, per quam Deus in genere causæ efficientis efficit, & operatur in nobis, ut salutariter efficiamus: ergò doctrina solutionis est omninò impertinens pro præsenti. Ex quibus apparet nihil poni ab his AA. ex parte Dei, per quod cum proprietate in actu, & exercitè efficiat, & operetur in nobis actus salutares. Illa enim reducuntur ad oblationem divinę omnipotentię de se indifferenter coniungibilis cum consensu salutari, & illius omisione; quapropter solum spectat ad constitutionem voluntatis, ut potentis liberè elicere actum salutarem; & insuper recurrunt ad cõcursum simultaneum per modum actus secundi realiter indistincti ab ipso consensu voluntatis. Atqui, ut probatum relinquimus, & fatetur solutio, per talem concursum Deus verè, & propriè non efficit, aut operatur in nobis consensum salutarem; sed ad summum verificatur illum esse donationem formalem ipsius consensus: ergò. Deinde oblatio omnipotentiæ nõ est qua facit Deus efficaciſsima potestate voluntatẽ nostram salutariter consentire; tum quia omnipotentia sic oblata est de se indifferenter coniungibilis cum consensu, & dissensu, solumque connectitur efficac. cum consensu ex determinatione voluntatis: tum quia talis oblatio spectat ad actum 1. per quem voluntas constituitur unicè immed. libera ad consensum, vel dissensum. Unde ex vi illius Deus tantum præbet efficaciter voluntati posse proximè consentire: igitur nihil ponitur ab AA. &c.

Potestas efficaciſsima est efficaciſsimum remedium.

46 Quarta probatio.

Prob. 4. Id, per quod Deus facit voluntatem salutariter operari, præcedit ordine causalitatis salutarem operationem: ergò repugnat Deum per concursum simultaneum &c. Prañs. Id, per quod Deus facit voluntatẽ salutariter operari, est id, per quod facit, ut volũtas sit exercitè causa suæ operationis; cum voluntatem operari sit causare, & influere in suam operationem. Sed id, per quod Deus facit ut voluntas sit causa suæ operationis, præcedit ordine causalitatis ipsam operationem: ergò. Prob. min. Voluntas, ut est causa suæ operationis, præcedit ordinem naturæ, & præcedentia reali ipsam operationem, cum det activè esse operationi, & prædicta operatio ab illa verè dependeat: ergò id, per quod Deus est causa faciens, ut voluntas causet suam operationem, præcedit ordine naturæ, & causalitatis ipsam operationem. Explicatur hoc. Aliud est unam causam efficere operationem alterius concausæ; aliud vero efficere etiam, ut altera causa producat, sive eliciat suam operationem: ut constat in duobus trahentibus navim. Ex quibus estò quilibet influat in tractionem navis, neuter tamẽ ex illis est causa propriè faciens, ut alter producat actionem tractivam navis: ergò similiter, aliud est Deum efficere operationem salutarem voluntatis, aliud vero Deum efficere etiam, ut voluntas nostra producat, & det esse operationi salutari. Sed non solum verificatur de Deo efficere omnem nostram operationẽ, sed etiam efficere, ut voluntas nostra

Utere ly exercitè; nè per ly in actu 2. intelligatur, operatio.

Explicat.

efficiat, causet, & det esse suæ operationi: cum voluntatē dare esse operat. salut. utpotè bonū, habeat à Deo, qui est A. & largitor omnium bonorū, & nihil boni habeat voluntas à se ipsa: ergò quamvis per concursum simult. posset admitti Deum efficere consensum salutarem à voluntate elicitum; secus tamen Deum propriè efficere, ut voluntas creata ex se emittat, producat, & det activè existentiam consensui salutari. Nota prudens lector hanc distinctionem traditam, & per illam solves omnem instantiam in favorem concursus simultanei, pro præsenti disputatione. *

* Vide interim Prado in Metaph. contra 1. 2. a. nam. 63.

§. V.

Solvuntur argumenta.

47 Arg. 1. OBijcies 1. D. Thom. hac 1. 2. q. 16. a. 1. dicentem: *Quod usus alicuius rei importat applicationem rei illius ad aliquam operationem; unde & operatio, ad quam applicamus rem aliquam, dicitur usus eius; sicuti equitare est usus equi, & percutere usus baculi.* Ex quibus sic argum. Concursus, per quem Deus applicat voluntatem ad consensum salutarem, est concursus, per quem Deus propriè facit voluntatem salutariter consentire; sed huiusmodi est concursus simultaneus Dei realiter indistinctus ab ipso consensu salutari: ergò. Mai. est certa apud Thom. & min. prob. Applicatio voluntatis ad salutarem consensum est usus ipsius voluntatis ad salutariter consentiendum; sed usus voluntatis ad salutariter consentiendum, est ipsa operatio voluntatis, qua salutariter consentit: ergò per concursum indistinctum ab ipso consensu Deus applicat, & utitur voluntate ad salutariter consentiendum. Conseq. rectè infertur. Mai. & min. sunt D. Thom. ubi immediatè.

48 Ostenditur argu. inefficac. Resp. Testim. Div. Thomæ aperte suadere concursum simultaneum, præsertim indistinctum ab ipso actu libero voluntatis, non esse concursum applicativum illius ad elicientiam actus. Ratio est manifesta. 1. Nam applicatio voluntatis ad aliquam operationem respicit ipsam ut terminum, ad quem ipsa applicatio determinat; omnis autē motio activa differt realiter à termino, adquem illa movet, & determinat, ut modo supponimus ex his, quæ docentur in Philosophia. 2. Nam, quod est causa, vel se tenet ex parte causæ operātis ad existentiā operationis, differt realiter ab illa; sed huiusmodi se habet applicatio causæ ad elicientiam operationis; cum hæc causalis sit vera: *Existit operatio à causa, quia causa est applicata ad operandum*: ergò. 3. & principaliter. Nam per doctrinam huius testimonij probat ibidem Ang. Præc. usum activum, sive applicationem activam, qua in homine omnes potentiæ executivæ applicantur ad operandū, esse actum voluntatis, quæ titulo 1. moventis in nobis quoad exercitium utitur alijs potentijs eas applicando ad proprias operationes; non enim intelligimus, nec videmus, nec ambulamus, nisi quia volumus. Atqui est evidenter verum usum activum voluntatis moventis cæteras potentias ad proprios actus, realiter præcedere ordine causalitatis, & distinctionis prædictos actus: ergò &c. Quapropter dum Ang. Doct. asserit: *Operationem, ad quam applicamus rem aliquam, dici usum eius*, intelligendus est de usu *passivo*, non verò activo. Vel dicendum talem locutionem non esse propriam, & rigorosam in sensu metaphysico, sed solum attenta frequenti acceptione usus, ut constat ex illa dictione apposita à S. D. *dicitur usus eius*: quia enim finis activæ applicationis est operatio rei applicatæ, talis operatio vocatur nomine suæ causæ, quod frequentissime accidit. Ob hanc rationem dicitur, percussio usus baculi; quia adhoc utimur baculo, ut percutiamus; quamvis in rigore loquendo usus illius sit motio activa manus realiter causantis ipsam percussionem.

Secundo.

Tertio.

Resp.

49 Arg. 2. Objcies 2. Concursus, per quem Deus verè, & propriè movet, sive agit voluntatem ad salutarem consensum, est concursus propriè faciens voluntatem salutariter consentire; sed per omnipotentiam ut simultaneè influentem cum voluntate in consensum salutarem, Deus verè, &

& propriè movet, agitque illam, ut salutariter consentiat: ergò. Maior est principium omnium Thomistarum desumptumque ex doctrina Magn. P. attribuentis Deo facere, ut faciamus, quia agit spiritu suo indeclinabiliter, & insuperabiliter, ut rectè agamus. Min. vero probat. Voluntatem propriè moveri à Deo ad salutariter consentiendum est ipsam propriè reduci de potentia ad actum consensus; cum movere ex terminis iuxta Sanct. Doct. hac 1. 2. quæst. 9. art. 1. sit reducere aliquid de potentia ad actum. Sed per omnipotentiam, ut simultaneè concurrentem cum voluntate ad consensum salutarem, vere, & propriè reducitur voluntas de potentia, sive de actu primo consentiendi ad actum secundum consensus: ergò. Prob. min. Potentia vere, & propriè reducitur ad actum per ipsum actum; cum hic se habeat ut causa formalis ipsam in actu 2. operantem denominans. Sed omnipotentia ut in actu 2. simultaneè concurrens cum voluntate ad salutarem consensum, actu includit prædictum consensum; cum talis concursus non differat realiter ab illo: ergò &c.

50 Confirm. Omnipotentia ut influens simultaneè cum voluntate in consensum salutarem, physicè immutat ipsam voluntatem: ergò physicè illam movet, applicat, ac proinde facit illam salutaritèr facere. Prob. añs. 1. Voluntatem physicè immutari est illam aliter se habere physicè nunc, quam prius; sed ex vi omnipotentiæ ut influentis simultaneè cum voluntate in consens. salutarem, sic se habet voluntas; cum ex vi illius habeat in se physicè actu consensum salutarem, quem propriori ad illam non habebat: ergò. 2. Voluntas physicè immutatur ex vi illius concursus, per quem actu accipit à Deo physicam actualitatem, & perfectionem; sed ex vi influxus simultanei voluntas accipit à Deo consens. salutarem, qui est eius physica actualitas, & perfectio: ergò. 3. Per consensum salutarem ut activè egredientem à voluntate simul cum omnipotentia, voluntas physicè se ipsam movet; tum quia per illum vivit in actu 2. tùm quia illum elicit se determinando titulo agentis liberi: ergò etiam per talem consensum ut activè procedentem ab omnipotentia simul cum voluntate, omnipotentia propriè movebit voluntatem: ergò cum talis consensus sit concursus simultaneus &c.

Confirm. — Anteced. prob. 1. — Secundo. — Tertio.

Hoc argumentum multiplici ex capite deficit. 1. Quia oppositum eius, quod intendit probare, expressè docetur à D. Thom. 4. metaphysicæ, lect. 14. 3. contra Gent. cap. 149. 1. part. quæst. 82. art. 3. & quæst. 3. de potentia, art. 7. ad 3. *Dicenti motionem moventis præcedere ordine causalitatis motum mobilis.* Pro quo aliqua adduximus à n. 26. dub. 1. concluſ. 3. Sed placet addere testim. S. Doct. hac 1. 2. q. 113. art. 6. & 8. ubi hæc habet: *In quolibet motu naturaliter primum est motio moventis, secundum autem motus mobilis; tertium finis, vel terminus motus, ad quem terminatur motio moventis.* Quomodo igitur cum his omnibus stabit Deum per concursum simultaneum indistinctum ab ipso consensu salutari; movere activè voluntatem ad elicientiam talis consensus? Et ratio philosophica id ipsum convincit; nam activū qua tale est prius natura, & causalitate passivo, sed movens voluntatem ad consensum salutarem comparatur ut activū respectu voluntatis, & illius consensus: ergò. Deindè quæst. 3. de potentia, art. 7. ad 3. expressè docet Mag. Ang. Deum non movere naturam, vel voluntatem, per operationem ab eis procedentem, sed per aliquid unicè procedens à Deo; sic enim habet: *Dicendum, quod in operatione, qua Deus operatur movendo naturam, non agit natura; sed ipsa naturæ operatio est etiam operatio virtutis Divinæ, sicuti operatio instrumenti est per virtutem principalis agentis.* Quid enim clarius dicere potuit, ut doceret influxum, per quem Deus operatur in causis secundis eas movendo ad operandum, non esse ipsarū operationem? si enim esset entitativè ipsa operatio procedens à natura, vel voluntate; utique in operatione per quam Deus movet causas secundas ad operandum, etiam prædictæ causæ operarentur.

51 Argum. deficit. 1.

Deficit 2. Quia Deum verè, &

51

& propriè movere voluntatem ad
Secundo. consensum salutarem est agere in ipsam voluntatem, & non tantum in eius operationem; ut constat in agente principali, & in nostra volunt. moventibus, instrumenta, vel potentias executivas ad proprios actus. Atqui concursus simultaneus non est influxus in causam, sed præcisse in operationem, ut fatentur AA. *ergò prædictus concursus non est id per quod Deus vere, & propriè movet voluntatem ad consensum salutarem. Deficit 3.

* Suarez pro omnib. lib. 1. de auxil. cap. 1. n. 6.

Tertio. Quia ita debet verificari Deum immutare voluntatem ad elicientiam consensus salutaris, similiterque facere, ut faciamus; ut non verificetur cum maiori, vel saltim cum tanta proprietate, voluntatem nostram movere, & applicare Deum, ut producat consensum salutarem, & ipsam facere, ut Deus faciat; iuxta doctrinam Magn. Par. lib. de prædest. SS. cap. 10. Sed hoc sequeretur, si per concursum simultaneum indistinctum ab ipso consensu Deus propriè moveret voluntatem ad illum; cum omnipotentia non producat consensum nisi ex determinatione voluntatis; & insuper talis consensus sit causalitas, & actus 2. eiusdem omnipotentiæ influentis in actu 2. quia sic determinatur à voluntate, ut faciat: ergo talis concursus &c.

Undè in forma Resp. neg. min.

53 Concursus enim simultaneus in actu
Respons. directa. 1. est iuxta arguentem omnipot. de se indifferenter coniungibilis cum consensu, vel dissensu, & insuper determinabilis à voluntate creata, ut influat in consensum præ dissensu; quis autem dicet principium de se indifferens, & ex determinatione voluntatis influens in consensum præ dissensu, esse principium vere movens, & applicans voluntatem, ut consentiat? Et ut exemplo AA. utamur; quis dicet habitum virtutis de se indifferentem ad actum, & illius omissionem, & ex determinatione voluntatis influentem in actum virtutis, vere, & proprie movere, & applicare voluntatem ad usum habitus? Concursus autem simultaneus in actu 2. est ipse consensus voluntatis procedens ab omnipotentia determinata ab ipsa voluntate; motio autem activa, & applicatio activa ad aliquem motum præcedit ordine causalitatis ipsum motum, ut supra vidimus ex D. Th. Igitur concursus simultaneus Dei sub omni consideratione insufficiens est ut Deus ratione illius vere moveat voluntatem ad salutarem consensum. Ad illius probationem concessa min. dist. min. Reductione formali de potentia ad actum, permitto min. Reductione causali, & per modum moventis quoad exercitium, neg. min. & conseq. Verum enim est voluntatem, ut potentem consentire, reduci in genere causæ formalis de potentia ad actum per ipsum consensum; sicuti, & verum est instrumentum operans ex motione prævia principalis agentis reduci de potentia ad actum in genere causæ formalis per operationem ab ipso instrumento procedentem; attamē non loquimur in præsenti præcisse de hac reductione, sed de illa, per quam causaliter, & quoad exercitium, movet Deus voluntat. ut operetur consensum salutarem. Undè sicuti motio principalis agentis est, per quam instrumentum vere active movetur ad operandum; ita ex parte Dei debet poni alia motio activa, & prævia, per quam effective moveat voluntatem illam reducendo de potentia ad actum. Præsertim cum iuxta D. Thom. ubi supra, & alibi, motioni, qua agens principale movet instrumentum, assimiletur motio, per quam Deus movet causas secundas ad operandum.

Soluti. inform.

Ad confirm. Respond. inconsequenter illa uti AA. cum concursus simultaneus non sit influxus in causam, sed in illius effectum; concursus autem active ex parte potent. immutans voluntatem ad operandum est manifeste influxus in causam. Resp. 2. dist. añs. immutat physicè voluntatem ad efficientiam operat. neg. añs. ad receptionem ipsius concursus simultanei, sive consensus salutaris, conc. añs. & neg. conseq. Gratia enim faciens ut voluntas faciat, & ut exercite eliciat operationem salutarem, est gratia immutans voluntatem non quidem in genere causæ formalis per receptionem passivam in ipsa voluntate, sed illam active immutās ad elici-

54 Ad confirmat. Respond. 1. Secundo.

ens

cientiam talis operationis; undè in tali modo immutandi operatio se habet ut terminus ad quem, & causa activè immutãs ut principium ordine naturę prędcedens illius operationem, per quam formaliter ipsa voluntas immutatur. Quapropter esto concursus simultaneus immutet physicè in genere causæ formalis ipsam voluntatem, non tamen illam immutat applicando ipsam, ut talem concursum simultaneum activè producat.

55 Ad 2. Respond. 1. dist. min. Accipit à Deo, & pro eius determinatione aliquam actualitatem, & perfectionem, neg. min. pro determinatione ipsius voluntatis facientis, ut Deus det ipsi talem actualitatem, conced. min. & neg. conseq. intellectam de immutatione in genere causæ verè activæ per modum moventis quoad exercitium. Concursus simultaneus consistens iuxta hos AA. in ipso consensu voluntatis, ita procedit effectivè ab omnipotentia, ut hæc non influat in illum nisi determinata ab ipsa voluntate; proindeque, nisi ipsa voluntas faciat, ut omnipotentia faciat: Ex qua doctrina manifestè infertur omnipotentiam simultaneè concurrentem non immutare active voluntatem, sed potius è converso; cum munus immutandi active ad operationem sit munus determinandi ad ipsam. Resp. 2. Iuxta distinctionem superius traditam dist. min. accipit à Deo actualitatem, & perfectionem, per quam volunt. applicetur ad operandum, neg. min. actualitatem, & perfectionem consistentem in ipsamet operatione, conced. min. & dist. consequent. Immutatur physicè in genere causæ formalis, conced. consequentiam; in genere causæ active moventis voluntatem ad operandum, neg. conseq. Solutio constat ex dictis, & roborari potest exemplo operationis activè procedentis ab instrumento ex motione principalis agentis. Nàm, & si utraquè physicè immutet instrumentum, aliter tamen, & aliter: operatio enim immutat instrumentum immutatione formali per receptionem intrinsecam in illo (si teneatur actionem transeuntem recipi in agente) at vero per motionem principalis agentis immutatur propriè activè, & per modum moventis instrumentum ad elicientiam suæ operationis.

Ad 2. antec. prob.

Alia solutio.

Ad 3. Conc. añti. de motione elicitiva ad primum actum liberum, negand. conseq. Disparitas consistit in eo quod voluntas pro suo libito se ipsam reducit de potentia ad actum; at vero omnipotentia iuxta Advers. reducitur de potentia ad actum secundum ex libito, & determinatione voluntatis; quapropter potius comparatur ad voluntatem ut mobilis, quam ut activè ipsam movens. Advertendum tamen argumentum cum omnibus suis probationibus, manifestè instari in concursu simultaneo duplicis causæ ad productionem eiusdem effectus; siquidem neutra ex his causis dicitur cum proprietate facere, ut altera faciat, aut illam propriè movere, & applicare, ut eliciat suam operationem; & tamen cum quælibet causa reducatur de potentia ad actum, & physicè immutetur per receptionem propriæ operationis, videtur innegabile, unam causam alteram physicè immutare medio concursu simultaneo in ordine ad productionem eiusdē effectus. Sed quia hæc immutatio spectat ad genus causę formalis, impertinens est, ut una causa propriè faciat alteram facere, sed solum quod illa faciat, cum altera facit.

56 Ad 3.

Obijcies 3. Et replicabis contra dicta. Omnipotentia, vere, & propriè effectivè movet voluntatem ad consensum salutarem; etiam, si solum simultaneè influat in prædictum consensum: ergò. Prob. añs. consensus salutaris realiter indistinctus à concursu simult. omnipotentiæ immutat voluntatem in genere causæ formalis de non consentiente, in consentientem, ut est certum: ergò omnipotentia immutat illam effectivè reddendo illam de non consentiente in consentientem. Prob. conseq. Id ipsum, quod forma præstat in genere causæ formalis alicui subiecto, præstat effectivè causa efficiens talem formam; ut constat in igne producente calorem, per quem formaliter denominatur lignum calidum. Sed consensus salu-

57 Arguit.

ta-

taris indistinctus à concursu simultaneo procedit in genere causæ efficientis ab ipsa omnipotentia: ergò si talis consensus immutat &c. Urget. Concursus, per quem Deus vere efficit in voluntate consensum salutarem, est concursus per quem Deus verè facit voluntatem consentire; cum hoc concretum *voluntas consentiens* importet de formali ipsum consensum. Sed Deus per concursum simultaneum iuxta omnes, verè efficit in voluntate consensum salutarem: ergò per talem concursum &c. Denique. Deum facere ut benè faciamus est Deum operari in nobis velle, & facere; sed ut simultaneè influens cum voluntate creata vere operatur in nobis velle, & facere, ut est innegabile etiam apud Thomistas probantes talem concursum ex eo, quod Deus operatur in nobis velle, & omnia opera nostra, iuxta D. Paulum, & Isaiam: ergò Deus ut simultaneè influens cum voluntate creata in actus salutares vere, & propriè facit illam facere.

Urgetur.

Ultimo.

2. ad Corinth. 12. Esaiæ 26

58 Pro huius argumenti solutione, quod ex vi formæ difficultate non caret, & illo utitur sæpè P. Suarez, lib. 3 & 5. de Auxilijs ut probet, non requiri concursum prævium ut Deus operetur in nobis opera salutaria; notandum 1. non esse idem ex terminis loquendo, voluntatem salutariter consentire, ac existere in illa salutarem consensum; constat hoc in casu iuxta aliquos ex Thomist. possibili, in quo Deus de potentia absoluta se solo produceret in voluntate creata actum volitionis: tunc autem voluntas, & si in se haberet volitionem, non tamen denominaretur volens: siquidem cum voluntatem velle sit ipsam actu vivere; & vivere actu sit elicere, & recipere operationem, manifeste infertur in dicta hypothesi voluntatem habentem in se actum volitionis non posse denominari volentem. * Ex quo venit notandum secundo causam aliquam vere, & propriè operativam actus immanentis duo essentialiter importare; scilicèt, & quod talis operatio immanens activè egrediatur ab illa, & quod simul recipiatur in ipsa; undè id, quod tantum est causa operationis elicitæ ab altera concausa, non tamen est causa, ut altera concausa activè producat eandem operationem, non est propriè causa faciens alterā facere. Exemplum huius habetur in duplice homine simul trahenti navim; nam, & si unus causet actionem tractivam alterius; quia tamen non est causa, ut illa actio procedat activè ab altero, non est propriè causa faciens, ut alter trahat navim.

Notand. 1. pro solutione.

* De hoc. An intellect. Christi potuerit per intellect. intellect.

Secundo.

59 3. Notandum Deum non solum debere dici propriè causam actus salutaris, quatenùs hic procedit ab ipsa omnipotentia; sed etiam quatenùs talis consensus activè egreditur ab ipsa voluntate creata. Ratio est: Nam prædictus consensus sub dicta consideratione, sive formalitate, & est quid creatum, & insuper conducens positivè ad consequutionem vitæ æternæ: ergò sub prædicta formalitate debet esse effectus Dei facientis illum per suam gratiam. Si autem Deus per gratiam suam vere, & propriè facit, ut talis consensus activè egrediatur à voluntate, absdubio propriè facit, ut voluntas ipsum activè producat. Nàm hæc duo inseparabiliter inter se connectuntur, & differunt solum penes activum, & passivum. Ex quibus aperte colligitur, quod si argumentum cum suis probationibus ad summum probat Deum per concursum simultaneum ordinis gratiæ efficere consensum salutarem, non tamen efficere, quod talis consensus activè egrediatur à voluntate, sive quod voluntas activè illum producat; non probat Deum per talem concursum vere, & propriè facere ut voluntas liberè faciat, & ut salutariter velit.

Tertio.

60 Hæc merito notanda duxi non solum pro opinione AA. Societ. asserentium concursum simultaneum Dei in actu 2. existere pro determinatione voluntatis creatæ applicantis omnipotentiam à Deo indifferenter præparatam ad hunc, vel illum actum; sed etiam pro sententia Thomistarum tuentium Deum simultaneè concurrere in omnem nostram operationem; non quidem determinatum à creatura, sed potiùs pro suo li-

Utilitas in his prænotatis.

libito, & ex propria sui determinatione. Ratio huius est: Nàm in dicta sententia Deus per talem concursum vere, & propriè operatur velle in nobis, & omnem alium actum salutarem; & tamen stando consequenter ad doctrinam omnium Thomist. Deus ex vi concursus simultanei non facit propriè, ut voluntas salutariter velit, & eliciat, sive operetur consensum salutarem. Igitur ab omnibus concedendum est intervenire aliquod discrimen inter hæc duo: scilicèt, *Deus efficit consensum salutarem existentem in voluntate; Deus efficit, ut voluntas salutaritèr operetur.*

61 Ex his in forma, neg.añs. Ad illius probationem concessa mai. & Respond. ad argum min. dist. conseq. immutat effectivè voluntatem ad receptionem consensus, conced. conseq. Ad activam elicientiam talis consensus, neg. conseq. Voluntas enim ut activè eliciens, & effectivè dans existentiã consensui salutari, à quo denomin. consentiens, præcedit ordine naturæ ipsum consensum; sicuti, & quælibet causa modo dicto præcedit suum effectum. Ex quo clarè infertur; voluntatem non posse denominari activè producentem, & dantem existentiam suo consensui per ipsum consensum existentem pro posteriori. Quapropter Deus coefficiens cum voluntate creata, & simul in illa, consensum salutarẽ, immutat eam physicè ad receptionẽ consensus, secùs tamen illam movet, & applicat, ut operetur talem consensum: quod erat necesse, ut Deus per talem concursum verè, & propriè faciat voluntatem salutariter consentire. Hinc infertur voluntatem per concursum simultaneum non reddi, aut propriè fieri de non consentiente consentientem; hoc enim concretum *voluntas salutariter consentiens* duo necessario dicit, & activè producere consensum, & consensum recipi in illa, ut supra animadversum relinquimus. Cum igitur per concursum simult. in qualibet oppin. voluntas creata non habeat activè influere in consens. inde fit illam illam non fieri de non consentiente consentientẽ præcisè per concursum simultaneum Dei. Ad exemplum de calore ibidem adductum, Respond. esse manifestum discrimen; nàm denominatio calidi in ligno solum dicit receptionem intrinsecam caloris absquè eo, quod talis calor activè egrediatur à ligno, cuius oppositum contingit in denominatione salutaritèr consentientis habita in voluntate: quapropter ignis effectivè producens talem calorem in ligno dicitur propriè immutare illud effectivè, & præbere denominationem calidi.

Ad urgentiam dist. mai. Per quem efficit in voluntate consensum; quatenus talis consensus activè procedit, & egreditur à voluntate, conced. mai. Per quem efficit absolutè prædictum consensum, neg. mai. Vel alitèr; & per quem etiam facit, ut ipsa voluntas eliciat prædictum consensum, conced. mai. Si hoc modo non faciat, neg. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Cum enim Deum propriè facere, ut voluntas salutariter operetur, dicat necessario, & activum influxum in ipsam voluntatem, & simul esse causam ut volũtas operetur, non sufficit ad hoc dependentia operationis voluntatis à Deo, sed insuper requiritur, quod voluntas influat in propriam operationem eam transferendo de non esse ad esse ex vi concursus divini, illam applicantis, & reducentis de potentia ad actum, quod minimè verificari potest per concursum Dei, ut præcisè coeficientem cum voluntate propriam operationem. Eodem modo Respond. ad ultimam instantiam. 62 Ad urgent.

Sed dices: voluntas constituitur in esse agentis suum consensum per ipsummet consensum; sicuti ignis constituitur calefaciens per calefactionem: ergò concursus Dei efficiens in voluntate consensum reddit illam agentem, sive elicientem prædictum consensum: ergò implicat per concursum simultaneum Deum efficere in voluntate consensum, & quod ab illo non proveniat effectivè hoc quod est voluntatem prædictum consensum agere, sive elicere. Resp. Voluntatem sicut, & quam libet aliam causam effectivam creatam in esse agentis, & producentis terminum sui ope- 63 Instabia. Respons

operationis constitui formaliter per ipsam operationem; sicuti ignis in esse producentis calorem se habentem ut terminum calefactionis, constituitur formaliter per actionem calefactivam. At vero voluntas; idem de qualibet alia causa effectiva; in esse influentis, & dantis esse actu propriæ operationi minime constituitur in esse talis per ipsammet operationem; cum hæc sit posterior natura, & passivè dependens à causa ipsam activè producentem. Verum tamen est, quod causa non dicitur producens suam operationem ea proprietate, qua dicitur producens terminum, & effectum talis operationis; attamen dicitur producere illam productione eminentiali, hoc est verè, & propriè dando ipsi esse specificum, & existentiale, quamvis non interveniat actio aliqua media inter causam, & ipsam operationem.

64 Arguit. 4. Deniquè obijcies. Ut Deus propriè faciat voluntatem salutariter operari, sufficit ex parte Dei ille concursus vi cuius possit dicere voluntati creatæ, quid habes quod non accepisti? sed per collationem gratiæ sufficientis prævenientis voluntatem ad salutariter consentiendum adiuncto concursu simultaneo, potest Deus iure optimo dicere voluntati, quid habes quod non accepisti? ergò per collationem gratiæ sufficientis &c. Probat. min. Dum voluntas salutaritèr consentit habet in se, tùm motus gratiæ excitantis, quibus movetur ad salutarem consensum, & insuper virtutes infusas physicè effectivè in illum influentes, & tandem habet in se prædictum consensum; sed hæc omnia accipit voluntas à Deo; quandoquidem tam motus gratiæ excitantis, quam virtutes infusæ conferuntur ipsi à Deo, specialiter operanti in voluntate, & ipsemet consensus efficitur etiam immediatè à Deo ut simultaneè concurrenti cum voluntate: ergò. Resp. Voluntatem debere accipere à Deo consensum salutarem gratuito, & liberaliter illum donanti; cum, ut ex supra dictis constet, maius beneficium accipit voluntas creata, dum actu salutariter consentit, quam dum accipit libertatem ad elicientiam talis consensus. Per concursum simultaneum, ut adstruitur ab AA. esto voluntas accipiat à Deo consensum, non tamen à Deo gratuito, & liberè immed. ut Supremo Domino illum donanti? cum nō existat ex determinatione Dei, sed solum ex determinatione voluntatis facientis, ut Deus simul cum illa illum efficiat. Deindè esto voluntas per concursum simultaneum Dei accipiat ab illo salutarem consensum, nequit tamen accipere ex vi illius, hoc quod est activè influere, & actu darè existentiam consentui; siquidem talis concursus est realiter idem cum ipso consensu. Non solum autem est bonum hominis, & voluntatis, existentia consensus, verum etiam est bonum, & perfectio illius actu ex se emittere, & operari consensum; cum in hoc assimiletur voluntas creata Deo, ut agenti, & operanti exeundo de potentia, & de otio in actum. Quapropter secluso concursu prævio per gratiam ab intrinseco efficacem applicantem, & determinantem voluntatem ut operetur salutarem consensum, aliquid haberet voluntas, quod à Deo, ut par est, non acciperet.

Resp.

§. VI.

Annotatio brevis circa efficaciam gratiæ.

65 Prima acceptio. UT autem hucusque dicta melius percipiantur, & quid in aliorum opinione per gratiam efficacem intelligatur; breviter aliqua circa hoc annotavimus. Prima acceptio huius vocis *efficax* idem significat, ac *virtutem*, quæ in suo genere habet specialem energiam ad agendum, quamvis de facto non producat effectum, ad quem ordinatur. In hoc sensu dici solet medicina efficax ad causandam salutem, licet de facto non ita contingat. Similiterquè; Passionem Christi Dñi. eiusquè Sacramenta esse remedia efficacia, & efficacissima ad salutem spiritualem, & vitam æternam consequendam; quia videlicet in se ipsis maximam, atque excellentem virtutem habent.

In

In hoc etiam sensu ad Hebræos 4. dicitur: *Vivus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti*: per quę verba energia, & excellentia virtutis, qua pollet Evangelij verbum ad conversionem fidelium, declaratur. Huiusmodi autem acceptio est nimis lata, & prout spectat ad considerationem Theologicam ab omnibus ut talis reputatur, dum de gratia, sive auxilio efficaci ab eisdem agitur. Etenim talis modus efficaciæ convenit auxilio merè sufficienti, & inefficaci; nihil enim virtutis, sive potestatis ad actum primum spectantis deficit ei, qui quamvis actu salutariter non operetur, habet sufficientiam virtutis ad operandum. Cumque auxilium efficax verè tale aliquid superaddat ad auxilium sufficiens; ideò talis acceptio efficaciæ non est propria pro præsenti.

66 Secunda.

In idem (meo videri) coincidit frequens modus dicendi auxilium, quod de facto non efficit in homine conversionem actualem (quocumque ex capite proveniat defectus) esse auxilium efficax *de se*, aut *quantum est de se*; siquidem his loquutionibus tantum significatur, illud pollere virtute ad efficiendam conversionem; non vero coniungi reipsa, aut illam efficere. Quemadmodum non dicitur propriè Deum velle efficaciter hominem salutariter consentire, aut consequi vitam æternam; quamvis quantum est ex parte Dei volentis omnes homines salvos fieri; nihil deficiat (præsertim fidelibus iustificatis) sufficientiæ, aut virtutis ad vitæ æternæ consequutionem, & ut non consequutio ipsis imputetur ad culpam iuxta illud: *Quid ultra debui facere vineæ meæ, & non feci.* Esaiæ 5. Hinc auxilium efficax qua efficax est, & prout distinguitur ab auxilio sufficienti (cuius proprium munus est constituere voluntatem cum vera potestate, sive libertate ad consensum salutarem v. g.) dicit, seu complectitur omnium Theologorum iudicio connexionem cum consensu, & incompossibilitatem cum dissensu. Quin huic obstet; etiam si auxilium sufficiens, & efficax entitativè non distinguantur; siquidem esto similis identitas admittatur in adiutorio sine *quo*, & adiutorio *quo* ad velle bonum, & perseverandum in illo: similiterquè in adiutorio *possibilitatis*, & adiutorio *voluntatis, & actionis*; attamen adiutorium *quo*, sive *voluntatis* dicit connexionem cum consensu, & perseverantia in bono; secus vero adiutorium *quo*, sive adiutorium *possibilitatis*. Qua ratione (ut doctrinam supra traditam confirmemus) sicuti dicere Adamo, v. g. fuisse concessum à Deo adiutorium *quo* perseverantiæ, quantum est *ex se*, est ex parte obiecti dicere: habuisse tantum adiutorium sine *quo*, & solius sufficientiæ; ita dicendum de auxilio sic efficaci; opportet enim Theologum loqui in sensu formali, & proprio iuxta communem acceptionem terminorum.

67 Requiritur infallibil. connexio.

Ex quo deducitur gratiam efficacem qua talem non significare solum vim activam actu coniunctam suæ operationi, sed infallibilem connexionem cum illa. Ratio est 1. à paritate voluntatis efficacis in Deo; quę non solum dicit coniunctionem cum obiecto volito; verumetiam connexionem infallibilem cum illo; qua ratione dicitur irresistibilis; & quoad effectum inimpedibilis à creatura. 2. Auxilium efficax in sensu proprio acceptum est inconiungibile cum dissensu: de illo enim verificantur testimonia M. P. asserentis *per illud hominem non fieri nisi volentem, & perseverantem in bono; & rursus insuperabiliter, & indeclinabiliter agi ad bonum, & per illud fieri, ut homo invictissimè velit bonum, & invictissimè nolit recedere ab illo.* Sed hæc omnia significant expresse infallibilem connexionem cum actu ad quem dispensatur: ergò auxilium qua efficax non purè in coniuctione; sed etiam in connexione infallibili &c. 3. Quia ablata hac infallibilitate, solum dici valet efficax ab effectu, scilicèt, à cooperatione liberij arbitrij; quæ efficacia reijcitur communiter à Theologis. Sed quia infallibilis connexio posset esse; aut purè logica absquè vera causalitate, & influxu activo, aut cum illa: efficacia gratię non in prima connex. sed in 2. consistit. Constat enim auxilium

Nota.

præ-

prævisſum inefficax connecti infallibiliter, ſi à Deo conferatur, cum diſſenſu; cum tamen non ſit efficax ad illum. Et idem de auxilio ſufficienti, ſi iuxta Thom. ei non ſuperaddatur auxilium ab intrinſeco efficax; quin ob hanc connexionem dici valeat efficax ad diſſenſum. Dixi abſquè ulla cauſalitate poſitiva. Nàm eſto à pluribus cum P. Suarez negetur gratiam excitantem effectivè influere in liberum conſenſum, ponunt tamen concurſum moralem, & per modum cauſæ finalis, ad illum allicientem voluntatem: effectivum vero phyſicè, vel per habitus virtutũ; vel in horum abſentia per Spiritum Sanct. extrinſecè aſsiſtentem.

68 Sed quia exdictis in anteced. conſtat Spirit. Sanct. nec omnipotentiam dici poſſe propriè gratiam aut auxilium; hac efficientia non redditur propriè gratiã efficax, ſive gratia per quam Deus propriè, & in rigore faciat nos velle bonum, & illud facere. Hanc enim efficaciam docent Concilia; & SS. PP. præſertim P. Aug. pluribus teſtim. in hoc tract. relatis. Ratio horum eſt. Quia ſicut auxilium ſufficiens dans poſſe ad actus ſalutares non eſt propter ſe, ſed propter voluntatem; & ideo in ſui conſtitutione dicit reddere voluntatem potentem ſalutariter agere; cum etiam auxilium, ſive gratia efficax, ſit propter voluntatem ei ſubveniendo, & ultimatè complendo eius libertatem reducendo de actu 1. ad actum 2. oportet, ut eius efficacia ſit talis conditionis ut voluntatem certiſsimè trahat, determinetquè, & intimè moveat ad ſalutariter agẽdum. Quamvis efficacia gratię per infallibilem connexione explicata ſit; non licet ſtatim inferre eam à præſcientia Dei provenire, eſtò videatur infallibilitatem ad intellectum pertinere. Nàm ſicuti eſt duplex certitudo, eſt duplex infallibilitas iuxta Doctr. S. D. q. 6. de verit. art. 3. *Dicendum, quod duplex eſt certitudo, ſcilicet, cognitionis, & ordinis: cognitionis quidem, quando non declinat ab aliquo, quod in re invenitur; ſed hoc modo exiſtimat de re, ſicut eſt. Et quia certa exiſtimatio habetur de re præcipuè per cauſam; ideo tractum eſt nomen certitudinis ab ordine cauſæ ad effectum; ut dicatur ordo cauſæ certus, quando cauſa infallibiliter effectum producit.* Videatur 2. 2. quæſt. 18. art. 4.

In ſent. Th. propug. neceſsitatem gratiæ intrinſecè efficacis prę- 69 venientiſquè ordine cauſalitatis actus ſalutares, omnia recenſita optimo iure ei adaptantur. Non enim dicit coniunctionem cum actu ut cumque, ſed infallibilem connexionẽ cum illo, & inſuper per modum cauſæ ab intrinſeco, & ex natura ſua phyſicè moventis, & determinantis voluntatem, ut velit, & operetur. Quare independenter ab humana voluntate vel illius conſenſu abſolutè, aut conditionatè prævisſo, habet coniungere illam cum libero conſenſu; nec quia Deus talem coniunctionem prævidit, eſt omnino infallibile, quod ſi conferatur, voluntas conſentiet gratiæ excitanti; ſed quia hoc habet ex natura ſua. At vero in aliorum opinione eſtò præter vim movendi moraliter, & vim phyſicè activam convenientem gratiæ excitanti ab intrinſeco (qua ratione poteſt dici efficax efficacia accepta in primo ſenſu) detur ſæpè coniunctio illius cum actu ſalutari, & quæ talis ſit per modum cauſæ, ſive virtutis operativæ; hæc tamen coniunctio convenit ei ex determinatione voluntatis, licet adiuta ipſa gratia; & ex determinatione, quę indiviſsim ab utroquè procedit, nec differt ab ipſo conſenſu. Quare non habet efficaciam in cauſando ei intrinſecam, nec præciſsivè à libero conſenſu, ſive determinatione volunt. Idemquè dicendum de certitudine, aut infallibilitate connexionis; nam eſtò ſit omnino infallibile, quod voluntas conſentiet ſub auxilio prævisſo efficaci, ſi illud conferatur à Deo; & quod tale auxilium reducetur ad actum influendo phyſicè ut virtus in conſenſum: hæc certitudo eſt tantum cognitionis, non verò ordinis, & cauſalitatis.

Efficacia gratiæ in ſent. Th.

Quid de Aliorum opinione.

Nec dicas, quod ſuppoſita ta- 70 li prævisſione, gratia ſufficiens cauſabit conſenſum, ita tamen, ut nec de potentia abſoluta poſsit coniungi cum carentia cauſalitatis illius: ergò

Inſtabis.

eſt

est medium certum utraque certitudine. Non, inquam, dicas. Talis enim certitudo, ut distincta à certitudine cognitionis, nequit per hanc formaliter constitui; proindeque debet esse intrinseca gratiæ. Duo enim concurrunt in illa, 1. ratio causæ. 2. ratio certitudinis ordinis ad effectum. Et utrūque debet poni ut ei intrinsecum; sicuti ut cognitio sit certa certitudine præscientiæ, necesse est, ut & ratio cognitionis, & infallibilitas ob attingentiam rei ut est in se, intrinsecè ei conveniant. Dicere enim omnipotētiam indifferenter, & ideo incertè, & contingenter, coniungibilem cum cōsensu, aut illius omissione, suppositā scientia media, consensus sub illa, esse iam certam utraque certitudine cognitionis, & causalitatis, videtur repugnans. Hinc sic arguenti* causa infallibiliter connexa consensu, est certa certitudine causalitatis, sive ordinis; * sic debet Resp. infallibilitate purè extrinseca ex cognitione proveniens, neg. Intrinseca, conced. Et præsertim quando scientia prævidens causam coniungendam cum operatione, est speculativa, & nihil intrinsecum ad illam derivatur; ut se habet scientia media prævidens coniunctionem auxilij cum consensu, sed non ex Dei, sed creaturæ determinatione, ponendam.

Respond.

De hoc Mag à S. Thom. de prad. disp 8. a 5.

Solut. in forma.

71

His animadversis circa constitutionem gratiæ efficacis in sensu proprio, & prout differt à gratia sufficiēti, acceptæ; triplicem efficaciam solēt frequenter aliqui A. distinguere; 1. appellant radicalem, sive primariam independentem ab aliqua suppositione Deo libera; imò etiam ab eo, quòd voluntas sit in statu absoluto consentiens, vel cum libertate ad cōsensum. Hæc provenit à consensu conditionato sub hypothesi auxilij à Deo prævisso. Ratio est: Nam talis conditionata prævisio reddit necessariam hanc disiunctivam, * vel tale auxilium non conferetur, vel infallibiliter producet consensum. * Quare prędictam necessitatem vocant efficaciam radicalem. De qua num. 16. 2. Appellant efficaciam *proximam, & in actu* 1. quæ consistit in complexo ex auxilio à Deo collato, & scientia media consensus sub illo. Dicitur efficacia in actu 1. quia præcedit realiter consensum absolutè extiturum, & aliunde cum illo connectitur. Quare non consistit præcisè in virtute, aut sufficientia ad causandum consensum; aliàs etiam in his, qui dissentiunt Dei vocationi, daretur similis efficacia. Huiusmodi cōplexum ponitur ex libera determinatione Dei. Siquidem ille propriè dicitur determinare aliquod cōplexum, qui posita una parte illius de se indifferenti, ut illud existat, vel non, ponit aliam, ex qua infallibiliter sequitur positio illius; sed scientia media consensus, quę est una pars, estò sit libera creaturæ, est modo dicto indifferens; quæ indifferentia tollitur, dum Deus sua libera determinatione confert auxilium, sub quo prævisus est consensus. Igitur talis efficacia existit ex libera Dei determinatione. Licet autē creatura impediendo scientiam consensus posit illud complexum impedire, non tamen potest illud directè determinare; ad hoc enim plus requiritur: de quo alibi. Tertiā efficaciam appellant *comittantem*, & hęc desumitur à consensu absolutè existente, & effectivè proveniente ab auxilio. Hanc vocāt alij efficaciam in actu 2.

Aliæ acceptiones circa efficaciam grat.

Sic M. Ramirez de prad. disp 5. à num. 132.

72

Ex his acceptionibus prima est prior prioritate Logica, sive consequentiæ, consensu absoluto; cum illa existere valeat absque existentia consensus; secus tamen è cōverso. Si enim est verum quòd Petrus his auxilijs convertitur; est verum, quòd si hæc auxilia provideantur, esse convertendum. Et quamvis hæc efficacia unicè sit determinativè à creatura; quia tamen non connectitur, nec cum absoluta existentia consensus, aut libertatis, minimè præiudicatur Dei libertati; ut in statu absoluto sit specialis, & liberalis causa consensus. Circa 2. efficaciam, quàm admittunt esse prævenientem consensum; restat discutiendum; quid dicat in sui formali constitutione? P. Ripalda ait includere inadæquatè ipsam entitatem auxilij quoad omnem vim ei intrinsecam, scil. motivam moraliter, & etiā physicè productivam consensus. Quare licet efficacia adæquatè sumpta non sit intrinseca gratiæ; quatenus dicit

Explicatio præcedentium.

In quo stet 2. efficacia.

Disp. 113 à n. 23.

connexionem cum consensu; benè tamē si efficacia accipiatur inadęquatè.

Sed hic modus loquendi, estò familiaris in pluribus materijs, iuxta
73 quem omnia, quæ prærequiruntur ad aliquod constitutum, ponuntur ut inadæquatè ipsum constituentia; minimè placet 1. Aliud est differere de constitutivis huius complexi *auxilium efficax*; aliud de constitutivo efficaciæ conveniēti auxilio; sicuti aliud est inquirere per quid constituatur hoc complexum *corpus album*; aliud de constitutivo *albedinis* à qua corpus denominatur album. Nemo enim dicet albedinem convenientem corpori, inadęquatè in recto dicere corpus, quod ab illa denominatur. Unde si sic definiatur dicitur esse *rationem disgregandi visum*. Idem de anima; quæ in duplici definitione tradita à Philos. nullatenus dicit ut cōstitutivum inadæquatum corpus; licet illud dicat de connotato, sive in obliquo pro materiali. Quòd commune est omnibus formis in abstracto definitis. Cum ergò sic se habeat efficacia gratiæ, nequit proprie loquendo dicere, ut constitutivum inadęquatum entitatem auxilij ab illa extrinsecè denominabilis.

Impugn. 1. constitutio huius efficacē. 1.

2. Entitas auxilij quoad vim
74 intrinsecam movendi moraliter, & physicè in actu 1. spectat ad constitutivū gratiæ ut sufficientis. Sed sufficientia, sive libertas ad consensum, non ingreditur in recto adhuc inadæq. ad aux. ut efficax est, & prout differt ab auxilio sufficienti, aut inefficaci: ergò.

Secundo.

Tertio. 3. Definitio quidditativa rei explicat eius constitutiva propriè sumpta. Sed adiutorium *quo*, sive *voluntatis, & actionis* iuxta M.P. sic definitur: *Adiutorium, per quod fit, ut benè velimus, & agamus, & solum quando benè volumus, & agimus.* Nulla facta mentione de possibilitate ad velle, & agere; licet eam essentialiter connotet, & supponat: ergò cum tale adiutorium sit auxilium ut efficax &c. Hæc mihi videtur satis efficacia; si sermo sit formalis, & attendatur significatio formalis cuiusvis concreti accidentalis (& præcipuè extrinsecè talis) de quo dicitur solam formā significare. Video tamē, quòd si hoc concedatur ab Adv. tota essentia efficaciæ in auxilio est purè extrinseca ipsi, & unicè dominativè ex libera determin. creaturę. * Unde suspicor, nè hoc concedatur; ideò dici entitatem auxilij quoad omnia ei intrinseca, & quæ liberè descendit à Deo, ingredi inadæquatè ad constitutionem gratiæ in esse efficacis. Sed quàm sine solido fundamento, constat ex dictis.

* In hoc sensu sæpè dixi: unicè &c

75 Eodem motivo impugnatur efficacia gratiæ in actu 1. supra descripta. Aliud namque est in dicto complexo dari cōnexionem infallibilem, & prævenientem consensum; aliud vero, quòd gratia, sive auxilium se habens ut una pars illius, sit efficax in actu 1. cum ex illius coniunctione nihil accipiat, sed puram extrinsecam denominationem, aut respectū rationis ad scientiam mediam consensus. Unde solum potest cōcedi auxilio efficacia consistens in virtute intrinseca ad causandum consensum: quę acceptio est nimis lata, ut sup. diximus. Efficacia autē strictè sumpta pro infallibili determinatione ad consensum, solum potest ab extrinseco ei cōvenire, vel ratione scientiæ mediæ, vel propter habitudinem ad efficacē prædefinitionem consensus. Cum vero scientia media, & prædefinitio ei innitens obiectivè sit posterior ad cōsensum, & impedibilis à libero arbitrio adhuc pro statu absoluto; omnis infallibilis cōnexio ex parte auxilij est consequens liberum usum voluntatis: proindeque estò gratia, quæ ponitur efficax, sit præveniens, non tamen quia efficax. Hac ratione estò sit verum, voluntatem non posse resistere vocationi ut *congrua* est, & ut *efficax*; prout his terminis significatur aliquid superadditum ad sufficientiam; quia includit respectum ad scientiam mediā, & etiā ipsum consensum; quia tamen prout sic nō antecedit simpliciter, non destruit libertatem. Sed tamen si prout sic non antecedit, restat salvare per illam: Deus verè, & simpliciter facere, ut salutariter velimus, & cum omni proprietate donare tanquam Supremum Dominum, quòd in executione benè velimus, & operemur. *Et hæc de hoc dub. applic. litteræ Mag. ubi præced.*

Impugn. efficac. in actu 1.

Doctrin. Societ.

Obstat contr. illam.

DU-

DUBIUM VI.

AN GRATIA PRÆDETERM. SIT adiutorium quo, ut á M.P. describitur?

N.1 OMnis ferè doctr. dub. antec. tradita estò probet per bonam conseq. debere concedi gratiam ab intrinseco efficacem, realiterque prę-
Utilitas dubij. venientem consensum liberum voluntatis, quamque Thomist. appellant physicè prędeterm. Restat tamen aliqua munera illius explicare, ut exinde constet eã iure optimo esse adiutoriũ *quo* à M.P. stabilitum, sive gratiam adiuvantem positam à Trid. ut distinctam ab excitanti. Omisso argum. desumpto ex cap. libertatis; quia hoc
* Alvarez, Lemos, Ill. Montalvan. Godoy. alio spectat, & de quo eruditè, inter alios, *Ill. Castell. Tria arg. sunt nunc exarmanda. 1. *Quia talis gratia non est verè causa, qua Deus facit ut velimus, sed ad summum pura conditio sine qua non.* 2. *Quia eius influxus non transit propriè ad actum voluntatis.* 3. *Quia sequitur Deum prius operari, & producere actum liberum, quàm nos illum faciamus: cum tamen titulo actionis vitalis hoc appareat repugnans.* Ex quibus infertur prædictam gratiam non esse adiutorium *quo* stando doctr. M.P.
Ratio pro parte negativa triplici ex capite.

§. I.

PRIMA CONCLUSIO.

Prædicta gratia verè, & propriè influit in illum, neque est pura conditio sine qua non.

2 IN hac meo videri conveniunt omnes Thom. probantes necessitatem talis gratiæ. Tum quia per illam
Sic omn. Thom. Deus propriè facit nos facere. Tùm quia ratione illius voluntas creata subordinatur Deo, ut 1. libero, & 1. agenti, in elicientia actuum salutarium. Tùm quia ratione eiusdem gratiæ Deus dicitur specialis benefactor, & propriè discernens consentientem à non consentiente. Advertendum tamen hoc nomen conditionis *sine qua non* posse accipi, vel generaliter, vel specialiter. 1. modo comprehẽdit sub se omne principium requisitum ad operandum', etiamsi per se influat in operationem; quapropter sub hac cõsideratione lumẽ, vel species impressa dicitur conditio necessaria ad videndũ; at vero propriè accepta iuxta cõmunem usum Philos. tantum verificatur de illo, quod etsi necessario requiratur ad operationem, non tamen influit *per se* in illam perfeitate *virtutis, causalitatis*, aut alterius modi similis. Huiusmodi (fortasis) est existentia ad agendum, applicatio agentis ad passum, & extensio quantitativa in colore ad immutationem visus; vel si mavis cognitio retrahens à dilectione Dei respectu libertatis intrinsecè ei convenientis. Ex quibus constat qualiter nomen conditionis *sine qua non* accipiatur in conclusione, dum negatur eius significationem convenire gratiæ ab intrinseco efficaci.

Concluſ. quam expresè tuentur M. Ledesma de Aux. a. 3. concl. 3. & a. 6. ad 1. & a. 11. in Resp. ad arg. Alvarez disp. 19. & 86. & expressius disp. 100. Prob. 1. ex varijs loquut. SS. PP. Aug. & Prosp. appellantium gratiam Dei ab intrinseco efficacem (iuxta commun. Thom. intelligentiam) *effectricem, creatricem, & generatricem nostrorum actuũ salutarium.* In quibus expresè denotatur verus influxus causalis, & activus gratię ab intrinseco efficacis in illos. Prob. 2. Gratia illa, per quã Deus facit cum proprietate nos facere, est gratia cum proprietate influens in consensum salutarem; sed huiusmodi est gratia ab intrinseco efficax, ut ex dictis dub. 2. & 3. constat: ergò talis gratia verè, & propriè influit in consensum salutarem. 3. Gratia, per quam efficitur, ut voluntas velit, est gratia cum proprietate influens effectivè in actum salutarem, ut ex ipsa significatione de ly *efficitur* cõstat. Sed huiusmodi est adiutorium gratiæ *quo* iuxta doct. M.P. de Correp. & grat. cap. 12. quod quidem adiutorium iuxta Thomist. quos sequuti sumus dub. 2. est

3

Prob. 1. ex dictis in antec.

Prob. 2.

Tertia.

gratia ab intrinseco efficax: ergò. Id ipsum suaderi potest ex eo quod Deus non aliter operatur in nobis velle, & perficere nisi media grat. efficaci, per quam movet, & determinat voluntatem activè reducendo ipsam de potentia ad actum, ut eliciat actus salutares. Hoc enim supposito rectè infertur, quod si Deus verè, & propriè operatur ut *quod* in nobis actus salutares, ipsa gratia efficax, quæ se habet per modum causalitatis, media qua Deus exequitur existentiam talium actuum, influit effectivè; utpotè non ponens in numero cum influxu effectivo Dei. Rursus suadet hoc ipsum qualitas efficaciæ gratiæ prædeterminantis: quæ quidem non est efficacia moralis, nec in connexione cum consensu utcumque consistens; sed est efficacia physica per veram efficientiam immutans voluntatem, ut salutariter operetur. Cum igitur efficacia ab efficientia, seu causalitate derivetur, gratia quæ dicitur ab intrinseco efficax, & efficacissima, vere, & propriè facit voluntatem nostram salutariter consentire.

3 Hoc idem assumpt. constat ex D. Th. q. 3. de Pot. a. 7. & q. 3. de Mal. a. 3. ad 14. & 1. p. q. 105. a. 5. & alibi, ubi affirmat. *Deum esse causam effectivam omnis operationis tam naturæ, quam voluntatis: quia non solum confert, & conservat in eis voluntatem operandi, sed etiã & præcipuè, quia prædictam virtutem movet, determinat, & applicat ad operandum*; quod prob. 3. cont. G. c. 89. exemplo agentis principalis moventis instrumẽtum ad operandũ. Unde quem admodum movens, & applicans cultellum ad scindendum, dicitur propriè causa talis occisionis, ita similiter, Deus qui non solum dat nobis virtutem volendi, & operandi, sed etiam movet, & applicat voluntatem ut velit, & operetur, est causa volendi, & operandi in voluntate. Ex quibus sic arguo. Id quod verè, & propriè movet quoad exercitium voluntatem reducẽdo ipsam de potentia ad actum, verè effectivè influit in actum voluntatis; cum movere quoad exercitium sit agere, & talis motio se teneat ex parte agentis, iuxta D. Th. 1. 2. q. 9. a. 1. sed gratia ab intrinseco efficax hoc modo movet voluntatem ad actus salutares: ergò verè effectivè influit in eorum elicientiam. Quod ulterius explicari potest exemplo intentionis finis verè activè causantis electionem mediorum; eo quod intrinsecè determinat voluntatem ad illius eliciẽtiam; idem dicendum de assensu præmissarum in ordine ad assensum conclus. & de imperio efficaci in ordine ad actum imperatum: quia videlicet sua virtute intrinseca determinant, & applicant principia effectiva assensus conclusionis, & actus imperati. Si igitur gratia ab intrinseco efficax maiori efficacia, & vigore determinat voluntatem auferendo ab illa indifferẽtiam potentialitatis, potiori ratione cõcurret effectivè ad actus salutares.

Prob. 1. ex S. D.

Nec huic obstat 1. prædict. gratiam non præbere voluntati virtutem, aut potestatem ad actus supernatur. sed unicè ipsam determinare reducendo de potentia ad actum: proindeque videtur non posse effectivè influere. Nõ inquam obstat 1. propter exemplũ imperij efficacis, etsi non necessario requisiti ad existentiam actus imperati; cum tamen effectivè influat in illum per modum moventis quoad exercitium. 2. Nam decretũ efficax de existentia consensus effectivè influit in illum; cum voluntas divina sit propriè causa rerum; & tamen huiusmodi decretum nec præbet voluntati creatæ potestatẽ ad consensum, nec ipsi Deo ad illius productionem. Vel si mavis appone exemplum in actu imperij divini intellectus, per quem iuxta plures Deus operatur effectivè ad extra. *3. Nam ignis per actionem calefactivam verè, & propriè efficit calorem in ligno; & tamen talis actio supponit in igne virtutem adæquatam productivã caloris. 4. Nam iuxta plures ex AA. concedentibus gratiæ excitanti concursum purè moralẽ, Deus ratione concursus simult. facit physicè voluntatem facere; & tamen talis concursus tam longè distat, ut præbeat voluntati posse salutariter consentire, quod potius sit realiter ipse consensus salutaris à Deo immediatè procedens. Igirur ratio insinuata in replica nihil probat contra dicta.

4 Occurritur 1. instantiæ.

* Est ferè certum in S. D.

Non enim attribuimus gratiæ prædeterminanti concursum effectivum per modum agentis ut *quod*, aut per mo-

5

modum causæ *quæ*; nec similiter per modum alicuius comprincipij ipse habentis unicè ex parte voluntatis creatæ ad elicientiam actuum. Fatemur enim solum 1. caus. ut *quod* operantem in nobis consensum salutarem, esse Deum titulo 1. motoris, & A. supernaturalis nostrorum meritorum. Sed tamen cum omne id, quod se tenet ex parte alicuius causæ concurrat eodem genere influxus, quo talis causa cōcurrit, omnia illa, quibus Deus exequitur perfectè hoc, quod est voluntatem creatam elicere consensum salutarem cum subordinatione ad ipsum, ut supremum Dominum, & 1. agens, influunt effectivè physicè in talem cōsensum. Ad hoc autem concurrunt ex parte Dei omnipotentia per modum virtutis, voluntas per modum imperantis, & gratia ab intrinseco efficax per modum quasi causalitatis, per quam subijcit sibi liberum arbitrium activè illum determinando ad elicientiam actuum salutarium. Quapropter, sicuti ipse Deus physicè ut *quod* facit voluntatem consentire, ita gratia ab intrinseco efficax facit hoc ipsum, licet ut *quo*, & per modum causalitatis se tenentis ex parte Dei; & ideò non ponit in numero cum Dei operatione, & voluntate efficaci operandi omnem nostram operationem. Ita Lemos tom. 3. p. 1. tract. 1. cap. 34.

Vide S.D in 1. d. 45 ar. 3. cur Dei volunt. fit caus. prin cip. rerū.

6 Nec obstat 2. quod talis gratia ab intrinseco efficax appellatur à Thom. applicatio virtutis ad agendum, quod solum videtur denotare requisitū per modum conditionis; sicuti se habet applicatio ignis ad passum, ut illud cō burat, & applicatio intentionalis boni respectu voluntatis media cognitione repræsentativa illius. Non, inquā, obstat propter instantias sup. adductas. Deinde, quia decretum efficax, per quod determinatur divina omnipotentia ad productionē actuū extra se, potest meritò dici eius applicatio ad operandum, & tamen non est pura cōditio, sed verè effectivè influens in existentiā creaturarum. Applicatio conveniens gratiæ efficaci non est utcūque talis, sed est applicatio intrinseca voluntati, & activè immutans ipsam ut operetur auferendo per prius ab illa potentialitatē impedientem operari. Unde talis applicatio est usus activus, per quem Deus subijcit sibi, & exercet dominium, quod habet supra omnes actus nostræ voluntatis. Unde sicuti voluntas activè utens influit effect. est non per modum exequentis, in alias operationes, ita dicendum de gratia efficaci, qua mediante Deus exequitur dominiū, quo gaudet supra omnes actus creaturæ. Per quod cōstat ad applicationem ignis ad passum; illa enim est pure localis, & extrinseca, & nullatenus reductio intrinseca virtutis ipsius. Constat etiam ad instantiam de applicatione intentionali media cognitione; tum quia est extrinseca bono: tum quia ipsi nullam efficaciam, robur, aut subsidium intrinsecum confert, ut moveat voluntatem.

Occurritur secundæ instantiæ.

Sed dices cum Suar. cap. 33. n. 16. 7 Applicatio physica, & realis non intelligitur nisi inter res existentes; ad rem enim futuram non fit applicatio nisi per propositum, vel destinationem animi: ergò si gratia ab intrinseco efficax est applicatio voluntatis ad agendum in 1. sensu, est applicatio ad actum voluntatis iam existentem. Sed actus voluntatis non existit, nisi voluntas illum eliciat: ergò talis gratia applicans non datur, nisi dum voluntas consentit: ergò nequit esse applicatio prævia ordine naturæ, & causalitatis ad actum voluntatis. Dices 2. ex eodem n. 25. Illa gratia ab intrinseco efficax iuxta Thom. est vera causa efficiens consensum, & non ut agens *quòd*: ergò ut principium *quo* efficiendi. Sed omne principium *quo* præbet supposito operanti potestatem agendi: ergò gratia ab intrinseco efficax dat voluntati potestatem operandi. 3. Ex num. 10. Non est possibilis alius modus influendi per se in aliquem effectum nisi per modum principij, aut per modum actionis intimæ, & immediatæ ipsi termino: sed gratia ab intrinseco efficax non influit primo modo in consensum, ut fatentur Thomist. nec valet influere secundo modo, quia actio iuxta principia Philos. non differt realiter à termino intrinseco; gratia autem efficax differt realiter ab actu vo-

Instab. 1.

Secundo.

Tertio.

voluntatis: ergò nequit per se effectivè influere, sed solum per modum causæ per accidens, & conditionis necessariæ.

Prima impugn. aut laborat in æquivoco; aut penitus ridicula est. Si
8 enim contendit Deum physicè applicantem ad consentiendum,& voluntatem sic applicatam exigere necessario existentiam ex parte utriusque; optimè,& verissimè dicit: sed ex hoc minimè infertur talem applicationem non debere esse præviam ad existentiam consensus; cum consensus non sit quod applicatur; sed terminus,sive finis,ad cuius elicientiam applicatur voluntas.Si autem contendit non solum voluntatem passivè applicatam; verum etiam operationem ad quam determinatur,& applicatur,debere esse existentem; inquiro,vel intendit debere esse existentem pro eodem signo, vel pro signo sequenti? si hoc secundum probatio ibi adduct. prorsus inefficax. Si primum;absquè ulla specie probabilitatis dicitur;cum sit omnino certum motionem activam moventis præcedere ratione, & natura motum mobilis:&usum activũ voluntatis,sicuti,&imperium efficax, præcedere usum passivum, & actum imperatum... Ad 2.Respond.gratiam ab intrinseco efficacem dici veram causam, quia verè influit in consensum, & consensus ab illa ut à determinante, & dante existentiam verè pendet; quamvis solus Deus sit in rigore causa, & faciens voluntatem producere consensum. Hinc apparet 1. conseq. esse nullam : Nam decretum efficax est vera causa efficiens consensum, cum tamen nec sit agens ut *quod*,nec id,quo Deus constituitur potens illum efficere; sed solum est determinatio omnipotentiæ,ut ipsum producat. Vide num.12.

Respond. ad 1.

Ad 2.

Ad 3.Resp.Gratiam ab intrinseco
9 efficacem non esse actionemDei,cum iuxta sent.D.Th.q.1.de Pot.a.1.ad 1. Et q.3.a.3.& 4.alijsque innumeris locis usq.ad 70. apud Ildeph. Michael. tom. in 1.p.q. 25. a.1.n. 11. operatio Dei sit eius essentia.Aliter enimDeus non esset actus purus in ratione agentis, cum non identificaret suam ultimam actualitatem de linea agẽdi;nec pariter eius omnipotẽtia esset summè perfecta,utpotè carens reali identitate cum sua actualitate, & causalitate, quæ ex sua ratione dicit esse perfectionem potentiæ se exercẽtis per illã. Sed adhuc dato gratiam esse actionẽ Dei falso,&absque solido fundamento id impugnat P.Suarez,ex eo videlicet,*quod actio ut est per se notũ in Philos.non differt realiter à suo termino*cũ potius oppos.sit nobis notũ: quandoquidem terminus verè,&propriè pendet ab actione,per quã agens operatur, & nihil possit à seipso realiter dependere. De quo alibi.His animadversis maior ultimæ impugnationis est falsa: Nàm ultra influxum effectivum per modum principij, & actionis ex parte Dei, datur modus influendi per modum motionis activæ verè immutantis voluntatem, reducendo illam de potentia ad actum;cum talis motio utpotè quoad exercitium,& se tenens ex parte agẽtis,spectet ad genus causę efficiẽtis.* 3.

* Sic Caiet. 3.p.q.62. a. 1. §. ad 3.

§. II.

STATUITUR SECUNDA CONCLUS.

Talis concursus effectivus intelligitur in signo priori ad efficientiam, sive influxum voluntatis in consensum liberum.

SUpponimus voluntatem, sicuti & quamlibet aliam potentiam,
10 debere propriè influere in suam operationem, hancque esse posteriorem naturâ ipsa voluntate, à qua dependet, ut à principio per se dante illi esse essentiæ, & existentiæ :quamvis inter potentiam,& operationem non mediet alia actio realiter distincta. Quapropter sensus conclusionis est: gratiam prædeterminantem non solum præcedere ordine causalitatis actum à voluntate elicitum, verum etiam præcedere hoc, quod est voluntatem ex se emittere, & producere talem actum. Conclusio prob. 1. ex M. P. tract. 72. in Ioann.ubi asserit : *Actum fidei, quo credimus in Christum fieri à nobis, & simul fieri à Christo Domino; prius tamen Christum Dominum facere illum, quam nos faciamus;*

Prob. 1. authorit.

mus; quia ipse facit, ut faciamus. Sed Deus facit, ut faciamus per gratiam ab intrinseco efficacem determinantem, & moventem voluntatem, ut faciat iuxta superius probata dub. antec. ergò gratia ab intrinseco efficax non solum præcedit actum voluntatis, sed etiam hoc, quod est voluntatem efficere talem actum. Explic. hæc ratio. Stat quamoptimè causam aliquam præcedere ordine naturæ, & causalitatis actionem alterius concausæ, quatenus influit activè in illam, & tamen non præcedere ipsam concausam, ut elicientem prædictam actionem; eo quod non est causa faciens illam facere. Hoc constat in hominibus simul trahentibus navim: siquidem neuter est alteri causa, nec influit in ipsum, ut eliciat actionem tractivam navis: & hoc quidem contingit, quia concursus simultaneus est præcisè influxus in effectum, non vero in causam coefficientem: ergò illa gratia, per quam Deus non solum producit omnes actus liberos voluntatis, sed etiã verè, & propriè facit, ut voluntas illos producat, & operetur, est gratia influens effective in signo priori, & ad actum voluntatis, & ad influxum activum voluntatis in eundem actum. Sed talis est gratia ab intrinseco efficax, ut in præsenti admittit P. Suarez: ergò.

II 2. Prob. Semel quod gratia ab intrinseco efficax influat effectivè in actum voluntatis, talis efficientia debet ipsi convenire in illo signo, in

Prob. 1. quo intelligitur efficaciter movens quoad exercitium voluntatem ad elicientiam actus; cum efficientia ipsi conveniens in tali motione consistat. Sed gratia ab intrinseco efficax habet movere voluntatem efficaciter, & quoad exercitium in signo priori ad hoc, quod est voluntatem elicere suum actum: ergò efficientia conveniens gratiæ ab intrinseco efficaci est prior, tum actu voluntatis; tum ipsa voluntate, ut influente in talem ac-

Pr. min. 1 tum. Min. prob. 1. Gratia ab intrinseco efficax ita movet efficaciter quo ad exercitium voluntatem ad elicientiam proprij actus, ut hæc causalis sit vera: *Ideò voluntas elicit, & operatur suum actum, quia movetur, & determinatur à Deo media gratia efficaci,* ut est innegabile, semel admisso dari gratiam ab intrinseco efficacem. Sed omnis causa est prior suo effectu: ergò. Vel aliter, quia existentia consensus non existit nisi Deo prædeterminanti ipsam, talis existentia est posterior natura, & causalitate, Deo, ut prædeterminante. Sed voluntas nequit influere, & activè dare esse consensum, nisi Deo prædeterminanti ipsam ut sic activè influat in consensum: ergò voluntas, ut activè influens in consensum, est etiam posterior natura Deo, ut prædeterminanti. I 2

2. Prob. eadem min. Si gratia ab intrinseco efficax movet quoad exercitium voluntatem, ut eliciat proprium actum, voluntas non elicit illum, nisi mota à gratia ab intrinseco efficaci. Sed omne motum, qua tale est posterius natura movente activè ipsum: ergò si gratia &c. Confir. hæc rario aliquibus exemplis. 1. sit in omnipotentia creante medio decreto efficaci voluntatis Dei illam determinantis ad creandum: ubi utrumque concurrit activè ad creationem rerum; omnipotentia quidem per modum potentiæ executivæ, decretum vero per modum determinantis, sive imperantis actionem creativam. Ita D. Thom. 1. p. q. 25. a. 1. dicens: *Operationem rerum ad extra pertinere in Deo ad scientiam, ut dirigentem, ad voluntatem, ut imperantem, & ad omnipotentiam, ut exequentem.* Verumtamen negari nequit hæc tria non in eodem signo; sed in diverso, exercere munus sibi proprium influendi in actionem creativam rerum; constat enim voluntatem determinare omnipotentiam, quia dirigitur à scientia, & omnipotentiam exequi, quia determinatur à divina voluntate. 2. exemplum habetur in voluntate efficaciter imperanti, & applicanti potentiam visivam ad videndum: & similiter in actu piæ affectionis determinantis efficaciter intellectum ad actum fidei: in quibus imperium voluntatis, & piæ affectionis nedum præcedunt prioritate *à quo* motum deambularionis, & actum fidei; hæc enim præcedentia etiam gaudent, &

Secundo.

Confirm. exemplis.

potentia ambulativa, & habitus fidei; verumetiam præcedunt ipsam potentiam, & habitum fidei, ut ex se emittentes, & activè operantes proprios actus: ergò si gratia ab intrinseco efficax determinat efficaciter voluntatem, ut activè det esse, & faciat proprium actum, eius efficientia motiva existit in signo priori ad influxum voluntatis per modum principij exequentis proprios actus.

13 Dices: Hæc omnia ad summum probare gratiam prædeterminantem in signo antecedenti ad actum voluntatis esse causantē illum in actu 1. non vero in actu 2. Nam cum talis actus adæquatè, & quoad sui essentiam procedat effectivè à voluntate; usquedum voluntas in actu 2. effectivè illum producit, nulla alia causa potest in actu 2. perprius influere in ipsum. Unde cum gratia prædeterminans iuxta Thomistas intrinsecè determinet voluntatem ipsi inhærendo, & ipsam informando; & hoc munus ad genus causæ formalis spectet, talis gratia solum habet facere formaliter voluntatem facere, non tamen effectivè, de quo est præsens litigium.

Respond.

Hæc solutio, quæ continet

14 præcipuum fundamentum aliquorum nobis adversant. deficit 1. Nàm munus determinandi quoad exercitium, & munus applicandi activè causam ad operandum, est munus influendi activè in existentiam operationis, ut constat ex supra dictis, & expressè habetur in D. Thom. pluribus in locis, præsertim 1. 2. quæst. 9. art. 4.* Ubi motionem quo ad exercitium appellat motionem ex parte agentis; motionem vero quoad specificationem nominat motionem ex parte obiecti:* ergò in illo signo, pro quo gratia ab intrinseco efficax habet in actu 2. hoc est *exercitè*, determinare quoad exercitium, & applicare voluntatem ad productionem sui actus, habet munus activè influendi in illum in actu 2. & *exercitè*. Sed tale munus determinandi, movendi, & applicandi voluntatem, convenit gratiæ efficaci in signo priori ad influxum voluntatis; ut est certum: ergò. 2. Gratia ab intrinseco efficax ita movet, & determinat voluntatem ad elicientiam sui actus, ut hæc causalis sit vera: *Voluntas actu, & exercitè efficit, quia actualiter, & exercitè movetur à Deo per talem gratiam*; sed munus movendi voluntatem ad operandum, non est munus causæ formaliter facientis voluntatem operari: ergò est munus causæ influentis effectivè in talem operationem. Min. prob. Voluntas, sicut & quælibet alia causa, constituitur formaliter operans per ipsam operationem. *Operans* enim, & *operatio* se habent, ut *concretum*, & *abstractum*. Sed munus movendi voluntatem ad operandum conveniens gratiæ efficaci, non est munus alicuius se habentis per modum operationis voluntatis; cum talis gratia realiter præcedat, realiterque differat ab actu voluntatis: ergò talis gratia in signo priori ad actum voluntatis, facit voluntatem facere, non formaliter, sed effectivè.

Impug. 1.

Secundo.

3. Nam licet concursus effectivus causæ executivæ, respectu cuius actio ab illa procedens comparatur propriè ut actio, non intelligatur in actu 2. usque dum talis causa elicit suam operationem; secus tamen concursus effectivus per modum causæ moventis, & determinantis efficaciter potentiam executivam ad operandum; ut videre est in imperio efficaci actus unius virtutis, ex quo voluntas movetur ad elicientiam actus alterius virtutis. Licet enim influxus effectivus, quo voluntas executivè ponit actum imperatum, non intelligatur in actu 2. nisi dum existit talis actus; concursus tamen effectivus per modum imperantis, & determinantis, convenit voluntati ratione actus imperantis existentis in signo priori. Cōstat hoc etiam in actu piæ affectionis determinantis intellectum, & imperantis in illo assensum fidei. Si enim inquiratur, in quo signo intellectus influit executivè in actum fidei? Resp. Concursum prædicto modo effectivum non dari usque dum existat actus fidei. Si vero inquiratur; in quo signo pia affectio influit effectivè per modum determinantis, & imperantis talem assensum?

15 Tertio.

Cuidam interrogationi fit satis.

Abs-

Absdubiò Resp. Hoc contingere in signo priori, pro quo existit pia affectio: aliter enim intellectus non determinabitur prævie,& efficaciter ad credendum per actum piæ affectionis : ergò licet nihil prævium ad influxum voluntatis in proprios actus possit influere executivè in eorum existentiam; secus tamen influere per modum determinantis, & moventis quoad exercitium ipsam voluntatem. Sed ut probatum relinquimus, hic modus movendi spectat ad genus causæ efficientis iuxta D.Thom.q.3. de Pot.a. 7.probatque exemplo moventis securim ad scindendum: ergò. Ex quibus constat;qualiter intelligenda sit illa propositio, cui innititur doctrina solutionis,scil. *Repugnat operationem dependentem essentialiter ab influxu effectivo voluntatis, dependere ab altera causa pro signo priori ad prædictum influxum.* Debet enim sic distingui : repugnat dependere ab altera causa pro priori agente, vel influente executivè in talem operationem, conc. Agente,vel influente per modum moventis, & determinantis efficaciter causam executivam, neg. Hæc distinctio constat in decreto efficaci divinæ voluntatis determinantis, & applicantis omnipotentiam ad actionem creativam rerū,de quo sup. §.antec. Ut autem hæc melius percipiantur.

Solut. ad rationem princip.

§. III.

Solvuntur argumenta.

16 OBijcies 1. Si gratia præveniens prædeterminando physicè voluntatem ad consensum salutarem, in flueret in illum, eadem indivisibilis actio dependeret priùs natura, & causalitate, à gratia prædeterminanti, quam ab ipsa voluntate; sed hoc repugnat : ergò repugnat gratia prædeterminans, sive gratia physicè activè faciens voluntatem facere. Maior constat ex ipsa natura gratiæ prædeterminantis, sive concursus prævij physicè influentis. Min. vero prob. Repugnat unam, & indivisibilem actionem pendentem essentialiter à duobus principijs, priùs natura,& causalitate procedere ab uno, quam ab alio; sed consensus salutaris pendet essentialiter à voluntate,& à gratia:ergò. Prob.mai. Actio unica, & indivisibilis,est simul tota simultaneitate naturæ; cum inter eius prędicata essentialia non detur aliqua realis prioritas : ergò implicat priùs prioritate naturæ procedere ab uno principio, quam ab alio. Conseq.patet. Nàm dependentia actionis à suo principio commēsuratur cum sui natura, & essentia : ergò si nulla datur prioritas realis in actione quoad sui naturam, & essentiam, nequit dari similis prioritas quoad dependentiam illius à suo principio.

Arguit.1. ex P.Suar.

Confirm. 1. Implicat intelligi gratiam aliquam actu efficientem consensum salutarem pro priori ad hoc, quod volūtas illum actu efficiat: ergò implicat gratia prędia faciens in actu 2.voluntatem actu efficere consensum salutarem. Prob.añs. Implicat intelligi gratiam aliquam actu efficere actionem vitalem pro priori ad influxum effectivum principij vitalis; cum vitalitas actionis essentialiter in egressu à principio vitali consistat.Sed consensus est actus vitalis:ergò.2.Si consensus priùs natura procederet effectivè à gratia,quā à voluntate,consensus intelligeretur actu productus à gratia, priùs quam intelligeretur actu productus à voluntate; cum consensum, sicuti, & quamlibet aliam operationem,procedere ab aliquo principio effectivè, sit ipsum passivè produci. Sed repugnat consensum intelligi actu productum à gratia priusquam intelligatur productus à voluntate ; tùm quia aliàs intelligeretur existens independenter à voluntate : tùm quia voluntas illum non produceret, sed reproduceret : quod est manifestè repugnans ex terminis, vel absurdum destruens libertatem, & activitatem liberi arbitrij in ordine ad suos actus quoad 1. sui esse : ergò. 3. Et urgetur hoc. Signum immediatè subsecutum ad principium effectivè influens in consensum salutarem est existentia consensus; cum activè influere sit dare esse : ergò si datur gratia activè influens in consensum in aliquo signo prio-

17 Confir.1. Secundo. Tertio.

priori ad influxum voluntatis, debet concedi consens. existere in signo immediatè subsequuto ad influxu effectivum gratiæ; sed tamen immed. præcedenti influxum effectivum voluntatis: ergò cum talis influxus effectivus iuxta Thomistas non sit partialis, sed totalis, totus consensus intelligetur existens in signo antecedenti ad influxum voluntatis. Quid ergò producet voluntas? aut quomodo non purè passivè se habebit ad actus salutares recipiendo illos à soloDeo productos?

18 Ad hoc argumentum, quod sub alijs formis urgeri potest, constat ex supra breviter notatis. Et quidem Deum prius in vero sensu operari actus salutares, quam voluntas eosdem operetur * constat expressè ex M. P. August. tract. 72. in Ioannem supra relato, & Lib. 3. Hypognosticon, cap. 10. *In omni itaque opere sancto prior est voluntas Dei, posterior liberi arbitrij, id est operatur Deus: cooperatur homo*; ubi illam prioritatem voluntatis divinæ in omni opere sancto explicat per prioritatem operationis Dei respectu operationis liberi arbitrij, ut ab ipso effectivè procedentis. Constat etiam ex D. Prosper. in epist. ad D. August. de Reliquijs Pelag. ubi petit à M. P. ut sibi aperiat: *Quomodo per istam præoperantem, & cooperantem gratiam, liberum non impediatur arbitrium.* Quid enim aliud est gratia præoperans, nisi gratia prius operans? Et Concil. Senon. in præfatione *in bonis operibus efficiendis liberum arbitrium operatur, & gratia; primo tamen, & principalius gratia*; per quæ verba excluditur Responsio dicentium Deum per gratiam suam esse primum agens prioritate *dignitatis*, & *independentiæ*, non tamen esse primo agentem: talis enim acceptio est impropria.

Solutio.

* De quo dub. 10. & 11.

19 Undè in forma Respond. negand. min. Ad illius probat. dist. mai. Repugnat unicam actionem procedere prius ab uno principio quã ab alio, si sint eiusdem ordinis, aut sine subordinatione unius ad alterum in operando, conced. mai, Si sint diversi ordinis, & cum vera subordinatione in operando: subdist. Prius prioritate in *quo*, conced. mai. Prius prioritate à *quo*, neg. mai. Et cum eadem min. dist. neg. conseq. Vel dist. consequens dist. data. Deus enim ita concurrit cum voluntate creata ad actus salutares, ut in elicientia eorum illam sibi activè subordinet dando voluntati creatæ, & potestatem, & simul hoc, quod est producere, & influere in omnem illius operationem: proindequè Deus non solum est causa operationis procedentis à voluntate, sed etiam est causa, ut voluntas esse emittat, producat, & coniungatur cum præ dicta operatione. Cum autem causa sit prior à *quo* suo effectu, necesse est, ut consensus salutaris, & omnis alia operatio libera voluntatis, & cuiuslibet agentis creati, prius dependeat à Deo, quam ab ipsa voluntate. Quemadmodum opera tio instrumenti procedens ab illo ex motione principalis agentis dependet per prius tanquam à movente, & applicante ab agente principali, quam ab instrumento, propter subordinationem, quam dicit in operando.

Respond. in forma.

Nec indivisibilitas actionis, & simultas omnimoda inter prædicata essentialia illius obstant doctrinę solutionis; ut videre est in actione creativa procedenti ab omnipotentia, ut determinata per decretum efficax divinæ voluntatis; quod quidem decretum præcedit saltim virtualiter prioritate à *quo* influxum divinæ omnipotentiæ per modum applicantis, & determinantis; proindequè, actio creativa Dei, quę intelligitur activè proveniens, & ab omnipotentia, & à decreto divinæ voluntatis modo supra explicato, intelligitur dependens à decreto pro aliquo signo priori. Idem dicendum de actu fidei dependenti ab habitu fidei, ut à virtute elicitiva, & à pia affectione voluntatis, ut à causa determinante, & imperante intellectui elicientiam talis actus. Ratio omnium est: quia indivisibilitas actionis, quoad sui essentiam solum probat, quod non possit dependere executivè, & immediatè in se ipsa, ab aliquo principio pro signo, in quo ab altero principio non dependet; secùs tamen si tantum ponatur dependens à tali princi-

20

pio,

pio, ut à determinanti, & applicanti princi pium executivum ad elicientiam talis operationis.

21 Eodem modo Respond. ad 1. confirm. dist. añs. Implicat gratiam actu efficere executivè, conced. añs. Efficere per modum determinantis voluntatem, ut salutarem consensum efficiat, neg.añs. & conseq. Vel illam dist. eodem modo. Gratia enim efficax non ponitur à Thomist. præcisè, ut influat in operationem voluntatis, sed etiam, & præcipuè, ut faciat voluntatem efficere dictam operationem, sicuti causa principalis non solum est causa operationis instrumenti, sed etiam est causa faciens, ut instrumentum operetur, ipsum movendo, & applicando ad operationem. Propter huiusmodi influxum gratiæ prædeterminantis verificatur voluntatem creatam subordinariDeo in operando,eo quod voluntas nostra non influit in suam operationem, nisi perprius mota, & determinata à Deo. Undè si gratia prædeterminans pro hypothesi impossibili exerceret suum influxum, & causalitatem in operationem voluntatis,non vero in ipsam voluntatem faciendo, ut activè produceret illam;tunc casus verificaretur operationem voluntatis subordinari Deo ut universali agenti; non tamen voluntatem in esse operantis, & elicientis illam Deo subordinari ut 1.agenti; quod maximè adverti debet,& de quo infra.* Nec obstat consensum esse actum vitalem; ad rationem enim vitalitatis sufficit, quod ille procedat à voluntate, ut à principio se ab intrinseco movente; sed verò, cum voluntas non sit primum movens,sed secundum; necesse est,ut talis consensus dependeat à voluntate, ut perprius mota à Deo. Ita D. Thom. 1.2. quæst. 9. art. 4. ad 3. & ad 1. his verbis: *De ratione voluntarij est,quod principium eius sit intra: sed non oportet quod hoc principium sit primum principium non motum ab alio,* & 1.p. quæst.2. art. 1. *agentia secunda non movent nisi mota.*Idem 1.p.q.105 art. 4. ad 2.

Ad 1.confirm. Ita Alvar. disp.98.à num 6. Lemos, lib.3. fol 8. * Dub. 10. & 11.

22 Ad 2.Respond. negand.mai. intellectam de productione actuali absolutè accepta; hæc enim dicit influxum executivum, & immediatissimè tangentē rem productam. Gratia autem prædeterminans, estò respiciat pro effectu operationem voluntatis creatæ; primo tamen dicit movere, & determinare voluntatem, ut eliciat prædictam operationem;adeò, ut quod hæc egrediatur à voluntate, & ab illa dependeat, sit effectus grat. prædeterminantis. Ex quibus clare constat: prius esse, *Deum determinare voluntatem ad productionem consensus, quam voluntatem producere prædictum consensum*; proindequè;quamvis consensus non prius producatur executivè à gratia prædeterminante, vel à Deo mediante ipsa, quam producatur à voluntate; prius tamen intelligitur consensus determinatus ad sui passivam produc. & volunt. ad consensum,quam consensus passivè productus.Huius doctrinæ,& dist.traditæ habetur exemplū in actione creativa dependenti à scientiaDei,ut dirigenti, & à decreto divinæ voluntatis efficaciter determinante omnipotentiam ad illam;& in operatione instrumenti operantis illam ex motione prævia principalis agentis. Ex his ad 3. dist. mai. Signum &c. ad principium effectivè executivū, conc.mai. Effectivè per modum determinantis efficaciter principium executivum, neg.mai. Et cum eadem min. dist. neg.conseq. Quod enim immediatissimè sequitur,&propter quod necess. requiritur gratia ab intrinseco efficax est, ut voluntas compleatur à Deo ablata eius potentialitate, & ut sic actuata, & completa eliciat suam operationem. Quare signum immediatissimè subsecutum ad gratiam efficacem non est existentia actus voluntatis;sed voluntatem dare existentiam suo actui; quamvis verum sit; quod influxus gratiæ etiam transeat in existentiam ipsius consensus. Pro quo possunt adduci exempla immediatè posita.

Ad 2. Ad tertiā.

Obijcies 2. Gratia prædeterminans eatenus facit voluntatem facere iuxta Thomistas, quatenùs movet, & determinat intrinsecè voluntatem, ut faciat; sed hoc non dicit talem gratiam facere effectivè, sed tantum formaliter: ergò adhuc admissa

23 Arguit.2.

missa tali gratia non verificatur facere effectivè, ut voluntas faciat. Probat.min. Gratiam facere determinando intrinsecè voluntatem est facere inhærendo intrinsecè voluntati; sed huiusmodi facere est facere formaliter; cum sit facere informando: ergò. Explicatur hoc. Munus formæ ut inhærentis, & informantis voluntatem, est munus causæ formalis; sed in signo priori ad influxum voluntatis in proprios actus solum intelligitur gratia ab intrinseco efficax sub munere inhærentis, & informantis intrinsecè voluntatem: ergò in illo signo, in quo intelligitur, ut gratia præveniens, solum intelligitur, ut exercens munus causæ formalis, & non munus causæ effectivæ: ergò ut præveniens non facit propriè effectivè voluntatem facere: proindeque concursus, quo Deus facit effectivè voluntatem facere, non est prævius, sed simultaneus.

Explicat.

24 Hoc argument. instatur in causa princip. immovente instrumentum ad operandum media virtute instrumentaria ipsi transeunter communicata. Ut expresè docet D. Thom. quæst. 3. de potentia, art. 7. ad 7. Et etiam 3. p. quæst. 62. art. 4. Qua inhærentia, & informatione intrinseca non obstante causa principalis verè, & propriè effectivè, & non purè formaliter, facit causam instrumentalem operari. Ulteriùs: Dum arguens contendit gratiam prædeterminantem solum facere formaliter voluntatem facere, non vero effectivè; vel ly *formaliter* appellat supra ipsum facere, ita ut talis gratia sit forma, à qua denominatur voluntas faciens; vel solum appellat supra ipsam gratiam, ut communicatam voluntati? Si primum; ad id probandum assumit medium omnino repugnans cum eo, quod intendit; scilicèt,* gratia intrinsecè informat voluntatem, ut operetur: ergò est formaliter ipsa operatio voluntatis. * Si secundum nihil probat contra Thomistar. nec contra naturam gratiæ prædeterminantis; siquidem taliter intrinsecè inhæret, ut moveat, & efficaciter determinet ipsam ad agendum; cumque movere, & determinare efficaciter quoad exercitium principium aliquod activum ad operandum sit effectivè ad eius operationem concurrere; minimè infertur ex intrinseca informatione gratiæ efficacis non convenire ipsi facere effectivè. Videatur D. Thom. hac 1.2. quæst. 110. art. 2. ubi in solut. ad 1. tradit rectam intelligentiam, & discrimen inter facere per modum causæ efficientis, & facere per modum causæ formalis.

Solutio.

Undè in gratia prædeterminanti tria munera distingui debent, scilicèt, & munus causæ quasi formalis respectu voluntatis, & munus effectus respectus eiusdem voluntatis in genere causæ materialis, & tandem munus causæ effectivæ respectu consensus, ad quem efficaciter movet, & determinat voluntatem. Ratio horum est: nàm quatenùs comparatur ad voluntatem, ut actualitas eam determinans, & constituens in actu virtuali completo ad elicientiam consensus, se habet ad illam, ut subiectū ab ipsa denominabile. At vero quatenùs gratia efficax est qualitas, aut motio accidentalis recepta, & sustentata à voluntate, dicit rationem effectus propter dependentiam à voluntate in genere causæ materialis. Verum tamen quatenùs his omnibus præintellectis talis gratia movet quoad exercitium efficaciter determinando voluntatem, ut agat, dicit munus causæ effectivæ, non respectivè ad voluntatem, sed respectu operationis, ad quam physicè movet. Hæc doctrina potest corroborari exemplo intentionis efficacis finis determinantis voluntatem ad electionem mediorum, & maximè; si cum communi sententia admittatur influxus effectivus inter intentionem, & electionem. Ex his constat falsum esse determinationem tantum formaliter facere nos facere; nàm informando, & actuando intrinsecè voluntatem habet insuper efficaciter reducere illam de potentia ad actum, eam movendo quoad exercitium: quod est facere effectivè voluntatem facere. Undè illa propositio: *Facere informando est tantum formaliter facere*; debet sic distingui: *Est formaliter facere res-*

25 Munera gratiæ prædeterm.

Distinct. ad prob. min.

respectu subiecti, quod informat, conced. mai. *Respectu termini, propter quem subiectum informat*, neg. mai. Nec enim nos dicimus voluntatem effective pendere à gratia prædeterminanti, sed operationem illius, etiam prout egredientem à voluntate, dependere effectivè ab illa, tanquam à movente, & determinante; cumque hoc munus movendi, & determinandi conveniat gratiæ prædeterminanti pro aliquo signo priori ad hoc, quod est voluntatem motam, & determinatam producere activè consensum; ideo prius, prioritate à *quo* Deus, ut determinans voluntatem, operatur consensum, quam voluntas ipsum operetur.

26 Objicies 3. & replicabis contra dicta. Gratia prædeterminans eatenus influit effectivè in actum voluntatis, quatenùs ratione illius voluntas subordinatur Deo in agendo; ita universi Thomistæ: ergò in illo signo gratia prædeterminans influit effectivè in actum voluntatis, in quo verificatur voluntatem creatam subordinari Deo in agendo. Sed solum in signo, in quo voluntas agit, verificatur subordinari Deo in agendo; tùm quia sic subordinari dicit essentialiter *agere cum subordinatione*: tùm quia aliàs voluntas creata in uno signo haberet subordinari à Deo in agendo, & in alio haberet agere; quod concedere est voluntarium: ergò dicendum est gratiam prædeterminantem influere effectivè, sed non in signo priori, sed in eodem signo, in quo voluntas agit; proindequè concursum illius esse proprius simultaneum, quam prævium. Urgetur hoc. Si gratia prædeterminans effectivè influeret in signo priori ad signum, in quo voluntas elicit consensum, gratiæ prædeterminanti deberet correspondere immediatè aliquis effectus existens post signum illius; sed post prædictum signum nullus effectus potest immediatè correspondere gratiæ prædeterminanti: ergò talis gratia ut concurrit effectivè &c. Mai. constat: Nàm omni activo, & omni efficienti, correspõdet immediatè aliquis effectus. Min. vero prob. Talis effectus non est ipse consensus; cum iste existat in signo posteriori ad influxum activum voluntatis. Deindè non est hoc, *quod est voluntatem esse prædeterminatam*; quia hæc denominatio provenit à gratia in genere causæ formalis. Deniquè; talis effectus nequit consistere in hoc, quod est voluntatem influere in consensum; cum ex parte recti in hoc nihil importetur distinctum à voluntate, sed solum aliqua denominatio de novo ipsi adveniens: ergò nullus effectus assignari potest, qui immediatè subsequatur ad signum gratiæ prædeterminantis præcedens signum, in quo voluntas influit in consensum.

Arguit. 3.

Urgetur.

Hoc argumentum, si attentè inspiciatur, oppositum probat. Si enim gratia efficax, vel (ut maiori cum proprietate loquamur) Deus mediante illa subordinat activè voluntatem, ut activè operantem; subordinatio passiva ex parte voluntatis in operando debet esse in signo posteriori ad Deum, ut prædeterminantem; cum omne activum iuxta veritatem, & D. Thom. 1. p. q. 82. art. 3. ad 3. sit priùs natura passivo. Hoc idem constat in omnipotentia, quasi virtualiter subordinata in operando res per creationem, decreto efficaci divinæ voluntatis (ut à modo, quo concurrit in operationes à causa 2. dependentes, præscindamus) quod quidem decretum intelligitur, ut activè determinans omnipotentiam in signo priori ad actionem creativam. Rursus: Nàm subiectio ex parte voluntatis creatæ, & dominium supra illam ex parte Dei, nequeunt intelligi in eodem signo à *quo*, sicuti nec in eodem signo à *quo* intelligi valent Deum liberè donare voluntati consensum salutarem, & voluntatem illum accipere à Deo; cum ideo voluntas accipiat consensum, quia Deus liberè ipsum donat voluntati. Quapropter argumentum solum probat subordinationem passivam resultantem in voluntate à Deo illam prædeterminante existere in eodem signo, in quo voluntas influit activè in consensum; non tamen subordinationem activam, quam Deus exercet prædeterminando ipsam adhoc, ut activè operetur. Quę doctrina confirma-

27 Ostendit. argumẽt inefficax.

mari potest exemplo causę instrumentalis operantis cum vera subordinatione ad causam principalem, cum tamen id, per quod causa principalis subordinat sibi instrumentum in operando sit motio virtuosa ab illa proveniens,& pręviè concurrens ad actionem instrumenti.

28 Ad urgentiam Respond. Ad signum immediatum gratię prędeterminantis subsequi per modum effectus in re hoc,quod est voluntatem esse determinatam, & applicatam ad productionem consensus; attamen huiusmodi effectus non provenit ab illa in genere causę efficientis, sed in genere causę formalis. Sed quia taliter illam movet, & applicat ut pręstet ipsi efficaciam ad operandum;ide cum munere causę formalis unit secum munus causę effectivè influentis in existentiam consensus. Nec oportet, ut ante influxum voluntatis correspondeat ipsi aliquis effectus in genere causę efficientis ab illa productus; nàm licet post signum immediatum causę executivè influentis debeat in re poni similis effectus; secus tamen post signum immediatum causę influentis movendo,& applicando causam executivam;& hoc modo influit activè gratia prædeterminans, existens in signo priori. Hæc dicta sunt de gratia prædeterminanti intransitivè, & ratione sui considerata; nàm loquendo de Deo A. ab illo provenit in genere causæ efficientis voluntatem creatam esse determinatam, & motam ad elicientiam consensus; cum prædeterminatio sit effectus Dei, & omne id, quod præstat formaliter forma producta a Deo, præstet ipse Deus in genere causæ efficientis.

Ad urgent.

§. IV.

Occurritur gravi difficultati.

29 SEd hinc insurgit difficultas resolutione digna, scilicèt: *An efficientia suo modo conveniens gratiæ efficaci præcisè verificetur in signo priori ad influxum voluntatis in consensum; an etiam transeat, & committetur signum, in quo voluntas influit in actum?* Ratio pro parte negativa est: Nàm si illa efficientia transiret ad signum, in quo voluntas operatur, tale signum coalesceret ex voluntate agente, & ex gratia ut illam determinanti. Sed implicat intelligi in eodem signo illa, quæ constituunt duo signa inter se distincta: ergò talis efficientia ne quit transire illud signum. Ratio vero dubitandi pro parte affirmativa est: si enim talis efficientia non transit ad signum, in quo voluntas influit in consensum, sequitur, quod consensus in sui egressu à voluntate non dependeat à gratia prædeterminanti, sed præcisè, ut est determinatus à Deo. Sequela probatur: consensus, ut egrediens à voluntate solum dependet ab illo, quod immediatè antecedit ipsam egressionem: ergò si efficientia prædeterminationis non transit ad signum, in quo voluntas emittit consensum, consensus solum dependebit à gratia in esse prædeterminati, non vero in esse egredientis à voluntate.

Ratio pro part. neg.

Pro parte affirmat.

30 Aliqui AA. quos suppresso nomine refert M. Lemos tom. 3. p. 1. tract. 1. c. 29. n. 290. non reputant inconveniens admittere terminum concursus prævij præcisèesse causam creatam existere applicatam ad operādum, & posita tali motione finiri,& consummari illius influxum; quiquidem tantum est influxus in causam, ut operetur,non vero influxus in operationem,& effectum causæ. Et quam vis omnis operatio creata immediatè efficiatur à Deo: ad hoc sufficit concursus simultaneus in actione creaturę,quatenùs procedit à Deo,consistens. Non vacat in pręsenti examinare naturam, & constitutionem concursus simultanei, sicuti nec discutere; An talis concursus solum dicatur simultaneus respectu termini producti per actionem creaturę; non vero respectu ipsius actionis productivę?

Diverse sentiunt AA.

31 Undè his ad proprium locum remissis Respond. Influxum gratię prędeterminantis transire ad signum, in quo ipsa voluntas elicitivè producit consensum salutar. non quidem,ut constituat eam in esse influentis,sed ut illam modificet,& constituat influentem

Respond affirmat.

tem cum ſubordinatione ad Deum. Quapropter ſignum completum, & adęquatum voluntatis in eſſe elicientis proprium actum involvit eſſentialiter, & ipſam voluntatem, & ipſam prędeterminationem; cum voluntas eſſentialiter ſubordinetur Deo in omni ſua operatione. Ratio huius eſt: quia Dei motio ſuum influxum exercet non ſolum inmobile, ſed etiam in motum à mobili procedente: qua ratione percuſio baculi etiam procedit à motione, qua manus movet baculum ad percutiendum. Ita M. Lemos ubi ſupra. Nec inconvenit prędeterminationem prędedere in uno ſigno ad influxum voluntatis in ſuos actus, & quod ſimul cum voluntate in alio ſigno influat in eos; hoc enim rectè componitur; ſi in ipſa prædeterminatione diverſæ rationes conſiderentur. Nàm quatenùs complet voluntatem aufferendo ab illa potentialitatem, præcedit prioritate à *quo* influxum illius determinando ipſam ad operandum; at vero quatenùs eſt motio participans efficaciam à Divina Omnipotentia, quæ ſe extendit ad omne id, quod ſortitur rationem entis; eius influxus tranſit, & conſummatur in exiſtentia operationis. Hinc infertur cum prædicto Magiſt. eundem concurſum realiter eſſe prævium, & ſimultaneum; prævium quidem; quatenùs movet quoad exercitium voluntatem illam efficaciter determinando; ſimultaneum vero; quatenùs cum voluntate ſic determinata, & mota influit immediatè in ipſam operationem. Oppoſitum enim deprimit efficaciam, & activitatem divini concurſus, ſi ita limitetur eius activitas ut ſolum habeat determinare, & non influere immediatè cum voluntate in eius operationem. Sic Lemos, tom. 4. p. 2. tract. 1. cap. 4. à num. 59.... Cabrera, tom. in 3. part. quęſt. 18. fol. 338. & 361.

Doctrina notanda.

De concurſu ſimult ſtrictè tali: infrà dub. 10.

Auth. eâ tradentes

32 Pro hac prioritate, & ſimultate in eodem concurſu Dei realiter adunata, & explicata, adeſt exemplum in materia prima, & forma ſubſtantiali. Licèt enim materia prima ſit prior reſpectu formæ ſubſtantialis, quatenùs illam ſuſtentat recipiendo; materia tamen, & forma in ordine ad conſtitutionem compoſiti ſimul, & in eodem ſigno concurrunt. Idem dicendum de forma ſubſtantiali per ordinem ad materiam, quam informat, & per ordinem ad compoſitum, quod ſimul cum materia conſtitnit: ergò ſimiliter aſſerendum de gratia prædeterminante; nimirum poſſe prævièad voluntatem influere in exiſtentiam conſenſus, & ſimul cum voluntate influere in eundem conſenſum; prævièquidem, quatenùs movet efficaciter voluntatem reducendo illam de potentia ad actum; ſimultaneè vero, quatenùs voluntas ſic completa, & reducta prorumpit in eius elicientiam. Per hanc doctrinam rectè percipitur Deum per gratiam ſuam non ſolum facere nos facere; verum etiam immediatè operari ipſum vellè, & facere noſtrum; ut ſic totum attribuatur gratiæ Dei, ſcilic. velle, ſive operari, & quod voluntas activè producat ſuum velle, & ſuum operari. Si vero concurſus ſimultaneus ſit actio voluntatis, ut à Deo immediatè procedens; cum hæc non ſit propriè loquendo gratia auxilians; verificabitur tunc, Deum per gratiam efficacem facere ut voluntas eliciat conſenſum, non tamen facere per ipſam immediatè ipſum conſenſum. Dices: Deus in ſigno pro quo voluntas elicit actum, non determinat; nàm hoc ſpectat ad ſignum prius. Sed in tali ſigno exercet munus primę cauſæ: ergò prima cauſa ut talis non determinat. Reſpond. in ſigno pro quo voluntas elicit; prædeterminationem determinare actum, & etiam in ſigno priori determinare potentiam. Nàm ſi voluntas determinat; cur non gratia Dei?

Replicab.

Reſpond.

Obijcies ultim. Voluntatem agere, ſeu elicere conſenſum, eſt illam eſſe conſentientem: ergò ab eo, à quo habet, quod ſit conſentiens, habet etiam elicere conſenſum. Sed quod ſit conſentiens, habet à conſenſu, & non ab aliquo prævio: cum hoc concretum conſentiens dicat de formali conſenſum: ergò etiam ab illo prout deſcendit immediatè à Deo, & non ab aliquo prævio, habet voluntas agere, & elicere conſenſum. Urge-

33 Ultimo arguit.

Explicat. exemplo.

Urgetur. getur. Voluntatem elicere consensum non importat aliquam actionem realiter præviam inter ipsam, & consensum, ut est certum in via D. Th. & frequenter tuetur ab alijs: ergò voluntatem elicere consensum solum supra se ipsam addit consensum: ergò si Deus per concursum simultaneum efficit consensum, per illum efficit id, quod est necessarium, ut voluntas eliciat consensum: ergò semel admisso, quod concursus prævius sit realiter simultaneus, Deus faciet volunt. elicere liberum consensum per illum, quatenùs simultaneus est, non vero quatenùs est prævius.

34 Argum. manifestè instatur in seq. exemplo. Animam rationalem radicare intra se intellectum est illam

Solutio. fieri, & denominari proximè intellectivam: ergò ab illo, à quo habet denominari esse proximè intellectivam, habet etiam radicare intellectum. Sed quod anima denominetur proximè intellectiva, non habetà se ipsa, sed ab ipso intellectu, tanquam à forma: ergò ab intellectu, & non à se, habet radicare ipsum intellectum: quod est absurdum. Undè dicendum illa duo in añti. posita esse idem in supponendo, non tamen in significando. Nàm hoc concretum consentiens dicit de formali, & in recto consensum, de materiali vero, & in obliquo dicit voluntatem activè dantem esse consensui. E contra vero hoc concretum: * voluntas eliciens consensum* dicit in recto voluntatem, ut activè dantem esse consensui, & in obliquo consensum, ut accipientem esse à voluntate. Quapropter stat quam optimè voluntatem denominari consentientem ab ipso consensu tanquam à forma, & tamen denominari elicientem consensum ab aliquo realiter distincto, & illum realiter præcedenti. Amplius. In hoc concreto: *Voluntas consentiens* consensus se habet, ut forma, & voluntas, ut subiectum; proindequè consensus se habet, ut dans esse actu consentientē voluntati, & voluntas, ut accipiens denominationem consentientis ab illo. At vero in hoc complexo: *Voluntas efficiens consensum*: voluntas se habet, ut causa dans esse essentiæ, & existentiæ consensui; consensus vero, ut effectus in genere causæ efficientis à voluntate dependens. Cum ergò nulla causa effect. possit constitui in esse dantis esse suo effectui per ipsum effectum accipientem esse ab illa; liquido sequitur voluntatem non posse constitui in esse elicientis, & producentis consensum per concursum indistinctum realiter ab illo, sed per aliquid realiter ipsum añs.

35 Hæc dicta sunt ad ostendendam inefficaciam replicæ adhuc insistendo intra terminos dialecticæ Roborat. solutio. agentis de identitate concretorum in supponendo præcisè, & de illorum identitate, tam in supponendo, quam in significando. Nàm loquendo metaphysicè inspecta natura consensus, & cuiuslibet alterius actus vitalis, iuxta quam nec de potentia Dei absoluta iuxta sententiam D. Thom. ulla potentia potest vitaliter vivere per actionem à se non elicitam; facillimè Respond. disting. añs. Est voluntatem esse consentientem consensu ab ipsa vitaliter, & activè procedenti, conced. añs. Consensu non procedenti modo dicto à voluntate, neg. añs. Et dist. conseq. ergò ab illo à quo voluntas habet, quod sit consentiens &c. prout ly *consentiens* dicit præcisè voluntatem esse receptivam consensus, neg. conseq. Prout ly *consentiens* dicit etiam voluntatem activè dare esse consensui, conc. conseq. Et dist. min. subsumptam eodem modo. Cum enim volunt. vivere in actu 2. sit voluntatem se movere, hoc est, agere, & simul ac actuari per actum, quo vivit; nequit intelligi voluntas, ut vitaliter consentiens, nisi etiam intelligatur ut activè influens in ipsum consensum, & postmodum intelligatur ipse consensus pro posteriori egrediens, ut informans, & actuans ipsam voluntatem. Ad urgent. dist. conseq. Ad urgent. Solum addit supra se ipsam &c. per modum egredientis ab illa, conced. conseq. Per modum alicuius purè recepti in voluntate, neg. conseq. Licet enim voluntas non producat suam operationem per aliquam actionem prævium; quia tamen est in potentia ad illam per modum causæ 2. Deo subordinatæ, necesse est, ut

à

à Deo intrinsecè immutetur, tanquam à primo movente, à quo accipiat actu, & exercitè influere in omnem suam operationem. Constat inefficacia argum. in materia 1. ad hoc, ut accipiat formam, & in causa instrumentali ad hoc, ut operationem sibi correspondētem eliciat. Etenim materiam 1. recipere formam solum addit supra seipsam formam receptam, & instrumentum, ut actu operans solum addit operationem ab illo procedentem; & tamen, ut materia recipiat formam exigit actionem prę-viam generantis, & instrumentum motionem prævium causæ principalis. *Et hæc de hoc dub. applic. ubi præc.*

DUBIUM VII.

AN GRATIA PRÆDETERMINANS sit verè cooperans cum voluntate ad actus salutares?

§. I.

ALIQUA PRÆMITTUNTUR.

N. 1. Primo. SUpponimus, ut fide certum hominem verè cooperari Deo excitanti, atque vocanti, dum elicit actus, quibus disponitur ad iustificationis gratiam consequendam, ut constat ex Trid. sess. 6. can. 4. *Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum, & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti &c. anathema sit.* Oppositum huius tenent Lutherus, Calvinus, & alij negantes hominem mansisse post lapsum Adæ cum libero arbitrio; ideoque ad actus recensitos merè passivè, & veluti inanimè quoddam se habere. Qui error ibidem damnatur. Idem dicendum de omnibus actibus meritorijs, & ordinis supernaturalis, quibus homo liberè operatur, & meretur vitam æternam: est enim de ratione libertatis potestas verè activa; & de ratione meriti, quòd effectivè procedat à merente. Sed quia cooperatio liberi arbitrij intra ordinem supernat. debet provenire à gratia, necesse est eam adstruere verè cooperantem *ut quo*, & facientem, ut voluntas in elicientia actuū salutarium Deo cooperetur. Sic traditur ab eodem Concil. cap. 5. ubi decernit: *Per Dei excitantem, atque adiuvantem gratiam hominem eidem gratiæ assentiendo, disponi ad sui iustificationem.*

P. Suarez lib. 3. de Auxil. cap. 24. & lib. 5. de grat. cap. 22. quem ferè omnes AA. Societ. sequntur, tria statuit. 1. Nullam dari gratiam physicè prædeterminantem voluntatem, & cooperantem cum illa ad actus pietatis. 2. Quod, etsi talis gratia admittatur, non potest dici cooperans, quatenùs est gratia præveniens. 3. Gratiam cooperantem, qualiscumque illa sit, non esse prævenientem respectu cooperationis liberi arbitrij. Unde omnis gratia prævia, sive influat moraliter in actus salutares, uti est gratia excitans, sive influat physicè, uti influit habitus infusus, vel interdum ipse Spirit. S. (iuxta ab ipso stabilita cap. 19. pro absentia habituum supernaturalium) dicitur gratia cooperans ab ipsa operatione libera voluntatis: quemadmodum quælibet causa denominatur agens per ipsam actionem. Unde sicuti agens in actu 2 non est prius natura, quā eius actio; cum per illam formaliter constituatur: ita similiter gratia, quæ prævenit liberum arbitrium ad actus salutares in esse cooperantis, & adiuvantis in actu 2. non est prior natura

2 Opinio aliquor.

operatione voluntatis, eo quod ab ipsa denominatur cooperans, & adiuvans in actu 2.

3 Cum autem in horum AA. frequenti sententia, paucis exceptis, actus voluntatis, etiam supernaturales, seipsis, & non mediante alia actione distincta, pendeant immediatè, tùm à voluntate creata; tum etiam ab habitibus infusis, pro casu in quo ab illis elicitivè procedant; tum etiam à motibus gratiæ excitantis. Tùm denique à Deo, ut causa prima in omnem entitatem creatam immediatè influenti; eadem indivisibilis operatio voluntatis cum sola diversitate respectus denominat per modum formæ cooperantem, tum voluntatem, tum habitum supernaturalem, tum gratiam excitantem: tum deniquè Dei omnipotentiam, absque aliqua reali prioritate inter omnia illa recensita. Quapropter estò gratia excitans, habitus infusus, & omnipotentia Dei, ut indifferenter præparata, præveniant cooperationem voluntatis, sive influxum liberi arbitrij, secùs tamen, quatenùs, tàm gratia excitans, quam habitus supernaturalis &c. sortiuntur denominationem principij cooperantis.

4 Sententia Thom. His omnibus dictis ex diametro se opponunt universi Thom. probantes ex Concil. & PP. necessitatem gratiæ physicè prædeterminantis voluntatem ad actus salutares, per quam quidem gratiam Deus non solum operetur, & faciat omnem nostram operationem, verumetiam faciat cum proprietate voluntatē creatam facere, & operari, ut in præcedentibus probatum relinquimus, in quo modo operandi ex parte Dei manifestè resplendet concursus immediatus, & prævius ex parte Dei ad omnem actum salutarem, cùm sit concursus immediatus in ipsam voluntatem, & non tantum in eius operationem. Deinde talem gratiam prædeterminantem posse, & debere dici gratiam cooperantem, estò prius natura præcedat cooperationem voluntatis, tuentur Ill. Alvarez de Aux. disp. 82. & M. Lemos tom. 4. p. 1. tract. 8. c. 6. quos omnes Thom. sequuntur, etsi à pluribus tātum obiter de hoc puncto tractetur. Advertendum tamē; gratiam cooperantem pro præsenti non accipi à nobis in illa stricta acceptione, qua infra agemus de illa sequentes mentem M.P. & D. Th. iuxta quos gratia cooperans est illa, quæ dispensatur à Deo ad actus exteriores, quibus perficitur bona voluntas; gratia vero operans, quæ à Deo dispensatur, ut volūtas velit bonum; hæc enim gratiæ operantis, & cooperātis acceptio, estò sit proprijssima, parum refert ad decisionem præsentis difficultatis. Quapropter nomine gratię cooperantis intelligimus omnem gratiam effectivè influentem cum voluntate in omnem actum illius, tàm interiorem, quàm exteriorem, in quo sensu *unum alteri cooperari* nihil aliud est, *quam simul cum alio operari.*

Hinc apparet: duplici ex capite probari posse gratiam ab intrinseco efficacem neutiquam esse gratiā cooperantem; vel quia cum proprietate non operatur effectivè consensum salutarem; vel quia hoc admisso, non simul cum voluntate influit in prædictum consensum; sed perprius prioritate naturę, & causalitatis, quæ prioritas manifestè opponitur cooperationi; utpotè ex sua ratione mutuam relationem ex parte utriusque causæ agētis importanti. Hinc P. Suarez ubi sup. & c. 34. duplici via contendit negare gratiam prędeterminantem esse gratiam cooperantem, quia videlicet: nequit dici causa propriè effectivè influens in consensum salutarem iuxtà doctrinam Thom. tuentium, illam non spectare ad actum 1. aut præbere voluntati virtutem influxivam cōsensus, sed se habere, ut applicationem, & denominationem voluntatis ad illum; & insuper, quia semel, quod activè influat in consensum, ex hoc ipso manifestè deducitur, talem gratiam posse dici præoperantem, minimè tamen cooperantem ob rationem supra assignatam. De primo egimus dubio antec. Nunc autem agemus de secundo. Ex quo apparet, illud plura scitu digna, & ad rectam intelligentiam quidditatis gratiæ ab intrinseco efficacis valdè conducentia concernere.

5

***

§. II.

§. II.

CONCLUSIO AFFIRMATIVA.

Gratia ab intrinseco efficax etiam sub formalitate, & munere prævenientis, est gratia cooperans cum voluntate ad consensum salutarem.

5 EST directè oppositа opinioni P. Suarez, & alijs tuentibus gratiam cooperantem dici talem propter simultaneam coniunctionem influendo cum voluntate in enndem actum; ita ut sub tali ratione, nec voluntas antecedat gratiam, nec gratia antecedat etiam antecedentia naturæ ipsam voluntatem. Ita P. Suarez ubi supra, & lib. 2. de Aux. cap. 5. num. 14. §. *Atque hinc.* Molina in concordia quæst. 23. art. 4. & 5. disp. 1. Lessius lib. de efficacia gratiæ cap. 10. §. *Ad cuius plenam.* Ripalda disp. 112. sect. 2. Oviedo tract. 7. de gratia controv. 1. punct. 3. & alij constituentes gratiam cooperantem formaliter per consensum salutarem, ut à Deo immediate procedentē. Conclusio est D. Thom. locis infra referendis, quam tuentur omnes Thomist. cum Ill. Alvarez disp. 82. M. Lemos tom. 4. part. 1. tract. 8. cap. 6. Illust. Castell tom. de lege, & gratia quæst. 6. sect. 4. §. 1. esto brevissimè. Probatur 1. ex dictis dub. 2. ubi probatum relinquimus gratiam adiuvantem *ut quo* voluntatem creatam ad actus salutares, esse realiter distinctam à gratia excitanti, realiterque prævenire eosdem actus, ut à voluntate activè procedentes. Tum sic: sed gratia adiuvans per modum adiutorij *quo* voluntatem ad salutariter consentiendum, est gratia sub munere, & formalitate cooperantis; ut expressis verbis tuentur Recentiores Societatis, ubi supra, cum P. Suarez lib. 3. cap. 20. asserenti: *Divisionem gratiæ in operantem, & cooperantem, coincidere cum divisione gratiæ in excitantem, & adiuvantem*: ergò de 1. ad ultimum ratio gratiæ cooperantis verè, & propriè convenit gratiæ prevenienti.

AA. pro opin. contrariæ.

Vazquez disp. 185.

Prob. 1. ex dictis.

6 Sed quia Adversarij contendunt unum cooperari alteri importare simultatem naturæ in operando, adeo, ut neutrum alterum aliqua prioritate causalit. præcedat; oportet huiusmodi fundamentum enervare. Pro quo audiendus est Div. Thom. opuscul. 1. cap. 23. ubi hæc habet: *Sciendum, quod aliquid dicitur cooperari alicui dupliciter: uno modo, quia operatur ad eundem effectum, sed per aliam virtutem; sicut Minister Domino, dum eius præcepto obedit, & instrumentum artifici, à quo movetur. Alio modo dicitur cooperari aliquid alicui, in quantum operatur eandem operationem cum ipso: sicut si diceretur de duobus portantibus pondus unum cooperari alteri. Secundum primum modum creatura potest dici creatori cooperari; non autem secundo. Sed solum tres Divinæ Personæ; quia earum operatio est una.* In quo testimonio continentur tria directè oppositа contrariæ opinioni, & nostram iuxta Sanct. Doct. solidè probantia. 1. Deum, & quamlibet creaturam non concurrere ad actus proprios cuiusvis ordinis, ut causas partiales partialitate causæ; qualiter concurrunt duo portantes lapidem: & idē de Deo, ut auxiliante per gratiam, & de voluntate creata ad actus salutares. 2. Deum, & creaturam non operari per eandem actionem, hocque solum esse proprium divinarum personarum propter omnimodam unitatem virtutis operativę, scil. omnipotentiæ. 3. & principalius; scil. creaturam cooperari Deo, sicut instrumentum cooperatur principali agenti, & servus suo Domino. Sed instrumentum ita cooperatur principali agenti, ut eius operatio dependeat ab illo, ut prævè moventi, & applicanti ipsum ad operandum: similiterque servus ita cooperatur Domino, ut subsequendo exequatur eius imperium: ergò stat quamoptimè unum agens alteri cooperari, & sui operationem dependere ab illo, ut prius moventi, & applicanti ipsum ad operandum: ergò quod gratia prædeterminans sit prior natura actu voluntatis, non tollit, quominus Deus

Prob. ex S.D.

Ponderatur.

ratione illius cooperetur voluntati. Advertendum D. Th. in hoc testim. loqui expressè de cooperatione voluntatis ad actus salutares; cum hanc doctrinam tradat ad explicandum qualiter hæc duo componantur; scilicet: *Homines per gratiam dici Dei adiutores* iuxta Apost. 1. ad Corinth. & aliunde: *Creaturam*, iuxta D. Athanasium, *non posse dici cooperari Creatori.*

7 Id ipsum docet in exposit. 1. ad Corinth. cap. 15. lect. 1. ubi explicans illa verba: *Non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Hæc habet: *Non autem solus ego operor, sed gratia Dei mecum, quæ movet voluntatem ad hoc*, iuxta illud ad Phil. 2. *Qui operatur in nobis velle, & perficere*; *Deus enim nō solum infundit gratiam, qua nostra opera grata fiunt, & meritoria,* * *sed etiam movet ad benè utendum gratia infusa*; *& hæc vocatur gratia cooperans.* Ex quibus supponendo usum gratiæ non distingui à cooperatione liberi arbitrij, sic argum. Gratia movens voluntatem ad bonum usum gratiæ infusæ, est gratia præcedens ordine naturæ prædictum usum; sicut activa motio moventis præcedit natura, & causalitate motum mobilis, iuxta doctrinam eiusdem S. D. sæpiùs in hoc tractatu adductam; sed gratia sic movens voluntatem est, & dicitur ab ipso, gratia cooperans: ergò gratia ut cooperans præcedit natura, & causalitate bonum usum gratiæ infusæ. Igitur ratio gratiæ cooperantis salvatur in gratia etiam, quatenùs est præveniens cooperationem liber. arbitr. Idem docet in 4. d. 5. q. 1. a. 2. ubi ait: *Dicendum quòd cooperari alicui agenti dicitur 4. modis. Uno modo sicut adiuvans ei, cui præbet auxilium, cooperatur. Alio modo sicut consilium præbens. 3. modo sicut, quo mediante primum agens suum effectum inducit: sicuti cooperantur instrumenta principali agenti. 4. modo sicut disponens materiam ad effectum principalis agentis suscipiendum.* Subditque: 1. & 2. *modo creaturam non cooperari Deo*; *benè tamen* 3. & 4. *quia cum sit* 1. *agens*; *quidquid efficit natura, hoc facit quasi instrumentale agens cooperans* 1. *agenti.* Ex quibus arguo. Ergò Deum dare gratiam adiuvantem volūtatem creatam ad operandum, est dare ei gratiam cooperantem. Sed gratiam adiuvare voluntatem, ut salutariter operetur, est illam præcedere ordine naturæ operationem voluntatis; cum talis operatio sit effectus gratiæ Dei, ut adiuvantis: ergò munus gratiæ cooperantis optimè componitur cum munere gratiæ prævenientis consensum, & cooperationem liberi arbitrij.

Confirm. ex eod. S. D.

Aliud testim.

Roboratur hoc ex S. Prosp. & D. Fulgent. ille enim in Epist. ad Aug. de Reliq. Pelag. sic ait: *Impiè voluntati divinæ voluntas humana præfertur, ut ideò quis adiuvetur, quia vult, & non quia adiuvatur, velit.* Hic lib. de Incarnat. cap. 17. ita asserit: *Nemo dicat meum est velle credere, Dei autem gratia adiuvare, sed dicat, gratiæ Dei est adiuvare, ut sit meum velle credere.* In quibus omnibus expressè habetur gratiam Dei, ut adiuvantem, præcedere per modum causæ cooperationem lib. arb. ita ut hæc causalis sit vera: *Voluntas liberè vult, quia adiuvatur gratia Dei.* Si igitur iuxta hos AA. & iuxta veritatē, gratia ut adiuvans est gratia ut cooperans, huiusmodi gratia qua talis præcedit cooperationem lib. arb. raliter, ut hæc causalis sit vera: *Liberum arbitrium cooperatur gratiæ Dei, quia Deus per gratiam cooperantem efficit, ut liberum arbitrium ei cooperetur.*

8 Ex alijs PP.

Favet authoritas Gelasij in Epist. 5. ubi explicans illa verba: *Non autem ego, sed gratia Dei mecum*, ait: *Quis autem audeat dicere Christianum aliquid habere boni sine gratia: quando magister gentium clamat: gratia Dei sum id quod sum, ut ostenderet cooperatorem se esse gratiæ, illam subsequendo.* Ferè eadem habet S. Gregor. Hom. 9. super Ezech. Et 16. Moral. c. 12. *Non diceret Apost. gratia Dei mecum, si cum prævenient gratia non haberet subsequens liberum arbitrium.* Ex quibus sic argum. Liberum arbitrium cooperari gratiæ Dei includit essentialiter gratiam Dei ipsi cooperari: ergò liberum arbitrium cooperari gratiæ Dei eam subsequendo, includit essentialiter gratiam Dei ipsi cooperari antecedendo; cum subsequi gratiam Dei, & gratiam Dei antecedere

9 Confirm.

ne-

necessariò connectantur. Si igitur iuxta authoritat. adductam voluntas cooperatur gratiæ Dei subsequendo, absdubio, gratia Dei ut cooperans, est præveniens liberum arbitrium. Nec potest dici Gelasium loqui de subsequutione ad gratiam, ut operantem, vel excitantem. 1. Quia loquitur de gratia sub illa ratione, sub qua cooperatur ipsi voluntas; gratiæ autem, ut præcisè excitanti non cooperatur voluntas, ut est certum. 2. Quia loquitur de illa gratia, de qua affirmat Apost. *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit*; sed hæc gratia, estò non unicè, pricipaliter consistit in gratia, ut efficaci, & non ut præbenti potestatem ad rectè operandum: ergò gratia, cui cooperatur liberum arbitrium subsequendo illam est gratia sub munere efficacis. Discursus est D. Th. in exposit. 1. ad Corinth. ubi supra sic exponentis prædicta verba: *Hic ostendit usus efficaciam, quia ex instinctu, & adiutorio Spir. S. provenientem.*

10 Prima ratio.

Prob. 1. ratione. Gratia prædeterminans voluntatem ad consensum salutarem non solum est cooperans pro signo añti. ad influxum voluntatis in consensum: ergò admissa gratia prædeterminanti debet ipsi attribui munus cooperantis non solum, quatenùs committatur voluntatem, sed etiam quatenùs est præveniens eius influxum in consensum salutarem. Prob. añs. Gratia prædeterminans voluntatem ad consensum est cooperans pro illo signo, pro quo auxiliatur voluntatem ad elicientiam consensus; sed gratia prædeterminans etiam pro signo antecedenti ad influxum voluntatis in consensum obtinet veram rationem auxilij ad elicientiam consensus; cum pro tali signo præbeat voluntati efficaciam ad salutariter consentiendum: ergò. Min. constat, & maior est expressa D. Thom. in 4. dist. 5. q. 1. a. 2. ubi inter varios modos cooperandi enumerat 1. *operari præbendo auxilium alteri, ut operetur. *Urgetur. Iuxta D. Thom. ubi immediatè, agens adiuvans alterum præbēdo ei auxilium ut operetur, dicitur ipsi cooperari: ergò pro illo signo, pro quo verificatur Deum per gratiam ab intrinsecè efficacē (quæ pronunc admitt. à P. Suarez) adiuvare, & auxiliari voluntatem, ut operetur, verificatur Deum voluntati cooperari. Conseq. est evidens iuxta doctrinam D. Thom. Sed pro signo antecedenti ad elicientiam cōsensus salutaris verificatur Deum per gratiam ab intrinseco efficacem adiuvare, & auxiliari voluntatem ad elicientiam consensus: Tùm quia essentia talis gratiæ in adiutorio, & auxilio consistit; adiutorio, inquam, voluntatis, & actionis. Tùm quia voluntatem consentire est effectus gratiæ Dei ab intrinseco efficacis, ideòque consentit, quia adiuvatur à Deo: ergò pro signo añti. &c.

Urgetur.

Prob. 2. Deus cooperatur per gratiam suam voluntati in illo signo, & pro illo signo, pro quo verificatur efficaciter movere, & applicare voluntatem ad salutariter operandum; sed hoc verificatur de Deo per gratiam ab intrinseco efficacem pro signo antecedenti ad influxum voluntatis in consensum salutarem: ergò tam Deus, quam gratia ab intrinseco efficax, obtinent munus cooperantis pro signo antecedenti ad influxum voluntatis. Min. est certa, & maior probatur efficaciſsimè, tùm ex dictis num. antecedenti. Tùm ex D. Thom. quæst. 3. de Potent. a. 7. asserenti * Deum esse causam cuiuslibet actionis, tam naturæ, quam voluntatis, non solum quia confert, & conservat in eis virtutem operandi, sed etiam, & præcipuè, quia prædictam virtutem movet, & applicat ad agendum. * Tum sic. Deus cooperatur voluntati in illo signo, & pro illo signo, pro quo verificatur esse 1. causam operationis procedentis à voluntate; cum cooperari ex terminis sit unum cum altero eandem operationem operari. Sed iuxta D. Thom. verbis immediatè adductis, in signo, & pro signo ipso, quò Deus efficaciter movet, & applicat voluntatem ad operandum, verificantur illum esse 1. causam operationis procedentis à volūtate: ergò.

11 Secunda ratio.

12 Confirm.

Confir. Deus verè activè, & physicè faciens per gratiam suam, ut voluntas salutariter operetur, est Deus ve-

verè,& propriè cooperans voluntati ad ſalutarem operationem: ergò in illo ſigno pro quo verificatur Deum verè activè, & phyſicè per gratiam ſuam facere, ut voluntas ſalutariter operetur; verificatur ipſum cooperari voluntati. Sed admiſſa gratia ab intrinſeco efficaci, hęc activè,& phyſicè facit pro ſigno añti. ad influxum voluntatis, ut voluntas operetur; cum talis influxus ſit effectus prędictæ gratiæ: ergò. Mai. videtur innegabilis: Nam Deum facere per gratiam ſuam, ut voluntas faciat, importat eſſentialiter dependentiam operationis, & à voluntate,& à Deo; ſed Deum,& voluntatem ita operari, ut operatio ab utroque depẽdeat, eſt Deum,& creaturam cooperari: ergò. Vel aliter. Plus perfectionis importat, in modo operandi gratiam ab intrinſeco efficacẽ facere, ut voluntas faciat, quam ipſam ſolum facere, dum voluntas facit: ergò ſi hoc 2. eſt gratiam cooperari voluntati, potiori ratione 1. Urgetur 2. Deum tanquam Supremum Dominum pro ſua immediata libertate donare voluntati conſenſum ſalutarem, eſt Deum cooperari voluntati, ut ſalutariter conſentiat; tum quia hoc eſt propriè illam adiuvare. Tum quia cũ Deo debeat concedi cooperatio, ut Supremo Dño. voluntatis creatæ, non aliter melius explicari valet, quã per gratuitam,&activam donat. conſenſ. ſalutar. Sed admiſſa gratia ab intrinſeco efficaci, verificatur Deum per illam in ſigno añti. ad influxum voluntatis donare pro ſui immediata libertate, ut volũtas ſalutariter conſentiat, ut eſt omninò certum: ergò admiſſa tali gratia immeritò negatur ipſi, ut prævenienti, convenire munus gratiæ cooperantis.

Urgetur.

45

Notandũ pro maiori intelligentia probationum.

Ut autem harum rationum efficacia magis penetretur, & prędudatur aditus communi ſolut. ſciendũ eſt cooperationem Dei per gratiam, cum voluntate creata ad actus ſalutares non eſſe menſurandã iuxta modũ cooperationis duplicis cauſæ creatæ eiuſdem ordinis, & quarum una non ſubordinatur alij adæq. tam in virtute operãdi, quam in ipſa operatione. Eſt enim cooperatio gratiæ Dei altioris ordinis, & cum maiori dignitate conſtituenda,&explicanda. Nam cum Deus in ordine ad actus ſalutares, ſe habeat ut cauſa 1. ſupernaturalis, ut 1. movens, ut Supremus Dñus. ſuorum donorum; & ut A. à quo cuncta bona procedunt, eius cooperatio debet taliter conſtitui, ut in ipſa explicetur, & munus 1. agentis,&munus 1. motoris, & munus Supremi Dñi. pro ſua libertate donantis voluntati,&conſenſum ſalutarem,& facere ipſum cõſenſum. Hæc autem omnia non verificantur de Deo præcisè in ſigno, pro quo voluntas iam vult,&conſentit; hoc enim ſolum dicit Deum adiuvare voluntatem, cum vult, non vero adiuvare ipſam, ut velit. Quapropter neceſſe eſt Deũ intelligi ratione ſuæ gratiæ cooperatorem voluntatis in ſigno, in quo tanquam 1. agens inchoat conſenſum ſalutarem, tanquam 1. movens determinat efficaciter voluntatem ad illũ, tanquam Supremus Dñus. pro ſua immediata libertate ipſum donat; & tanquam Supremus A. efficaciter facit, ut volũtas faciat. Omnibus his prȩrogativis gratia ab intrinſeco efficax dicitur gratia cooperans, quatenus dicit expreſsionem concurſus prævij, motionis efficacis, & prædeterminationis, per quam Deus donat voluntati creatæ velle, & operari pro ſua bona voluntate.

46

Illatio.

Conſequenter ad hęc idem aſſerendũ eſt de cooperatione volũtatis perprius motæ, & excitatæ gratia Dei ad ſalutariter conſentiendum; ſiquidem illam cooperari gratiæ Dei, eſt operari cum ſubordinatione,& ſubiectione ad gratiam Dei: ut expreſsè docet S. Proſp. in Epiſt. de Reliq. Pelag. in quo aſſerit: *Semipelag. ſentire voluntatem hominis divinæ gratiæ ſibi parare opem, nõ vero gratiam ſibi humanam ſubijcere voluntatem.* Et S. Aug. Ep. 89. ad Simplic. *Voluntas noſtra eo liberior, quo ſanior, & eo ſanior, quo divinæ gratiæ, miſericordiæque Dei ſubiectior.* Pro quo videndus Ill. Alvarez de Aux. diſp. 87. Sed voluntatem operari cum ſubordinatione,& ſubiectione ad gratiam, cui cooperatur, dicit verã dependentiam, proindeque poſterioritatem ad illam in recto uſu, ſive cooperatione; ergò cooperatio volũtatis conſiſtit in operando cum dependentia à gratia, ut

ut prius operante. Rursus. Voluntas ita cooperatur gratiæ Dei, ut ab ipsa accipiat ipsum operari, non vero faciendo quod gratia operetur; aliter enim in bonis operibus efficiendis, non teneret primatum gratia, sed liberum arbitrium; quod ut Pelagianum damnat Concil. Senonense. Sed cooperari alteri accipiendo ab illo actu operari, & non è converso, est cooperari alteri, ut prævenienti ordine causalitatis sui operationē; cum prius sit dare, quam accipere: ergò cooperatio propria, & condecens voluntatem creatam titulo subiectionis ad gratiam Dei, à qua accipit, quidquid habet boni, dicitur correlativè ad gratiam Dei etiam sub munere prævenientis. Hoc genus cooperationis docet D. Th. opusc. sup. citat. in illis verbis: *Sicut servus cooperatur Domino.* Nam ut ait D. Petrus Epist. 1. c. 2. *Benè facientes quasi liberi, non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut servi Domini.*

15 Res manifestior fiet exemplo duorum portantium lapidem, proindeque sibi invicem cooperātium; quo utuntur hi AA. ad explicandā cooperationem gratiæ Dei, & lib. arb. in ordine ad actus salutares. Nā quemadmodū (aiunt) neuter dicitur alteri cooperari, nisi pro signo in quo uterque lapidem portat, pariter dicendum de gratia ut cooperanti lib. arb. Siquidem in hominibus sic operantibus neuter est alteri causa ut operetur, nec unus ab altero accipit, quod actu portet lapidem; nec similiter verificatur unum cooperari alteri cum vera subordinatione, & subiectione in operando. Eadem ponderatio fieri potest in qualibet duplici causa partiali, ut purè simultaneè influenti in eandem operationem. Si igitur ita discurrendum est de cooperatione gratiæ cum lib. arb. vel de cooperatione Dei ut auxiliantis lib. arb. ad salutariter operandum; quomodo salvabitur voluntatem in sui cooperatione subordinari, eamque accipere à gratia Dei ipsam efficaciter adiuvanti? Et pariter: quomodo erit verum, voluntatem cooperari Deo, sicut servus Dño cooperatur eius imperium, & ordinem exequendo?

Exemplū.

Arguo ex eorum doctrina.

§. III.

Solvuntur argumenta.

16 QUamvis ex probat. satis constet ad omnia, quæ possunt obijci, ut maiori expeditione solvantur. Obijc. 1. Gratia ut cooperans est gratia, ut actu efficiens consensum v. g. Sed gratia, etiam si sit ab intrinseco efficax, nequit intelligi, ut actu efficiens consensum pro signo antecedenti ad influxum voluntatis: ergò gratia ut cooperans non prævenit prædictum influxum. Mai. const. Nam gratia ut cooperans est gratia ut actu operās consensum; sed actu operari consensum est idem ac actu illum efficere, sive producere: ergò. Min. etiam videtur certa: si enim in signo antecedenti ad influxum voluntatis intelligeretur gratia Dei, ut actu efficiens consensum, post tale signum immediatè intelligeretur consensus per gratiam Dei actu effectus, sive productus, quod apertè repugnat: tum cum eo, quod consensus sit actio vitalis: tum cum eo, quod voluntas illum adæquatè, & secundū omne esse intrinsecum producat. Cōfir. 1. Nequit gratia denominari cooperans voluntati, nisi intelligatur voluntas operans, ita D. Aug. serm. 13. de verb. Ap. dicēs: *Si non esses operator, non esset Deus cooperator: non enim cooperator est ille, si nihil operamur.* Sed voluntas nō intelligitur operās; imò nec potest; in signo añti. ad influxū in operationē salutar: ergò in tali signo nequit intelligi &c. 2. Cooperatio est essentialiter duorum operatio: ergò in signo, in quo non intelligitur operatio gratiæ, & operatio voluntatis, non verificatur gratiam cooperari voluntati, aut voluntatem cooperari gratię. Sed pro signo gratiæ ut prævenientis operationem voluntatis, non intelligitur voluntas operans: ergò nec intelligitur gratia ut cooperans. 3. iuxta D. Th. hac 1. 2. q. 112. a. 2. *Non solum gratia actualis dicitur gratia operans, & cooperans; verumetiam gratiæ habitualì convenit, & adaptatur denominatio operantis, & cooperantis. Dicitur enim operans, quatenus sanctificat animam; cooperari vero, quatenus simul cum lib.*

Arg. 1.

Confir. 1.

Secundo.

Tertio.

arbitrio est principium operis meritorij. Sed gratia habitualis quatenus est gratia cooperans, non est præveniens influxum liberi arbitrij in opera meritoria; cum potius liberum arbitrium utatur gratia habituali, ut exeat in talia opera: ergò idem dicendum de gratia prædeterminanti, nimirum; esse prævenientem sub munere moventis, non autem sub munere cooperantis.

17 Quædam Resp. ad 3. confir.

Si huic instantiæ cum Ill. Alvarez Resp. adesse manifestum discrimen consistens in eo quod gratia habitualis non facit voluntatem facere, nec determinat efficaciter ipsum ut faciat; auxilium vero prædeterminans facit voluntatem facere, ipsam determinãdo efficaciter ut faciat; qua propter estò gratia habitualis, ut cooperans, non præveniat influxum lib. arb. secus tamen gratia prædeterminans. Si, inquam, Resp. contra insurgit P. Suarez. Nam licet ob hoc discr. prædetermin. faciat, ut voluntas faciat, attamen pro signo ãnti. ad influxum voluntatis non facit effectivè, sed tantum formaliter, ut voluntas faciat; sed munus gratiæ cooperantis in tali auxilio est munus facientis effectivè voluntatem facere: ergò tale auxilium sub munere prævenientis, nequit dici gratia cooperans. Mai. in qua est difficultas prob. Tale auxilium in illo priori solum facit voluntatem facere ipsi intrinsecè inhærendo, & informando; sed hoc est facere tantum formaliter voluntatem facere: ergò tale auxilium præveniet movendo, non tamen cooperando: sicuti in aliorum sententia gratia Dei prævenit excitando, non tamen cooperando.

Impugn.

18 Resp. 1.

Ad hoc facile Resp. Tùm ex immediatè dictis, tum etiam ex his quæ §. 2. adduximus pro solutione argum. Unde in forma Resp. 1. dist. mai. Est gratia ut actu efficiens consensum præcisè executivè, neg. mai. Efficiens executivè, aut determinativè applicando physicè voluntatem ad consensum, conc. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Licet enim repugnet ante influxum voluntatis consensum procedere executivè, & in se ipso à Deo; non tamen, quod Deus ante prędictum influxum determinet efficaciter voluntatem, & applicando illam ad elicientiam consensus; cum proprium sit gratiæ Dei etiam facere, ut voluntas faciat. Hic autem modus faciendi consensum determinando efficaciter voluntatem ad illius elicientiam, est etiam modus cooperandi ad actus salutares. Ratio est 1. Nam sic determinare voluntatem ad operandum, est illam movere quoad exercitium; quæ quidem motio iuxta D. Th. 1.2.q.9.a.1. & 1. p.q.82.a.4. spectat ad genus causæ efficientis. 2. Nam iuxta ipsum S.D.q.3.de Pot.a.7. & 3. contr. Gent. cap. 89. eatenus dicitur: *Deus causa cuiuslibet actionis, tam naturæ, quam voluntatis, quatenus movet, & applicat naturam, & voluntatẽ ad operandum.* 3. Nam causa principalis in tantum cooperatur instrumento, quatenus ipsum movet ad operandum. Similiterque voluntas eatenus in nobis cooperatur alijs potentijs, quatenus eas efficaciter movet utendo activè ipsis; & elicientiam suarum operationum efficaciter imperando. 4. Nam gratia per quam Deus movet voluntatem ad benè utendum gratia sufficienti, est gratia cooperans, ut expresse testatur S. D. in expos. 1. ad Cor. c. 15. lect. 1. Si igitur omnia hucusque recensita perfectissimè exercet gratia Dei, ut efficaciter prædeterminans voluntatem, ut exequatur actus salutares; sine dubio sub munere gratiæ prævenientis prædeterminando obtinebit munus gratiæ cooperantis: quamvis etiam ut simul cum voluntate sic præmota influens immediatè in eius operationem, meritò dicatur gratia cooperans.

Fundatur solutio 1.

Secundo

Tertio.

Quarto.

19 Resp. 2.

Resp. 2. disting. mai. Gratia cooperans est gratia præcisè, ut actu efficiens consensum, neg. mai. Ut acta efficiens consensum, vel etiam ut adiuvans voluntatem præbendo ipsi auxilium ad elicientiam consensus, conc. mai. & cum ead. min. dist. neg. conseq. Doctrina solutionis habetur expresse in D. Thom. in 4. dist. 5. q. 1. a. 2. ubi affert: *Unum cooperari alteri, quatenus illud adiuvat præbendo ei auxilium, ut operetur.* Non enim aitur *cum operatur*, ut volunt alij, sed *ut operetur*: in quo manifestè docet ope-

rationem esse effectum causæ cooperantis. Quis autem negare poterit gratiam ab intrinseco efficacem,(admissa illius possibilitate, ut pro nunc admittitur à P.Suarez)pro signo añti. ad influxum voluntatis eam adiuvare, & auxiliari, ut operetur? Quin potius; concursum simultaneum indistinctum ab operatione libera voluntatis non esse verum auxilium ad operandum, tuentur plures ex Adv. & mihi certum omnino videtur.Iuxta dicta in hoc tract. dub. 1. conclus. 3.

3.Solutio Respond.3.distinguendo maior. Est gratia ut efficiens consensum, vel ut faciens voluntatem efficere consensum, conced.mai. ut præcisè efficiens consensum, neg. mai. & cum eadem min. dist. conseq. Est enim expressum in Sacra Scriptura Concilijs, & SS. PP. præcipuè D. August. gratiam Dei pollere tanta efficacia, & activitate, ut non solum efficiat cum libero arbitrio omnia nostra bona opera, verum etiam faciat,ut liberum arbitrium talia opera faciat, de quo in præsenti tractatu dub. 2. in principio. Quod autem gratia faciens cum proprietate voluntatem facere sit propriſsimè gratia cooperans, est de se satis manifestum; utpotè effectivè influens cum voluntate in eãdem operationem. Eisdem distinctionibus occurri debet ad probationem mai.

20 Ad 1. confirm. dist.mai.Nisi dum intelligitur voluntas actu operans, præcisè,neg.mai.Voluntas actu operans, vel mota efficaciter ad operandum, conced. mai. & conc. min. neg.conseq. Solutio constat ex dictis ad principale argumentum. Nec oppositum infertur ex authoritate P. August. ibi enim Magn. Par. solum asserit,requiri creaturam aliquid operari,&non se habere sicuti rem insensibilem ad hoc, ut Deus ipsi cooperetur. Quod autem talis operatio debeat esse pro eodem signo cum gratia Dei cooperante, & non sit effectus huius, minimè insinuatur in

Ad 2. testimonio adducto. Ad 2. dist. mai. cooperatio est duorum operatio in eodem signo, neg.mai. in eodem signo, vel pro diverso signo *à quo* subdist. inter duo; quorum unum subijcitur alteri in agendo, neg.mai. inter duo non sic subiecta in agendo, conced. mai. gratia enim ita cooperatur voluntati, ut illam sibi subijciat, & subordinet in operando, non vero è contra, ut expressè docet D. August. S. Prosper. & Gelasius superius relati. Quod autem hoc modo cooperatur præcedit ordine causalitatis in sui cooperatione operationem voluntatis; cum in concursu purè simultaneo nulla concausa subordinetur alteri in agendo.

Ad 3. ibi benè. Nec obstat instantia P.Suarez, quam solutam relinquimus §.2. in solutione ad 2. ubi videri potest. Sed ut eius inefficacia magis appareat placet arguere ad hominem contra ipsum: Qui ibidem concedit Deum conferentem auxilium prædeterminans pro signo añti. ad influxum voluntatis facere effectivè voluntatem facere; quamvis hunc modum faciendi effectivè voluntatem facere deneget auxilio prædeterminanti pro tali signo. Ex qua doctrina deducitur Deum, ut activè conferentem auxilium prædeterminans denominari cooperatorẽ voluntatis in signo collation.illius cum iuxta ipsum faciat effectivè voluntatem facere. Quo supposito omnia argumenta ab ipso adducta contra munus gratiæ cooperantis conveniens gratiæ prædeterminanti sub munere prævenientis, apparent inefficacia; omnia enim illa huic nituntur fundamento; * consensus est actio vitalis, cuius omnia prædicata essentialia sunt simul natura: ergò repugnat intelligi consensum pro aliquo priori procedentem effectivè ab aliquo principio, & non ab ipsa voluntate.* Qui discursus manifestè instatur admisso Deum, ut activè prædeterminantem pro tali signo,esse cooperatorem voluntati.

21 Ad certia Respond. & defenditur solutio data

Instant. de Deo ad gratiam.

Advertendum tamen, quod, & si gratia habitualis (idem de habitu charitatis, & quolibet alio principio intrinseco supernaturali elevanti voluntatem ad actus supernaturales) sub munere gratiæ cooperantis non influat prius natura in actus supernaturales, quam influat liberum arbitrium; non tamen debet concedi

22 Notandũ

illam

illam sub munere cooperantis esse subsequentem influxum liber. arbitr. ut minus rectè (meo videri) concedit Illust. Castell, tom. de libero arbitrio, disp. 2. quæst. 2. in fine. Ratio est: Nàm omnis influxus sive consistens in ipsa operatione, sive in hoc, quod est liberum arbitrium actu ex se emittere operationem, iuxta doctrinam Thomistarum provenit à gratia, ut à virtute adæquata, per quam liberum arbitrium operatur; undè si aliqua ibi esset prioritas, grat. potius quam libero arbitrio deberet concedi. Nec quod voluntas utatur habitu charitatis, v. g. aliquid probat contra hoc. Primo quia talis usus provenit ab habitu charitatis tanquam à virtute adæquata utendi: & tanquam à determinanti prædictum concursum provenit à gratia efficaci ei superaddita. Undè estò sola voluntas titulo potentiæ denominetur utens habitu charitatis; sicuti sola voluntas denominatur diligēs Deum; quia tamen omnia quæ ad præstandam talem denominationem per modum virtutis liberę, & applicationis concurrunt, sunt intra ordinem gratiæ, non debet concedi voluntatem sibi subijcere habitum charitatis etiam quoad usum.

23 Secundo. Quia voluntas non utitur habitu charitatis, nisi prius à Deo prædeterminata per gratiam efficacem donantem ipsi prædictum usum: quapropter potius voluntas subijcitur gratiæ efficaci, quam è contra: ergò cum gratia efficax non determinet voluntatem secundum se, sed ut elevatam per habitum charitatis, solus Deus est, qui propriè subijcit voluntatem potentem proximè diligere ipsi gratis donando, ut actualiter diligat.

Secundo.

24 Obijcies 2. Gratia, ut cooperans est gratia, ut simul influens cum voluntate in consensum salutarem; cum cooperatio sit duorum simultanea operatio; sed gratia, ut præveniens, non est gratia simul cum voluntate influens in consensum salutarem; cum ut præveniens dicat aliquam prioritatem oppositam simultati: ergò. Nec valet dicere ad munus gratiæ cooperantis sufficere simultatem temporis in influendo, non vero requiri simultatem naturæ. Nàm inquam valet 1. Nàm si hæc doctrina esset vera, gratia excitans posset etiam dici propriè gratia cooperans; quod aperte negatur à Th. Sequela probatur. Nàm gratia excitans potest simul simultate temporis, estò non naturæ, influere cum voluntate in consensum salutarem; quod de facto ita accidisse in Angelis videtur certum; cum in primo instanti liberi conversi fuerint ad Deum. 2. Cooperari ex terminis dicit mutuam relationem ex parte utriusque operantis; sed relativa mutuo se includunt, non solum pro eodem tempore, sed etiam pro eodem signo naturæ: etgò ad cooperationem non sufficit &c. 3. Inter ea, quę operantur per eandem operationem, non datur cooperatio pro signo añti. ad alterius operationem; ut constat tum in cooperatione gratiæ habitualis, & liberi arbitrij; tum etiam in cooperatione duorum porrantium eundem lapidem. Sed gratia etiam si ponatur prędeterminans, & voluntas, operantur per eadem operationem; aliter enim daretur duplex operatio libera, & meritoria; una, scilicèt, à sola gratia proveniens, altera vero à voluntate simul cum gratia; quod repugnat: ergò.

2. Arguit.

Si dicatur contra est 1.

Secundo.

Tertio.

25 Respond. solutione ibi data. Siquidem servus cooperatur Domino imperanti, & instrumentum artifici ipsum moventi; inter quæ datur prioritas naturæ in operando, cum unum se habeat ut movens, alterum vero, ut motum. Deindè qui alterum impellit, ut localiter moveatur, merito dicitur cum illo coambulare; in quo casu motus deambulationis unius, est effectus motionis activę alterius. Hæc doctrina ultra testim. S. Doct. supra adducta confirmari potest ex eodem in epist. 1. ad Corinth. cap. 3. lect. 2. super illa verba: *Dei enim sumus adiutores*, vel ut alij legunt, Dei cooperatores, ubi ita exponit: *Dupliciter aliquis alium adiuvat; uno modo augendo eius virtutem, & sic nullus potest esse Dei adiutor: alio modo obsequendo operationi alterius; sicut si minister dicatur Domino adiu-*

Defenditur solut. data, & roborat.

adiutor, in quantum exequitur agens eius, & hoc modo ministri Dei sunt eius adiutores. Si ergò stat Dei ministros cooperari Deo ad aliorum salutem obsequendo, & subsequendo eius operationem; stabit pariter voluntatem cooperari Deo per gratiam suam operanti in nobis actus salutares ei obsequendo, & subsequendo operationem gratiæ.

29 Ad 1. impugn. Respond. Gratiam excitantem in motibus subitis consistentem non physicè, sed tãtum moraliter influere in consensum, ideoque non esse propriè gratiam cooperantem, nec in actu primo, nec in actu 2. Si autem gratia excitans accipiatur pro auxilio supernaturali elevanti voluntatem, ut in absentia habitus eliciat consensum salutarem; quamvis physicè influat in illum; quia tamen hic influxus provenit ex determinatione gratiæ efficacis illam applicantis ad operandum, ideo non obtinet rationem gratiæ cooperantis; hæc enim ultra simultatem temporis in operando cum voluntate; dicit operari eam efficaciter determinando, & faciendo voluntatem facere. Ad 2. Respond. Cooperationem gratiæ dicere mutuam relationem ad cooperationem voluntatis; illam tamen ex parte voluntatis non esse prædicamentalem, sed transcendentalem, proindequè importare veram dependentiam operationis voluntatis, etiam ut ab ipsa egredientis, ab operatione gratiæ. Neque enim omnia, quæ mutuo dicuntur, oportet intelligi simul pro omni signo: ut constat in amicitia inter Deum, & homines; quæ quidem importat mutuum amorem ex parte Dei, & hominum: & tamen amor Dei est prior ordine causalitatis amore, quo homines diligunt Deum, test. S. Ioanne, epist. 1. cap. 4. in illis verbis: *Diligamus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos.* Ad 3. Respond. falsum esse cooperationem gratiæ actu includere operationem voluntatis. Etenim operatio salutaris procedens à voluntate gratia sufficienti adiuta, est propriè actio, & actus 2. illius; quemadmodum ipsa voluntas ad prædictam operationem comparatur, ut actus primus. At vero respectu gratiæ determinantis voluntatem ad elicientiam operationis, talis operatio non se habet ut actio, vel operatio, sed ut effectus, & terminus, ad cuius positionem efficaciter determinat voluntatem. Undè illa propositio debet sic distingui. Inter ea &c. non datur cooperatio per modum causæ partialis, aut per modum virtutis productivæ operationis, conced. non datur cooperatio per modum motionis efficaciter determinantis, & facientis, ut alterum faciat, neg. Primi generis est cooperatio gratiæ habitualis, & liberi arbitrij, & similium; secundi vero cooperatio gratiæ adiuvantis voluntatem, ut salutariter operetur.

Respond. ad 1. impugn.

Ad 2.

Idem in Servo, & Dom. & Alijs.

Ad 3.

30 Obijcies 3. Nequit gratia cooperari voluntati pro illo signo, pro quo voluntas se habet purè passivè, & veluti innanimè quoddam; cum gratia dicatur cooperans voluntati, ut potentia libera est; quæ in sui ratione includit activitatem, & vitalitatem. Sed voluntas pro signo, in quo se habet ut efficaciter prædeterminata ad operandum, se habet modo supra dicto; cum respectu talis gratiæ nullam prorsus activitatem exerceat: ergò. Vel aliter: nequit gratia cooperari voluntati, pro signo pro quo voluntas nihil penitus agit; cum cooperatio sit duorum operatio. Sed pro signo prædeterminationis voluntas nihil penitus agit; cum tale signum præcedat influxum voluntatis in actus salutares: ergò. Si dicatur voluntatẽ pro tali signo agere saltim inchoativè; esto non completivè. Cõtra est. Voluntatem agere inchoativè est agere aliquid, quod sit initium operis fiendi; qua ratione calor producens dispositionem ad formam ignis dicitur inchoativè generare ignem. Atqui gratia ab intrinseco efficax, quæ est initium actus salutaris, nullatenus procedit activè à voluntate: ergò voluntas pro tali signo &c.

Arguit.

Aliter propon.

31 Resp. dist. mai. pro quo se habet passivè præcisè ad agens ipsam movens, neg. mai. pro quo se habet passivè, etiam respectu actus, ad quem gratia movet, conced. mai. & cum eadem min. dist. neg. conseq. Termi-

nus

nus enim ad quem ordinatur gratiæ cooperatio, est actus salutaris; voluntas vero solum se habet ut subiectum, vel potius ut causa, cui talis gratia cooperatur. De ratione autem causæ cooperantis non est se habere activè in ordine ad alteram causam cui cooperatur, sed respectu operationis, aut effectus propter quem mutuo operantur. Unde instantia solum probat gratiam non cooperari voluntatem ad sui receptionem, secus vero non cooperari ad eliciendam operationem pro signo posteriori, ad quam efficaciter determinatur per ipsam gratiam. Nec est verum voluntatem purè passivè se habere pro illo signo respectu actus salutaris. Nàm, & si pro illo signo actu non operetur, est tamen vere activè continens pro illo continentia libera virtuali completa actum salutarem. Hic etiam negari debet voluntatem respectivè ad gratiam prædeterminantem se habere veluti *inanime quoddam*. Siquidem ita voluntas recipit in se talem gratiam, ut & ab illa determinetur ad operandum pro signo sequenti, & per huiusmodi operationem eidem gratiæ cooperetur. Quod autem se habet veluti inanime quoddam respectu alterius, nec ab illo determinatur, ut vitaliter agat, nec ei propriè cooperatur. Sic M. Alvarez, in tomo Responsionum, fol. 397. Unde P. August. de Correpț. & Gratia, cap. 2. loquens de his, qui iuxta Apost. Spiritu Dei aguntur; cum sibi opposuisset: eum qui agitur vix intelligi, ut aliquid agat: Respondet: *Aguntur ut agant, non, ut nihil agant.*

32 Ad idem argum. sub alia forma posit.

Ad aliam form. atguen. dist. mai. Nequit gratia cooperari voluntati &c. agendo cum ipsa, conced. mai. Agendo, & faciendo, ut ipsa agat, neg. mai. & concessa min. neg. conseq. vel dist. conseq. eodem modo. Cooperatio enim gratiæ Dei subordinantis sibi, & subijcientis voluntatem faciendo, ut illa faciat, necessario requirit ipsâ per prius agere, quam operetur voluntas; cum omnis causa sit prior suo effectu. Unde tota æquivocatio arguentis procedit ex quo contendit gratiam Dei solum adiuvare voluntatem, cum vult, & cum operatur; non autem adiuvare ipsam efficiendo, ut velit, & ut operetur; cuius oppositum tradunt SS. PP. n. 8. & 9. relati, & præsertim August. lib. de Correpț. & Gratia, c. 11. de cuius mente ex professo egimus dub. 2. Cumque iuxta hos AA. gratia sub munere adiuvantis, sit gratia sub munere cooperantis: planè infertur ex doctrina M. Par. ibidem solidè à nobis tradita adiutorium *quo* divinæ gratiæ sub utraque expressione relata præcedere ordine causalitatis cooperationem liberi arbitrij. Aliud argumentum, quod formari solet ex D. Bernard. ad probandum gratiam ut immutantem affectum ita committari liberum arbitrium, ut sub hac ratione illud nullatenus præveniat; manet solutum dub. 1. in solutione ad ultimum, ubi videri potest; sicuti, & illud nobis favere.

33 Illatio.

Ex dictis inferes 1. Gratiam appellatam à D. Prosper. *præoperantem*, & *cooperantem*, esse realiter eandem, cum sola diversitate munerum. Dicitur enim *præoperans*, quatenùs ordine naturæ præcedit movendo voluntatem ad operandum; *cooperans* vero, quatenùs sic movendo voluntatem, ipsam adiuvat faciendo, ut faciat. Ita colligitur ex ipsius verbis,* quibus rogat Parentem August. ut explicet, qualiter per istam præoperantem, atque cooperantem gratiam liberum non impediatur arbitrium. Si enim gratia Dei solum esset cooperans cooperatione consistenti in ipsa operatione liberi arbitrij, per quam denominatur cooperans; nulla esset difficultas à tanto viro scitu digna, & à Mag. P. decidenda in concordia gratiæ cooperantis cum libero arbitrio. Quis enim difficile reputat concordare libertatem cum gratia secundum sibi intrinseca indifferenter coniungibili cum consensu, & dissensu? & pariter cum gratia secundũ illam denominationem, secundum quam non præcedit, sed potius subsequitur in genere causæ formalis determinationem liberi arbitrij?

* Hæc habentur n. seq.

34 Quædam Respons. non Reijcit.

Si forte dicatur cum aliquibus concordiam libertatis cum gratia, esto intrinsecè indifferenter coniungibili cum consensu, & dissensu,

non esse intellectu difficilem; secùs tamen concordiam cum gratia, ut providè collata, id est ut coniunctam cum infallibili præscientia, & prædestinatione Dei: & de huiusmodi concordia loquiD. Prosper. testimon. adducto. Si, inquam, dicatur, parum valet. Nàm D. Prosperum de duobus expresse consulit Magnum Parentem, ut sibi explicet; primo, scilicèt: *Quomodo per gratiam præoperantem, & cooperantem &c.* Secundum: *Qualiter prædestinatio, & præscientia Dei proposito innixa, non destruat liberum arbitrium.* Sic enim habet: *Tribue nobis in hac causa Papa Beatissimè, Pater optimè, quomodo per istam præoperantem, & cooperantem gratiam, liberum non impediatur arbitrium. Postremo quemadmodum per hanc prædicationem propositi Dei nemo eorum, qui cohortandi sunt, impediatur, nec occasionem negligentiæ habeant &c.* Igitur confundere interrogationem factam à D. Prospero circa concordiam libertatis cum infallibilitate divinæ prædestinationis cum concordia eiusdem cum gratia præoperanti, & cooperanti non consonat dictis Sancti Prosper. Hoc ipsum edocet Arausican. Canon. 8. sic definiens: *Quoties bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, ut operemur, operatur*: ergò nostra operatio est effectus Dei operantis in nobis, atque nobiscum. Sed Deus, ut operans nobiscum, dicit formaliter sui cooperationem: ergò nostra operatio est effectus cooperationis Dei; proindequè gratia ut cooperans, prævenit ordine causalitatis nostram operationem. Omnia dicta constant præter primam consequentiam, quæ facile probatur attente verba prædicti Canonis, inspiciendo, scilicèt, * Deus operatur in nobis, atque nobiscum, ut operemur: *ergò quod nos operemur provenit à Deo operante in nobis, atque nobiscum, tanquam effectus illius sub utraque consideratione; ut clare indicat illa dictio, *ut operemur*: In qua ly *ut* accipitur consecutivè. Secundo.

Et hæc de hoc dubio applicanda litteræ Magist. ubi præcedent.



DV:

DUBIUM VIII.

AN IVXTA M. P. ET ANGEL. M. gratia prędeterminans ad velle consistat in actione increata Dei, vel in aliquo intrinseco inhærenti voluntati creatæ?

§. I.

NOTANTUR ALIQUA.

N. 1. HActenus in favorem gratiæ ab intrinseco efficacis pro viribus, & si imparibus, certavimus: Modo tamen novum certandi genus aggredimur contra Aliquos RR. in uno nobiscum sentientes; in alijs tamen valdè diversè opinantes.

Primo. Concursus, quo Deus physicè præmovet, & applicat omnem causam creatam ad propriam operationem, (qua ratione ab omnibus Thomist. appellatur concursus prævius) Dum dispensatur à Deo ad actus salutares, appellatur *gratia ab intrinseco efficax*: *gratia prædeterminans*: *adiutorium quo*, per quod Deus facit, ut salutariter operemur. Hoc quidem adiutorium, estò præveniens liberam determinationem voluntatis, supponit illam cum omni potestate proxima, & expedita ad liberè salutariter agendum. Quapropter huiusmodi adiutorium gratiæ distinguitur ab auxilio sufficienti, & ab omni auxilio, sive conprincipio se habente per modum virtutis ad actus salutares. Proprium enim munus illius est determinare, & activè applicare voluntatem proximè potentem ad salutariter agendum, ut in actu 2. salutariter operetur. Hinc constat 1. præsens dub. magna ex parte ad philosophiam spectare, ubi ex professo agitur de constitutione concursus prævij in omnem operationem causæ creatæ tam liberè, quam necessario operantis. Unde AA. constituentes prædictum concursum prævium in actione increata Dei, vel in ipsa actione causæ 2. ut procedenti à Deo; id ipsum debent consequenter fateri pro constitutione gratiæ prædeterminantis voluntatem ad salutariter velle cum sit gratia ratione actus. Qui autem prędeterminationem constituunt per quamdam motionem pręviam realiter mediantem inter virtutem omnis causę creatæ, & illius operationem, id ipsum asserere tenentur pro constitutione gratiæ ab intrinseco efficacis. Sed omissis pluribus ad physophiam spectantibus; illud Theologice curabimus examinare. Constat 2. Difficultatem propositam esse Domesticam: unde ex his, quæ à Thom. conceduntur, decidenda est.

2. Gratiam prædeterminantem voluntatem ad salutariter velle distingui realiter ab ipsa volitione salutari, ut à Deo procedenti; habetur ut fere certum ab omnibus Thomist. Et si aliqui antiqui oppositum senserint, quos refert Illust. Palanco, tom. de provid. q. 14. Ratio est 1. Nam gratia prędeterminans comparatur ad actum liberum voluntatis creatę, ut actio ad suum terminum, & quasi causalitas Dei habens pro effectu consensum salutarem voluntatis; sed omnis actio, & causalitas effectiva differt realiter à termino per illam producto: ergò gratia prædeterminans

Prob. 1.

Secundo. nans &c. 2. Iuxta Concil. SS. PP. quos in anteced. retulimus: hæc causalis est vera : *Voluntas salutariter vult, quia à Deo prævenitur per gratiam suam adiuvantem* : ergò inter talem gratiam, & consensum voluntatis datur realis præcedentia ordine naturæ , & causalitatis. Atqui sublata reali distinctione inter gratiam adiuvantem , & consensum voluntatis, hæc omnia subsistere nequeunt: ergò cum consensus salutaris ut procedens à voluntate non differat realiter à se ipso, ut procedit à Deo , nequit sub una formalitate esse gratia prædeterminans , & sub alia terminus prædeterminatus. Hæc omnia complexus est D. Thom. 3. contra Gent. cap. 149. dicens : *Motio moventis præcedit ratione, & natura motum mobilis.*

3

Tertio. Quapropter difficultas solum est circa constitutionem gratiæ prędeterminantis per actionem increatam Dei formaliter immanentem, & virtualiter transeuntem, cuius prius effectus est consensus salutaris à nostra voluntate procedens; taliter, ut inter actionem Dei , & consensum prædictum non mediet aliquid prævium intrinsecè afficiens voluntatem , sive tale prævium ponatur, ut qualitas , vel ut motio transiens, & habens esse incompletum. In hoc enim adhuc discriminantur Thomist. alijs asserentibus esse qualitatem; alijs vero solum esse motionem fluidam vialem , & incompletam. Hoc discrimen esse de solo nomine sentit Illust. Castell , tomo de libero arbitrio, disp. 3. quæst. 4. §. 3. Unde in præsenti solum examinabimus, an sit aliquid prævium creatum realiter medians inter actionem Dei , & consensum voluntatis? Quare non recte Illust. Palanco constituens gratiam prædeterminantem ad velle per actionem increatam Dei; impugnat ferè omnes Thomist. ut asserentes gratiam Dei consistere in aliquo prævio intrinsecè inhærenti voluntati; eo quod * iuxta mentem D. Thom. auxilium , quo Deus nos adiuvat ad volendum , & agendum non est qualitas, sed motus animæ. * Eadem ratione non placet M. Manso infra citandus , affirmans : * Angelicam Scholam frequentèr constituere gratiam ab intrinseco efficacem in qualitate fluida intrinseca voluntati. * Non inquam placet , cum plurimi Thomist. scilicèt, M. Lemos, & Illust. Alvarez, quos alij sequuntur, tam in Theologia, quam in Philosophia, ut videre est in Mag. Prado , tom. Metaph. controv. 12. art. 6. §. 1. Tueantur concursum Dei prævium , proindequè gratiam prædeterminantem ad actus salutares , non esse qualitatem , sed motionem. Ut autem clarius , & solidius procedamus mentem M. P. & Angel. Mag. 1. indagabimus ; & dubijs sequent. quid ex eorum Doctrina rectè inferatur explicatum dabimus.

4

Diversit. inter AA.

1. Opinio asserit gratiam prædeterminantem ad velle primum liberum consistere in actione increata Dei , per quam operatur in nobis ipsum velle , sive talis actio sit actus divinæ voluntatis , sive imperium divini intellectus , quo Deus omnia ad extra producit; de qua diversitate parum pronunc curandum est. Ita Illust. Palanco, tom. de provid. quæst. 14. & M. Manso, tom. 1. quæst. 7. n. 19. referens pro se P. Gabardi Augustinianum, quibus favet M. Nazarius, 1. p. q. 22. art. 4. controvers. 1. §. *ad cuius evidentiam* , & alij supresso nomine relati à M. Ledesma , art. 5. Communis sentent. tuetur gratiam prædeterminantem , sive gratiam adiuvantem *ut quo* consistere in aliquo prævio recepto in voluntate, realiterque distincto ab illius consensu ; ita universi Thomist. post M. Lemos , lib. 3. p. 1. tract. 1. cap. 28. & tract. 4. cap. 9. & lib. 4. p. 1. tract. 7. cap. 2. ubi num. 19. sic acriter invehitur contra novitatem opinionis relatæ. *Universi SS. PP. in expositione illius* 1. *ad Corinth.* 15. *non autem ego, sed gratia Dei mecum grætiæ adiutorium distinctum ab ipso Deo , ipsi que Apostolo tributum intellexerunt. Sic S. August. S. Greg. S. Ambros. S. Prosper. S. Bernard. & S. Thom. una enim voce per illam Dei gratiam , aliquid supernaturale creatum , & nobis tributum interpretantur*, & lib. 4. p. 2. tract. 4. cap. 13. ait *tuerì à tota Schola Thomist.*

miſt. Tenet etiam Illuſt. Alvarez, tom. de Auxil. diſp. 19. & diſp. 56. & alibi Illuſt. Caſtell de liber. arbitr. diſp. 3. quæſt. 4. de lege, & gratia, q. 6. ſect. 2. addens opinionem Illuſt. Palanco olim fuiſſe traditam ab Antonio Arnaldo, diſſert. Theolog. p. 3. art. 2. Doct. Pariſſ. & Mag. Queſnel, à quo, tot prava dogmata noviſsimè promanarunt.

§. II.

Eligitur 2. ſententia, & probatur.

5 MAgn. Par. lib. 3. de prædeſt. SS. cap. 10. ſic ait: *Porro inter gratiam, & prædeſtinationem hoc tantum intereſt, quod prædeſtinatio eſt gratiæ preparatio: gratia vero iam ipſa donatio. Quo circa prædeſtinatio Dei, quæ in bono eſt, ut dixi, eſt gratiæ præparatio: gratia vero eſt ipſius prædeſtinationis effectus.* Sed eſſe effectum prædeſtinationis proprijſsimè convenit gratiæ prædeterminanti ad actum ſalutarem voluntatis, ſi datur gratia, quæ eſt effectus prædeſtinationis; cum illa ſit medium, quo certiſsimè certitudine cognitionis, & cauſalitatis libarentur, quicumque liberantur. Igitur talis gratia non conſiſtit in aliquo increato.

Primum teſtim. M. P.

Secundũ. Id ipſum docet ibidem cap. 8. ubi loquens de gratia efficaci, per quam Pater trahit multos ad Chriſtum, donans fidem, qua credant in ipſum, ait: *Hæc itaque gratia, quæ occultè humanis cordibus divina largitate tribuitur, à nullo duro corde reſpuitur: Ideoque tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur*: ergò gratia efficax, ut homines convertantur ad Chriſtum eſt donum humanis cordibus divina largitate tributum; proindequè eis inhærens. Nec prodeſt dicere talem gratiam donari nobis terminativè ſumptam, ſcilicèt, ratione conſenſus; non vero ſubiectivè, & in ſe acceptam. Non inquam prodeſt, quia iuxta Magn. Par. talis gratia, ita nobis datur, ut per illam cordis duritia primitus auferatur: ergò ablatio duritiæ cordis eſt effectus conſequutus ad infuſionem talis gratiæ: ergò donatio huius non eſt unicè ratione ſui termini, ſed potius datur nobis terminus illius, ſcilicèt, conſenſus ſalutaris, ratione gratiæ per prius divina largitate donatæ.

Reijcitur quædam Reſponſ.

6 Sed expreſsius (ſi ita licet loqui) lib. de Gratia Chriſti, cap. 12. in quo loquens de gratia efficaci, * qua virtus in infirmitate perficitur, & prædeſtinatos ad glorificationem perducit, & per quam agitur non ſolum, ut facienda noverimus, verum etiam, ut cognita faciamus: nec ſolum ut diligenda credamus, verum etiam, ut credita diligamus * ſic proſequitur de ipſa cap. ſequenti: *Hæc gratia, ſi doctrina dicenda eſt; certe ſic dicatur, ut altius, & interius eam Deus cum ineffabili ſuavitate credatur infundere; non ſolum per eos, qui plantant, & rigant extrinſecus, ſed etiam per ſe ipſum, qui incrementum ſuum miniſtrat occultus.* Ubi clare habetur gratiam efficacem, per quam fit, ut diligamus Deum, eſſe ab ipſo nobis interius cum ineffabili ſuavitate infuſſam. Sed infuſsio gratiæ non niſi impropriſsimè adaptari poteſt operationi increatæ, quæ eſt ipſe Deus: ergò. Rurſus in dicto capit. aſsignans diſcrimen inter iuſtitiam, quæ eſt ex lege, & iuſtitiam, quæ eſt ex Deo per talem gratiam, hæc habet: *Iuſtitia ex lege dicitur, quæ fit propter legis mandatum; iuſtitia ex Deo dicitur, quæ datur per gratiæ beneficium.* Operatio autem increata, quæ eſt ipſe Deus non dicitur cum proprietate: *Beneficium gratiæ datum*, eſto poſsit dici operatio benefica.

Tertium.

Confirm. ex eodem.

7 Idem aſſumptum roborari poteſt ex ipſo M. P. epiſt. 107. ad Vitalem, *ubi* nomine illius intimat Pelagio, quod ſi vult eſſe Chriſtianus, *fateatur gratiam Dei dari nobis ad ſingulos actus, & non ex meritis noſtris*, & lib. de Gratia Chriſti, cap. 47. *ſi, ut, dixi, conſenſerit Pelagius, etiam ipſam voluntatem, & actionem divinitus adiuvari, & ſic adiuvari, ut ſine illo adiutorio nihil benè velimus, & agamus, eamque eſſe gratiam Dei per Ieſu-Chriſtum Dominum noſtrum, nihil de adiutorio gratiæ Dei, (quantum arbitror) inter nos controverſiæ relinquetur.* Ex quibus, ſicuti ex anteced. ſequens ponderatio ſatis efficax for-

ma-

matur. Quia enim in Script. Concil. & SS. PP. sæpissimè asseritur homines iustificari per gratiam *Dei, nobis datam, & difusam in cordibus nostris* per Spirit. Sanct. à quo accipimus spiritum adoptionis, in quo clamamus: *Abba Pater*, efficacissimè probat Trident. Synodus, & definit contra hæreticos: *gratiam iustificantem non esse iustitiam Dei, qua ipse iustus est, nobis extrinsecè imputatam, sed esse donum internum cordibus nostris inhærens.* Cum igitur iuxta testim. M. P. Gratia efficax, & adiuvans, ut *quo*, qua fit, ut benè velimus, & operemur, fit cordibus nostris *ineffabili suavitate à Deo infusa, divina largitate occultè tributa, & ex meritis Christi in nobis accepta*, fatendum est, huiusmodi gratiam non esse quid increatum, sed creatum nostræ voluntati inhærens.

8 Prob. ex Aug. Præcept. 1.

Prob. 2. Ex D. Thom. pluribus testim. sed selectiora proponemus. Primum habetur 1. 2. quæst. 110. art. 2. dicenti: *In eo, qui dicitur gratiam Dei habere, significatur esse quidam effectus gratuitæ Dei voluntatis. Dictum est autem supra, quod dupliciter ex gratuita Dei voluntate homo adiuvatur; uno modo in quantum movetur ad aliquid cognoscendum, volendum, & agendum: & hoc modo, ipse gratuitus effectus non est qualitas, sed motus quidam animæ. Alio modo adiuvatur homo ex gratuita Dei voluntate, secundum quod, aliquod habituale donum animæ infunditur, & sic est qualitas.* In quo clare habetur gratiam adiuvantem, sive adiutorium gratiæ *voluntatis, & actionis* (ut verbis M. P. utamur) esse gratuitum effectum divinæ voluntatis, proindeque consistere in aliquo dono creato. Sed gratia prædeterminans ad velle, & agere est gratia adiuvans hominem ad volendum, & agendum: ergò talis gratia est donum creatum à divina voluntate nobis gratuito infusum. Hinc: dicere cum Adversarijs per ly *motum animæ* intelligi à D. Thom. actum vitalem ab ipsa elicitum; opponitur eius doctrinæ. Siquidem motus voluntatis in amore boni consistens non est gratia adiuvans voluntatem, ut amet; est enim de ratione adiutorij, & auxilij: influxus, & causalitas physica, aut moralis respectu illius, ad quod auxiliatur: ergò si per gratiam adiuvantem hominem ad velle, intelligeret S. D. ipsum actum volitionis, valde impropriè locutus fuisset de adiutorio divinæ gratiæ.

2. Habetur ibidem quæst. 111. art. 2. ubi agens de gratia operanti, & cooperanti asserit *gratuitam Dei moventem voluntatem ad benè volendum, sive ad primum actum voluntatis dici gratiam operantem*; motionem vero, & auxilium, quo Deus movet voluntatem ad alios actus imperatos ex prima intentione *finis, dici gratiam cooperantem.* Quod autē nomine auxilij divisi in gratiam operantem, & cooperantem intelligat S. D. aliquid creatum, manifeste (ni fallor) edocetur ab ipso, dum sic incipit: *Sicut supraddictum est* (scilicèt, quæst. 110. art. 2. ut notatur in margine) *gratia Dei dupliciter dicitur, uno modo auxilium movens ad benè volendum, & agendum, alio modo habituale donum animæ impressum.* Atqui in loco relato expressè asserit, gratiam adiuvantem hominem ad benè volendum &c. esse gratuitum effectum divinæ voluntatis: ergò gratia operans, & cooperans continentur, tanquam sub genere immediato sub gratuita Dei motione, quę est effectus divinæ voluntatis. Sed gratia efficax ad primum velle est gratia operans, fatentibus Adversarijs. ergò talis gratia est motio gratuito voluntati impressa; cumque aliundè nequeat esse ipsa volitio, cum non sit gratia operans, & auxilians ad se ipsam, erit motio medians inter actionem increatam Dei, & nostrum velle liberum. 9 2. Testim.

3. Habetur ibidem art. 3. Ubi asserit, *divisionem gratiæ in operantem, & cooperantem coincidere cum divisione gratiæ in prævenientem, & subsequentem. Gratia enim, quæ datur, ut voluntas velit bonum, dicitur operans, & præveniens, gratia vero, per quam fit, ut voluntas bonum, quod iam vult, efficaciter operetur, dicitur gratia subsequens, & cooperans.* Quod autem nomine gratiæ prævenientis intelligat S. D. aliquid creatum à dilectione æterna Dei, & eius actione increata distinctum, constat ex solutione ad primum, 10 Tertium.

quod erat huiusmodi: *Gratia est effectus divinæ dilectionis. Sed Dei dilectio semper est præveniens, nunquam subsequens: ergò gratia non debet dividi in prævenientem, & subsequentem.* Cui Respond. *Dicendum, quod dilectio Dei nominat aliquid æternum, & ideo nunquam dici potest nisi præveniens; gratia vero significat aliquid temporale, quod potest præcedere aliquod, & ad aliquid subsequi.* En ubi gratiam prævenientem causantem in nobis primum velle ponit S. Doct. in aliquo dono temporali, de quo concedit esse effectum divinæ dilectionis. Dicere autem D. Thom. accipere gratiam prævenientem passivè, seu terminativè; est illum exponere satis extortè, & impropriè; cum loquatur de gratia, quę est propriè *operans bonum velle*, & quę illud respicit, ut primum effectum sui; ipsa autem volitio, quæ est gratia pręveniens passivè sumpta, nec se ipsam operatur, nec se ipsam respicit tanquam proprium effectum. Hęc testim. adeo mihi clara videntur, ut nesciam quid possit eis cum soliditate responderi. Unde claritatis gratia triplici syllogismo ex doctrina tradita compendiosè deducto, sic probatur assumptum.

11 Formatur triplex discursus ex adductis, & S. D.

Primus est: *Auxilium adiuvans voluntatem ut velit, & operetur bonum, est gratuitus effectus divinæ voluntatis; sed gratia prædeterminans continetur sub auxilio Dei sic adiuvantis: ergò talis gratia est gratuitus &c.* Mai. est D. Thom. quæst. 110. art. 2. & min. omnino certa. Secundus est. Gratia operans, per quam Deus operatur in nobis velle, est auxilium gratię, prout hæc est effectus gratuitus divinæ voluntatis; sed gratia prædeterminans voluntatem, ut benè velit, est gratia operans activè sumpta, ut est certum: ergò talis gratia consistit in gratuita Dei motione, quę est effectus divinæ voluntatis. Mai. est D. Thom. quæst. 111. art. 2. ubi se refert ad q. 110. art. 2. 3. Gratia præveniens habens pro effectu proprio velle bonum, est donum temporale, & effectus divinæ dilectionis; sed gratia efficax ad benè velle est gratia ipsum prævenies: ergò talis gratia est donũ temporale, quod est effectus dilectionis æternę. Cumque in ipso velle consistere nequeat, cum nec causet, nec realiter se ipsum pręveniat; necesse est illam consistere in aliquo creato prævio ad liberam volitionem.

12 Aliud testim.

Non solum de prędeterminatione sub formalitate gratiæ operantis, atque pręvenientis asserit D. Th. esse quid intrinsecum animæ, verum etiam agendo de ipsa sub formalitate motionis, per quam Deus applicat ad operandum omnes causas naturales, & voluntarias. Ita deducitur ex ipso in 1. dist. 8. quæst. 3. art. 1. ad 4. & quæst. 3. de malo, art. 2. ubi ad explicandum, qualiter Deus sit causa per se entitatis peccati, quin ullo modo sit causa malitiæ, hanc tradit doctrinam: *Quod quando mobile est in debita dispositione ad recipiendam motionem primi moventis, tunc consequitur actio perfecta: sed si non sit indebita dispositione, tunc quod ibi est actionis, reducitur ad primum movens, sicut in causam, non autem quod ibi est de defectu,* post quæ subdit: *Si ea, quæ habent liberum arbitrium fuerint in debita dispositione ad recipiendam motionem, qua moventur à Deo, sequenter bonæ actiones. Si autem deficiant à debito ordine, sequetur actio inordinata: & sic, quod est ibi de actione, reducitur in Deum, sicut in causam; non autem quod est ibi de inordinatione, vel deformitate.* Quo nihil clarius pro motione prævia intrinsecè inhærente, & recepta in voluntate, ad quam consequitur actio perfecta, vel imperfecta iuxta illius dispositionem.

13

Eandem doctrinam tradit quæst. 3. de potentia, art. 7. ubi iuxta omnes Thomist. expressè docet Deum physicè prædeterminare omnem causam creatam ad propriam operationem; *eo quod Deus est causa illius, non solum in quantum confert creaturæ virtutem operandi, & eam in esse conservat, sed etiam, in quantum movet omnem illius virtutem ad agendum: In quo non intelligitur collatio, aut conservatio virtutis, sed applicatio virtutis ad agendum.* Nam cum sibi obijceret tertium argument. sub hac forma. Si Deus operatur in qualibet operatione naturæ, aut operatur eadem operatione,

aut

aut diversis ? Non quidem eadem: cum Deus, & creatura habeant diversam naturam ; non diversis aliàs non possent ab idem factum terminari : ergò Deus non operatur in omni operatione. Ad quod Respond. *Dicendum, quod in operatione, qua Deus operatur movendo naturam, non operatur natura, sed ipsa naturæ operatio est, etiam operatio virtutis divinæ.* Tunc sic. Implicat Deum vera operatione operari movendo naturam ad agendum, quin ipsi correspondeat aliquid operatum, & productum ex vi talis operationis. Sed hoc nequit esse operatio creaturæ ; cum iuxta D. Thom. ad illum creatura non operetur: ergò est aliqua motio prævia à solo Deo producta, & intrinsecè recepta in creatura.

14 Rursus: ibidem sibi opponit 7. arg. sub hac forma: *Si Deus in natura operante operatur, oportet, quod operando, aliquid rei naturali tribuat, aut ergo illud sufficit, ut natura possit operari, aut non? si sufficit : eadem ratione potest dici, quod, & virtus naturalis sufficiebat ad agendum, nec oportebit, quod Deus ulterius ad eius operationem aliquid operetur. Si autem non sufficit, oportet quod ibi ulterius Deus aliquid agat, & sic dabitur processus in infinitum.* Cui respondet: *Dicendum, quod virtus naturalis, quæ est in rebus naturalibus in sua institutione collata, ineſt eis, ut quædam forma habens esse ratum, & firmum in natura. Sed id, quod à Deo fit in re naturali, quo actualiter agat, est, ut intentio sola, habens esse quoddam incompletum per modum, quo colores sunt in aere, & virtus artis in instrumento artificis.* Ex his constat, ultra virtutem naturalem collatam rebus permanenter, fieri aliquid à Deo, habens esse quoddam incompletum, dum operatur movendo omnem causam creatam. Sed hoc nequit esse operatio creaturæ : tum quia hęc est aliquid completum, de prædicamento actionis : tum quia id, quod fit à Deo in re naturali, fit iuxta D. Thom. à solo Deo, & ad quod non operatur natura, quæmadmodum instrumentum non operatur recipiendo motionem virtuosam artificis. Igitur nomine illius intelligit S. Doct. motionem prævium intrinsecè receptam in omni causa creata.

Nec dicas 1. cum Mag. Manso: hanc authoritatem esse cõtra producentem. Nam in ea dicit D. Thom. *motionem Dei habere esse in re naturali per modum, quo colores sunt in aere* ; sed colores non sunt physicè in aere, sed intentionaliter ; nec physicè illum immutant: ergò non sentit D. Thom. motionem Dei esse qualitatem physicam, physicè immutantem creaturam. Sic iam pridem obiecerat P. Ripalda, disp. 104. à num. 79. ubi addit: in prædict. testim. *Intelligere D. Thom. denominationem extrinsecam proventem ab actione.* Assumptum probat 1. quia asserit esse solam *intentionem* ; quæ quidem non est intrinseca rebus. 2. Quia iuxta ipsum 1.p. quæst. 67. art. 3. *Intentiones non causant transmutationes naturales*, si autem intentio esset intrinseca rebus, transmutaret entitatem illarum, sicut omnia accidentia eis inhærentia. 3. Quia de illo, quod fit in re naturali affirmat esse ens incompletum, & diminutum ; quod solum denominationi extrinsecè convenire valet. 4. Quia si verba illius strictè accipiantur, intelligit S. Doct. in eis actionem causæ creatæ ; nam id, quo res naturalis actualiter agit, est formaliter ipsa actio : ergò ex tali testim. non probatur motio physicè præmovens causas ad operandum.

15 Instantię cõtra hoc testim. 1. Secunda. Tertia. Quarta.

Sed hæc facile solvuntur ex doctrina D. Thom. in 4. dist. 1. quęst. 1. art. 4. ad 2. quæst. ubi postquam docuit Sacram. novæ legis causare gratiam per virtutem supernaturalem in eis receptam, ait: *Virtus instrumenti: in quantum huiusmodi non est ens completum, habens esse fixum in natura, sed quoddam ens incompletum: & huiusmodi entia consueverunt * intentiones nominari, & habent aliquid simile cum ente, quod est in anima, quod est ens diminutum. Et quia Sacramenta faciunt effectum spiritualem in quantum sunt instrumenta, ideo virtus spiritualis est in eis, non quasi ens fixum, sed quasi ens incompletum.* Similia docet, quęst. 3. de potentia, art. 1. 6. dicens: *ad lumen in aere receptum, habere esse intentionale, ideoque cessante actione*

16 Respond. * Nota.

corporis illuminantis lumen ceſſare. In quibus teſtimon. habetur non repugnare inter ſe hæc duo; ſcilicèt, eſſe quid phyſicum,& cum virtute phyſicè immutandi ſubiectum; & habere eſſe intentionale; eo quod ratio intẽtionalis entis verificatur de aliquo, quia habet eſſe incomplentum, & fluidum iuxta ſuperius dicta à D. Th.

Hinc ad 1. inſtantiam Reſp. 17 Paritatem colorum in aere non tenere quoad omnia, ſed ſolum quantum ad eſſe incompletum; & tranſiens conveniens divinæ motioni. Scio prędict. Mag. cum Illuſt. Palanco negare, inſtrumenta elevari ad productionem effectus ſuperantis virtutem ſibi innatam, per aliquam motionem virtuoſam in illis receptam,& eorum actioni prævium. Sed in hoc aperte recedit à Doctrina D. Thom. ubi ſupra, & pluribus alijs in locis, de quo in Philoſophia,& tract. de Sacramentis. Ad 1. probationem ex Ripalda. Reſp. Id, quod fit in re naturali per operationem Dei moventis, dici eſſe intentionale, non quia ſit intentio habens eſſe in anima, ſed quia habet eſſe incompletum,& tranſiens, ut paulo ante nos docuit D. Thom. Deindè, nam quod fit in re naturali, per operationem Dei moventis, debet eſſe quid intrinſecum ipſi rei; cumque aliunde non ſit ipſa operatio rei naturalis; cum iuxta D. Thom. illud fiat à ſolo Deo, debet eſſe quid prævium ad ipſam operationem. Ad 2. Reſpond. D. Th. Ad 2. loqui de intentionibus habentibus ſolum eſſe in anima, aut de illis, quę ſolum habent eſſe repręſentativum, uti ſunt ſpecies cognoſcibiles; ſecùs autem de illis, quæ dicuntur habere eſſe intentionale propter earum fluxum, & eſſe per modum motionis. Nam lumen in aere, hoc quidem pacto habet eſſe intentionale in aere iuxta ſuperius dicta à D. Thom. & tamen eſt vera qualitas activa, per quam corpus cœleſte influit in hæc inferiora. Videatur Bergomenſis in tabula aurea Ad 3. dub. 826. Ad 3. conſtat ex dictis.

Ad 4. Reſpond. Cauſam creatam denominari agentem *in actu*, tum 18 actione, tum etiam phyſica præmotione; aliter tamen: Nam ab actione Ad 4. denominatur agens complete, & in genere cauſæ formalis; à phyſica præ motione: tantum vialiter, & in fieri. Quemadmodum lignum denominatur calidum à calefactione, & à calore; ab illa vialiter, & in fieri, à calore vero formaliter, & complete. Propoſitio D. Thom. intelligenda eſt de eo, quo creatura denominatur agens motivè, & inchoativè. Nam loquitur de illo, quod habet eſſe incompletum, & fit à ſolo Deo in re naturali, quæ omnia actioni cauſę 2. convenire nequeunt. Vide in ſimili quęſt. 8. de potentia, art. 3. Ult. teſtim. (meo videri expreſſum) habet: in expoſit. 2. ad Corinth. cap. 3. lect. 1. in fine: ubi poſtquam dixit omnia opera bona, etiam libera eſſe à Deo movente ad benè operandum, tam homines, quam omnia, quæ agunt ad actiones ſuas, ſubdit: *Sed aliter, & aliter. Cum enim huiuſmodi motus ſit quoddam receptum in moto, oportet quod hoc fiat ſecundum naturam rei motæ. Ea ergò, quæ ſunt liberæ voluntatis, movet liberè ad ſuas operationes. Alia autem non liberè, ſed ſecundum ſuas naturas.* En motionem Dei prę-viam receptam in cauſis.

3. Probat. aſſumpt. Gratia 19 prædeterminans eſt verum auxilium, & adiutorium gratiæ; ſed ratio auxilij, & adiutorij non dicitur propriè de Deo, aut de aliquo prædicato cum ipſo identificato: ergò talis gratia conſiſtit in aliquo dono creato nobis inhærente. Min. conſtat: Nam etſi in ſacra pag. Deus dicatur auxiliator, & adiutor noſter; eius tamen auxilium, & adiutorium ſemper deſcribitur, ut à Deo immiſſum, & cordibus noſtris infuſum iuxta illud Pſ. 17. *Mittat tibi auxilium de ſancto*: & Pſ. 120. *Auxilium meum à Domino*: quapropter optimè P. Vazquez 1. 2. d. 185. n. 7. in fine dixit: à nullo SS. PP. aut Theolog. Scholaſtico dictum eſſe: *gratiam auxiliantem eſſe ipſum Deum, ut aliquid increatum.* Nec obſtat quod Eſther 14. verſ. 14. dicitur: *Adiuva me nullum, aliud auxilium habentem, niſi te Domine.* Ubi ipſe Deus appellatur, etiã *auxilium noſtrum.* Non inquam obſtat: *Nam ibi ſummitur auxilium* impropriè, pro eodem, ſcilicèt, ac auxiliatore. Unde Batablus ſic legit:

Nullum

Nullum adiutorem habentem &c. Ad modum quo Christus Dominus dicitur ab Apost. *Sanctificatio, & iustitia nostra*, quia videlicet, nobis iustitiam, & sanctificationem promeruit, & infundit. Constat hęc expositio ex v. 3. eiusdem capitis: *Dñe mi, adiuvame solitariam, & cutus, præter te, nullus est auxiliator alius.*

20 Confirm. De hoc dub. 3. à n. 22. & fatet. Palanco.

Confirm. Gratia efficax ad actus salutares iuxta Sac. Script. & Concilia, & PP. appellatur etiam *inspiratio, & vocatio Dei*; sed vocatio, & inspiratio Dei tangentis corda hominum significant aliquid, extra ipsum nobis infussum; cum ipse Deus propriè loquendo, nequeat dici vocatio, aut inspiratio, ut patet à simili in humanis: ergò. Id ipsum colligitur ex eo, quod gratia prædeterminans appellatur à D. Thom. *instinctus* divinę operationis, & *impulsus* Spirit. Sanct. interius moventis corda hominum, ut videre est in expositione ad Rom. cap. 8. lect. 3. & 6. & 1. ad Galat. lect. 4. & Ioann. 6. lect. 5. & in 4. dist. 17. quæst. 1. art. 1. quæst. 2. *Sed instinctus, motus animi, & impulsus divinæ operationis* significant aliquod donum creatum nobis inhærens: ergò gratia ptædeterminans &c. Hinc colliges: gratiam per quam Deus prævenit nostram voluntatem, faciendo eam salutariter velle, esse quid intrinsecum ei, ab ipsius libera determinatione realiter distinctum, & hoc quidem; sive talis gratia consideretur sub ratione motionis, sive sub ratione gratiæ prævenientis, & gratiæ operantis, sive sub ratione auxilij, & adiutorij *quo*, sive tandem sub ratione vocationis efficacissimæ, ut ex probationibus adductis constat. Hoc enim pacto salvatur illa divisio communiter accepta à Theologis, scilicèt, *gratiæ internæ prævenientis* liberum arbitrium *insufficientem, & efficacem*, & idem de divisione *in operantem, & cooperantem*: de his enim prout conveniunt auxilio moventi ad actum interiorem, & exteriorem, ait S. D. q. 27. de ver. art. 5. ad 1. *distingui essentialiter*. Si autem operatio Dei esset gratia auxilians &c. Similiterque verificatur, illam facere in nobis ex meritis Christi, & tandem verificatur, gratiam efficacem ad actus salutares universim acceptos esse effectum nostrę prędestinationis iuxta communem Theolog. sentent.

Vltatio.

Ioann. 1.

§. III.

Solvuntur argumenta.

ARguit. 1. Ex D. Aug. lib. cõtra duas epist. Pelag. cap. 2. qui explicans, qualiter Deus transtulit cor Regis Assueri ex indignatione in lenitatem, ait: *Deum hoc fecisse operando in corde Regis, quid aliud, nisi voluntatem* (id est ipsum velle) *qua iussit, & factum est, quod Regina poposcerat*: ergò Deus non convertit cor Regis operando in illo, aliquid prævium realiter distinctum ab ipso velle, ut sentiunt Thom. Confirm. 1. Ex ipso P. tract. 26. in Ioan. dicenti: *Amore, & delectatione trahuntur homines*, & serm. 13. de verbis Apost. *Qui aguntur à spiritu Dei, amore aguntur*. Tum sic; gratia prædeterminans est illa, qua trahuntur homines, & spiritu Dei aguntur. Sed iuxta M. P. homines trahuntur, & aguntur à spiritu Dei per amorem, & delectationem, nulla facta mentione alicuius qualitatis mediantis inter Dei operationem, & amorem voluntatis: ergò. 2. Nan lib. de peccat. meritis, cap. 17. sic habet: *Cum autem ab illo, illius adiutorium aeprecamur, quid aliud deprecamur, nisi cognitionem, & amorem.* Similia docet cap. 19. Sed si adiutorium efficax consisteret in aliqua qualitate, sive motione prævia, aliquid aliud præter cognitionem, & amorem peteremus: ergò. 3. Roboratur hoc ex lib. de Correct. & Gratia, cap. 8. ubi expendens illa verba: *Ego rogavi pro te Petre*, & ait: *Quando rogavit ne fides eius deficeret; quid aliud rogavit, nisi ut haberet liberrimam, fortissimam, & perseverantissimam voluntatem in fide?* Sed si Deus operatus fuisset prædict. voluntarem, mediante aliqua motione intrinseca, aliquid aliud rogasset Christus Dominus, ut conferretur D. Petro; imò hoc fuisset principalis materia orationis: ergò. 4. Accedit illud Pauli ad Phil. 2. *Deus est, qui operatur in nobis velle*

21 1. Argum ex M. P. Confir. 1. Secundo. Tertio. Quarto.

velle, per quod asserit M.P. de gratia, & liber. arb. cap.16. *Significari gratiam, per quam Deus facit, ut velimus*: ergò non operatur Deus aliquid prævium ad velle, ut faciat in nobis liberè velle. Alia ommittimus, quorum efficacia reducitur ad seq. ponderationem. Si gratia efficax ad actus salutares consisteret in aliqua motione prævia nobis inhærenti, illius feciset aliquam mentionem M. P. dum explicat, qualiter Deus homines ad se ipsum convertat,&in eis operetur omne bonum meritorium. Atqui nullibi facit mentionem prædictæ motionis,vel qualitatis,ut in ipso videre est: ergò.

Alia est in compend. redacta.

22 Plura ex his testim.solvi debent à M.sæpè citato. Ille enim q.8.tuetur auxilium *quo* requisitum ad velle, esse *physico morale*, constituiquè per vocationem congruam moraliter movenem voluntatem,& per physicum influxumDei in nostrum velle, quod operatur,per actionem secum identificatam.Nàm licet gratia adiuvans,ut *quo*,sit actio Dei producens in nobis velle; cùm huiusmodi gratia necessario dependeat à consensu negativo, præstito vocationi: auxilium *quo* efficax ad velle coalescit ex vocatione morali, & actione productiva illius. Hac doctrina suppositа,sic redarguo. Si enim Deus convertit cor RegisAssueri nihil aliud operando in eo, nisi velle: ergò pro tali conversione nullã ipsi contulit vocationem congruam, consensum negativum, & alios affectus indeliberatos moraliter ipsum excitantes. Idem arg.formari potest de Oratione Christi D.pro fide D.Petri: quandoquidem iuxtaM.P. *Nihil aliud petijtChristusD.nisi perseverantissimam voluntatem in fide.* Quomodo enim cum his cohæret rogasse etiam,ut D. Petro conferretur, tum vocatio congrua, tum consensus præstitus eidem vocationi, tum denique; alij affectus subiti necessario requisiti iuxta eundem M. ad perseverandum in fide?

Retorq. prædicte testim.

23 Quod si pro solut. duo dicat: 1.M. P.alibi expressè meminisse vocationis congruæ, & consensus eiusdem: videlicet: quæst.1.ad Symplic. alijsque in locis. Si dicat secundo:per ly *aliud* solum excludi à M. P. quidquid non includitur,aut connotatur ab actione increataDei operantis in nobis velle, & insuper vocationem moralem, consensum, aliosque motus indeliberatos, necessario connotari ab illa; eo quod suavitas divinæ providentiæ priùs petit movere hominem moraliter, quam effectivè. Si hæc duo dicat, pariter, & nos pro solut. dicemus. 1. M. P. alibi mentionem feciss gratiæ intrinsecè afficientis liber. arbitr. & physicè operantis nostrum velle, scilicèt, locis n. 5. relatis, ubi affirmat *illa cordibus nostris infundi, nobis occulte dari ex meritis Christi, eamque esse effectum prædestinationis.* Dicemus 2. Gratiam Dei consistentem in motione intrinseca prævia ad nostrum velle, connotari ab operatione Dei causanti in nobis prædictum velle. Ratio est, quia Deus ita operatur in nobis velle, ut physicè moveat voluntatem, ut producat ipsum velle, proindeque aliquid prævium debet fieri à Deo in voluntate, ut actu velit.

Solutio, quæ dari potest favet nobis.

Ex quibus in forma sic disting. potest illa propositio: *Nihil aliud operatus est &c.* se habens ut finem, & terminum perfectum suæ operationis, conced. Se habens ut motionem, inchoationem, & viam ad terminum suæ operationis, neg. Quod enim sic comparatur ad aliquem terminum, aut operationem, non est aliud ab illo, sed reputatur unum quid cum ipso iuxta illud Phil. *Motus non est aliud, præter res, ad quas est motus.* Hac ratione Div. Thom. Christo in Cruce eius doctrinam approbanti, & mercedem pro illa offerenti. Respond. *Non aliam Domine, nisi te ipsum*: cum tamen sit certum,gratiam consummatam, visionem beatam, & alia dona fuisse præmium suorum meritorum. Similiterque Herodias dixit filiæ suæ, *ut nihil aliud peteret pro præmio suæ saltationis nisi caput Ioannis Baptist.* & tamen negari non potest illam petijsse, ut Herodes mitteret aparitores ad carcerem, ligationem Baptist. abscisionem capitis, aliaque ad finem pravè intentum conducentia. Unde Sanct. Bernard. consequenter ad dicta à

24 Respons. in forma.

no-

nobis ait: *Qui diligit proximum propter Deum, nihil aliud diligit nisi Deum.* Et S. D. 1. p. quæst. 19. art. 2. ad 2. *Qui vult potionem amaram propter sanitatem, nihil vult in ea, nisi sanitatem.* Istæ enim, & aliæ similes loquutiones, exponendæ sunt ita, ut excludant aliquid, quod sit *primo, & principaliter* volitum, & dilectum. Per quæ constat ad primum testimon.

25 Ad 2. Respond. Quod si ibi loquatur Magn. Par. de amore, & delectatione indeliberatis (ut pluries sentit Author nobis contrarius) argum. probat contra producentem; cum expresse tueatur, ultra tales motus requiri operationem increatam prædeterminantem ad velle liberum. Igitur per aliquid distinctum ab amore trahit Deus homines ad se ipsum. Rursus, si M. P. loquatur de prædictis motibus; quamvis sit verum Deum illis trahere homines ad Christum; non tamen solum eis mediantibus, sed superaddendo *interiorem instinctum, & impulsum divinæ operationis* moventis corda hominum ad credendum, ut expresse docet D. Th. super Ioan. cap. 6. lect. 5. Hic autem *instinctus, & impulsus* interior divinę operationis superadditus motibus indeliberatis, appellatur à nobis gratia ab intrinseco efficax, præveniens velle, & distincta ab actione increata, ut proprius effectus illius. Si autem M. P. loquatur ad amore libero, Respond. illo trahi homines, tractione formali, & consummata, iuxta illud eiusdem: *amor meus pondus meum, illo feror, quocumque feror.* Sed quia huiusmodi amor provenit à gratia Dei operante, & prævenienti nostram voluntatem; & ratio gratiæ operantis, non nisi impropriè dicitur de ipso Deo, optimè salvatur homines simul trahi per amorem, & per auxilium intrinsecum: per amorem formaliter, per auxilium causaliter, & inchoativè. Ad alia testim. quæ adduci possunt, constat ex superius dictis. Quod si unica solutione velis omnia diluere in sequenti propositione compendiosè contenta. Respond. Iuxta M. P. Deus trahit homines ad se illos que convertit operando in ipsis velle volitione, quæ sit per gratiam Dei prævenientem occulte tributam, & infusam cordibus nostris conced. volitione, quæ sit absque tali gratia, neg. solutio est doctrina Trident. sess. 6. cap. 5. & M. P. locis ubi supra num. 5. Unde nisi probetur gratiam prævenientem, per quam Deus operatur in nobis velle, esse quid increatum, minimè que esse gratuitum effectum divinæ voluntatis; nihil efficaciter probabitur contra nostram sententiam. Sed hoc assumptum quam longe sit à mente M. P. & D. Thom. liquet ex dictis. §. 2.

Ad 1. confirmat.

Ad alias confirm.

Sed instabis. Deus iuxta M. P. convertit cor Asueri *occultissima, & efficacissima potestate*: sed si inter actionem Dei, & liberam conversionem illius mediasset aliquod auxil. prævium Deus non sic cor illius convertisset; cum tale auxilium utpotè creatū, non sit efficacissima potestas Dei: ergo. Sic Illust. Palanco. Sed contra redarguo. Iuxta M. P. lib. de Gratia, & liber. arbit. cap. 5. *Ut de Cœlo à Deo vocaretur Paulus, & tam magna, & efficacissima vocatione converteretur, gratia Dei erat sola.* Sed vocatio efficacissima est gratia interior præveniens per Jesum-Christum, iuxta Trident. & iuxta D. Thom. ad Rom. 8. lect. 3. *Est mentis instinctus moventis corda hominum, simulque effectus prædestinationis*: ergò cum hæc omnia nequeant operatione increatæ adaptari, conversio proveniens à Deo efficacissima potestate, provenit ab ipso media gratia intrinsecè efficaci, distincta ab operatione Dei, & simul prævenienti ipsam conversionem.

26 Dices. Retorq.

Nec probatio urg. Cum enim tota efficacia, & certitudo causalitatis reperta in motione intrinseca, ortum ducat ex efficacia divinæ voluntatis, & quatenus est impressio Divinæ Omnipotentiæ; estò prædicta motio interveniat, Deus efficacissima potestate utens, convertit ad se corda hominum. Non enim opponitur efficacissimæ potestati diffundere de se media efficacissima, sed potius similis diffusio, & fœcunditas illam exaltat, & ædificat. Deniquè instatur arg. Nàm Deus etiam efficacis-

27 Ad prob. Respond. Instatur probat.

cissima potestate fecit ut Asuerus annueret petitioni Reginæ liberationem populi Iudaici poscentis; & tamen hoc fecit mediante volitione efficaci operante Deo in corde Regis, per quam imperavit libertatem Iudæorum, de qua volitione affirmat prę̃d. Author esse gratiam prędeterminantem ad actus externos: ergò pariter dici potest, Deum operari in nobis velle efficacissima sua potestate, quamvis intercedat aliqua motio prævia nobis intrinseca.

28 Arguunt 2. Ex D. Thom. q. 22. de verit. art. 8. dicente: *Immutat autem Deus voluntatem dupliciter: uno modo movendo tantum; quando, scilicèt, movet voluntatem ad aliquid volendum sine hoc, quod ei aliquam formam imprimat.* Sed movere voluntatem imprimendo ei aliquam qualitatem intrinsecam, est movere imprimendo ipsi aliquam formam: ergò. 2. Nàm 3. contra Gent. cap. 155. hæc habet: *Cum dicimus hominem indigere ad perseverandum finaliter auxilio gratiæ, non intelligimus, quod super gratiam habitualem prius infusam alia desuper infundatur ad perseverandum; sed intelligimus, quod habitis omnibus gratuitis adhuc indiget homo divinæ providentiæ auxilio exterius gubernanti.* Nunc sic. Qualitas prædeterminans est vera gratia, verèque infunditur voluntati post gratiam habitualem: ergò si gratia efficax ad perseverandum in dicta qualitate consisteret, homo indigeret alia gratia infusa præter gratiam habitualem ad perseverandum, quod expressè negat D. Thom. Rursus nam prędictam gratiam expressè appellat D. Thom. *Auxilium exterius divinæ providentiæ.* Idemque asserit 1.2. quæst. 109. art. 6. ubi agit de auxilio, quo, homo se prępărat ad gratiam, illudque vocat *auxilium exterius.* Sed hoc solum verificari potest, si tale auxilium activè sumptum consistat in actione Dei, quę est, quid exterius respectu voluntatis creatę: ergò.

2 Argum ex S. D.

3. Testim

1 Testim. afferentia grat. esse quid exterius.

29 Primum testim. omni prorsus efficacia caret; cum ibi S. Doct. solum neget impressionem alicuius habitus, aut formę permanentis. Sic enim subdit post verba nobis obiecta: *Sicut sine à positione habitus quandoque facit, ut homo velit, quod prius non volebat.* Unde rectè M. Prado in Metaph. controv. 12. art. 3. num. 55. dixit: *Ex hoc testim. colligitur nostræ sententia; scilicèt, auxilium prævenions non esse qualitatem habitualem; sed motionem transeuntem, vel qualitatem habentem modum motionis.* Vidit hoc Illust. Palanco; sed addit: *Quod quamvis D. Thom. appenat exemplum in habitu: propositio tamen illius universaliter excludit impressionem omnis formæ prævię.* Ad quod Respond. neg. assumpt. usque dum proberur. Sed veritas solutionis prętер dicta, suadetur sic: illam formam negat D. Th. in verbis supra relatis, quam concedit in verbis sequentibus, in quibus affirmat, quandoque immutare voluntatem imprimendo ipsi aliquam formam. Atqui in his expressè loquitur de forma permanenti, inclinanti voluntatem ad bonum, in via amissibiliter, & inamissibiliter in patria ratione charitatis, & aliarum virtutum: ergò in prioribus verbis &c.

Respond. ad 1.

Cuidam instanti fit satis.

Ad 2. test. tim.

Ad 2. verba violenter trahi. Nàm ibi expressè excludit aliam gratiam infusam per modum habitus; secus vero per modum motionis ad finaliter perseverandum. Ratio huius est: Nàm ante prædict. verba sic præmittit: *Cum nullus habitus nobis infusus auferat à libero arbitrio mutabilitatem, ideo cum dicimus &c.* Unde 1.2. quæst. 109. art. 10. ubi agit de necessitate auxilij gratiæ ad perseverandum, in corpor. art. sic clarissimè loquitur: *Ad perseverandum non indiget homo alia gratia habituali &c.* Videatur Ferrarientis super locum nobis obiectum.

30 Quoad 2. verba facilis est solutio, si memoriæ recolantur, quę dicunt nostri Thomistæ ad explicandum, qua ratione D. Thom. in proemio, quæst. 109. appellet gratiam principium exterius humanorum actuum; pro quo videndi *Illust. Godoy, M. Gonet, Ferre, Bolivar*, & alij, in proemio tract. de necessitate gratię. Communis ergò intelligentia est dicere: dupliciter posse dici aliquid *exterius* respectu alterius: uno modo *inhæsive*, quia subiecto intrinsecè

Cur grat. dicatur princip. exterius.

non

non inhæret. Alio modo *egressivè*, aut *originativè*, quia ab eius principijs non egreditur. Quia igitur gratia tam actualis, quam habitualis, estò animæ intrinsecè inhæreat, ab ipsius intrinsecis non oritur; ideo appellatur à D. Thom. *principium exterius humanorum actuum*. Sed pro gratia auxiliante adest specialis ratio, ut auxilium exterius nominetur. 1. Quia ita causatur à Deo, ut principio exteriori, ut voluntas passivè ad illam se habeat. 2. Quia habet esse fluidum in voluntate. 3. Quia datur, ut roboret imbecillitatem voluntatis. Unde ipse S. Doct. in corpore eiusdem art. appellat prædictum auxilium *gratiâ interius moventem voluntatem*; per quæ verba docet, utrumque ei convenire; scilicèt, *interius movere*, quia recipitur in illa; & esse *auxilium exterius* propter eius originem.

§. IV.

Solvuntur argumenta ad probandum gratiam adiuvantem esse ipsum actum voluntatis.

31 ARguit. 1. Ex D. Thom. 1. 2. quæst. 110. art. 2. in quo loquens de gratia adiuvante, per quam anima hominis movetur à Deo ad aliquid cognoscendum, volendum, & agendum, affirmat non esse *qualitatem*, *sed motum animæ*. Quo nihil clarius ad probandum illam non esse aliquid prævium receptum in voluntate, realiterque distinctum ab actu illius. Nec dicas D. Thom. in prioribus verbis, solum negare esse qualitatem quantum ad modum, quia videlicet, habet esse fluidum, & transiens. Rursusque, dum asserit in ultimis verbis esse *motum animæ*; solum intelligere, esse motionem receptam in anima, non tamen motum elicitum, & egredientem ab illa. Non inquam dicas: Nàm contra primam expositionem sic arguitur. D. Thomas absolutè, & sine addito diminuente negat, talem gratiam esse qualitatem; sed quod aliquid non habeat modum qualitatis, si tamen quoad sui essentiam est qualitas, non sufficit, ut absolutè dicatur non esse qualitatem; ut constat in calore remisso cadaveris habenti esse fluidum, & transiens, de quo nequit absolutè dici non esse qualitatem: ergò. Contra 2. arguitur 1. Quia hi termini *motus voluntatis*, *& motus liberi arbitrij*: significant expressè actum elicitum à voluntate, & liber. arbitr. ergò idem dicendum de hoc termino: *Motus animæ*, quo utitur D. Thom. 2. quia si esset motus receptus in anima, & non elicitus ab ipsa, oportunius diceretur de illo esse *motum in anima*, *quam esse motum animæ*, atqui hoc 2. dixit S. D. ergò.

1. Argum

Reijcitur quædam Respons.

Quamvis existimem gratiam ab intrinseco efficacem non esse qualitatem, sed motionem (de quo infra) instantiæ adductæ parum roboris habent, si quis voluerit tueri sententiam asserentem illam esse qualitatem, quoad substantiam, & motionem quoad modum. Et quidem 1. occurrit manifesta complicatio ex parte impugnatoris in suis dictis. Nàm si talis gratia est motus vitalis animæ consistens in ipsâ volitione prout descendit à Deo; cum huiusmodi actus (idem dicendum de cognitione) iuxta omnes Thomistas, sit in prædicamento qualitatis; aut falso diceret D. Thom. illam non esse qualitatem, aut affirmantur duo invicem sibi contradicentia, nimirum non esse qualitatem, & esse actum vitalem procedentem à voluntate. Deindè dicimus 2. non esse novum apud Phil. negare de aliqua re esse qualitatem, eo, quod quamvis sit talis quoad essentiam, habet tamen modum motionis fluidæ, & transeuntis. Constat hoc ex Phil. 10. Ethic. cap. 3. & D. Thom. ibi lect. 3. dicenti: *Operationes virtutis non sunt qualitas, neque fœlicitas ipsa*; quia videlicet non sunt qualitas per modum habitus. Hanc expositionem approbat Scot. quodlib. 3. q. 1. §. *aliter potest dici*.

32 Retorq. argum.

Unde etsi D. Thom. sine addito diminuente secundum verba dicat: gratiam adiuvantem non esse qualitatem; secùs tamen, si ad eius men-

33 Ad 1. impugn.

mentem attendatur. Ratio est: Nàm ibi S. D. probat debere poni in homine gratiam habitualem, & alias virtutes supernaturales ipsum inclinantes ad rectè operandùm sequenti discursu: *Deus non minus providet his, quos diligit, ad bonum supernaturale habendum; quam creaturis, quas diligit ad bonum naturale habendum; sed his sic providet, ut non solum moveat ad actus naturales, sed etiam largiatur eis formas, & virtutes quasdam, quæ sunt principia actuum, ut sic motus sint eis connaturales, & faciles; ergò his, quos Deus diligit ad bonum supernaturale, infundit aliquas formas, secundum quas prompte, & suaviter moveantur, & sic gratia qualitas quædam est.* Cum ergò in his verbis directè probet S. Doct. gratiam habitualem, aliasquè virtutes esse qualitates per modum habitus, dum contrapositivè loquens de gratia adiuvanti dicit non esse qualitatem, intelligendus est de qualitate habenti modum habitus, & esse permanens in anima.

34 Ad instantiam concessa illa verba: *Motum animæ.* Respond. solutione data, quam tradunt Mag. Lemos, Prado, PP. Salm. & alij. Ratio est. 1. Quia D. Thom. loquitur de motu, qui est actus Dei moventis voluntatem, dicens: *Actus moventis in moto, est motus*, atqui actus elicitus à voluntate non est actus Dei in esse moventis, sed motio passiva ipsius voluntatis: ergò. 2. Quia gratia actualis est motus animæ, quatenus per illam adiuvatur homo, ut producat volitionem boni, & ut magis se explicat D. Thom. art. 6. *est auxilium interius movens voluntatem, & inspirans ei bonum propositum.* Sed falsum est volitionem ipsam auxiliari voluntatem, ut illam producat; aut esse inspirationem sui ipsius: ergò nomine motus animæ &c. 3. Nàm gratia actualis ita constituitur à D. Thom. ut consistens in motu animæ, ut postmodum dividatur ab ipso in gratiam operantem, & cooperantem, in prævenientem, & subsequentem, atqui motus, qui dividitur in gratiam operantem, & cooperantem &c. est iuxta ipsum gratuita Dei motio habens pro effectu velle bonum, & illud operari, ut videre est quæst. 111. art. 2. & 3. ergò nomine motus nequit intelligi actus liber voluntatis, ut à Deo proveniens.

Ad 2. ostenditur eius inefficacia 1.

Secundo.

Tertio.

4. Nàm expressè fatentur Advers. velle liberum, prout à Deo proveniens non esse gratiam propriè prædeterminantem, nec physicè præmoventem ad se ipsum, prout à voluntate procedit, ob defectum realis distinctionis inter velle utroque modo consideratum. Ex quo efficacissimè sequitur idem velle, quatenùs à Deo effectivè procedit, non esse propriè gratiam prævenientem respectu sui, ut procedit à voluntate creata. Nec esse propriè gratiam operantem se ipsum: & hoc quidem ob defectum realis distinctionis. Hoc supposito sic arg. Gratia actualis, sive auxilians, ita appellatur à D. Thom. *motus animæ*, ut dividatur cum proprietate in gratiam *prævenientem, sive operantem, & in cooperantem, sive subsequentem*; si ergò velle liberum nostræ voluntatis non est propriè gratia præveniens, aut se ipsum operans, sequitur unum ex duobus: aut D. Thom. non meminisse gratiæ auxiliantis, quæ cum proprietate sit *præveniens, & operans*, aut dicendum illam non consistere in motu vitali animæ. Ad probat. in contra Respond. ly *motum liberi arbitrij*, si accipiatur pro motu, qui est gratia verè auxilians liber. arbitr. ut liberè velit, etiam significare aliquid prævium realiter distinctum ab eius libera operatione. Attamen frequenter solum accipitur pro actu ab illo procedenti, ut sic magis adversemur hæreticis asserentibus liber. arbitr. se habere *passivè*, & ut inanimè quoddam ad actus, quibus ad iustificationem disponimur. 35 Quarto. Solut. ad obiecta.

Arguit. 2. Gratia efficax est id, quo voluntas passivè movetur à Deo ad volendum; sed per actum ab ipsa elicitum, & prout à Deo productum passivè movetur ad volendum: ergò gratia efficax ad velle consistit in illo, prout à Deo. Prob. min. ex D. Th. quæst. unica de unione Verba a. 5. *Si virtus, quæ est operationis principium ab alia superiori movetur, operatio ab ipsa procedens non solum est actio, sed etiam* 36 2. Argum.

etiam paſsio, in quantum procedit à virtute ſuperioris, & paulopoſt: *Motus voluntatis humanæ in Chriſto non ſolum eſt paſsio, ſed etiam actio*: ergò actus voluntatis prout proveniens à Deo movente illam, eſt paſsio reſpectu voluntatis. Sed paſsio eſt motus voluntatis ad volendum: ergò per actum voluntatis, ut à Deo productum in ipſa, movetur paſsivè voluntas ad volendum. Nec obſtat defectus realis diſtinctionis inter actum, ut productum à Deo in voluntate, & inter ipſum, ut ab illa effectivè procedentem. Non inquam obſtat, ut patet in ſequenti exemplo, ſiquidem pedes per motum progreſsivum vere moventur ad ambulandum, & tamen inter motum progreſsivum pedum, & deambulationem non datur realis diſtinctio.

37 Confirm. Deum movere interius voluntatem, eſt illam interius inclinare ad bonum; ſed voluntas inclinatur interius in bonum per ipſum velle; cum hoc ſit interior inclinatio voluntatis: ergò ipſum velle, prout à Deo, eſt motio paſsiva voluntatis ad volendum. Mai. & min. ſunt D. Thom. 1.p. quæſt. 105. art.4. in corp. Urgetur 1. Motio, qua voluntas paſsivè movetur à Deo, eſt quædam impreſsio à Deo, ut primo movente proveniens; ſed huiuſmodi impreſsio eſt inclinatio actualis voluntatis ad bonum, quæ ab ipſo velle non diſtinguitur: ergò motio &c. Probat.min. Ex D. Thom. 1.p. quæſt.103. art.8. dicenti: *Omnis inclinatio alicuius rei naturalis, vel voluntaria, nihil aliud eſt, quam impreſsio à primo movente: ſicuti inclinatio ſagittæ ad ſignum determinatum, nihil eſt aliud, quam impreſsio à ſagitante*: ergò inclinatio voluntaria voluntatis eſt impreſsio, qua voluntas paſsivè movetur ab eo, ut velit. Sed inclinatio voluntaria voluntatis eſt ipſum velle liberum: ergò. Vel aliter. Deum movere voluntatem eſt dare ei inclinationem interiorem in bonum; ſed huiuſmodi inclinatio non differt ab ipſo velle: ergò. Min.probat. Omnis inclinatio interior voluntatis, aut eſt talis per modum actus 1.vel per modū actus 2.prima conſiſtit in ipſa natura voluntatis; 2. eſt ipſum velle iuxta D.Thom. ubi ſupra: ergò inclinatio interior &c. 2. Omnis inclinatio interior voluntatis, aut eſt innata, aut elicita: prima eſt ipſa natura voluntatis, quatenus per ſe propendit in bonum; 2. eſt ipſum velle elicitivè procedens à voluntate: ergò cum prædeterminatio ad bonum non conſiſtat in prima inclinatione, unicè conſiſtit in ipſo velle, prout à Deo.

Urget.1.

Urget.2.

38 His præcipuè movetur Illuſt. Palanco, ut probet gratiam prædeterminantem paſsivè ſumptam eſſe ipſum actum voluntatis, quatenus procedit à Deo operante illum in voluntate; gratiam vero prædeterminantem activè, & cauſaliter ſumptam, conſiſtere in actione immanenti Dei producentis talem actum. Advertit tamen; prædeterminationem ſimpliciter dictam eſſe actionem Dei productivam actus voluntatis, actum vero ipſum, ut à Deo procedentem ſolum eſſe prædeterminationem *ſecundum quid* talem reſpectu ſui ipſius, ut egredientis à voluntate. Sed ſi res ita ſe habent, oportet, ut quoties D. Thom. gratiam efficacem exprimit per *motum animæ*, *per inclinationem voluntatis*, *per impreſsionem à Deo primo movente*, & his ſimilia, loquatur de gratia efficaci de prædeterminatione, & motione prævia in omnem actionem creatam, quæ tantum ſit ſecundum quid talis, nulla facta mentione de gratia efficaci auxilianti, & prædeterminanti ſimpliciter tali; quod concedere non decet D.Thom. Magiſterium, quo tam ſubtiliter, & accuratè de auxilio Dei, de gratia efficaci ſimpliciter tali hac 1. 2. à quæſt.109. uſque ad quæſt. 112. pertractavit. Ex quibus conſtat prefatas author. ſolum poſſe probare non dari motionem præviam realiter mediantem inter actionem Dei, & actum voluntatis, non tamen prædeterminationem Dei in ipſa actione increata Dei conſiſtere, de quo eſt præſens difficultas, & quam ipſe intendit pro viribus ſuadere.

39 Exiſtimo tamen, actum voluntatis creatæ, prout à Deo non poſſe dici prædeterminationem reſpectu ſui

Actus voluntat prout Deo non est gratia prædeterm. Probat. 1. Secundo.

sui ipsius, ut egredientis à voluntate adhuc *secundum quid*, in sensu tamen reali. Ratio est 1. Nàm voluntatē realiter se moveri est esse realiter in via ad id, ad quod movetur; sed voluntas constituta in actu per amorem finis v. g. non est realiter in via ad amandum finem. 2. Amor finis, prout à Deo non differt realiter à se ipso, prout à voluntate, sed solum ex parte connotatorum: ergò talis amor, prout à Deo non exercet aliquem realem influxum, & causalitatem in se ipsum, prout à voluntate. Conseq. constat. Sed movere, & prædeterminare ad aliquid in sensu reali, dicit aliquem influxum, & causalitatem respectu illius, ad quod movet, & prædeterminat: ergò per amorem finis non realiter movetur voluntas; ut amet finem: ergò apellare prædictum amorem, prout à Deo prædeterminationem secundum quid talem falsa, & impropria loquutio. Aliud igitur est, voluntatem per amorem finis moveri, & tendere in finem, aliud moveri, & tendere ad amandum finem: primum concedimus. Propter realem distinctionem inter amorem, & finem se habentem, ut terminum illius; secundum vero negamus ob defectum talis distinctionis. Unde talis loquutio, solum admittitur ex nostro modo intelligendi penes distinctionem *abstracti*, & *concreti*, quatenus scilicèt, voluntatem *denominari volentem finem est effectus formalis proveniens ab amore finis.* Sed hæc causalitas ad genus causæ formalis spectans, quid refert ad munus motionis physicè auxiliantis voluntatem, ut producat amorem finis? Hinc negamus exemplum de motione pedum. Solum enim verificatur in sensu reali, per appetitum moveri pedes ad ambulandum, vel per alium impulsum realiter præcedentem motum progressium, de quo tract. de anima.

40 Ex quo venit notandum non satis percipi, quid intendat prædict. Author, dum profert illam propositionem, scilicet, *gratia efficax est id, quo voluntas passivè movetur ad amandum finem.* Nàm si voluntas movetur à Deo ipsam activè moventē; utique voluntas movetur *passivè à Deo*; cum illa duo invicem sibi correspondeat. Quod si per ly *moveri passivè* à Deo intelligat aliquam motionem purè *passivam*, & quæ non sit *activè* movens ipsam voluntatem, in hoc sensu, negamus talem propositionem. Siquidem gratia efficax estò denominet voluntatem passivè motam, est tamen motio activa illius; cum sit verum auxilium determinans, & applicans voluntatem, ipsamquè movens, quoad exercitium ad liberè operandum. Hoc notato neg. min. propter anteced. dicta. Nec probatio in contra ex D. Thom. urget; fatemur enim actionem virtutis inferioris respectivè ad motionem primi moventis dici passionem; eo quod comparatur ad illud, ut effectus, & ut quid operatum ab ipso. Passio enim iuxta D. Thom. opusc. 48. est *illatio, effectusquè actionis*; cum igitur actio causæ secundæ sit proprius effectus Dei, illam producentis, ideò estò respectu causæ secundæ, cuius est actualitas, sit actio, respectu primi moventis, cuius est purus effectus, est, & dicitur passio. Ex hoc tamen minimè sequitur, per illam actionem, ut procedentem à primo movente voluntatem realiter moveri ad ipsam, ut procedentem à voluntate; quia nimirum non adest realis distinctio. Passio autem, & motus, quæ constituunt mobile in via, & in moveri ad aliquem terminum, sunt passio, & motus, quæ realiter differunt ab illo; unde voluntas per amorem, ut productum à Deo poterit realiter moveri in finem; non autem ad ipsum amorem finis.

Maior 1. syllog. nō est vera. Ad prob. ex 3. D.

Confirm. Petit decisionem hnius difficultatis. *An gratia prædeterminans, si consistat in motione intermedia, possit dici inclinatio voluntatis ad bonum; quia in hoc adversetur doctrinæ D. Thom.* Ratio pro parte negat. est: Nàm D. Thom. locis ubi supra, non agnoscit in voluntate nisi duplicem inclinationem, unam per modum actus 1. ab ipsa voluntate indistinctam; aliam vero per modum actus 2. consistentem in ipso velle. Sed in primis hæc difficultas urget, etiam in opinione contraria:

41 Examinatur Doctr Confirm.

etc.

etenim operatio Dei, ut causans actum voluntatis creatæ, est gratia physicè prædeterminans voluntatem ad illum: ergò est vera motio, & applicatio voluntatis ad ipsum: ergò est vera inclinatio voluntatis, ut amet. Et tamen realiter differt, tum à voluntate, tum ab ipso amore: igitur datur inclinatio voluntatis ab utroque distincta. Si dicas talem operationem esse inclinationem exteriorem voluntatis; motionem vero intrinsecam à nobis stabilitam esse inclinationem interiorem; proindeque esse manifestum discrimen. Contra est: Nam Div. Thom. in primo loco nobis obiecto loquitur de inclinatione, quæ sit interior voluntati per hæc verba: *Proprium est Dei movere voluntatem eam interius inclinando*: ergò, aut operatio Dei non est prædeterminatio inclinans interius voluntatem; aut discrimen assignatum nullius roboris est.

42 Dico igitur, quod inclinare voluntatem ad suos actus inclinatione univirtualiter accepta latissimè patet: Quidquid enim eam, aliqualiter movet, & de se inducit ad volendum potest dici ipsam inclinare, ut velit. Unde cognitio practica boni, consilium, præceptum, & motus subiti dicuntur inclinare voluntatem; imò etiam passiones appetitus impellentes ad malum, dicuntur inclinare voluntatem ad peccandum, sicuti, & gravis tentatio, in qua bonum prohibitum proponitur, cum maiori convenientia, quam bonum honestum. Idem dicendum de habitibus virtutum, de gratia habituali, alijsque donis supernaturalibus, quæ sunt inclinationes permanentes voluntatis ad salutariter operandum; sicuti, & auxilia fluida, quibus transeunter voluntas constituitur in actu 1. ad actus supernaturales. Idem de sancta cogitatione, de cognitione supernaturali legis, & de Consilijs Evangelicis, quæ omnia, sicuti de se alliciunt voluntatem ad bonum, ita similiter eam inclinant. Advertendum tamen: ex his enumeratis aliqua tantum inclinare moraliter; alia vero physicè iuxta modum, quo influunt in actus voluntatis. Nec obest, quod voluntas his donis præventa, & suffulta possit non operari, imò & pravè operari. Non inquam obest; quia talia dona partim inclinant tantum moraliter, alia vero, etsi inclinent physicè, se tenent ex parte actus 1. ideoque relinquunt voluntatem cum potestate, ut illorum inclinationi resistat. Hinc patet non esse idem voluntatem nostram esse inclinatam ad consensum salutarem, ac esse determinatam ad illum. Unde vocationes morales dicuntur inclinare voluntatem, non tamen illam determinare quoad exercitium, hoc enim proprium est gratiæ prædeterminantis.

Quotuplex sit inclinatio voluntatis?

Ultra hunc modum inclinandi voluntatem, ut rectè velit, datur 43
alius aptior, & efficacior, per quem Deus inclinat voluntatem infallibiliter, & insuperabiliter, ut benè velit, de quo intelligendus est M. P. de Gratia, & libero arbitrio, cap. 21. dum ait: *Deus habet inclinandorum cordium humanorum potestatem, sive ad bonum pro sua misericordia, sive ad malum pro sua iustitia*: hæc vero potestas non reducitur ultimatè ad executionem, nisi per vocationem quandam internam altam, atque efficacissimam cordibus nostris infussam: per quam vocationem, aliud intelligere non valemus, nisi motionem intrinsecam voluntati, realiter præcedentem ipsum velle. Unde de Prædest. Sanctor. cap. 20. ait: *Deum inclinare corda in bonum esse operari in eis velle bonum*: sed per gratiam efficacem operatur velle bonum: ergò & inclinat in bonum. Hunc modum inclinationis petebat Regius Vates, dum Psalm. 118. vers. 36. sic orabat: *Inclina cor meum Deus in testimonia tua.* Attamen talis inclinatio, etsi efficacissima, non impediebat quominus, ipse cor suum etiam inclinaret ad bonum, cum vers. 112. ita de se fateatur: *Inclinavi cor meum ad faciendas iustificationis tuas.* Ut intelligamus iuxta expositionem M. P. *simul hoc esse, & divinæ muneris, & propriæ voluntatis.* Nam quemadmodum iuxta eundem Parent. etsi Filij Dei agantur à spiritu Dei (hoc est ut exponit D. Thom. ad Rom. 8. lect. 3. ex instinctu superiori moveantur) nihilominus, illi

etiam

etiam agunt, *quia aguntur, ut agant*: ita, etsi Deus *vocatione efficaciſsima* inclinet corda hominum, ut ſalutariter velint; etiam ipſi homines corda ſua inclinant; quia nimirum à Deo inclinantur, ut ipſi ad bonum ſe inclinent, & determinent.

44 Cuidam replicę ſit ſatis.

Nec obſtat, quod M. P. in expoſitione priorum verborum hęc habet: *Quid eſt habere cor inclinatum, quam velle*? ergò non datur alia inclinatio diſtincta à velle. Non inquam obſtat. Nam aliud eſt habere cor inclinatum ad bonum à ſolo Deo per gratiam internam; aliud habere cor inclinatum ad bonum, etiam ab ipſo homine. Dum igitur M.P. ait: habere cor inclinatum, non eſſe aliud, niſi velle, exponendus eſt de inclinatione cordis provenientis, etiam ab ipſo homine; ſecùs autem, de inclinatione, quæ fit à ſolo Deo, ut homo poſtmodum ſe inclinet ad bonum. Nec huiuſmodi inclinatio intrinſeca, & prævia ad velle opponitur doctrinæ D. Thom. aſſerentis inclinationem actualem voluntatis eſſe ipſum velle. Nam intelligendus eſt de inclinatione vitali, & perfecta; non vero de inclinatione purè phyſica, & incompleta ſe habēti per modum motionis applicantis voluntatem, ut actu velit. Et quidem, non apparet difficilius, ponere in voluntate inclinationem aliquam mediantem inter ipſam, & amorem, ac ponere motionem mediantem inter utrumque: amor enim ſicuti eſt inclinatio voluntatis, ita eſt motus illius iuxta illud M. P. *Affectiones noſtræ motus animæ ſunt*, ſicut ergò hoc ſecundum integre ſubſiſtit diſtinguendo duplex genus motus; unum, ſcilicet, per modum fluxus applicantis voluntatem ad agendum, & habentis eſſe incompletum: alterum per modum actionis habentis eſſe completum, & per modum actus vitalis in bonum: ita ſimiliter diſcurrendum de duplici inclinatione, ex quibus prima convenit gratiæ efficaci, 2. actui voluntatis denominanti ipſam formaliter, & ultimate inclinatam in bonum.

45 Solvitur 1. urgent.

Ad 1. urgentiam Reſpond. Aliud eſſe omnem virtutem operativam cuiuslibet cauſæ eſſe impreſſionem divinæ virtutis; aliud verò omnem illius impreſsionem eſſe collationem virtutis ad agendum. Primum concedimus, quia Deus omni cauſæ confert virtutem ad operandum; ſecundum vero negamus, quia ut nos docet D. Thom. quæſt. 3. de potentia, art. 7. Deus ultra virtutem permanentem, quam confert omni cauſæ creatæ ad operandum, operatur in aliquod eſſe fluidum, & viale, quo applicantur, & moventur ad ipſis operandum. Hoc autem, cum ſit motio efficax, merito eſt etiam impreſſio divinæ virtutis, ut moventis omnem cauſam creatam ad ſuam actionem. Quapropter, tam virtus activa, quam motio prævia ſunt impreſsio divinæ virtutis; prima eſt, qua creaturæ poſſunt operari; ſecunda vero, qua moventur ad operandum. Prima eſt impreſsio divinæ virtutis volentis efficaciter cauſas ſecundas gaudere ſufficientia ad agendum; 2. eſt impreſsio divinę virtutis determinantis efficaciter cauſas ſecundas ad operandū.

46 Ad teſt. ex S.D.

Authorit. D. Thom. non militat contra hanc doctrinam: Nam nomine inclinationis voluntariæ non intelligit actum, ſed ipſam voluntatem; quæ ſicuti dicitur cauſa voluntaria, quia à ſe ipſa movetur; ita dicitur inclinatio voluntaria, quia à ſe ipſa actu tendit in bonum. Ratio huius expoſitionis eſt. 1. Nam quia inclinatio voluntaria in creaturis rationalibus eſt impreſsio à Deo primo movente, probat, quod dum voluntarie aguntur, propria ſponte perveniunt ad finem, ad quem divinitus ordinantur, actus autem tum dicitur ſpontaneus, quando eſt conformis inclinationi voluntatis in actu 1. 2. Nam nomine inclinationis naturalis non intelligit S.D. motū, ſive operationem ab illa procedentem, ſed virtutem determinatam ad unum; ut patet evidenter in exemplo ſagitæ ab ipſo adducto, ubi impulſus impreſſus à dirigente eſt principium activum motus percuſivi provenientis à ſagita. Igitur per inclinationem voluntariam non intelligit D. Thom. illam, quæ dicitur voluntaria, quia à voluntate elicita, ſed quia eſt inclinatio cauſæ operantis voluntarie. Conſequen-

Soluti informa.

quenter ad hęc, sic debet distingui illa propositio maior: Motio, qua voluntas movetur, est impressio divinæ virtutis, ut determinantis, & applicantis voluntatem ad velle, conced. mai. Est impressio divinæ virtutis, ut conferentis voluntati virtutem, & inclinationem permanentem ad velle, neg. mai. & min. actu enim velle: non est impressio in nullo sensu distinctionis; cum non differat realiter à se ipso, prout à Deo.

47 Ad alia probantia non dari inclinationem intermediam, distinctam à voluntate, & ipso velle: Respond. neg. assumpt. ad illius prob. Respond. gratiam efficacem esse inclinationem moventem, & applicantem voluntatem, ut vitaliter inclinetur in bonum. Unde si consideretur ut *quod*, est inclinatio innata ad actum voluntatis, non quidem per modum virtutis, sed per modum activæ applicationis. Si vero consideretur ut *quo*; potest dici inclinatio elicita causaliter, & in fieri; quia videlicet ab intrinseco ordinatur unicè; ut voluntas inclinationem elicitam producat, propriè tamen loquendo, non est inclinatio innata voluntatis, nec elicita, primo quia non habet esse permanens, & ad actum primum illius spectans; secundo quia per illam formaliter non vivit voluntas. Igitur distinctio inclinationis penes innatam, & elicitam intelligitur de inclinatione habenti esse completum; non vero de inclinatione præscindenti ab illa, quę habet esse completum, & quæ habet esse purè viale per modum determinationis ad volendum. Hoc explicari valet in actione increata Dei productiva consensus, per quam Deus efficaciter iuxta arguentem inclinat voluntatem, ut velit, & tamen non est inclinatio elicita, aut innata voluntatis. Sidicas hoc ita esse, quia est extrinseca voluntati: Pariter nos dicimus gratiam efficacem non esse ab intrinseco illius: *Et hæc de hoc dub. applic. ubi præcedens.*

Ad alia ibi adducta.

***

*** *** ***

DU:

DUBIUM IX.

AN DEVS PROPRIE FACIAT per gratiam prædeterminantem, ut velimus bonum; si illa sit operatio increata Dei?

§. I.

SUPPONUNTUR ALIQUA.

N. 1. PLura huc concernentia diximus agentes de gratia adiuvante à dub. 2. ubi ex professo probavi-

Suppon. 1 mus sine gratia ab intrinseco efficaci non salvari Deum per gratiam suam facere, ut faciamus; ut passim testantur plura testim. Conciliorum, & SS. PP. ibi relata. Quę quidem pronunc repetere necesse non est; cum AA. in præsenti Adversarij ex illis probent Deum physicè prædeterminare voluntatem, & præmovere omnem causam creatam ad proprias operationes. Unde supposito Deum per gratiam suam propriè facere, ut faciamus, præsens litigium reducitur ad examinandum; an citati Author. qui merito, & pro viribus tuentur Deum physicè prædeterminare, physicèque movere omnem causam 2. ad operandum, illiusque concursum esse prævium, aliaque his similia, possint omnia recensita verificare; si auxilium efficax adiutorium *quo*, *prædeterminatio*, & concursus prævius unicè consistant in actione increata Dei, per quam effectivè omnes actus voluntatis, & cuiusvis causæ producit? Nos pro virium tenuitate ex aliquibus attente, diuque excogitatis, partem negativam probare conabimur, consequenterque in eorum opinione re ipsa non concedi prædeterminationem physicam, aut concursum prævium ab universa Schola Angelica defensatam. Ex quo apparet præsens assumptum esse domesticum, & domesticè tractandum; innitendo varijs rationibus ex D. Th. desumptis.

Ut clarius procedamus supponendum 2. voluntatem creatam esse 2
veram causam sui actus; proindequè ipsum præcedere vera, & reali prio- Secundo
ritate naturæ. Ratio est: Nam potentia in rebus creatis iuxta D. Thom. 1. p. quæst. 25. art. 1. *Non solum est principium effectus, sed etiam actionis per quam agit.* Rursus: nam voluntas verè, & cum proprietate dat esse essentiæ, & existentiæ proprio actui: cumque voluntas, & ipse actus volitionis differant essentialiter inter se; voluntas prædictum actum producens gaudet vera, & reali prioritate naturæ respectu illius. Nec obstat actum voluntatis non egredi ab illa per aliquam actionem intermediam iuxta doctrinam D. Thom. Non inquam obstat; nam hoc non tollit, quo minus actus voluntatis propriè accipiat suum esse à voluntate, ut à principio activo; in qua quidem acceptione fundatur, vel consistit posterioritas naturæ, vi cuius hæc causalis est vera: *Existit actus voluntatis, quia voluntas activè producit eius vitalitatem, existentiam &c.* pro quo adest clarum exemplum in emanatione proprietatem ab essentia. Nullus enim concedens intellectum, & voluntatem radicari realiter in anima, negare valet animam in tali radicatione exercere munus veri principij;

atque

atque causæ, imo, & munus naturæ respectu intellectus, & voluntatis. Unde iuxta expressam doctrinam D. Thom. 1.p. quæst.77. art.6.ad 2. *Essentia animæ est causa omnium potentiarum sicut finis, & sicut principium activum, quarundam autem sicut susceptivum*; & tamen iuxta eiusdem S.Doct. doctrinam anima non radicat intellectum, & voluntatem per aliquam actionem ab illa egredientem. Quare sicuti prædicta radicatio fundat veram prioritatem naturæ in ordine ad intellectum, & voluntatem; ita dicendum de voluntate, & omni alia virtute productiva in ordine ad suam operationem. Hinc sequitur, quod sicuti anima esto denominetur potens proximè intelligere, & velle per intellectum, & voluntatem; non tamen habet esse principium radicans intellectum, & voluntatem ratione illorum, sed ratione sui: ita similiter licet voluntas denominetur volens per actum voluntatis, non tamen est principium actu productivum illius ratione eiusdem actus, sed ratione sui. Probatio est meo videri evidens. Quia nulla causa effectiva habet dare esse essentiæ, & existentiæ suo effectui, vel quasi effectui, per ipsum effectum, aliàs ipse esset vera causa activa sui. Ulterius. Nam anima habet radicare intellectum, & voluntatem per id, per quod constituitur in esse formæ substantialis vitalis: ergò voluntas habet activè influere in proprium actum per id, per quod constituitur in esse potentiæ vitalis, quod quidem convenit ei, ratione sui.

Tertio

§. II.

Ex quo Deus sua actione verè efficiat actum voluntatis, non probatur propriè facere, ut voluntas velit.

3 Per hanc conclus. enervatur motivum opinionis contrariæ: existimant enim, quod si actio Dei prævenit actum voluntatis creatæ illum vere causando, sive intra ipsam illum operando, verè prædeterminat, facitque, ut voluntas liberè velit. Ante probationem suponendum hoc complexum *voluntatem velle bonum* duo dicere, scilicet, habere in se volitionem, & simul esse principium exercite communicans existentiam, vitalitatem, & alia prædictæ volitioni. Ratio est quia talis denominatio est denominatio voluntatis viventis in actu 2. Cumque sic vivere duo includat, scilicet, elicere actionem, & illam in se recipere; in tali complexo utrumque importari debet, ita, ut nec sufficiat voluntatem habere in se volitionem, ut denominetur volens, nec similiter sufficiat esse principium activum illius. Hoc clare constat admissa opinione aliquorum Thom. tuentium Deum posse se solo producere in intellectu intellectionem, quin tamen per hoc concedant intellectum in dicta hypothesi posse denominati intelligentem; eo quod (ut dictum relinquimus) talis denominatio utpotè viventis, dicit habere intellectionem à se: hoc est per realem egressum ab intellectu illam producente. Ex hac doctrina communi apud Thom. sequitur ut quid certum, hoc, quod est voluntatem principiare activè suum velle, non salvari præcisè per hoc, quod Deus activè producat in voluntate actum volitionis. Ratio est evidens. Nam habere in se volitionem à Deo communicatam, est se habere passivè ad illam; at vero voluntatem in suo genere activè influere, & producere volitionem, dicit activitatem ex parte illius; sicuti, & dependentiam passivam, ex parte volitionis; quæ quidem denominationes differunt essentialiter inter se. Unde, etsi aliqui teneant voluntatem posse denominari volentem per volitionem à solo Deo productam, & in illa receptam; nemo tamen dicet: Deum posse facere, ut voluntas sit principium activum volitionis à solo Deo productæ. Hæc omnia dicta sunt, ut attente discernamus inter hæc duo, scilicet: *Deus operatur in nobis velle, seu volitionem*: *Deus operatur in nobis, ut voluntas causet, producat, sive operetur volitionem*; hoc enim secundum

Quid dicat volût. velle bonum.

Illatio ex dictis.

necessario requiritur, iuxta superius notata, ut voluntas denominetur *volens bonum.*

4 Sed diligenter notanda est Doctr. D.Thom. 1.p. quæst.36. art.3.dicentis: *Cum actio sit media inter faciens, & factum, quandoquidem unum est causa actionis alterius, secundum quod exit ab illo; quandoque vero solum est causa actionis, prout terminatur ad factum.* Exemplum primi ponit in artifice operante propter lucrum; & in eo, qui operatur ex imperio alterius; etenim cupiditas lucri est causa, ut operatio artificis ab illo procedat. Exemplum 2. ponit in artifice operante per martellum; *non enim martellus est causa, ut actio artificis ab illo procedat, sed est causa artificiato, ut ab artifice causetur.* Similia docet super Ioann. 1.lect.2. lit.G ad illa verba: *Omnia per ipsũ facta sunt.* Ex qua mirabili doctrina subdit: *Quod licet Filius sit principium actionis, qua Pater producit Spiritum Sanctum* (utpotè una, & indivisa in utroque) *non tamen est principium, ut Pater spiret Spiritum Sanctum, eo quod est principium talis actionis, non prout exit à Patre, sed prout terminatur ad Spiritum Sanctum.* In quo aureo testim. habetur omnino firma, & confirmata doctrina Thom. asserentium: non esse idem; *Deum facere actionem causæ secundæ, ac facere ut causa secunda suam operationem faciat, & producat.* Videantur pro hoc Illust. Alvarez de Auxil. disp.18. num. 6. & M. Lemos, lib.3. tract.1.cap.22. & 24. quod probant exemplo causarum partialium influentium in eundem effectum, & operantiũ per eandem actionẽ. Nam etsi unus calor influens cum alio partialiter sit causa actionis, qua alter calefacit; non tamen est causa, quod alter calefaciat; idem de duobus portantibus lapidem; & de intellectu, & specie impressa influentibus in eandem intellectionem productivam verbi.

Quid requiratur, una causa faciat alteram facere?

Doctrina scitu digna.

Ponderat testim.

5 Probatur conclus. Voluntatem creatam velle bonum, est eam activè influere in volitionem extrahendo illam de non esse ad esse; sed ex quo Deus per actionem secum identificatam producat volitionem, non sequitur Deum facere, ut voluntas activè influat in illam modo dicto: ergò non sequitur Deum propriè facere, ut voluntas velit bonum. Mai. constat ex prænotatis, & min. prob. 1. Deum producere per actionem secum identificatam volitionem est Deum dare activè esse volitioni; sed ex quo Deus det activè esse volitioni per talẽ actionem non sequitur Deum per illam facere ut volũtas creata det etiam activè esse volitioni: ergò &c. Prob. min. Voluntas creata dat activè esse volitioni per aliquid realiter præcedens, distinctumque realiter ab illa; cum voluntas sit vera causa illius: ergò ex quo Deus per suam actionem det esse volitioni, non sequitur facere &c. 2. Volitio producta à Deo, & voluntas creata ut eandem volitionem producens, differunt realiter, & essentialiter: ergò ex quo volitio sit producta à Deo, non sequitur Deum facere, ut voluntas creata eandem volitionem producat. Conseq. patet: Nam quando duo differunt essentialiter, non ex eo, quod unum proveniat à Deo ut faciente illud, sequitur alterum etiã ab ipso, sic provenire. 3. & apriori. Deum facere ut voluntas activè influat in volitionem, est Deum facere id, per quod voluntas constituitur in ratione principij activè influentis in illam. Sed Deum producere volitionem non est Deum facere id, per quod voluntas constituitur in ratione principij activè influentis in illam; cum volitio, quæ est terminus talis productionis; non sic constituat voluntatem, sed existat unicè pro posteriori naturæ ad illam: ergò.

Format. ratio probat.

Probat. min. 1.

Secundo.

Tertio.

6 Confirm. Deum facere voluntatem producere suam volitionem, est Deum illam movere, & applicare ad eius productionem; sed ex quo Deus producat volitionem in voluntate per actionem secum identificatam, non sequitur ipsum movere, & applicare &c. ergò &c. Prob. min. Voluntas non movetur, nec applicatur à Deo, ut producat suam volit. per eandem volitionem, ut à Deo productam: tum ob deffectũ distinctionis inter volitionẽ, prout à voluntate, & prout à Deo. Tum quia voluntas ut influẽs activè in volitionẽ, præcedit

Confirm. ratio posita.

rea-

realiter ipsam, quæ quidem præcedentia non datur inter volitionem, ut à Deo, & ut à voluntate. Sed quod ex vi actionis identificatæ cum Deo ponitur in voluntate est volitio, ut à Deo producta: ergò ex quo Deus producat &c.

Urgetur. Urgetur. Deum facere voluntatem activè influere in suam volitionem verificat hanc causalem: *Voluntas influit activè in volitionem, quia Deus sic facit.* Sed non verificatur prædicta causalis, quia Deus operatur in voluntate volitionem: ergò Deum sic operari &c. Prob. min. 1. exemplis adductis, ex quibus liquet, quod, quamvis una causa, sive principium operationem alterius concausæ, & principij producat; non tamen propter hoc verificatur hæc causalis. Principium *A* influit activè in suam operationem, quia principium *B* operatur eandem operationem. 2. Deum operari volitionem est voluntatem illam accipere à Deo; sed quod voluntas accipiat volitionem à Deo nequit esse causa, ut voluntas producat activè eandem volitionem extrahendo illam de non esse, ad esse: ergò Deum operari volitionem non verificat &c. Vel aliter: Deum operari volitionē est actionem Dei esse priorem ipsa volitione ordine causalitatis, & hanc esse verum effectum illius. Sed quod actio Dei sit prior volitione creata, & hęc sit effectus illius, non est ratio inferens, quod voluntas præcedat per modum causę influentis in eandem volitionem. Nam quis rogo non reputabit hanc conseq. prorsus inefficacem: *Actus voluntatis creatæ est terminus vere productus per actionem Dei: ergò per talem actionem facit Deus, ut voluntas creata sit principium realiter præcedens talem volitionem?* ergò dicendum, Deum operari volitionē: non esse Deum facere, ut voluntas creata illam faciat.

7 Dices: hæc omnia probare, si Deus non produceret volitionē adæquatè sumptam, scilicet, ut egredientem à voluntate creata, uti de facto illam producit, omnem rationem entis in ea repertam causando. Quod enim sic producit actionem alterius causæ, non solum facit talem actionem, sed etiam est causa faciens, ut altera faciat. Verba sunt D. Th. in prænotatis. Sed contra est 1. retorq. verba D. Th. Dum S. D. asserit: *Principium actionis procedentis ab altera causa, tunc esse causam, ut illa agat, quando est principium actionis prout exit ab illo*, vel ly *prout exit* summitur *passivè*, & quatenus egressus est quid productum; vel summitur *activè*, quatènus facit ut causa det esse actioni? 1. est falsum: 2. non salvat prædicta solutio: ergò est omnino insufficiens. Min. quoad 1. p. constat: Nam actio spirativa Patris adæquatè sumpta in esse actionis, etiam procedit à Filio; cum nihil intrinsecum ex parte illius possit assignari, quod non procedat virtualiter à virtute spirativa Filij; & tamen hæc propositio est falsa: *Filius dat Patri, quod spiret Spirit. Sanctum*: ergò. Idem constat in omnibus concausis partialibus agentibus per eandem actionem. Quandoquidem ex parte rationis *quæ*, & secundum omnem formalitatem intrinsecam egressus passivi ab una causa, dependeat talis actio ab altera concausa; aliter enim essent causæ partiales partialitate effectus; & tamen non verificatur unam concausam facere propriè, ut altera causet. 2. vero pars prob. Voluntas non est principium exercite influens realiter in volitionem ratione eiusdem volitionis, ut productæ à Deo sub ratione universalis entis; cum inter volitionem sub ratione entis, & inter illam sub ratione communi, & specifica vitalitatis, secundum quam egreditur à voluntate creata, solum sit distinctio rationis ratiocinatæ, penitus inutilis ad realem antecedentiam in genere physico, & effectivo. Restat ergò ut D. Thom. verbis relatis exponendus sit de eo, quod est causa actionis prout exit ab agente, quatenùs, scilicet, operatur aliquid prævium in ipso agente præcedens realiter influxum in propriam actionem. Sic enim suo modo contingit in Patre respectu Filij, cui communicat virtutem spirativā, prout est principiū actualis spirationis per actionem generativam ordine originis pręcedentē: quapropter Filius habet à Patre spirare Spir. Sanct.

Instabis contra dicta.

8 Igitur illa propositio: *Quod est causa actionis prout exit ab altero agente, est ei causa, ut operetur*, facit tenium formalem activum. Ratio est: Nam actio egreditur ab agente, quia agens influit in ipsam: ergò quod est causa, ut actio egrediatur ab aliquo agente, est causa ut tale agens ex se emittat, & producat talem actionem: ergò ab opposito. Cum igitur Deum communicare esse volitioni non sit communicare voluntati aliquid, vi cuius voluntas realiter præcedat ordine naturæ dando esse volitioni eidem, per talem communicationem, & productionem non facit Deus, ut volitio egrediatur à voluntate. Hanc expositionem efficaciter suadent exempla adducta à D. Thom. ibidem, quibus explicat, quando una causa est alteri causa, ut operetur, sive est causa actionis, prout exit ab altera concausa. Primum est *cupiditas lucri* movens artificem, ut operetur. Secundum *imperium superioris* moventis causam inferiorem, ut agat. Denique *ars, se habens ut forma*, per quam artifex operatur. De quibus omnibus dubitare non licet, illa exercere suum influxum immediatè in ipsam causam, ut operetur, & ex consequenti in operationem egredientem ab illa. Hoc ipsum explicari potest in concursu simultan. Dei influentis iuxta Adversar. in terminum productum per actionem causæ secundæ; licet enim Deus influat simultaneè in calorem productum per actionem ignis, non tamen ex vi talis concursus est Deus causa, *ut calefactio producat calorem*; alias esset prævius ad illam in esse actionis calefactivè; & tamen per talem concursum, utpotè causæ universalissimæ, Deus activè producit calorem, etiam ut dependentem passivè ab actione calefactiva: ergò ex quo Deus producendo volitionem, etiam secundum intrinsecum egressum à voluntate creata ratione identitatis cum ipsa volitione, non sequitur Deum per talem productionem esse causam, ut voluntas physicè præcedat ordine naturæ talem volitionem. Consequentia patet, si res attente inspiciantur.

Exponit. prob. 5. D & dicta robor.

Exempla S. Doct.

§. III.

Ex quo operatio Dei sit realis productio actus voluntatis, illum que ordine causalitatis præcedat, non probatur Deum per illam verè movere voluntatem ad agendum.

PRobant communiter Thomist. Deum prædeterminare omnem causam, tam naturalem, quam voluntariam ad proprias operationes, ex D. Thom. pluries affirmanti Deum movere, & applicare omnem causam creatam ad agendum; qua ratione dicitur causa omnis actionis illius; quædadmodum artifex dicitur causa incisionis cultelli, quia ipsum applicat ad scindendum. Ita expressè q. 3. de potentia, art. 7. & 3. contra Gent. cap. 67. & alibi. Unde consequenter ad superius dicta probare conabimur hanc doctrinam non salvari per hoc præcisè, quod actio Dei sit prior natura actu voluntatis, & illum respiciat pro termino producto, proindequè non salvari Deum prædeterminare voluntatem ad suos actus. Probat. Actio Dei, ut producens actum voluntatis non est vera applicatio virtutis activæ illius, ut eliciat talem actum: ergò non est vera prædeterminatio voluntatis, ut vellit. Prob. añs. Actio Dei sub tali consideratione, nec est applicatio formalis, nec applicatio causalis, aut activa virtutis voluntatis, ut eliciat suum actum: ergò. Ans quoad 1. p. constat, & quoad 2. probatur. Vera applicatio activa virtutis voluntatis, ut eliciat suum actum, est applicatio præcedens ordine causalitatis, non solum actum, sed etiam influxum ex parte voluntatis in illum: siquidem non solum verificatur: *Exiſtit actus, quia datur applicatio activa, sed etiam verificatur, virtus voluntatis influit activè in proprium actum, quia per illam applicatur.* Sed ex quo actio Dei, ut productiva actus voluntatis præcedat illum ordine naturæ, non probatur, quod sic præcedat hoc, quod est *voluntatem activè influere, vel activè dare esse*

9 Pro quo ipse Illust. Palanco, q. 10.

Ratio probat.

esse idem actui: cum illa duo sint inter se essentialiter diversa : ergo actio Dei, ut productiva actus voluntatis, non est activa applicatio &c.

10 Confirm. 1. Deum producere in voluntate volitionē est Deum dare Confir. 1° ei volitionem, proindeque est voluntatem eam accipere à Deo ; sed quod voluntas accipiat volitionem à Deo illam producenti, non infert voluntatem activè moveri à Deo, ut ipsa producat talem volitionem : ergò Deum operari in voluntate suum actum non est illam activè applicare ad agendum. Prob. min. Voluntatem accipere à Deo volitionem est eam habere in se talem volitionem, & insuper se habere passivè ad illam, ut productam à Deo. Sed per hoc, quod voluntas habeat in se volitionem à Deo, & se habeat passivè ad ipsam, ut productā à Deo, non verificatur eius virtutem applicari, ut postmodum activè producat eandem volitionem; cum sit eadem volitio sola diversitate consi- Explicat. derationis distincta: ergò. Explicat. Voluntas creata non solum applicatur per suum actum, ut tendat in bonum, sed etiam applicatur, & movetur à Deo, ut activè eliciat suum actum, illum extrahendo de non esse ad esse, & cum reali præcedentia ad ipsum; in hoc autem 2. non in 1. consistit physica prędeterminatio. Sed voluntatem producere suum actum cum reali præcedentia ad illum est ab eo adæquatè distingui: ergò moveri, & applicari à Deo, ut illum producat, ipsumque realiter præcedat, convenit voluntati ratione alicuius realiter præcedentis, realiterque distincti ab ipsa volitione. Sed quod voluntas accipiat à Deo volitionem non importat aliquid realiter præcedens, distinctumque ab illa : ergò per talem acceptionem non verè applicatur voluntas ad agendum proprium actum.

11 Confirm. 2. Consideremus Deum sua actione producentem volitionem. Certum est ex tali produc- Confir. 2. tione sequi immediatè voluntatem habere volitionem à Deo ; proindequè sequitur, quod volitio ei aliquem effectum formalem præstet. Sed hic effectus non est denominare illam volentem ; cum voluntas volens sit voluntas vivens, & voluntatem vivere sit elicere volitionem. Aliunde talis effectus nequit esse hoc quod est actuare virtutem activam voluntatis, ut cum vera prioritate naturæ extrahat volitionem de non esse ad esse; cum sit eadem realiter, & essentialiter volitio : ergò per talem influxum activum non salvatur Deum applicare &c. Vel aliter. Volitio ut producta à Deo est volitio sub ratione entis, & ut producta à voluntate est volitio sub ratione volitionis; quin ex parte rationis *quæ* detur aliquid productum à Deo in volitione, & non à voluntate, vel è converso. Tum sic. Volitio adæquatè producta à Deo ex parte rationis *quæ*, licet sub ratione entis, non est id, per quod applicatur virtus voluntatis intrinsecè, ut producat realiter ipsam ex parte rationis *quæ*, licet sub ratione volitionis: id enim, quod intrinsecè applicat, & complet virtutem activam effectivam realiter præcedentem terminum, ad quem applicatur, etiam realiter præcedit ipsum terminum. Cum ergò hęc realis præcedentia non sit intelligibilis in volitione sub illa duplici consideratione, nequit intelligi per illam applicari &c.

12 2. Prob. Concursus Dei, ut moventis, & applicantis voluntatem ut velit, est concursus directus, & immediatus in ipsam voluntatem ; sed 2. Ratio. concursus Dei consistens in actione productiva actus voluntatis non est huiusmodi : ergò non est concursus Dei ut prædeterminantis. Mai. constat ex communi Thom. sensu tuentium concursum Dei, ut primi motoris, esse influxum in causam, & non purè in actionem illius. Constat etiam à paritate concursus agentis principalis in instrumentum, & voluntatis activè applicantis cœteras potentias ad agendum ; tum etiam piæ affectionis applicantis intellectum ad assensum fidei. Tum etiam vocationis moralis allicientis voluntatem ad liberum consensum : horum enim omnium concursus est, & dicitur concursus in causam actus directè, & immediatè, esto ultimate respiciat operationem à causa mota pro-

ductam; quia videlicet est concursus per modum moventis, & applicantis causam ad agendum. Min. etiam videtur certa: Nam influxus consistens in actione Dei, ut productiva immediatè actus voluntatis, respicit pro termino immediato sui actum, quem producit. Rursus: Deum causare actum voluntatis solum exprimit Deum dare esse tali actui; non vero quod præbet voluntati, aut virtutem, aut complementum virtutis, ut producat suum actum; hæc mihi videntur certa: ergò talis concursus non est immediatus, & directus in ipsam voluntatem, ut agat, sed in actum illius realiter adæquatè distinctum.

13 Cur concurs. Dei sit prævius.

Hinc apparet: cur concursus Dei prævius movens causam ad operandum dicitur influxus in causam. Non quidem, quia per illum causa producatur; sed quia ex vi illius causa completur, determinatur, & roboratur, ut eliciat proprium actum. Et quamvis prædictus concursus simul cum voluntate v. g. per ipsum actuata, producat eundem actum; attamen huiusmodi influxus convenit ipsi mediante primo, ideòque dicitur directè, & immediatè concursus in causam. Unde duo habet 1. esse concursum determinativum; 2. esse etiam productivum; determinativum voluntatis ad agendum, & productivum actus egredientis à voluntate. Hæc doctrina explicari potest in usu activo voluntatis applicantis potentias executivas ad operandum: & in decreto Dei determinantis virtualiter omnipotentiam, ut res ad extra producat: in quo primo appareret munus determinantis omnipotentiam; 2. vero munus influentis in existentiam creaturarum: Qua ratione eius concursus est immediate virtualiter circa Dei omnipotentiam. Idem constat alijs exemplis.

14 Replicabis cõtra dicta.

Dices: Movere voluntatem est illam reducere de potentia in actum; sed Deus operando in voluntate eius actum sic illam reducit: ergò etiam movet. Probat. min. Deum operari in voluntate suum actum., est donare ei talem actum, proindequè voluntatem habere in se actum, ad quem erat in potentia; sed voluntatem habere in se actum, ad quem erat in potentia, est esse reductam de potentia in actum: ergò Deum operari &c. Hæc replica est futilis, si res attente considerentur. Voluntas enim ut in actu 1. potens principiare suam volitionem, est in potentia, tum ad habendum volitionem à Deo; cum sit donum illius: tum, ut actu, & exercite activè illam producat, ipsamque realiter ordine naturæ præcedat. Motio prævia, sive prædeterminatio, habet pro effectu sibi proprio facere; ut volũtas, quæ erat potens causare suum actum, actu, & exercite reddatur ipsum causans. Hoc autem non fit per Dei actionem, nec per volitionem à Deo productam; cum hæc nequeat movere voluntatem, ut ipsam realiter effectivè producat, ut ex dictis constat. Unde illa propositio: *Movere activè voluntatem est illam activè reducere de potentia in actum*, sic debet intelligi, *movere volunt.* est *illam reducere de posse producere suam volitionem ad actu illam producere*; cum sit motio, ut voluntas operetur suum actum, non vero, ut solũ volũtas à Deo illum accipiat. Vel clarius ly in *actu* sumi debet adverbialiter, sicuti ly *in potentia*; id est reduci de operari *possibiliter, & in actu 1. ad actu, & exercite* operari suum actũ, sive operationem. Si forte dicas D. Thom. 1.p. q.62. art.2. ad 3. solum requirit in Angelis ad conversionem gratuitam operationem Dei: ergò. Respond. 1. Hoc probare gratiam sufficientem etiam in tali operatione consistere; quod est absurdum. 2. Resp. D. Th. loqui de operatione effectivè movente ad conversionẽ; quæ motio iuxta ipsum in corp. dicitur: *Auxilium gratiæ.* Respond.

§. IV.

In quo probatur operationem Dei, ut productivam actus voluntatis, non esse ratione sui influxum in voluntatem, proindequè non esse concursum prævium Thom.

PRobant universi Th. Deum prævie concurrere ad omnem operationem causarũ 2. ex quo, postquam sunt constitutę in actu 1. ad agendum, indigẽt Dei actuali cõcursu, per quem 15

non

non ſolum operetur cum illis, ſed per quem immediatè influat in ipſas, eas videlicet determinando, & applicando, ut operentur. De hoc luculenter Illuſt. Alvarez, diſp. 18. M. Lemos, tom. 3. tract. 1. per totum. Unde Author. Societ. negantes concurſum Dei prævium negant conſequenter, concurſum generalem Dei eſſe influxum in cauſas; ſed præciſè in earum actiones, concurrendo cum ipſis; idem de cauſis liberis poſtquam ſunt potentes proximè operari. Ita P. Molina in concordia, quæſt. 14. art. 13. diſp. 26. §. *dicendum*, per hæc verba: *Concurſus generalis Dei non eſt influxus in cauſam ſecundam ſed eſt immediatè influxus Dei cum cauſa in illius actionem, & effectum.* Quem ſequens P. Suarez, lib. 1. de auxilijs, cap. 4. n. 6. ait: *Ex his omnibus colligendum eſt quoddam principium, ad quod ſtabiliendum hæc omnia diximus: nimirum, hunc generalem Dei concurſum ad actionem voluntatis, ſeu cauſæ 2. non eſſe aliquid diſtinctum, vel prævium ad illius actionem, nec circa ipſam cauſam verſari, ei aliquid conferendo, quo ad agendum inclinetur, vel confortetur.* Rurſus: *Hæc actio Dei tota verſatur circa effectū cauſæ ſecundæ, nam in illum tendit, ut in terminum, cui per eam eſſe confertur: ergò non verſatur circa ipſam cauſam.* Idem docet c. 15. n. 7. §. *ex quibus*.

Hoc notato videndum reſtat:

16 *An ex hoc præciſè quod Deus operetur actum voluntatis (idem de qualibet alia operatione) per actionem increatam ordine naturæ, illum præcedentem, verificetur Deus concurſum eſſe influxum non ſolum in actum voluntatis, verum, & immediatius in voluntatem ut agat?*

Probat. 1.

Pars negativa prob. 1. ex communi acceptione prædicti influxus, exemplis manifeſtis comprobata. Videmus enim cauſam inſtrumentalem indigere ad operandum concurſu cauſæ principalis; potentiam viſivam v. g. indigere motione voluntatis ad videndum; intellectum ad aſſentiendum fide infuſa, & adquiſita requirere affectionem voluntatis: ſecurim ad ſcindendum dirigi motione artificis, & alia his ſimilia. In quibus omnibus motio, & concurſus præſtitus eſt influxus immediatus non in actionem, & effectum cauſæ motæ, ſed in ipſam cauſam; cum eius effectus immediatus ſit movere, inclinare, determinare, & applicare cauſam, ut prorumpat in ſuam operationem. Igitur influxus Dei in cauſam ſecundam, ut eliciat propriam operationem, debet eſſe talis conditionis, ut moveat, applicet, & determinet illius virtutem, ut per verum influxum emittat ex ſe proprium actum. Nunc ſic: Sed quod actio Dei ſit realis productio actus voluntatis, ipſumque realiter præcedat, ut Dei cauſalitas, ſolum concludit eius influxum terminari immediatè ad prædictum actum, cui confert eſſe; ſecus vero movere, & applicare virtutem voluntatis, ut ex ſe producat talem actum, faciendo illum exiſtere pro ſigno ſequenti: ergò in tali concurſu non exprimitur ex parte Dei influxus in voluntatem, ut eliciat actum, ſed unicè in ipſum actum.

17 Explicat. hoc: concurſus prędeterminativus voluntatis non eſt concurſus in illam, ut à Deo recipiat proprium actum; ſed, & principalius, ut ipſa eundem actum faciat à ſe realiter dependere: non enim Deus movet voluntatem, ſicuti movet immediatè materiam primam, ut recipiat formam; ſed illam movet, ut tanquam cauſa principalis exprimat ſuam activitatem in elicientia propriæ operationis. Sed per hoc, quod Deus ponat activè immediatè in voluntate ſuum actum, ſolum ponitur ex parte Dei; quod illam moveat, ut ab ipſo accipiat actum; cum producere in voluntate propriam operationem, & voluntatem illam accipere à Deo ſint correlativa: ergò admiſſo talem concurſum eſſe aliquatenus concurſum in voluntatem, ſolum erit concurſus in eam, ut à Deo accipiat volitionem, non tamen, ut ex vi illius conferat activè eſſe, eidem volitioni. Hac ratione S. Doct. ſæpè aſſerit, Deum non ſolum operari immediatè omnem actionem cauſæ ſecundę; verum etiam eſſe cauſam operantem, ut cauſę 2. operentur, faciendo eas facere, ita in lib. de cauſis, lect. 1. lit. D. & in 1. diſt. 37. q. 2. art. 3. ad 3. & 3. contra Gent. c. 67. per hęc verba: *Deus eſt omnibus*

Explicat. ratio adducta.

Confirm. ex Doctr. Ang. M.

nibus operantib. causa operandi: hoc est; est causa, ut virtus operativa creata realiter influat, & ordine naturę prę-cedat suam operationem. Ex quibus constat, iuxta illius doctrinam non esse idem, Deum operari immediatè omnem actionem causæ secundæ; ac operari immediatè in ipsam causam secundam, ut illa operetur. Unde Deum influere immediatè in actionem omnis creaturæ per operationem secum identificatam, solum probat, illum esse actum purum in agendo, ratione identitatis cum ultima actualitate de linea operandi, qualis est operatio. Deum vero esse actum purum in agendo, non infert per locum ab intrinseco, ipsum movere, determinareque causas ad agendum, ita ut non solum verificetur hæc causalis: *Existit actus voluntatis, quia producitur à Deo*: Sed etiam hæc: *Voluntas elicit suum actum, quia movetur, & applicatur prævie à Deo.*

18 Prob. 2. Concursus immediatus Dei in voluntatem, ut produ-
Probat. 2. cat suum actum, est concursus fa-ciens, quod voluntas illam, ordin-naturæ præcedat; sed quod Deus ac-tione increata producat actum voluntatis, non probat ipsum facere, ut voluntas illum ordine naturæ præcedat: ergò talis concursus non est in volun-tatem, ut agat. Mai. constat, & min. probatur. Deum per actionem in-creatam producere actum voluntatis solum probat, quod talis actio ordi-ne naturæ præcedat id, quod per illam producitur; sed hoc solum est actus voluntatis, ut de se patet: ergò solum probat directè, & formaliter talem actionem præcedere ordine naturæ actum voluntatis. Sed præcedentia actionis increatæ ad actum voluntatis longe differt à præcedentia, quam dicit voluntas in ordine ad eundem actum, tanquam causa illius: ergò. Explicatur hoc: Quod actio Dei præcedat ordine naturæ actum voluntatis, non infert, sic præcedere etiam id, quod præcedit ordine naturæ eundem actum. Quis enim hanc conseq. non reputabit inefficacem: *Actio Dei est prior ordine naturæ actu voluntatis; sed voluntas etiam est prior ordine naturæ tali actu: ergò actio Dei ordine naturæ præcedit etiam voluntatem, quatenus hæc est prior suo actu.* Sed voluntatem elicere suum actum est illam esse priorem ordine naturæ prædicto actu: ergò quod actio Dei sit productiva actus voluntatis non probat illam facere, ut voluntas faciat. Quapropter erit concursus, non in voluntatem, sed in actum.

Ex his manet probatum concursum Dei, sic explicatum non esse concursum prævium Thom. hic enim est prævius, non solum ad actionem causæ secundæ, sed etiam, & præcipuè ad ipsam causam, ut activè influentem in suam operationem; qua ratione verificatur hæc causalis: *Virtus operativa causæ secundæ dat esse, producitque suam actionem, quia Deus facit, ut illam activè producat.* Hæc doctrina est certa, ut videre est in omnibus concursum prævium propugnantibus. Si ergò, ut probatum relinquimus, Deum actione increata producere actum volūtatis prædictam causalem non verificat, talis concursus ex parte Dei non erit prævius Thom. Sufficiat pro huius confirm. illud M. P. tract. 7. in Ioann. ubi postquam dixit Deum operari in nobis actum fidei, & nos etiam eundem actum operari, subdit: *Sed prius Deus facit, deinde, & nos facimus, quia facit, ut faciamus.* In quibus verbis assignat pro causa prioritatis divini concursus *Deum facere, ut nos actum fidei faciamus*; non vero *Deum facere* in nobis actum credendi, ut intendunt Adversar. Videatur M. Lemos, lib. 3. tract. 1. cap. 24. ubi præter alia hæc habet satis opportuna pronunc n. 229. *Præterea est à veritate alienum velle suadere hoc complexum: creaturam operari non esse aliud ab operatione ipsa, quæ fit; cum ut termini clarificant, creaturam operari sit ex se elicere operationem*: aliud autem est, creaturam ex se producere operationem, aliud operatio ipsa producta: *Gratis ergò admisso, quod Deus ad operationem causæ secundæ concurrat, non tamen per hoc salvatur, quod sit causa, ut causa secunda influat, sive operetur.* Hæc ibi, quæ omnia accomodari valent, utendo terminis *prioritatis* concursus in actione Dei respectivè ad actum voluntatis, &

19 Illatio ex dictis.

Notadiligenter.

res-

respectivè ad voluntatem, ut illum producentem.

20 Consequenter ad doctrinam huius sapient. M. dicendum; quod si concursus prævius unicè adstruatur in actione Dei, per quam producit operationem voluntatis, & cuiusvis causæ secundæ, ut vult opinio contraria; sequitur ex illa, Deum non esse causam operationum creaturarum, secundum quod actiones sunt. Ratio ab ipso adducta ubi supra à n. 230. est. Actio formaliter sumpta, nihil est aliud, quam *motus prout ab agente*; ut constat ex eius difinitione, prout differt à passione: ergò concursus, per quem Deus non est causa motus voluntatis, v.g. secundum quod procedit à voluntate, non est causa illius secundum quod actio est. Sed si Deus nihil prævie operatur circa voluntatem, non est causa, ut voluntas eliciat suum motum: ergò non erit causa talis motus pro ut à voluntate procedit. Nunc rogo, quid operatur Deus circa voluntatem, ut eliciat suum actum per actionem increatam? Non quidem aliquam motionem prævian reducentem voluntatem de potentia in actum ut agat, ut fatentur Adversarij. Solum ergò operatur actum ipsum voluntatis. Sed hic non est id, ratione cuius voluntas elicit suum actum. Igitur prædict. opinio non salvat Deum esse causam actus voluntatis, & operationis cuiusvis causæ secundæ formaliter, quatenus actiones sunt, sed solum quatenus sunt passiones in ipsis receptæ, faciendo, scilicet, ut voluntas à Deo accipiat proprium actum, non vero ut illum producat.

Roborantur dicta.

21 Sed inquires: *Quid est hoc, scilicèt, voluntatem producere suum actum, in quo importatur expressio actionis, ut reputetur tanquam conveniens,* dicere: *Deum non producere illum sub formalitate, & expressione actionis?* Respond. Voluntatem ex se emittere, sive producere suum actum esse perfectionem in illa. 1. Nam id, per quod voluntas (idem de qualibet causa creata) imitatur Deum, ut est summa actualitas, & activitas, nequit non esse perfectio in voluntate. Atqui voluntas ex se emittendo, & producendo proprium actum, imitatur Deum in actualitate, & activitate; cum unumquodque operetur in quantum est in actu: ergò. Ita deducitur ex D. Thom. 1. p. quæst. 25. art. 1. & 3. contra g. c. 69. 2. Quia operatio, maximè immanens, est finis virtutis operativæ, & se habet ad illam, sicuti se habet existentia ad essentiam; utraque enim est actualitas. Quælibet autem res, absdubio perficitur in se per coniunctionem cum proprio fine; sicuti, & essentia perficiter per coniunctionem cum tua existentia. Videatur pro hoc M. Lemos, lib. 3. tract. 1. cap. 24. & 32. Cum autem omnis perfectio, vel etiam extensio perfectionis reperta in creaturis debeat formaliter, qua talis, provenire à Deo; fit consequens, hoc quod est voluntatem ex se producere actum dando ei esse, & omnia prædicata specifica illius, debere accipere à Deo tanquam à causa; proindequè oportet ponere, Deum esse causam actus voluntatis formaliter, quatenus actio est ab illa egrediens.

Inquires.

Respond.

22 Ex dictis inferes Illustr. Palanco non rectè explicasse concursum prævium Thom. dum quæst. 9. tom. de providentia, n. 2. sic ait: *Nomine concursus prævij, nihil aliud pronunc intelligimus, nisi actionem, & causalitatem divinam, quæ prioritate naturæ præcedat nostram actionem, illamque inferat à priori per infallibilem connexionem.* Inferes inquam; nam concursus prævius Thom. iuxta doctrinam Angel. Præcept. est, & dicitur talis non solum respectivè ad actionem causæ secundæ, sed, & principalius respectivè ad ipsam, ut operantem suam actionem; adeò, ut non solum sit verum: existit actio creata, quia Deus eam activè producit, sed etiam sit verum: causa creata elicit suam actionem, quia Deus facit, ut ipsa faciat. Inferes 2. non satis solidè loquutum fuisse, dum §. 3. eiusdem quæst. *asserit: se ratione parum practica inter Thom. sed magnum præsidium afferente, probaturum esse Dei concursum prævium; eo, quod Deus producit actionem creaturæ per actionem ab illa realiter distinctã, eamque habentem pro termino producto*; nam etsi in hoc oppo-

Illatio 1.

Secunda.

Aliorum.

opponatur communi doctrinæ, non probat efficaciter; ut vidimus, quidditatem concursus prævij, sive prædeterminantis omnem causam creatam ad agendum.

23 Unde M. Lemos, & Ill. Alvarez, qui in tam celebri, quam agitata controversia, nihil intactum reliquerunt, haud levem mentionem talis probationis faciunt; cum aliunde iuxta citatum Mag. sit ratio pervia, & facilis ad probandum concursum prævium. Cuius testim. contra ipsum militat; nisi viris adeo Doct. aliquam inscitiam inferamus; & quod magis est, nec Ang. M. ullibi talem rationem insinuavit, ad probandum Deum movere, & applicare causas creatas ad operandum. Quapropter Deum operari per actionem secùm identificatam, solum probat per locum ab intrinseco, esse actum purum in operando, non vero physicè præmovere causas creatas, & prędeterminare causas liberas ad agendum, nisi ad summum per consequentias mediatas, & per locum ab extrinseco. Verum tamen est, quod ex tali principio infertur directè, concursum Dei ad extra non esse indifferentem, sed determinatum, proindequè creaturam non determinare Dei omnipotentiam; hoc tamen non sufficit, nisi directè probetur, Deum immediatè movere causas secundas, ut eliciant propias operationes.

Præfati AA. non sunt prædeterm.

24 Colliges 3. Quod iuxta præfatam opinion. voluntas creata, ut præcedens ordine naturæ suum actum, & Deus, ut ipsum producens, concurrunt in eodem signo, proindequè simultaneè inter se. Nam quod actio Dei producat volitionem, non est causa, ut voluntas illam activè producat, licet sit causa, ut volitio existat: ergò licet concursus Dei sit prævius respectu volitionis, est tamen simultaneus, respectu voluntatis, ut producentis illam. Quod explicatur ex doctrina ab ipso M. tradita §. 8. eiusdem quæst. n. 113. ubi ait: *Quod, licet actio Dei immediatè producat actionem transeuntem causæ creatæ, & simul terminum productum per illam; attamen quatenus actio Dei producit immediate actionem transeuntem, dicitur cursus prævius; quatenus vero simul cum tali actione transeunti producit terminum illius, dicitur concursus simultaneus; ita, ut actio Dei, & actio creaturæ constituant unicum signum adæquatum per ordinem ad terminum ab utraque productum.* Ex qua doctrina sequitur, optimè componi actionem Dei sub una consideratione esse concursum prævium relatè, scilicet, ad actionem creaturæ, & sub alia esse concursum simultaneum, relatè, scilicet, ad terminum talis actionis: ergò etiam optimè stabit actionem Dei esse concursum prævium respectivè ad actum voluntatis; quem producit, & esse simultaneum respectivè ad voluntatem, ut principiantem talem actum; nisi aliunde probet recurrendo ad alia principia, non posse actionem Dei producere actum voluntatis, ut verum terminum, nisi moveat, & applicet ipsam voluntatem ad illius productionem. Hoc autem difficile præstabit insistendo huic probationi: *Actio Dei identificatur realiter cum ipso, & præcedit ordine naturæ actum voluntatis: ergò per talem actionem Deus movet, applicat, & determinat quoad exercitium voluntatem, ut liberè velit, liberèque illam producat*, quin ad hoc requiratur donum gratiæ intrinsecum voluntati. *Et hæc de hoc dub. applicand. litteræ M. ubi præced.*

Tertia.

Solum propugn. ant Deum esse actũ purum in agendo: non primo movens, nec 1. Dominum.

***



DUBIUM X.

AN ALIA MVNERA GRATIÆ prædeterminantis conveniant operationi Dei ratione sui?

§. I.

SINE GRATIA EFFICACI VOLUNTATI INTRINSECA NON salvatur subordinatio ad Deum in actu agere; nec quod ipse sit causa prima.

N. 1. PRæter munera *motionis*, *determinationis*, *applicationis*, & *concursus immediati in causas creatas faSensus dubij. cientis eas facere*, quibus probant Thomistæ existentiam physicę prædeterminationis provenientis à Deo titulo primi *motoris*, & *primi Domini*: adsunt alia motiva ad idem suadendum: scilicèt, *omnem causam creatam subordinari immediatè Deo in agendo, prout agere superadditur ad posse: Deum esse operantem in omnibus causis operantibus: esseque primam causam in agendo*; & *deniquè* (ad Theologica ascendendo) *verè*, & *propriè nos adiuvare per gratiam suam*, *ut salutariter operemur*. Vidimus in anteced. Deum, ut producentem actum voluntatis seclusa gratia interiori efficaci (idem de qualibet actione causæ secundæ) *non movere*, *aut applicare voluntatem ad eliciendum proprium actum*; *similiterque non verificari Deum influere immediatè in ipsam voluntatem*, *faciendo*, *scilicèt*, *ut illa salutariter faciat*. Nunc autem assumimus probandum ex vi talis actionis absque productione alicuius motionis prævię ad actum voluntatis, neutiquam salvari voluntatem subordinari immed. Deo *in agendo* ut A. gratiæ, nec Deum *operari* in nostra voluntate *ut velit*: *nec Deum obtinere rationem primi agentis*; *ac tandem*, *nec ipsum verè nos adiuvare per gratiam suam*, *ut salutariter operemur*.

Certum est omnem causam 2
creatam subordinari Deo ut A. non solum in posse operari; verum etiam in actu operari: Unde restat sciendum; in *quo* huiusmodi *subordinatio* consistat. AA. relati asserunt illam consistere in eo, quod voluntas accipiat suam operationem à Deo producenti illam per actionem secum identificatã, & ordine naturæ illam præcedentem. Attamen non sic res se habent. Oportet enim tria sequentia distinguere, scilicet, *subordinari Deo in virtute operativa*: *subordinari operationem*; *& item prædictam virtutem subordinari in eliciendo*, *& principiando talem operationem*. Aliud namque est operatio producta à virtute operativa agentis; aliud vero, talem virtutem elicere, & principiare suam operationem. Ex his sic arg. Voluntatem subordinari immediatè Deo in elicientia, & in influxu, quem exercet circa proprium actum, est illam accipere à Deo immediatè hoc ipsum, quod est *elicere*, & *influere* in talem actum; sed quod Deus producat actum voluntatis, & quod illum producat intra ipsam voluntatem, solum infert actum accipere esse à Deo, ut à causa immediata illius; similiterque voluntatem recipere à Deo eundem actum: Quæquidem omnia sunt longe diversa ab hoc, *quod est voluntatem accipere à Deo exercite* influere, & prinProbat. 1. pars.

ci-

cipiare eundem actum tanquam vera causa productiva illius: ergò Deum producere actum voluntatis probat subordinationem ex parte actus, & ex parte voluntatis, ut illum à Deo recipiat, non verò, ut ipsum activè producat.

3 2. Probat. ex D. Thom. 1. contra Gent. cap. 13. & 1. 2. quæst. 93. art. 3. & 3. p. quæst. 19. art. 1. ubi ait: *Ubicumque sunt plura agentia ordinata; inferius movetur à superiori; sicut in homine corpus movetur ab anima, & inferiores vires à ratione. Sic igitur actiones, & motus inferioris principij, sunt magis operata, quam operationes.* Ex quibus habetur subordinationem voluntatis creatę ad Deum in elicientia sui actus consistere, aut requirere moveri ab ipso ad operandum. Quod autem huiusmodi motio non solum sit præveniens, & influens in operationem illius, verum etiam immediatè pręveniat, & influat in voluntatem, ut prodeat in suam operationem, patet ex motione, per quam anima movet corpus, & ratio inferiores vires, quo exemplo utitur D. Thom. Atqui, ut in antecedent. probavimus, per actionem productivam immediatè actus voluntatis non salvatur Deum prævie movere, & influere in ipsam voluntatem, ut illa exeat in suum actum: ergò nec salvatur subordinatio voluntatis ad Deum in elicientia proprij actus iuxta Doctrinam D. Thom. Nec dicas: Iuxta author. S. Doct. tunc salvatur subordinatio inter duo agentia, quando actio procedens à principio inferiori se habet, ut *quid operatum* à principio superiori; sed si Deus agit actione secùm identificata habenti pro termino actum voluntatis, hic non comparatur ad Deum, ut operatio, sed, ut quid ab ipso operatum: ergò salvatur vera subordinatio &c. Non inquam dicas: nam quod actio principij inferioris se habeat ut operatum respectu agentis superioris, intulit D. Thom. ex eo, quod agens inferius movetur à superiori, ut agat; ut patet ex illis verbis: *Sic igitur actiones &c.* Quapropter prius probandum est Deum movere voluntatem ad elicientiam sui actus, per hoc pręcissè quod ipsum per actionem secum identificatam producat, ut ex hoc etiam probetur, actum voluntatis se habere in ordine ad Deum agens superius, ut quid operatum, magis quam ut operationem.

1. Ratio.

Sidicatur

Cōtra est

2. Pars, scilicet, munus proprium causæ primæ in Deo non sufficienter explicari per hoc quod actione secum identificata producat actum voluntatis. Probatur ex D. Th. quæst. 6. de veritate, art. 6. *In quolibet ordine causarum attendendus est, non solum ordo primæ causæ ad effectum, sed etiam ordo causæ secundæ ad effectum, & ordo etiam causæ primæ ad secundam; quia causa secunda non ordinatur ad effectum nisi ex ordinatione causæ primæ, quæ dat causæ secundæ quod influat in suum causatum.* In quibus verbis duplex ordo invenitur in ratione causæ primæ qua talis. Primus consistit in eo, quod sit productiva omnis entis creati. Secundus vero consistit in eo, quod *causæ secundæ præstet influere, & elicere propriam operationem*: ergò munus causæ primæ in Deo non subsistit adæquatè, nisi, & producat immediatè actum voluntatis, & insuper præstet ei, ut influat, & causet prædictum actum. Sed hoc secundum non continetur in hac expressione, quam opinio contraria statuit, scilicet, *actio Dei præcedit ordine naturæ actum voluntatis, ut actualis productio illius*; ut de se apparet manifestum: ergò. Confirm. hoc ex varijs testim. D. Thom. in quibus exprimit munus proprium causæ primæ. In lib. de causis, lect. 1. hæc habet: *In causis ordinatis causa prima movet omnes causas medias ad effectum.* Rursus: *Causa prima adiuvat causam secundam faciens eam operari.* Quapropter nisi probetur Deum hæc omnia exercere, si eius actio est realiter añs. operationem causæ secundæ, non probatur in huiusmodi prioritate salvari munus primæ causę in Deo. Deindè S. D. sæpissimè asserit de ratione causæ primæ esse: *Quod causa secunda agat in virtute illius.* Si autem scire desideramus, in quo consistat causam secundam agere in virtute Dei; audiamus illum 1. p. quæst. 105. art. 3. sic loquentem: *Si sint multa*

4

Probat. 2. pars ex S. D.

Quid sit munus 1. causæ in Deo iuxta D. Th.

ta agentia ordinata, semper secundum agens agit in virtute primi: Nam primum agens movet secundum ad agendum, & secundum hoc, omnia agunt in virtute Dei: & ita est causa omnium actionum agentium. Et 3. contra Gent. cap. 89. ratione 3. *Voluntas agit in virtute Dei, in quantum ab ipso applicatur ad agendum, & sic Deus est causa non solum voluntatis, sed etiam actuum illius*, quare S. D. munus causæ primæ in Deo non explicat præcisè per hoc, *quod sit principium operationum causæ secundæ; sed etiam, quia eis confert, ut proprias operationes efficiant; sive, quia operatur, ut agant.* Sic expresè in 1. dist. 37. quæst. 1. art. 1. ad 4. Et in 2. dist. 37. quæst. 2. art. 3. ad 3. contra Gent. cap. 67. & quæst. 6 de verit. art. 6.

5 Ex his, & alijs testim. clarè deducitur: munus causæ primæ in Deo constitui per hoc, quod moveat, & applicet causam secundam ad elicientiam propriæ operationis. Atqui ut probatum relinquimus, Deum effectivè producere actum voluntatis actione secum identificata, solum dicit directè, quod det esse actui, non vero movere, aut applicare voluntatem, ut eius virtus prorumpat in actum: ergò in eo, quod Deus immediatè &c. Videatur M. Lemos, lib. 3. tract. 1. cap. 23. Nec sufficit dicere actionem Dei, ut productivam actus voluntatis esse etiam applicationem illius ad agendum. Non inquam sufficit 1. Nam applicatio virtutis ad elicientiam actus se tenet ex parte virtutis, tunc exercite principiantis actum; actio autem productiva Dei nullatenus se tenet ex parte voluntatis, sed ex parte ipsius Dei, ut id, quo formaliter agit. Secundo, & principal. Nam hæc solutio expresè opponitur doctrinæ D. Thom. ubi supra. Nam ibi probat S. D. Deum esse causam immediatam productivam actus voluntatis, & omnis operationis causæ secundæ, *quia causa secunda movetur à Deo ad agendum, & voluntas applicatur ab ipso, ut producat actum volitionis.* Sed si huiusmodi motio, & applicatio consistit formaliter in actione Dei, ut productiva actus voluntatis, & cuiusvis operationis creatæ; probaret idem per idem, scilicet, *Deum producere actum voluntatis, quia illum producit*: ergò munus moventis, & applicantis, quod est munus propriissimum causæ primę non subsistit per hoc, quod actio Dei sit prior &c.

Proseqvit idem assumpt.

6 Est igitur de ratione primi agentis, quod *prius natura*, quam agens secundum operetur. Quod sic probatur à M. Lemos, lib. 3. tract. 1. cap. 9. & 23. Primum ens, est primum in entitate: ergò prima causa est prima in causalitate: ergò est prius natura agens: ergò est prævię agens respectivè ad secundum agens: ergò non solum est prior ad actionem secundi agentis, sed etiam est prior ordine causalitatis causa secunda, ut causanti suam actionem: ergò non solum debet conferre esse actioni causæ secundæ, illam efficiendo, sed etiam debet conferre causæ secundæ, ut in suam actionem influat; eamque præcedat ordine naturæ. Sed hæc omnia non salvat opinio contraria, sed solum prioritatem ex parte Dei, & eius actionis respectivè ad operationem causæ secundæ: ergò non salvat munus proprium causæ 1. Fateor tamen in tali modo concurrendi ex parte Dei exprimi etiam aliquod munus causæ primæ, scilicèt, *causæ universalissimè* producentis quidquid sortitur rationem entis creati. Nam causa, quo prior est in causando, eo est universalior; sicut principia in demonstrativis, quo priora sunt, eo sunt universaliora. Causa autem quo universalior est in causando, eo respicit effectum universalissimum, qualis est esse; ideoque Deus titulo causæ primæ, & causæ purissimæ in agendo habet per actionem secum identificatam producere immediatè omne ens creatum. Sed de hoc munere causæ primæ non est litigium in presenti, sed de munere convenienti ipsi per ordinem ad causam secundam.

Probatur Doctrina data.

***

*** *** ***
*** *** ***

§. II.

§. II.

Talis opinio non ſalvat Deum operari in omni operante, aut Deum verè adiuvare voluntatem &c.

7 PRob. ex D. Thom. 1. p. quęſt. 105. art. 5. *Ubi probat Deum in omni operante operari, non ſolum, quia confert virtutem operandi, & eam in eſſe conſervat, ſed quia applicat prædictam virtutem ad agendum.* Id ipſum docet, quæſt. 3. de potentia, art. 7. ubi addit: *In illa operatione, qua Deus operatur movendo naturam ad operandum, non operari naturam.* Et ſuper illa verba 1. ad Corinth. 12. verſ. 6. hæc habet: *Deus operatur omnia in omnibus, ſicut prima cauſa creans omnes operationes, & operatur in omnibus, quia earum operationes attribuntur Deo, ut primæ cauſæ moventi.* Ex quibus conſtat: idem eſſe Deum operari *in omn. cauſ. operante*, ac Deum movere, & applicare illam ad operandum. Atqui iuxta toties dicta, actionem Dei eſſe actualem productionem actus voluntatis, non verificat Deum ex vi illius movere, & applicare virtutem voluntatis, ut influat in ſuum actum: ergò nec verificat Deum operari in voluntate operante. Ratio ſatis efficax eſt: Nam Deum operari in omni cauſa operanti, non rectè ſalvatur per hoc, quod Deus immediatè ſimul cum cauſa creata influat in illius operationem; hoc enim ſolum eſt: *Deum operari cum creatura operanti, non vero operari in illa.* Deinde non rectè explicatur per hoc, *quod operatio cauſæ creatæ ſit poſterior actione Dei*; hoc enim ſolum probat operationem creaturæ eſſe verum, & realem effectum Dei; hæc autem conſequentia: *Operatio creaturæ eſt effectus Dei: ergò Deus non ſolum operatur actionem creaturæ, ſed etiam operatur in creatura operante; à quo non reputabitur inefficax*: Deinde: quod Deus producat actionem receptam in ipſa cauſa operanti, non facit ad rem. 1. Quia iuxta opinionem ſatis probabilem actio tranſiens recipitur in paſſo, & non in agente. 2 Quia hoc ſolum ponit cauſam creatam moveri à Deo, ut recipiat propriam actionem, non vero ut eam eliciat. Unde reſtat Deum operari in omni operante, dicere conſtitutivè influxum prævium intrinſecè afficientem cauſam, eamque determinantem, & applicantem ad operandum. Ita videtur expreſsè dictum à D. Thom. ad Philip. cap. 2. lect. 3. ubi ait: *Deus operatur in nobis, quia interius per inſtinctum movet voluntatem ad bene agendum.* Igitur agnoſcit D. Thom. impulſum, ſive motionem internam in voluntate ad elicientiam ſui actus, ut explicet, qua ratione Deus operatur in voluntate operanti ſuum actum.

Probatur ratione.

Quod autem per actionem Dei productivam actus ſalutaris non verificetur, Deum per gratiam ſuam adiuvare voluntatem ad ſalutariter agendum; probatur facile ex dictis. 1. Quia ſic gratia adiuvans iuxta M. P. cap. 12. de Corrept, & Grat. *Eſt illa, per quam efficitur, ut vellimus*; & iuxta D. Proſper. *Eſt gratia* verificans hanc cauſalem: *Homo vult, quia adiuvatur à Deo*; cum autem hominis velle ſit operari influendo in volitionem, gratia adiuvans eſt illa, quę facit ut *voluntas eliciat*, & influat in volitionem. Atqui actio Dei, ut productiva actus voluntatis, eſto illum faciat; non facit ut voluntas faciat eundem actum, cum vera præcedentia cauſalitatis ad illum: ergò ex quo actio Dei ſit productiva actus voluntatis, non verificatur Deum adiuvare voluntatem per gratiam ſuam in ſenſu intento à SS. PP. Vel clarius: Actionem Dei immediatè producere actum voluntatis, verificat hanc cauſalem: *Exiſtit actus, quia exiſtit adiutorium*; ſecus vero hanc: *Voluntas influit in ſuum actum, quia adiuvatur per actionem Dei, ut ipſum producentem.* Nam quomodo talis actio adiuvat voluntatem, ut ordine naturæ præcedat ſuum actum? Non quidem per modum formæ, ut eſt certum. Non effectivè ratione termini producti; hic enim terminus eſt actus voluntatis exiſtens pro ſigno poſteriori ad voluntatem, ut influętem vitaliter in ipſum. Unde per talem actionem Deus adiuvat voluntatem, cum *vult, non vero ut vellit.*

8 Probat. concluſ. quoad 2. P.

Quod

9 Quod sic probatur. Gratia, quę solum adiuvat voluntatem in signo, in quo voluntas producit suam volitionem, solum adiuvat voluntatem, cum vult, sed actionem Dei gratuito producere actum voluntatis solum dicit illam adiuvare in signo, pro quo producit suam volitionem: ergò gratia efficax Dei in tali actione consistens non adiuvat voluntatem, ut velit, sed cum vult. Mai. constat; nam voluntatē velle est illam vivere, proindequè est, eam immanenter producere suum actum. Min. vero prob. Actionem Dei gratuito producere actum voluntatis solum dicit præcedentiā signi naturæ ad terminum per illam productum; secus vero ad id, quod nullatenus producitur per talem actionem. Sed quod actio Dei sit productiva actus voluntatis, solum habet pro termino producto talem actum; non vero voluntatem influere, & producere suum actum; cum illa duo sint valdè inter se diversa: ergò ex tali actione solum infertur prioritas ad signum actus voluntatis prout est à Deo; non vero ad signum, pro quo voluntas producit talem actum. Nec dicas *voluntatem velle* duo dicere; *scilicet, producere actionem, & illam in se recipere.* Sed nobis pluries fatentibus, voluntas accipit à Deo actum volitionis ex vi actionis divinæ illum producentis: ergò ex vi talis actionis habet à Deo, quod velit. Non inquam dicas; nam voluntatem velle, esto dicat essentialiter recipere in se volitionē, huiusmodi receptio non habetur precisè pro signo seq. ad actionem Dei, ut illam producentis. Ratio est: Nam talis receptio fundatur essentialiter in vitali egressu à voluntate; proindequè, quod non confert voluntati, ut volitio ab illa vitaliter egrediatur, non confert ipsi, quod velit. Idem autem est actionem Dei non conferre voluntati, quod influat in suam volitionem, ac non conferre, quod hęc egrediatur vitaliter ab illa. Unde quamvis ex vi actionis productivæ in Deo voluntas accipiat ab illo actum voluntatis, accipit ipsum, prout est effectus Dei sub ratione universali entis, non vero, prout est suo modo effectus egrediens activè à voluntate.

Roborat. idem dictum.

Impugn. quædam Respons.

§. III.

Solvuntur argumenta.

10 OMnis subordinatio voluntatis creatæ ad Deum in operando salvatur per hoc precisè, quod actio Dei sit productio prævia ad actum illius. Prob. assumpt. Talis subordinatio est subordinatio ad Deum, *ut primum agens, ut primum motorem, ut primum liberum, & ut adiutorem nostrum per gratiam efficacem.* Sed omnia hæc subsistunt, si actio Dei est productio prędia actus voluntatis: ergò. Prima pars min. prob. Ratio 1. agentis sub sistit, si Deus est prius agens quam voluntas; sed si actio Dei est prævia productio actus voluntatis, Deus est prius agens quam voluntas; cum actio, qua Deus denominatur agens, sit prior actu voluntatis, per quem voluntatis agit: ergò. 2. pars prob. Voluntatem recipere suum actum à Deo illum prævię producēte, est eā moveri à Deo, ut prævio motore; siquidem recipere, est moveri, & efficere est movere. Sed Deum producere prævię actum voluntatis, est voluntatem recipere talem actum à Deo illum prævię efficiente: ergò. 3. pars prob. Deum esse primum liberum est Deum prævię, & immediatè determinare actum voluntatis creatæ; sed Deum pro suo libito producere immediatè actum voluntatis creatæ est prævię immediatè determinare illius existentiam: ergò. 4. Pars prob. Concursus gratuitus ex parte Dei, & necessario connexus cum actu voluntatis creatæ, ut productio illius, est gratia ab intrinseco efficax; *gratia quidem, quia gratuitus; & ab intrinseco efficax, ratione connexionis, & efficientię;* sed talis est actio Dei productiva actus voluntatis; cum illa sit sine meritis, & connectatur cum actu, sicuti actio cum suo termino: ergò talis actio est gratia ab intrinseco efficax, proindeque gratia, per quam Deus nos adiuvat, ut velimus.

Arguit Illust. Palanco, q. 14. §. 6.

11 Respond. Neg. assumpt. & mai. quoad omnes partes illius. Ad 1. Resp. de ratione primi agentis esse prius in agendo, ita, ut sit causa, quod voluntas

Respond. ad 1. p. min.

luntas, & omnis alia causa secunda operetur; quod quidem non subsistit sine influxu immediato, & præcedenti, tum actum voluntatis, tum influxum illius in eundem actum: pro quo recolantur superius dicta. Unde in forma, disting. mai. Ratio primi agentis consistit in eo, quod Deus sit prius agens, quam voluntas, ita ut etiã faciat voluntatem facere suum actum, conced. mai. Præcisè in eo, quod sit prius agens, quam voluntas, neg. mai. & cum eadem min. distinctione, neg. conseq. Ad 2. partem Respond. Subordinationem voluntatis creatæ ad Deum ut primum motorem, consistere in moveri à Deo, ut eliciat suum actum, non vero in moveri præcisè à Deo ut illum accipiat; cum eius mobilitas sit mobilitas potentiæ vere vitalis, ad quam spectat essentialiter elicere proprium actum, & illum recipere. Licet ergò Deus per suam actionem causando immediatè volitionem moveat voluntatem, ut illam accipiat à Deo, non vero, ut ipsam activè producat.

Ad 2.

12 Ad 2. Respond. Rationem primi liberi in Deo non solum exigere determinare immediatè actum voluntatis, sed etiam determinare, quod ipsa voluntas se determinet ad elicientiam talis actus; cum iuxta D. Thom. 1. p. quæst. 105. art. 1. *Hoc ipso, quod causæ determinantur ad suos effectus, est illis à Deo.* Si autem actio Dei immediatè terminatur ad productionem actus voluntatis, & nihil derivat prævium, ut ipsa voluntas determinetur ad elicientiam talis actus, non percipitur Deum efficere, ut voluntas se determinet, quamvis percipiatur Deum efficere determinationem voluntatis. Ad 4. Respond. Gratiam ab intrinseco efficacem ultra influxum, & connexionem immediatam cum actu voluntatis, dicere constitutivè adiuvare ipsam voluntatem faciendo ut ipsa voluntas suum actum faciat: hoc autem non verificatur per hoc quod actio Dei sit productiva volitionis; cum voluntas non eliciat suum actum nec ratione actionis divinæ purè extrinsecè assistentis, nec ratione volitionis productæ per illam; cum hæc existat pro signo posteriori.

Ad 3.

Ad 4.

13 Oppones 2. Prædeterminatiõ, ut ex ipsa vocis significatione constat, est idem, quod determicatio prævia ad determinationem voluntatis. Sed actio Dei, ut productiva actus voluntatis, est huiusmodi; cum sit in se determinatio, & aliunde præcedat actum voluntatis, qui est determinatio eiusdem: ergò est prædeterminatio. Respond. Prædeterminationem non esse utcumque determinationem præcedentem determinationem formalem voluntatis; sed ulterius requirere facere, quod voluntas se determinet eliciendo suam determinationem. Hoc autem non præstat actio Dei, ut productiva actum voluntatis, licet præstet Deo quod effectivè producat determinationem voluntatis. Quod explicari potest in causa principali; non enim motio illius sufficienter exprimitur per hoc, quod præcedat actionem instrumenti, sed principalius per influxum immediatè terminatum ad ipsum instrumentum, movendo illud, ut operetur. Instabis. Deum physicè determinare voluntatem est physicè efficere determinationem voluntatis; nam id, quod forma præstat formaliter, præstat effectivè agens producens formã; qua ratione efficiens calorem, & lucem, effectivè calefacit, & illuminat: ergò Deum efficere actum voluntatis, qui est formalis determinatio illius, est effectivè determinare voluntatem. Respond. disting. mai. Deum physicè &c. est precisè efficere determinationem voluntatis, neg. mai. Et simul verè facere quod voluntas efficiat suam determinationem, conced. mai. & neg. conseq. Solutio constat ex sæpè dictis, quin exempla obstent: quia nec aer, nec corpus se determinant activè influendo in lucem, & calorem in eis receptum; unde denominatio illuminantis effectivè sufficienter salvatur producendo lucem in aere.

Arguit.

Solutio

Instat Pal. q. 11. à n. 5.

Respond.

§. IV.

Argum. Philosofica multiplici ex cap. impugnantia motionem præviam intrinsecam.

14 ARguitur 1. Probando repugnare motionem præviam intrinsecam necessario connexam cum actu. Physica prædeterminatio connectitur essentialiter cum actu; sed repugnat motio intrinseca sic connexa: ergò. Prob. min. Motio intrinseca præcedens actum voluntatis v. g. est potentialis in ordine ad illum; cum non sit actus purus. Sed hoc ipso repugnat ei talis connexio: non enim alia ratione repugnat intellectus connexus essentialiter cum intelligere, nisi quia est realiter potentialis ad illud: ergò. Confirm. Voluntas, ut informata tali motione intrinseca, non connectitur essentialiter cum suo actu. Prob. assumpt. Voluntas, ut informata tali motione est in potentia passiva ad suum actum; cum sit realiter actuabilis per illum, & intrinsecè ipsum recipiat. Sed hoc ipso nequit essentialiter connecti cum illo: tum quia nulla potentia passiva fundat ius infallibile ad suum actum; tum quia cum talis actus debeat liberè donari à Deo, obligaret infallibiliter Deũ ad talem donationem, quod est prorsus incredibile. Arg. 2. Probando motionem intrinsecam non posse movere voluntatem ad agendum, proindequè esse superfluam, & complicatoriam: Voluntas adhuc informata prædicta motione, indigeret moveri à Deo, ut exiret in actum: ergò. Prob. añs. 1. luxta D. Thom. 1. 2. quæst. 109. art. 1. *Nulla res creata potest exire in actum, nisi virtute motionis divinæ*; sed voluntas adhuc informata tali motione est res creata: ergò. 2. Voluntas adhuc, ut actuata prædicta motione, est reducibilis à Deo de potentia in actum; cum se habeat in potentia passiva ad proprium actum, & illum accipere debeat à Deo. Sed voluntatem moveri est illam reduci de potentia ad actum: ergò. 3. Voluntas per talem motionem non est ultimo actuata, & completa; cum actus volitionis sit ultima actualitas, & complementum de linea volitiva: ergò voluntas post dictam motionem remanet ulterius actuabilis, & complebilis: ergò remanet potentialis: ergò remanet mobilis à Deo. 4. Prædicta motio non est causa prima actus voluntatis; cum non sit Deus: ergò est causa secunda. Sed hoc ipso iuxta Thomistas indiget moveri à Deo, ut influat: ergò prædicta motio adhuc indigeret ulteriori motione, nec esset phys. præ motio. Sic olim obiecit Molina teste Lemos, lib. 3. tract. 1. cap. 34.

1. Argum

Confirm.

Secundo.

Añs. prob 1.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

15 Arguit. 3. Probando motionem intrinsecam non esse actum secundum adhuc inchoativè, proindeque non esse concursum prævium. Concursus prævius est inchoatio actus; sed motio intrinseca distincta ab actu voluntatis non est huiusmodi: ergò. Prob. min. Talis motio non est id, quo Deus inchoat actum voluntatis; nam Deum inchoare actum est illum præviè agere: Deus autem iuxta Thomistas non agit, nisi per actionem secum identificatam. Deinde talis motio non est id, quo voluntas inchoat suum actum. 1. Quia voluntas incipit suum actum per id, quod egreditur ab ipsa; qui egressus nullatenus convenit tali motioni. 2. Nam idem est voluntatem incipere suum actum, ac illum perfecte agere; cum sit actio instantanea, in qua fieri, & factum esse, sunt simul. Sed ex vi talis motionis voluntas non perfectè elicit suum actum: ergò nec ex vi illius ipsum incipit, aut inchoat.

3. Argum

16 Arguit. 4. Probando talem motionem se tenere ex parte actus primi, quod neg. frequenter Thomistæ. Talis motio intrinseca ponitur, ut præbeat voluntati continentiam sui actus, vel saltim continentiam huius actus præ alio; sed continentia actus in causa secundum omnem sui formalitatem pertinet ad actum primum causæ; cum idem sit in causa continentia activa, ac virtus causæ: ergò. Confirmat. 1. Talis motio ponitur, ut tollat in-

Quartũ & speciale.

Confir. 1.

differentiam causæ secundæ ad agendum; sed hoc ipso dat ei posse agere: ergò. Prob. min. Causa indifferens ut talis, est impotens elicere actionem determinatam: ergò id, quod tollit à causa prædictam indifferentiam, præstat ei posse agere. 2. Id, quod Secundo. influit effectivè in actum per modum principij, se tenet ex parte actus primi; sed sic influeret talis motio intrinseca: ergò. Prob. min. supponendo illam influere effectivè, ut est certum. Quod influit effectivè, influit, aut per modum causalitatis, aut per modum principij. Sed talis motio non est causalitas Dei; cum non sit actio illius. Deindè non est causalitas voluntatis; cum hæc consistat in ipso actu volitionis: ergò influeret per modum principij in talem actum.

17 Nec dicas influere per modum applicationis. Nam, vel est pura applicatio sine efficientia, vel applicatio cum illa? Primum negatur à Thom. utpotè destruens in gratia veram efficaciam, per quam Deus facit nos facere. Secundum autem difficilè adaptari potest prædictę motioni; cum omnis efficientia sit per modum causæ, per modum comprincipij, aut causalitatis: ergò &c. 3. Talis motio intrinseca est verus actus voluntatis; cum eam intrinsecè compleat, & determinet: aliunde antecedit ordine naturæ actum secundum illius, scilicet, volitionem: ergò est actus primus. Patet conseq. Nam actus primus nihil aliud est, quam actus immediatè antecedens actum secundum.

Quædam Reponi. impugn. tripliciter

18 Arguit. 5. Prob. prædictam motionem nullatenus constituere voluntatem in actu ad agendum. Talis 5. Argum motio ponitur à suis Auth. ut præbeat voluntati continere in actu suam operationem; sed hoc repugnat: ergò superflue, aut repugnantèr ponitur. Prob. min. Voluntas per talem motionem nec continet in actu formali, nec in actu emin. aut virtuali, suam operationem: ergò. Añs, quod 1. partem constat: Nam voluntas constituitur in actu formali per suam volitionem, quam realiter præcedit talis motio: quoad secundam prob. Quod continet eminenter aliquem actum non est in vera potentia ad illum, ut constat in Deo omnem actualitatem eminenter continenti; sed voluntas adhuc sub tali motione est in vera potentia ad suam operationem; cum eam recipiat pro signo sequenti: ergò. Quoad 3. prob. continentia in actu virtuali est continentia per modum virtutis elicitivæ operationis, quam continet; sed talis motio iuxta Thomistas non est virtus, sed applicatio virtutis ad agendum: ergò.

Arg. 6. Prob. talem motionem 19 non esse applicationem causæ ad agendum, & obitèr alia levia proponuntur. Talis motio, nec est appli- Sextum. catio activa, & causalis voluntatis, nec est applicatio passiva, & formalis: ergò falsò dicitur applicatio. Añs. quoad 2. part. constat; nam applicatio passiva, & formalis voluntatis, ut velit, est ipsum velle; & quoad 1. prob. applicatio activa, & causalis, est applicatio per modum actionis, & causalitatis; sed talis motio non est actio, aut causalitas Dei; aliàs non esset actus purus in causando: multoque minus est causalitas voluntatis; cum hæc consistat in velle: ergò. Vel aliter. Applicatio activa, & causalis est illa, quæ efficit applicationem formalem voluntatis, scilicet, ipsum velle: sed talis motio non efficit velle, ut probatum est in 4. argum. ergò.

Accipe alia levia. 1. Virtus operativa voluntatis immediatè con- 20 iungitur cum suo actu: ergò non datur motio intrinseca medians. Prob. añs. 1. Virtus operativa voluntatis Alia mia immediatè coniungitur cum eo, quod moventi est exercitium immediatum illius; sed primum. huiusmodi solum est actus volitionis: ergo. 2. Virtus voluntatis coniungitur immediatè cum illo, quod immediatè producit immanenter; sed hoc solum est actus illius: ergò. Ulterius. Virtus volūtatis est actus primus in linea volendi, sicuti essentia actus primus in linea essendi. Sed essentia ita est actus primus ad esse, ut illud immediatè recipiat absque ullo medio intrinseco: ergò virtus voluntatis ita est actus primus &c. 3. Talis motio ponitur à Thomistis, ut

Deus

Secundò. Deus immediatè tanquam causa prima operetur in nobis velle; sed hoc repugnat admissa tali intrinseca motione: ergò. Prob.min. Deus ita operatur ut causa prima in nobis velle, ut immediatè illud operetur; sed si illud operaretur per talem motionem, non immediatè operaretur; cum inter Deum, actionemque illius, & ipsum velle, mediaret illa motio ab his omnibus realiter distincta: ergò. In idem

Tertio. reddit, si arguas sic: Nequit Deus indigere aliquo creato, ut ratione illius operetur in nobis velle; talis enim indigentia valde deprimit summam potestatem Dei agentis in nobis, quodcumque voluerit; sed talis motio est quid creatum: ergò illa non eget Deus, ut operetur in nobis velle.

§. V.

Solvuntur argumenta præcedentia.

21 PRimum argum. assumit pro medio propositionem solum in sensu improprio veram: scilicet,

Ad 1.arg. *prædeterminatio ad actum voluntatis se habet, ut potentialis in ordine ad illum.* Ratio est: Nàm id, quod se habet ut determinatio activa, & quasi virtus efficacissima ad actum, non se habet ut *quid potentiale* ad illum; efficacia enim, & activa determinatio de se exprimunt activitatem, proindeque actualitatem. Rursus: prædeterminatio non compatatur ad actum, ut quid ab ipso perfectibile, & actuabile; sed ut causa ad effectum, & motio ad terminum. Unde absque fundamento dicitur potentialis in ordine ad actum, talisque propositio in sensu formali est penitus falsa. Verum est, illam non esse actum purum, sed actum admixtum potentialitati; tum quia non est sum esse: tum quia recipitur in voluntate. Hæc tamen potentialitas, quæ partim est trascendens omnem creaturam; partim conveniens ipsi actui voluntatis, nihil obest connexioni metaphysicæ cum actu. 1. Nam non obest, ut sit impressio divinæ virtutis, & participatio efficaciæ illius; 2. Nam passio physica illata ex actione transeunti in mobile est actus potentialitati admixtus, & tamen necessario connectitur cum termino. Nec paritas ex intellectu desumpta aliquid probat. 1. Quia omnis virtus creata est potentialis tantum per modum principij; unde eius essentia integre subsistit in posse operari, non vero in actu operari. 2. quia omnis operatio creata petit subordinari Deo, ut Domino illius dominio formaliter immediato; quod non subsisteret, si adesset connexio metaphysica inter existentiam causæ, & operationis illius. Physica autem prædeterminatio non est actus admixtus potentialitati per modum principij, aut potentiæ, sed per modum applicationis virtutis ad agendum. Insuperque Deus in eius collatione exercet dominium formale, & immediatum supra operationem creatam distinctum, & inconnexum cum Dominio, quod exercuit conferendo potestatem ad operandum. Unde est manifesta disparitas.

Ad paritatem ibi subiunct.

Confirm. Quę cum maiore proprietate loquutionis procedit, non enervat dicta. Nam licet voluntas cum tali motione sit in potentia activa, & simul passiva ad suum actum, non est in tali potentia utcumque, sed efficaciter determinata, & applicata, ut eliciat, & recipiat proprium actum. Potentię autem sic applicatę; esto sit etiam passiva, potest convenire necessaria connexio cum elicientia suæ operationis. Constat hoc in mobili actuato passione physica; quod quidem, etiam ut sic actuatū, est in potētia ad terminum, ut constat ex definitione motus; & tamen repugnat passio, aut motus sine termino. Idem videre licet in intellectu actuato intellectione, & in voluntate actuata amore; post quæ superadduntur verbum mentis, & impulsus intra ipsas potentias. Si dicas: intellectionem esse productionem actualem verbi; ideoque nihil mirum, quod connectatur cum illo: Nos similiter dicimus: prædeterminationem intrinsecam esse applicationem efficacissimam virtutis voluntatis, ut actu velit. Nec hoc infert Deum obligari ad collationem actus ex vi prę motionis, sed obligatur, vel (ut pro prius loquamur) necessitatur consequenter à se ipso ex vi actionis causantis in voluntate

22

Ad confirmat. Resp

te prædictam motionem. Quemadmodum connexio metaphysica materiæ 1.cum forma non necessitat Deum ad productionem formæ, sed Deus qui liberè creavit materiam, necessitatur consequenter à se ipso ad productionem formæ.

23 2. Arg. assumit aliquid probatione difficilimum. Si namque illud prævium intrinsecum esset virtus,aut
Ad 2.arg forma permanens ad operandum,rectè probaret; secus autem, si in substantia, & quoad modum, sit actualis
Sic oppon P. Molin. disp. 26. §.4. determinatio,& motio:ut conformius ad veritatem tenendum;de quolli.Alvarez,& alij relati n.4.Hinc testim.D. Th.non est ad rem; nam ibi loquitur expressè de causa creata constituta in actu 1.ad operandum,sic enim habet: *Et ideo quantumcumque natura creata corporalis, vel spiritualis, ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere,nisi moveatur àDeo.* Advertendum tamen idem arg.sibi opposuisseD.Th. quæst. 3. de potentia, art. 7. quod est
Ad 2.probat.antec. in ordine 7. Ad 2. prob. disting.mai. est reducibilis de potentia in actum reductione donante actum, conced. mai.reductione donante influxum, & elicientiam actus,neg.mai. & permissa min. dist. conseq. Indiget moveri motione producente actum in voluntate,conced. conseq. Motione determinante, & applicante eius virtutem ad elicientiam actus,neg.conseq.Quoties causæ secundæ operantur, duo exercetDeus titulo primi agentis,&1. motoris. Primo applicare,& movere causas secundas, ut operentur per influxum immediatum in ipsas. 2.habet producere immediatè omnes earum operationes modo eminentiori, ac causæ secundæ illas efficiunt. Unde adhuc posita prædeterminatione intrinseca voluntati, per quam immediatè influit, & applicat eam ad operandum, Deus per actionem secum identificatam, influit effectivè in ipsum actum,dando ei esse.Cumque per talem actum moveatur formaliter voluntas illum recipiendo, Deus illum producendo etiam movet voluntatem, non ut eliciat actum, sed ut ipsum à Deo accipiat. Præsens litigium non est de secunda motione, sed de prima, quæ dicitur prævia ad actum, & ad voluntatem ut influentem in actum. Ad 3.disting.añs.Non est ultimo actuata actualitate applicationis ad
Ad 3. agendum,neg.añs. actualitate operationis, qua formaliter agit, conc.añs. & disting. conseq. ut supra immediatè. Instantia habetur in mobili physico actuato motu, & passione: & tamen ulterius actuabili per terminum illius; quin propter huiusmodi actuabilitatem indigeat ulteriori motu. Ad
Ad 4. 4.Respond.cumM.Lemos,lib.3.tract. 1. p.1. c.34. Physicam præmotionem non esse causam secundam, vel aliquid ad ordinem causarum secundarum spectans;nec pariter esse causam primam; sed motionem, & influxum procedentem à prima,& applicantem causas secundas ad agendum; qua ratione non ponit in numero cum causa prima,ut operante in secundas. Sicut enim motio, qua Petrus baculum movet,non est baculus,necPetri substantia,sed est motio,&influxus in illũ; ita motio, qua Deus movet causas secundas,non est causa secunda sed nec est Dei substantia, sed habet nomen proprium, scilicet, quod sit *motio,impulsus, & instinctus divinæ operationis.* Videatur Ferrariensis 3.contra Gent. cap.70. §. *ad 2. dub.*

24 3. Argument. solet proponi aliter sub hac forma: *Quia Deus est actus purus in ratione agentis, &*
Arguit.3. *intelligentis, agit, & intelligit per actionem secum identificatam; sed etiam est actus purus in ratione prædeterminantis voluntatem ad agendum:ergò Deus illam prædeterminat per actionem secum identificatam.* Sed illud primo diluit Illust. Castell tom.de Lege,& Gratia, Instatur
quæst.6. §.3. sequenti instantia; nam 1.estCastell. Deus est actus purus in esse iustificantis; & tamen per iustitiam nobis inhærentem iustos nos facit: Addo aliam: Deus est actus purus in ra-
Alia inst. tione auxiliantis nos quoad sufficientiam; & tamen auxilium sufficiens in gratia creata nobis interiori consistit. Idem dicendum de Deo, ut nos illuminanti. SecundoRespond. Castell. Actui puro non opponi, quod denominetur etiam ab aliquo creato tanquam ab effectu: licet

ne-

nequeat denominari ab illo tanquam à forma. Unde esto Deus sit actus purus, poterit denominari prædeterminans voluntatem per motionem intrinsecam, tanquam per effectum, per actionem vero effectivam talis motionis denominabitur prædeterminans activè, & causaliter.

25 Sed placet hanc doctrinam aliter explicare. Hoc prędicatum, *prædeterminare voluntatem* convenit tum actioni divinę; tum etiam motioni intrinsecæ; illi effectivè, huic vero formaliter: ad modum quo hoc prædicatum *illuminare* indifferenter dicitur tam de actione productiva luminis, quam de ipso lumine producto; de illa effectivè, & causaliter, de hoc vero intrinsecè, & formaliter. Idem constat in hoc prædicato *calefaciens* respectu calefactionis, & caloris per illam producti. Ex hac doctrina infertur actionem Dei esse prædeterminantem effectivè, hoc est, efficientem in nobis id, quo formaliter prædeterminamur; non tamen formam unicè prædeterminantem. Ad rationem actus puri in Deo sufficit identificare prædeterminationem effectivè sumptam, scilicèt, præd. actionem, non vero prædeterminationem formaliter acceptam. Quapropter voluntas denominatur prędeterminata effectivè per actionem Dei infundentis motionem intrinsecam, per quam denominatur formaliter prędeterminatam. Unde in forma cōcessis præmissis, dist. conseq. ergò prædeterminat effectivè per actionem secum identificatam, conced. conseq. Prædeterminat voluntatem formaliter, neg. conseq. Disparitas inter *agere, & intelligere Dei* est manifesta: Nam huiusmodi denominationes, scilicèt, *agere, & intelligere* unicè prædicantur de actione, & intellectione; determinare autem; ut dictum manet, indifferenter dicitur tum de actione productiva motionis, tum de ipsa motione producta. Ex his ad arg. sub alia forma, dist. prob. min. Non est id, quo Deus inchoat actum voluntatis, tanquam per formam sui, conc. mai. Tanquā per terminum subsecutū ad suam actionem, & prævenientem actum voluntatis, neg. mai. & cum eadem min. dist. neg. cons. Instantia habetur manifestè in ipso velle, quod iuxta opinionem contrariam est gratia prædeterminans ad facere; & tamen Deus non minus est actus purus, ut prædeterminans ad facere, ac ut prædeterminans ad velle.

Ulterior explicatio ponitur pro solut.

Ad idem argum. aliter pro positum supra.

26 4. Arg. Innititur doctrinę falsę; scilicèt, motionem intrinsecam poni à Th. ut præbeat causę creatę continentiam suæ operationis: sed ponitur, tum titulo subordinationis causæ creatæ in operando, tum titulo indifferentię, vel potentialitatis ad suam actionem, vicuius indiget per prius determinari à Deo: tum etiam titulo 2. movētis, quod non agit, nisi moveatur à 1. iuxta D. Th. 1. p. q. 2. art. 3. Unde talis motio intrinseca ad hoc ponitur in voluntate v. g. ut actu producat ponendo sub existentia dependenter à Deo actum, quem virtute sua continet. Quæmadmodum potentię executivę moventur quoad exercitium à voluntate creata, & omnipotentia virtualiter determinatur à divina voluntate, non quidem ut illarum operationes, & effectus omnipotentiæ in ipsis præcontineantur; sed ut creaturę in illa, per prius contentę, ponantur sub existentia. Idē dicendum de continentia unius actus præ alio. 1. Quia ut diximus: prædeterminatio non datur, ut voluntas contineat unum actum præ alio, sed ut producat unum actum præ alio. 2. Quia continentia ex terminis utpotè præscindens ab actuali productione ad signum potestatis, & actus 1. spectat. 3. Nam falsum est voluntatem continere unum actum præ alio, si ly *præ* appeilet supra continere. Nam continere unum prę alio in hoc sensu est continere unum, & non continere aliud; quod non verificatur de voluntate simul continenti in se utrumque actum, non ut producat utrumque simul, sed unum, vel alterum. Constat hoc in decreto determinanti virtualiter divinam omnipotētiam: quod quidem non pręstat ei, vt contineat hanc creaturam prę alia, sed ut ex omnibus creaturis, quas in se virtualiter continet cum indifferentia; producat hanc creaturā, & non aliam. Quod si sermo sit de continentia actu complete tali; cum hęc à prævia motione proveniat, nihil ex dictis obstat.

Solutio ad 4. arg.

Roborat. solutio.

27 Ad 1. Confirm. Respond. Hanc propositionem: *Quod tollit indifferentiam causæ ad agendum, se tenet ex parte actus primi, sive dat ei posse agere,* * *esse penitus falsam.* Ut constat in imperio voluntatis creatæ moventis potentias executivas ad operandum; & in decreto divinæ voluntatis determinantis suo modo indifferentiam scientiæ, & omnipotentiæ, ad productionem rerum ad extra. Constat etiam falsitas in doctrina ipsius arguentis, qui acriter tuetur Deum prædeterminare voluntatem creatam titulo indifferentiæ ad plures actus. Unde præd. propositioni, ut sit vera, debet apponi hoc additamentum: *Quod tollit indifferentiam causæ, eam intrinsecè determinãdo &c.* Sed hoc quis non videat parum referre; si aliàs ablatio prævia indifferent. ex terminis non constituit potestatem ad agendum? Duplex igitur datur indifferentia in voluntate; alia suspensionis in carentia omnis exercitij consistens; alia incompletionis virtutis qualis est, quæ cõvenit ipsi ad actus divisarum virtutum, & quæ convenit intellectui sine specie impressa ad intelligendum. Determinatio aufferens primam indifferentiam se tenet ex parte actus 2. cum eius munus sit complere virtutem causæ, eam applicando ad actum: proindeque supponit virtutem, quam applicat. Determinatio aufferens 2. indifferentiam se habet ex parte actus 1. utpotè addens aliquod comprincipium simul influens cum causa, quam determinat. Unde prima determinatio dicitur motio solum quoad exercitium; secunda vero dicitur determinatio, quoad specificationem. Consequenter ad hæc sic debet distingui illa propositio: * causa indifferens indifferentia incompletionis in ratione virtutis est impotens agere, conced. indifferentia solius suspensionis, potentialitatis, & contingentię in agendo, subdist. est impotens impotentia anteced. neg. Impotentia purè consequenti, conc. * Nec obstat motionem prævium appellari à Thomistis complementum virtutis. Non inquam obstat 1. Nam ipsa actio, quæ absdubio est adæquatè extra signum potestatis, appellatur à D. Thom. 2. contra Gent. cap. 9. complementum potentiæ. 2. Nam quod actuat, & perficit virtutem, esto illam adæquatè constitutam supponat, merito dicitur illam complere. Unde prædeterminatio determinans virtutem voluntatis ad agendum dicitur complementum illius per modum aplicantis illam ad ultimam eius actualitatem. De quo Magist. Lemos, lib. 3. tract. 1. par. 1. cap. 37.

Ad 1. con firm.

Explicat. solut.

28 Ad 2. Respond. Esse expressum in D. Thom. q. 3. de potentia, art. 7. & 3. contra Gent. cap. 67. & 1. p. quæst. 105. art. 5. alijsque innumeris locis causam moventem, & applicantem virtutem ad agendum esse causam talis actionis. * Unde gratis, & sine fundamento in D. Thom. restringitur causalitas effectiva Dei in operationes causarum secundarum, ponendo illam; vel in collatione virtutis, vel in aliquo, quod sit causalitas suæ omnipotentiæ, aut actio propria illius; nisi aliunde probetur repugnare applicationem virtutis creatæ ad operandum liberè fieri per aliquid intrinsecum. Huius falsitas constat 1. Nam quæ repugnantia invenitur in eo, quod efficacia divinæ voluntatis, & potentiæ, participetur ab aliquo creato in virtute illorũ, & efficaciter moveat causas secundas? 2. Nam si applicatio virtutis creatę ad agendum est præcisè actio Dei, quatenùs est actualis productio operationis causæ 2. dum S. Doct. probat locis citatis Deum actu producere omnes operationes creatas, quia movet, & applicat causas creatas ad operandum, committeret manifestam petitionem principij; probando, scilicet, illarum productionem esse à Deo, quia eas producit.

Ad 2. con firm.

* De quo dub. 6.

29 Per quæ constat ad replicam in contra. Licet enim prædeterminatio physica non sit strictè Dei causalitas, sive actio, per quam agit, est tamen eius impressio, & impulsus divinę voluntatis efficaciam participans. Nec physica prædeterminatio est applicatio purè extrinseca, sicut applicatio localis agentis ad passum; aut applicatio intentionalis boni ad voluntatem per sui repræsentationem; sed est physica applicatio intrinseca intimè

Ad replicam contra solut. ibi data.

actuans virtutem creatam aufferendo ab illa potentialitatem intrinsecam impedientem exitum in operationem; eamque actu subijciendo Deo, ut primo agenti, in cuius subiectione consistit perfectio causæ secundæ, eoque potentior, & fortior est ad agendum, quo magis Deo subijcitur.* His ergò, & alijs titulis gaudet prædeterminatio influxu effectivo in operationem creatam. Ex quibus liquet illam propositionem arg. *Omne, quod influit effectivè; aut est virtus, aut se habet per modum comprincipij, aut per modum causalitatis*, esse absolutè falsam: Restat enim alius modus efficiendi; scilicet, *intrinsecè determinando virtutem ad agendum.* Quod si admitatur ut vera, debet intelligi de influxu effectivo, per quem Deus, & quælibet alia causa agit per se ipsam aliquem effectum; non vero de influxu effectivo, per quem Deus, vel creatura, facit ut altera causa faciat; hoc enim fit per applicationem virtutis ad agendum.

* M.P.epist 89. Rursus: Peccare est infirmitas & impotentia, quia non subordin: Deo.

Ad propos. cui innititur argum.

30 Ad 3. Confirm. Respond. Ex Illust. Castell de lib. arb. disp. 3. sect. 4. à num. 1302. prænotando hæc duo esse valde diversa: *A. prius actuat subiectum, quam B. & A. est actus primus, ad B.* Siquidem prius actuat intellectum intellectio, quam verbum, & tamen intellectio non est actus primus respectu verbi. Idem constat in physis passione, & motu, qui prius actuat mobile, quam terminus, quin propterea hoc motus sit actus primus ad illum. Sed quia confirmatio loquitur de actu præcedenti actum secundum, qui est operatio; contra quam non videntur habere vim instantiæ adductæ; ideo aliter Respond. Nomine actus primi intelligi ab omnibus: id quod se habet per modum virtutis operativæ, aut formæ præbentis sufficientiam ad operandum. Ita docetur à D. Thom. quæst. 1. de potentia, art. 1. per hæc verba: *Sciendum quod potentia dicitur ab actu; actus autem est duplex, scilicet, primus, qui est forma, & secundus, qui est operatio, & paulo post. Sicut nihil patitur, nisi ratione potentiæ passivæ, ita etiam nihil agit, nisi ratione actus primi, qui est forma.* Hæc igitur est constitutio actus primi ad agendum, non illa, quam argumentum ex diversa terminorum collocatione prætendit. Nota Mag. Zumel pluries, disp. 5. de gratia efficaci eam appellare actum primum. Sed sensus huius Auth. est manifestus; cum id eo appellet gratiam efficacem actum primum, quia præcedit ordine causalitatis actum secundum voluntatis; ita tamen, ut auxilium efficax non pertineat ad sufficientiam virtutis, sed adæquatè distinguatur ab auxilio sufficienti. Ex quibus constat in tali dicto non opponi doctrinæ communi Thomist. licet minus cautè loquutus fuerit.

Ad 3. confirm.

Alia solutio.

Nota.

31 5. Argum. Facile solvitur ex dictis solut. ad quartum, ubi diximus prædeterminationem intrinsecam non præbere voluntati creatæ, aut alteri causæ, continentiam propriæ operationis; hæc enim est intransitivè ipsa virtus causæ, quam prædeterminatio adæquatè supponit. Sed quia argum. addit *prædeterminationem poni à Thom. ut faciat voluntatem actu continere suam operationem.* Addimus, & nos, talem propositionem in uno sensu esse veram, & in alio falsam. Si enim ly *continere in actu* supponat pro actu 2. & formali, vel pro actu primo eminentiali, aut virtuali; prædicta propositio est falsa propter probationes in argument. adductas. Si autem ly *continere in actu* significet continentiam perfectam actualem, & undequaque completam, hoc est cum actuali subordinatione ad Deum, ut primum agens, & primum movens; talis propositio est vera. Nam etsi ratione prædeterminationis non præ contineat voluntas creata proprium actum; attamen ratione illius continentia talis actus redditur completa, & subordinata Deo, ut primo agenti.

Ad 5. arg.

32 Unde informa disting. mai. ut *voluntas contineat in actu* actualitate virtutis, neg. mai. *actualitate* subordinationis ad Deum ipsam moventem, & determinantem ad agendum, conced. mai. & cum eadem min. distinctione, neg. conseq. Contra hanc distinctionem non militant probationes ibi adductæ. Prædeterminatio enim, etsi non sit actus primus aut, actus secundus voluntatis, est actualitas illius; quia videlicet est determinatio voluntatis, ut passivè mobilis à Deo,

Respond. in forma.

& insuper per illam aufertur potentialitas, & suspensio, qua gaudet in ordine ad suam operationem; determinare autem aliquid passivum dicit actualitatem indeterminante; quapropter prædeterminatio, nec est actus primus, nec est actus secundus, sed se tenet ex parte huius per modum applicationis ad ipsum. Unde si quis ita arguat: *Prædeterminatio est actus; aliende supponit actum primum: ergò est actus secundus.* Reijciendus est cum S.D. n.30.constituenti *actum secundum* per operationem,& *actum primum* per formam, quæ est principium illius. Nec ulterius obest actum dividi à D. Thom. pluries in *actum primum, & actum secundum.* Si ergò neutrum ex his convenit prædeterminationi, quomodo dicitur actus? Non inquam obest: Nam D. Thom. loquitur de actu habenti esse completum, non vero de actu habenti esse fluidum, & viale; qualis est prædeterminatio in applicatione causæ ad agendum consistens, quæ dicitur actus large; quia actuat, & determinat virtutem causæ; admodum quo motus dicitur etiam actus mobilis.

33 Ad 6. Respond. Motionem intrinsecam esse applicationem activam, & causalem voluntatis ad consensum, per quem formaliter applicatur. Nec obstat illam non esse actionem, aut causalitatem Dei. Non inquam obstat: Nam influxus activus latius patet, quam actio, & causalitas; si, scilicèt, sit influxus per modum determinantis, & moventis quoad exercitium causam ad operandum.* Quæmadmodum influxus passivus, aut materialis, latius patet, quam influxus receptivus: ut constat indispositionibus præparantibus materiam ad receptionem formæ,& in actu charitatis in genere causæ materialis ad introductionem gratiæ, quam sola anima recipit. Unde sicuti omnia hæc dicuntur habere influxum materialem, quia se tenent ex parte subiecti recipientis formam; ita physica prædeterminatio, quæ se habet ut id,quo Deus titulo primi agentis, & motoris agit in voluntatem, eam sibi subordinando in elicientia proprij actus, influxus illius est activus, & ad genus causæ efficientis spectans. Notandum tamen M. Lemos pluries lib. 3. tract. 1. appellare physicam, prædeterminationem *actionem Dei, & eius causalitatem.* Sed exponendus est in sensu lato, quatenus se tenet ex parte Dei ut subordinantis creaturam in operando, & quatenus est impressio, & participatio Divinæ virtutis; qua de causa non ponit in numero cum Deo, ut primo motore omnis causæ creatę. Quam expositionem etiam ipse M. sæpè tradit ibidem.

Ad 6.arg.

* Sic S.D. sæpè in hoc tract. citatus.

Adverten dum.

Ad 1. ibidem. Respond. disting. añs. Virtus operativa voluntatis coniungitur immediatè immediatione virtutis cum suo actu, conced. añs. Immediatione actualitatis determinantis, & applicantis virtutem ad agendum, neg. añs. & conseq. Physica prædeterminatio solum mediat inter virtutem, & actum voluntatis, per modum determinationis, & applicationis ad illum; quod non tollit à virtute operativa voluntatis esse actum primum immediatum ad agendum; cum talis determinatio non se teneat ex parte actus primi, ut dictum manet. Pro quo videatur Ill. Castell de libero arbitrio, disp.2. quæst.3. ubi solvit aliqua argum. intendentia probare prædeterminationem se tenere ex parte actus primi. Ad paritatem de essentia Respond. illam esse ultimo proportionatam ad receptionem existentiæ; ideòque non indigere aliqua prævia dispositione. Causa vero creata non est hoc modo proportionata,ut exeat in operationem; vel ratione indifferentiæ, vel ratione potentialitatis impedientis exitum in operationē; quapropter per prius debet aufferri talis potentialitas, ut sic reducta in actu influat in suam operationem.

34 Ad 1. levis mom.

Ad 2. Respond. *Deum immediatè* operari omnem actionem, & effectum causæ secundæ; stare dupliciter; *primo, prout* ly *immediatè est idem ac se solo*; secundo prout significat *idem ac Divinam virtutem, eiusque substantiam intime contingere* omnem actionem, & effectum causæ creatæ. Ratio huius distinctionis desumitur ex D. Thom. 1.p. quæst.22. art.3. ubi asserit Deum, quantum ad ordinationem rerum in finem,omnibus creatu-

35 Ad 2.

ris immediatè providere; *hoc est solo*; secus verò quantum ad executionem prædictæ ordinationis; cum omnes res creatas gubernet medijs causis secundis, ut exequentibus ordinem suæ providentiæ. Hoc tamen minimè tollit, quo minus Deus etiam omnes res creatas immediatè gubernet, eas promovendo ad fines sibi proprios. Ex quibus constat, quod cum physica prædeterminatio, nec sit Deus, nec sit virtus, per quam Deus operatur, sed determinatio causę secundæ ad agendum à Deo immediatè descendens, non impedit, ut Deus immediatè immediatione virtutis, & suppositi influat in omnem operationem creatam; per quæ facilis est solutio in forma. Ob hæc existimo prætèr physicam prædeterminationem immediatè determinantem creaturam ad operandum asserendum esse: Deum per suam actionem influere immediatissimè in ipsam actionem creaturæ, & in terminum per ipsam productum. Tum quia omnis actio creata in suo esse est participatio immediata Dei. Tum quia Deus per suam essentiam est in omnibus creaturis; quæ præsentia fundatur iuxta D. Thom. in efficientia ex parte Dei.* Tum quia si actio, ut plures volunt, recipitur in passo, & prædeterminatio manet in agente ad emissionem talis operationis; si actio Dei immediatè non contingeret contactu virtutis actionem transeuntem, non, inquam, Deus esset per suam essentiam præsens tali actioni, nec eam in suo esse conservaret. Unde actio Dei duo habet, primo producere prędeterminationem intrinsecam in causa creata, per quam faciat illam facere; secundo influere immediatè in ipsam actionem creaturæ, eam causando secundum omnem rationem entitatis, & perfectionis in illa repertam; & sub hac terminatione est simultaneus cum causa 2. producente eandem actionem, & terminum, si illum habet: licet sit prędcedens ordine naturæ relatè ad actionem.

Notandũ pro concursu activo simultaneo Dei.

* Sic 1.p.q. 8. art. 1.

§. V.

Solvitur argumentum desumptum ex capite libertatis.

OBijcies. Voluntas determinata pro priori ad suum libitum determinatione intrinseca, & formali, non est libera; siquidem non remanet ulterius determinabilis. Sed sic se haberet voluntas prędeterminata prædeterminatione sibi intrinseca: ergò talis prædeterminatio destruit libertatem. Prob. min. 1. Omnis forma intrinseca voluntatis debet ei prębere aliquem effectum formalem intrinsecum. Sed si prædeterminatio est forma intrinseca voluntatis, nequit alium effectum formalem intrinsecum præstare, nisi reddere voluntatem formaliter intrinsecè determinatam: ergò. 2. Ideo prædeterminatio reddit formaliter præmotam voluntatem, quia est in se præ motio, & alias formaliter communicatur voluntati; sed etiam est in se determinatio intrinseca formaliter communicata voluntati: ergò reddit reddit illam formaliter intrinsecè determinatam. Sed hoc est voluntatem esse determinatam determinatione intrinseca, & formali: ergò. Nec valet dicere aliud esse prædeterminationem formaliter intrinsecè communicari voluntati, aliud communicari, ut determinationem formalem voluntatis: primum est verum, secundum falsum: quia prædeterminatio solum communicatur formaliter voluntati, ut determinatio causalis, & illativa consensus, qui est eius determinatio formalis. Non inquam valet primo: quia sufficit voluntatem esse determinatam intrinsecè determinatione causali consensus, ut non possit pro signo sequenti se ipsam determinare: ergò non remanet libera. Prob. añs. Quando voluntas est antecedenter necessitata ad consensum, determinatio illam necessitans tantum est illativa consensus, non vero est formaliter ipse consensus; & tamen hoc sufficit, ut tunc casus non se determinet ad consensum: ergò.

36 Arguit.

Si forte dicatur.

Reijcit. 1.

2. Ubi nulla remanet indifferentia formaliter determinabilis, nulla re-

37 Secundo.

remanet determinatio libera formalis; sed si pro signo antecedenti ponitur prædeterminatio intrinseca in voluntate, nulla remanet indifferentia formaliter determinabilis: ergò. Prob. min. Omnis indifferentia formaliter determinabilis est indifferentia passiva, & potentialis; sed prædeterminatio intrinseca iuxta Thomistas tollit indifferentiam passivam potentialem voluntatis: ergò. 3. Posita tali prædeterminatione in voluntate solum remanet in ea indifferentia formalis negativa; quatenus in illo signo non intelligitur consensus, qui est determinatio formalis. Sed hæc indifferentia non sufficit, ut voluntas sit liberè determinabilis; cum omnis causa creat anaturalis sit hoc modo indifferens; cum eius operatio non existat pro signo prædeterminationis, sed pro signo sequenti ad illam: ergò.

Tertio.

38 Confirm. 1. Voluntas ut intrinsecè prædeterminata ad consensum, vel remanet positivè indifferens cum vera potestate, & activitate ad consensum, & eius omissionem; vel solum remanet cum indifferentia negativa, quatenus in tali signo non existit consensus? Primum est falsum; secundum non sufficit ad libertatem: ergò talis prędeterminatio illam tollit. Min. quoad 2. part est certa: tum propter dicta de causa necessario operanti: tum quia libertas ex terminis est indifferentia potestatis dominativę ad utrumlibet, proindequè indifferentia positiva. Quoad 1. prob. pro eo signo, & in quo datur intrinsecè in voluntate vera determinatio illativa essentialiter unius, & repugnantia essentialis alterius, non potest dari positiva indifferentia, & vera potestas ad utrumlibet, ut de se patet. Sed sic se habet voluntas in signo prædeterminationis; cum hæc inferat essentialiter consensum, & repugnet essentialiter illius omissioni: ergò. 2. Si voluntas post signum prædeterminationis determinaret suam actionem, etiam determinaret influxum, & actionem prædeterminationis; quod negant contrarij. Assumpt. prob. Talis prædeterminatio influit per aliquam actionem; cum spectet ad genus causę efficientis. Sed ibi non est alia actio, nisi actio voluntatis: ergò talis prædeterminatio influit per actionem voluntatis: ergò voluntas determinando suam actionem determinaret actionem, & influxum gratiæ prædeterminantis. His, & alijs ponderationibus ferè sola transcriptione deductis ex doctrina AA. Societ. movetur.

Confir. 1.

Secundo.

Pro solut. notandum in voluntate nostra distinguendam esse duplicem formalitatem; scilicet, & principij activi se moventis ad proprium actum; & principij moti à Deo ad illius elicientiam: solus enim Deus est movens immobile. Voluntas sub prima formalitate exprimit munus potentiæ activæ, sub secunda vero exprimit munus potentiæ passivæ; cum eatenus sit mota à Deo, quatenus recipit motionem ab illo, cui subijcitur in operando. Ex quo 2. notandum; in ipsa voluntate duplicem inveniri indifferentiam, scilicet, ut moveatur à Deo motione, ad quam se habet, ut potentia passiva; & insuper indifferentiam potestatis ad consensum, vel dissensum, ad quos comparatur, ut potentia activa. His notatis dicendum prædeterminationem intrinsecam esse determinationem formalem voluntatis, secundum quod est potentia passivè mobilis à Deo, ideoque non remanet ulterius mobilis, & determinabilis ab ipso Deo: Non tamen esse determinationem formalem voluntatis ut proximè activè indifferentis ad consensum, vel dissensum. Talis enim determinatio consistit in ipso consensu, vel dissensu. Sed quia prædeterminatio applicat voluntatem ad consensum, vel dissensum; ideo dicitur determinatio causalis voluntatis ad consentiendum, vel dissentiendum. Hæc doctrina clare explicatur sequenti exemplo. In ligno enim duplex indifferentia, aut potentialitas, invenitur; una, ut in se recipiat actionem, vel passionem, quæ est motus ad calorem; altera, ut in se recipiat calorem; prima tollitur formaliter per ipsam passionem: secunda vero per calorem, qui est terminus illius. Post passionem non remanet lignum ulterius mobile ad passionem, remanet tamen mobile ad calorem; ideoque solum per ipsum denominatur

39 Notand. ex Ill. Aly. de auxil. disp. 22. n. 35.

formaliter calidum ; per passionem vero vialiter, & in fieri. Sic suo modo contingit in præsenti.

40 Defenditur solutio data. Ex quibus constat solutionem ibi traditam esse optimam : non enim in præsenti est termo de quacumque determinatione inhærenti formaliter voluntati ; imò nec de qualibet determinatione formali, sed tantum de illa, quæ est determinatio formalis voluntatis, ut proximè potentis consentire, vel dissentire, ad quod, ut diximus supra tantum se habet causaliter prædeterminatio intrinseca. Ad 1. impugn. Ad primam impugnationem, quæ ob veritatem solutionis alio divertit, neg. causalem ; causa enim necessaria est illa, quæ operatur per formam, seu virtutem ab intrinseco determinatam ad unum; prædeterminatio autem, etsi intrinseca causæ liberæ, non se habet ut forma, aut virtus, sed ut applicatio virtutis ad agendum. Unde in forma, disting. mai. Est determinatio illativa consensus proveniens ab aliquo se habenti per modum formæ, & virtutis ad consensum, conced. mai. Se habenti per modum motionis applicantis, & subijcientis voluntatem Deo, ut causæ primæ consensus, neg. mai. & concessa min. neg. conseq.

41 Ad 2. Ad 2. neg. min. ad illius probationem distinguo min. tollit indifferentiam passivam volũtatis, ut præmoveatur à Deo, conced. min. ut moveatur per actum, quem elicit, & recipit, pro signo sequenti, neg. min. & conseq. Solutio constat ex supra notatis, ubi distinximus duplicem indifferentiam in voluntate respectivè ad diversa, proindeque determinabilem per duplicem formam, aut quasi, inter se realiter distinctã. Adurg. constat ex supra dictis. Siquidem indifferentia conveniens voluntati ut iam intrinsecè prædeterminatæ ad consensum non est purè negativa, sed positiva, tum activa, tum passiva : activa quidem, quia ita est determinata causaliter ad consensum, ut simul retineat potentiam antecedentem ad dissensum ; passivam quidem : quia pro signo sequenti realiter recipit consensum cum potestate añti. ad non receptionem illius. Per quæ constat ad paritatem de causa necessario operante; cum hæc etsi immanenter operetur, ita est determinata ad agendum, & recipiendum proprium actum, ut non retineat potestatem antecedentem ad oppositum.

42 Ad 1. confirm. Respond. Omnes probationes ibi adductas esse inefficaces, nisi probetur prædeterminationem titulo *motionis intrinsecæ* ita determinare voluntatem ad actum, ut non permittat in ipsa potestatem anteced. ad oppositum; si enim hęc remanet, manet vera indifferentia potestatis, & dominij supra illum. Nec probatio de connexione prædeterminationis cum consensu, & repugnantiæ cum dissensu urget ; nam licet inferat essentialiter consensum, & essentialiter repugnet cum dissensu, non tamen cum potestate ad dissensum ponendum; non in sensu composito prædeterminationis ad consensum, sed in sensu diviso illius. De quo alibi satis abunde à Thom. Ad 1. confirm.

Ad 2. Resp. Prædeterminationem etsi intrinsecam non concurrere effectivè ut causa *quæ*, sive ut forma, quæ sit principium operationis, sed tanquam determinatio, & applicatio intrinseca causæ ad agendum ; unde non influit per aliquam actionem à se elicitam, sed intransitivè per semetipsam; quemadmodum assensus præmissarum, & intentio finis complendo, & determinando intrinsecè intellectum, & voluntatem, sine actione intermedia influunt effectivè in assensum conclusionis, & electionem mediorum.

43 Replicabis duplici ex cap. Sed dices cum duplici ponderatione satis efficaci. Prima. Deum determinare voluntatem ad volendum est formalissimè eam mutare, & transferre de uno affecto in alium; sed Deus physicè producendo actum voluntatis circa bonum, eam immutat, & transfert de uno affectu in alium; vel saltim de non volẽte in volentem: ergò sic agendo Deus verè determinat voluntatem. 2. Deus ut discernens consentientem à non consentienti est Deus ut prædeterminans voluntatem creatam iuxta Thomistas : sed talis discretio subsistit, si Deus immediatè producat in nostra

voluntate consensum : ergò. Prob. min. Ille discernit voluntatem creatam consentientem à nō consentienti, qui pro suo libito, unde discernatur, impertitur; sed consensus est discretio formalis consentientis à non consentienti : ergò Deus pro suo libito producente in voluntate consensum vere activè discernit consentientem à non consentiente. Vel aliter. Pone duos homines æquales in potestate ad consensum, & quod Deus pro suo libito donet uni per actionem suam consensum, & non alteri : in hoc casu quis negabit Deum erga illum se habere ut verum discretorem? ergò discretio activa ex parte Dei consistit in actione immediatè productiva consensus. Hic discursus fundatur in duobus dictis à M. P. primum : *Ille discernit, qui unde discernantur impertit.* 2. *Quare discernit, nisi, quia unt donat, quod non donat alteri.*

44 Iuxta dicta Dub. 9. §. 4. ubi probavimus in opinione contraria salvari Deum producere actum voluntatis, secundum quod est passio in voluntate recepta, & prout terminatur ad bonum; secus tamen ipsam producere sub munere actionis, sive prout dicit egressum à voluntate; cum ad hoc sit necesse, & producere actum, & simul per prius facere, quod voluntas illum activè producat. Si, inquam, hæc memoriæ recolantur, facilis est solutio in forma, disting. mai. *Deum determinare &c. est immutare voluntatem, & tranferre de uno affectu in alium præcisè*, neg. mai. *est voluntatem immutare, & simul facere, quod voluntas activè immutet suos affectus, & activè se transferat de uno affectu in alium*, conced. mai. Et cum eadem min. distinct. neg. conseq. Deus enim producendo actum voluntatis, esto eam immutet ad receptionem talis actus; non tamen eam immutat, ut voluntas suos actus eliciat; & hæc secunda immutatio est propria Dei ut primi motoris voluntatis creatæ. Illust. Castell de lib. arb. disp. 2. quæst. 1. sect. 8. & 10. probat præter discretionem extrinsecam, & discretionem formalem intrinsecam consentientis à non consentienti, dari aliam discretionem intrinsecam provenientem à gratia Dei, per quam doctrinam occurritur sufficientissimè primæ ponderationi. Vel aliter Respond. dicendo Deum taliter esse discretorem consentientis à non consentiente, ut talem discretionem exequatur per eius gratiam, * hæc autem, ut supra probavimus, nequit in aliquo prędicato divino consistere, sed in aliquo dono, quod taliter sit gratuitus effectus divinæ voluntatis, ut discretionem formalem consistentem in consensu præcedat per modum causæ.

Ad 1. ponderat.

Ad 2. Respond. 1.

Resp. 2.

* Sic M. P. de Prędest. SS. cap. 9.

3. Respond. Deum ita discernere consentientem à non consentienti, ut simul faciat lib. arb. active concurrere ad ipsam discretionem formalem, quæ habetur per ipsum consensum. Ratio est 1. Nam Deus discernit voluntatem consentientem iuxta modum proprium illius; proindequè faciendo, ut ipsa voluntas suo modo activè influat in talem discretionem. 2. Nam aliter discernit Deus voluntatem consentientis à non consentiente, ac discernit; dum uni confert gratiam sufficientem ad credendum, & illam alteri negat; cum ad hanc discretionem homo purè passivè se habeat; ad illam vero etiam activè, quatenùs exercetur liberè per consensum. Ex quibus in forma disting. mai. *Ille discernit, qui unde discernatur impertit*, donando præcisè discretionem formalem, neg. mai. Faciendo simul, quod voluntas activè influat in talem discretionem, conced. mai. & cum eadem distinctione applicata actioni Dei, ut producenti in nobis consensum, neg. conseq. Secundum est concedendum iuxta M. P. lib. 83. qq. quæst. 68. *Etsi quisquam sibi tribuit, quod venit vocatus; non tamen sibi tribuere potest, quod vocatus est.* Ad aliam formam arguendi, neg. añs. Intellectum de discretione, per quam Deus faciat, ut ipsa voluntas activè etiam suo modo se discernat. Unde in dicto casu illi duo homines erunt in æquales in recipiendo à Deo consensum; non tamen in efficiendo activè consensum : cum actio externa Dei, si nihil ex se extrinsecum derivet in voluntatem, nequeat facere, ut ipsa faciat. Dices. Iuxta Apost. eatenus

45 Tertio.

Solutio in forma.

Ad aliam formam.

Dices.

Deus

Deus discernit, quatenus nihil boni habet homo, quod non accipiat à Deo: *Quid enim habes, quod non accepisti?* Sed si Deus ultrà libertatem causat, & determinat actum voluntatis, nihil habet homo, quod à Deo non accipiat ut causa prima effectiva simul, & determinativa: ergò. Respond. Ultra illa duo dari in voluntate esse principium exercite influens in proprium actum; sive, quod iste exeat à voluntate; & hoc nequit subsistere, si nihil prævium intrinsecè derivatur ex actione Dei, per quod moveat, & determinet voluntatem, ut agat. Quare Arausican. cap. 20. sic explicat Dei causalitatem in nostram voluntatem: *Multa fiunt bona in homine, quæ non facit homo. Nulla verò facit homo bona; quæ non præstet Deus, ut faciat homo.*

* Sic Apost. 1. ad Cor. 4.

Solvitur.

§. VI.

Argum. ex Dei gubernatione solvitur; ubi aliqua scitu digna.

46 ARguit ex D. Thom. 1. p. quæst. 103. art. 5. ad 2. in quo asserit res creatas diversi mode gubernari à Deo secundum earum diversitatem.* Quæ enim, inquit, sunt per se agentia, & habentia dominium sui actus, gubernantur à Deo, non solum in eis interius operante, sed etiam per præcepta, prohibitiones, præmia, & pœnas: hoc autem modo non gubernantur à Deo creaturæ irrationales, quæ tantum aguntur, & non agunt se movendo in finem. * Ratio huius doctrinæ traditur ab eodem Sanct. Doct. his verbis: *Gubernatio est quædam mutatio gubernatorum à gubernante. Omnis autem motus est actus mobilis à movente. Omnis autem actus proportionatur ei, cuius est actus: & sic opportet, quod diversa mobilia diversi mode moveantur etiam secundum actionem unius motoris.* Nunc sic. Gratia efficax movens voluntatem creatam ad actus liberos est gubernatio Dei passivè sumpta. Sed hæc iuxta Doctrin. S.D. est motus, quia est actus mobilis: ergò gratia efficax, qua Deus gubernat voluntarem creatam est motus, qui est actus illius ut mobilis. Sed actus voluntatis ut passivè mobilis, est actus ab illa procedens, & in ipsa receptus: ergò gratia efficax, qua Deus gubernat voluntatem creatam quoad actus liberos, activè sumpta est Dei operatio, passivè vero accepta est ipse actus voluntatis, prout à Deo activè movente.

Sic ex Ill. Palanco.

Format. ratio.

Argum. procedit de prædeterminatione passivè sumpta; quæ iuxta arguentem est tantum secundum quid talis; & gratia efficax impropriè. Pro vera intelligentia doctrinæ S. Doct. notandum est gubernationem Dei propriè acceptam, & prout aliquo modo distinguitur ab illius providentia quod actum primarium illius; significare actionem divinam, secundum quam Deus ea, quæ per suam providentiam sunt quasi intentivè ordinata in finem, perducit ad illius consecutionem per media ei proportionata. Sit S. Doct. ubi supra art. 1. dicens * ad divinam bonitatem pertinet, ut sicut producit res in esse, ita etiam eas ad finem perducat, quod est gubernare. * Hinc inferes gubernationem Dei propriè acceptam supponere virtualiter actum divinæ providentiæ consistentis, iuxta definitionem Boetij, in actu imperij ordinantis res creatas in proprios fines. In actu enim imperij communiter distingunt Thomistæ munus ordinantis media ad finem præ intentum, & munus exequentis media præ electa, & ordinata. Primum est, & dicitur propriissimè providentia; secundum autem dicitur gubernatio. Hac ratione S. Doct. 1. p. quæst. 22. art. 3. ait: *Ad providentiam duo pertinent, scilicet, ratio ordinis rerum provisarum in finem, & executio huius ordinis, quæ gubernatio dicitur.* Addit autem S. D. 1. p. quæst. 23. art. 1. * executionem divinæ providentiæ, quæ dicitur gubernatio activè sumptam esse in gubernante; passivè vero acceptam esse in gubernatis. * Ex his satis clare constat primo dari aliqualem distinctionem inter providentiam Dei quoad actum primarium illius, & inter gubernationem. Siquidem se habent ut actus interior, & exterior eiusdem providentiæ. Ob quam distinctionem asserit S. Doct. tum 1. p. quæst.

47

Nota pro solutione

Dist inter Prov d & Gubernat

quæst.22. art.3. & 3. contra Gent. cap.96. & sequentibus*Deum omnibus immediatè providere quantum ad præordinationem, sive ad præmeditationem ordinis rerum in finem; quantum vero attinet adexecutionem huius ordinis, in qua consistit gubernatio, illum uti causis secūdis.*Cōstat 2. gubernationem Dei duplicem acceptionem admittere, scilicet, activè, & passive, primo modo, est in ipso Deo, proindequè est operatio cum illo identificata. 2. autem modo, est in rebus gubernatis, & à Deo realiter distincta.

Duplex acceptio gubernat.

48

Loquendo igitur de gubernatione voluntatis creatæ in ordine ad actus liberos,& salutares,passivè considerata (nam de illa activè sumpta supponimus cum omnibus Thomistis esse actionem identificatam cum Deo) restat litigium decidendum inter Arguentem,& sensum communem Thomist. An,scilicet, illa consistat in ipsis actibus voluntatis ut procedentibus à Deo interius eos operante in voluntate. An vero in aliqua motione intrinseca, & prævia ad ipsos actus? Hoc secundum propugnatur à nobis, & probatur ex D. Th. qui postquam 1.p. quæst.23. art.1.dixit gubernationem Dei passivè sumptam esse ingubernatis,scilicet,in prædestinato,subdit;* est autem executio prædestinationis vocatio, & magnificatio secundum illud Apost. ad Roman. 8. *Quos prædestinavit hos, & vocavit, & quos vocavit hos, & magnificavit.* Sed vocatio, præsertim in prædestinatis, est gratia efficax, & positio aliorum mediorum conducentium ad consecutionem gloriæ cum effectu: ergò gubernatio prædestinatorum passivè sumpta dicit formaliter vocationem, & gratiam efficacem ad velle, & perseverare. Ex his, quæ sunt certa in vi consequentiæ doctrinæ,sic infero:ergò nisi probetur vocationem, sive gratiam efficacem consistere formaliter in ipsis actibus voluntatis prout à Deo movente, non probatur gubernationem passivè sumptam circa prædestinatos, consistere in eisdem actibus. Atqui de hoc est præsens litigium: ergò authoritas S. Doct. desumpta est gubernatione passivè sumpta nihil continet in favorem arguentis, nisi aliunde ei aliquid superaddatur.

Quid sit gubernat. passivè accepta?

Illa est executio prædest. ita S. D. ibi.

Illius cōstitutio nō favet Arguenti.

Verumtamen verba adducta sunt, meo videri, expressa in favorem nostrum. Siquidem Dei vocatio efficax, sive gratia, est iuxta doctrinam Trident. sess.6. cap. 5. & alibi, *gratia præveniens per Iesum-Christum, quæ includit gratiam adiuvantem coniunctam gratiæ excitanti taliter, ut homo assentiendo, & cooperando prædictæ gratiæ disponatur ad iustificationem*; actus autem volūtatis creatę liber,& salutaris etiam prout est à Deo movente, non est propriè gratia vocationis per Iesum Christum;nec gratia præveniens actus voluntatis; nec gratia, cui propriè homo cooperetur liberè assentiendo: cum solum detur distinctio secundum modum intelligendi: igitur talis vocatio &c. de qua asserit S. Doct. esse gubernationem Dei *passivè* sumptam, & de qua asserit in solutione ad quartum esse effectum prędestinationis per modum causę se habentis, est formaliter aliquod donum intrinsecum voluntati eam præ movens ad salutariter velle. 2.Nam S.D. in solutione ad primum loquens de prædestinatione, & de executione illius; quæ est gubernatio *passivè* sumpta, ait: *Prædestinationem non ponere aliquid in prædestinato; executionem vero illius ponere in eo aliquem effectum*, sed quem effectum? Vocationem, gratiam, & alia dona,de quibus loquitur in solutione ad quartū. * Quod si huiusmodi effectum scire velis; secundum quod est effectus divinæ providentiæ, prout ad omnia creata sic extendit; audi D.Thom. 1. p. q.106. art.1.& 2. Et etiam 3. contra Gent. c.93. asserentem illum esse *fatum*; *quod est immobilis dispositio, sive ordinatio causarum secundarum ad effectus divinitus provisos:cuius primum principium est Dei voluntas, atque potestas, & per quod divina providentia cuncta gubernat.* Pro quo videatur Mag. Lemos, lib.3. part. 1. tract. 4. cap.16. Et Illust. Castell de libero arbitrio,quæst.4. sect.3.num.1800.probantes fatum in tali acceptione esse motionem prævium creaturis impressam

49

Probatur directè ass sumpt. 1.

Secundo;

* Sic P.Aug de præd. cap.10.

sam, secundum quam Deus movet, & applicat causas secundas immobiliter ad operandum. Sic enim colligitur ex S. D. 1.p. quæst.106. art.1. *Ratio gubernationis ut in mente Dei, est providentia, sed in causis secundis est fatum.*

50 Sed dices 1. Prædicta motio, ut à nobis adstruitur, nequit dici gubernatio Dei *passivè* accepta, sed potius *activè*; cum sit aliquid prævium per modum causæ movens voluntatem ad operandum: ergò gubernatio Dei in hoc sensu &c. 2. Gubernatio Dei *passivè* accepta est effectus divinæ gubernationis, prout hæc est in Deo gubernante: ergò si talis gubernatio consistit in aliqua motione prævia ad actus voluntatis, & cuiusvis causæ creatæ, prædicti actus non erunt propriè effectus divinæ gubernationis; quod est absurdum.

Instabis 1

Secundo.

Respond. ad 1. Ad 1. Respond. Quod esto talis motio prævia se habeat activè ad actum, ad quem movet; se habet passivè, est que effectus actionis Dei, per quam ipse omnia activè gubernat: unde talis motio merito gubernatio *passivè* vocatur relativè ad diversa. Hoc admittere tenentur Theologi tuentes auxilia fluida, virtutes infusas, aliaque dona gratuita intrinseca homini esse effectum prædestinationis; proindequè gubernationem illius passivè acceptam in eis consistere, vt loquitur D. Thom. supra relatus: cum tamen sit certum illa activè se habere relatè ad actus, quibus prædestinati gloriam merentur, & eam assequuntur. Ad 2. Resp. Gubernationem *passivè* sumptam esse effectum immediatum gubernationis *activè* acceptæ; sive, prout est in mente Dei, & sortitur rationem providentiæ: huiusmodi autem effectus sunt in creatura rationali, auxilia, & motiones, quibus Deus illam movet, & applicat ad operandum, sub qua motione continentur, tam motio physica, per quam Deus operatur interius in voluntate, eam movendo, quam motio moralis per propositionem præmiorum, & pœnarum comminationem; ut in loco nobis obiecto affirmat S. Doct. Actus vero liberi eliciti à voluntate, esto prout sic sint effectus gubernationis; non dicuntur gubernatio *passivè* sumpta, de qua S. Doct. nisi prout considerantur relatè ad alios actus, ad quos conducunt, & ordinantur.

Ad 2.

51 Sed quia instantia confundit gubernationem Dei *passivè* sumptam cum illa *terminativè*, sive *in facto esse* accepta: Notare oportet admirabilem Doctrinam D. Thom. quæst. 3. de potentia, art.3. & 1. p. quæst. 45. art.3. & 1.2. quæst.113. art. 1. in actione divina (quæ activè sumpta est ipse Deus) transeunte virtualiter ad extra; quandoque importari per illam motum, sive mutationem de uno termino ad alium; quandoque vero non. Hoc secundum patet in creatione, quæ cum sit productio totius entis ex nihilo, nec movet, nec infert verum motum; nisi secundum nostrum modum concipiendi. Primum contingit, quando subiectum exit de potentia in actum, & tanquam verum mobile reducitur in Deum ut 1. moventem illud. Cum enim motus ad terminum ut receptus immobili, sit passio; si prædictus motus sit à Deo activè movente; prædictus motus vocatur eadem voce, qua significatur *actio* Dei, sed penes diversum sensum, scilicet, *activè*, & *passivè* acceptus: sub utraque tamen consideratione realiter distinguit. à termino, quē præcedit. Ob hanc rationem asserit creationem *passivè* sumptam consistere in ipsa creatura, & in relatione ex parte illius ad Deum productis per eandem actionem; non vero in aliquo motu inter Dei actionem, & rem creatam adæquatè sumptam.

Discrimē notand.

Quid sit crertio activè, & passivè?

52 Sic enim habet: *Dicendum est, quod creatio, si summatur activè, sic designat Dei actionem, quæ est eius essentia, cum relatione ad creaturam, quæ est talis secundum rationem tantum. Si autem passivè accipiatur: cum creatio, sicut iam supra dictum est, propriè loquendo, non sit mutatio; non potest dici, quod sit aliquid in genere passionis, sed est in genere relationis.* Et infra: *Creatio non potest accipi, ut moveri, quod est ante terminum motus sed accipitur ut in facto esse. Unde in ipsa creatione non importatur aliquis accessus ad esse, sed solum modo inceptio essendi, & relatio ad creaturam.* Videatur ibi in solutione ad se-

Quæst. de pot.

secundum. Hinc utendo illius doctrina triplex acceptio adaptari potest iustificationi impij, scilicet, *activè, passivè, & terminativè*. Primo modo significat actionem divinam, qua infundit gratiam, & remittit peccatum. Secundo modo significat motum ad iustitiam mediantem inter gratiam, & peccatum. Unde definitur à S. Doct. supra art. 1. quæst. 113. *Transmutatio de statu iniustitiæ ad statum iustitiæ*. Et à Trid. sess. 6. c. 4. *Translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius iræ, ad statum gratiæ, & adoptionis Filiorum Dei*. Si vero accipiatur tertio modo significat terminum ad quem, scilicet, effectum formalem gratiæ, quæ dicitur iustificatio in facto esse. Sic eadem quæst. art. 5. & in 4. dist. 17. q. 1. art. 1. quæst. 3. De quo Mag. Bolivar, Dub. 1. de iustificat. à num. 19. Quod clarissimè explicatur à simili in actione transeunti; si illa (ut plures volunt) sit in agente: caletactio enim activè, est actio productiva caloris; passivè sumpta est motus in ligno ad calorē; terminativè vero est calor productus utpotè terminus *ad quem* tum actionis, tum motus, sive passionis.

Exempl. ad triplicem accept. gubern.

53 Ex his constat similis acceptio gubernationis Dei respectivè ad voluntatem v.g. ut facilius à nobis percipiatur. Dum igitur D. Thom. ait* gubernatio Dei est quædam mutatio gubernatorum à gubernāte* loquitur de gubernatione, ut habente rationem motus, sive de illa, ut habente modum passionis, non vero de illa terminativè, sive in facto esse accepta, suo qua ratione dicit actus liberè procedentes à voluntate. Prob. 1. Quia prædicti actus non se habent per modum mutationis, de cuius ratione est esse aliquid medium inter duos terminos, ut docet S. Doct. 3. de potent. ubi supra, sed potius sunt terminus ad quem. 2. Quia loquitur D. Thom. de mutatione, qua Deus interius operatur in voluntate eam movendo, ut operetur: hæc autem motio præcedit ordine causalitatis actum, ad quem movet. 3. Quia per talem gubernationem sumptam per modum mutationis asserit Deum movere etiam voluntatem creatam, *quatenus ab ipso homines inducuntur ad bonum, & retrahuntur à malo, per præcepta, prohibitiones, præmia, & pœnas*. Si ergo hæc mutatio, sive motio moralis gubernativa, consistit in aliquo prævio ad actus voluntatis, realiterque descendens à Deo; cur non idem dicendum de gubernatione sumpta pro mutatione physica, qua interius operatur in voluntate eam movendo ad operandum?

Resp. ad argum.

Gubern. ut motus est quid prævium.

Nec obstat, quod loquitur de gubernatione, quæ est actus mobilis a movente, qui dicitur motus. Siquidem esse actum mobilis à movente convenit propriè motioni prævia intrinsecè inhærenti voluntati, cum eam intrinsecè actuet, determinetque voluntatem ad agendum, quod se habet tanquam terminus *ad quem* prædicti motus, sive præmotionis. Quapropter in actionibus transeuntibus in exteriorem materiam non solum terminus à motu distinctus, & per illum productus, sed ipse motus definitur, quod sit actus mobilis. *Immo si talis motio ponitur à Thom. ut auferat à voluntate potentialitatem alicuius incompletionis, & indifferentiam suspensionis; quomodo non erit actus illius? Ex his concesso primo sylogismo, dist. min. subsumptam: Actus voluntatis, ut passivè mobilis adhoc, ut eliciat propriam operationem; est actus ab illa procedens, neg. min. Actus voluntatis, ut passivè mobilis præcisè recipiendo illum, conc. min. & conseq. vel alijs terminus: *Actus voluntatis* dupliciter dicitur; vel quia inhæret ei per modum actualitatis se habens tamen, ut fieri, & via ad illius operationem; vel quia est ab ea egrediens: motio prædetermin. est actus primo modo; operatio vero est actus eiusdem secundo modo. Primus actus est vialis, & incompletus; secundus formalis, & habens esse completum.

54 Ad illius probat.

* De hoc duplici actu S. D. in 3. Phil. lect. 2.

Aliud arg. scilicèt. Voluntatem creatam per suum imperium efficax vere applicare potentias executivas ad operandum; quin tamen ex tali imperio derivetur aliquid prævium intrinsecum ipsis potentijs; proindeque non requiri aliquid simile prævium derivatum ex actione Dei, ut verificetur ipsum determinare, & appli-

55 Ad aliud arg. Resp.

plicare causam 2. ad operandū. Facilè solvitur, dicendo 1. Añs. esse falsum, ut videre est in M. Prad. in Metaph. 2. p. controv. 1. n. 55. dicente, *esse doctrinam receptam in Schola D. Thom. potentias non moveri à voluntate, nisi per impressionem realem ab ipsa derivatam, ut deducitur ex Ang. M. 1. 2. q. 56. a. 2. & 1. p. q. 82. a. 4. & alibi.* Ibidemque refert Eminent. Cayetanum, & alios, quos citat Mag. à S. Thoma quæst. 12. de Anima art. 6. & Mag. Baptista tom. 2. disp. 114. conclus. 2. & 3. Eandem doctrinam tuetur Mag. Lemos lib. 3. p. 1. tract. 1. cap. 26. n. 246. dicens *illam esse expressam in D. Thom. in 3. dist. 23. q. 3. art. 1.* Sed admisso cum prædict. Mag. antecedenti ut vero; Resp. cum ipso num. 245. hoc contingere propter limitationem, & imperfectionem voluntatis creatę purè agentis extrinsecè, nō vero intimè in omnibus alijs potentijs. Deus autem cum sit virtutis plenissimæ, & efficacissimæ potestatis, per quam intimè operatur in omni operante, necesse habet movere omnem causam creatam per aliquid intrinsecum, auferens ab ipsis potentialitatem intrinsecam, qua gaudent ad operandum. Hoc discrimen explicari potest in amore: licet enim stet voluntatem creatam diligere aliquem amore efficaci, quin ex tali amore derivetur bonitas intrinseca in rem amatam, ob illius imperfectionem; nequit tamen Deus sic diligere, nisi infundat, & communicet bonitatem intrinsecam rei amatæ; & hoc quidem ob summam eius efficaciam, & perfectionem. * Tandem concludimus omnia dicta, & præsens dubium sub hac compendiosa conclusione: *AA. negantes motionem prævíam intrinsecam ad velle, & ad omnes operationes causarum secundarum: Solumque statuentes Deum per actionem secum identificatam producere effectivè immediatè actus recensitos, militant pro puritate, actualitate, & perfectione Dei in esse agentis; non tamen pro Dei prædeterminatione, & influxu prævio in omnem causam creatam.*

Resp. 2.

Tunc pro motione recurritur ad union. in eadem essentia.

* Sic S. D. 1. p. q 20. a. 2.

§. VII.

Corollaria ex dictis.

INferes 1. AA. negantes prædeterminationem intrinsecam prævíam ad actum voluntatis, & operationem causæ creatæ, non admittere reipsa concursum prævium ad influxum activum causæ in suam operationem: estò sit prævius ad operationem ipsam. Inferes 2. Eos non ponere veram gratiam auxiliantem efficaciter; nec veram gratiam adiuvantem. Primum constat. Nam actio Dei non est gratia auxilians propriè: hæc enim iuxta D. Thom. 1. 2. q. 110. a. 1. *est gratuitus effectus divinæ voluntatis.* Secundum etiam constat: Nam gratia adiuvans est illa, per quam Deus efficit, ut velimus; hoc est, *ut producamus volitionem*; vel ut asserit M. P. *Per quam filij Dei aguntur, ut agant*; sed actio Dei ut immediatè productiva actus voluntatis, nihil horum præstat, ut ex dictis in progressu dubij constat; ergò. Ex quo colliges in dicta opinione attribui Deo munus causæ 1. & Auth. omnium bonorum; attamen diminutè, & quoad aliquid tantum; nimirum, quia eius causalitas ad omnia se extendit per actionem purissimam illa producendo. Sed quia ut vidimus ex S. D. à num. 4. proprium munus illius *est facere, movere, & applicare*, ut causæ secundæ eliciant proprias operationes; ita ut istę non solum existant pro posteriori naturæ ad actionem Dei, ut ipsa causantem; sed etiam pro posteriori ad causas secundas; & hoc ex influxu Dei: cum hoc non verificetur in tali opinione, non salvat in Deo munus proprium adęquatum causæ primæ. 56 Primum. Secundū.

Hinc inferes 3. prędd. AA. reipsa, etsi nō voce, negare actionē increatā Dei esse prædeterminationem extrinsecā, & primordialem. Ratio est: Nam actio Dei dicitur talis, non solum quatenus ex se derivat motionem prævíam intrinsecam, verumetiam quatenus per illam primordialiter Deus facit, ut voluntas faciat, hoc est, ut producat ipsū velle; quod non præstat actio Dei, ut productiva actus voluntatis. In nostra autem sent. rectè, & apprimè id salva- 57 Tertium.

tur: Nam talis actio immediatè produ cit motionem prævium in voluntate; quapropter meritò ipsa actio dicitur causaliter prę determinatio volũtatis.

Quartum Inferes 4. Quod iuxta Adv. doct. licet Deus decernat efficaciter concurrere ad actum voluntatis; tale decretũ non est prædeterminans, quia non antecedit influxum voluntatis in pro prium actum; quamvis ipsum actum antecedat. Unde esto tale decretum habeat hanc tendentiam: *Volo efficaciter ut existat volitio libera*: non tamẽ hanc: *Volo, ut voluntas liberè eliciat suum actum*, ideòque esto sit prævium ad actum, est concomitans ad influxũ activum, quem voluntas creata in ipsum exercet. Hinc meritò M. Lemos lib. 3. p. 1. tract. 1. c. 25. n. 299. laudat

P. Suarez pro nobis P. Suarez ingenuè fatentem *ex prædeterminatione interna Dei erga actus nostros liberos inferri prædeterminationem externam.* Adde tale decretum esse complicatorium; cum titulo efficaciæ divinæ debeat facere, quod voluntas liberè faciat; quod sine prædeterminatione intrinseca exequi nõ potest. Ita etiam Lemos lib. 4. p. 2. tract. 4. à num. 167.

58 Quintum Inferes 5. Physicam prædeterminationem non esse qualitatem, nec quoad modum, nec quoad substantiam, sed motionem quoad utrumque, scilicet, illius fluxum, & incompletionẽ. Ita Ill. Alv. disp. 19. de Auxil. concl. 3. M. Lemos loco ubi sup. n. 4. & lib. 4. p. 2. tract. 4. c. 12. & 13. & alij, quos refert M. Prado in Metaph. Ratio est 1. Nam gratia adiuvans iuxta D. Th. 1. 2. q. 110. a. 1. *non est qualitas, sed motus animæ.* 2. Nam si esset qualitas in aliqua specie prędicamenti qualitatis deberet collocari; hæc autem nequit esse potentia, aut impotentia; nec habitus, aut dispositio; cum omnia hæc se teneant ex parte potestatis, & actus 1. ad operandum teste D. Th. 1. 2. q. 49. a. 3. ad 1. & a. 1. in corp. dicentis: *Habitum, & dispositionem esse qualitates, quia convenienter determinant naturam ad actionem, & passionem.* Idem docet de qualitate passibili v. g. calore, & frigiditate. Cumque prædeterminatio non sic se habeat ad actum prædeterminatum, nequit collocari in 1. aut 2. specie qualitatis.

59 Quod non sit in 4. specie constat; cum non sit de linea quantitativa ut *quo*, aut ut *quod*. Denique, quod non sit in 3. specie prob. Nam *passio*, & *passibilis qualitas* sunt terminus motus alterationis, in quo si adsit permanentia, dicitur qualitas passibilis; passio vero, si sit de se transiens, ut pallor ex metu. Qua ratione calor, qui prout est terminus ad calefactionem, est in specie potentiæ; prout vero est terminus alterationis; est passibilis qualitas. Cum igitur gratia prædeterminans non sit huiusmodi, nequit in 3. specie collocari. Unde reducitur ad speciem motus. Qua ratione D. Th. 1. 2. q. 111. a. 2. eam appellat *gratuitam Dei motionem.* Et q. 2. de Verit. a. 10. *Impressionem divinæ virtutis.* Advertendum 1. Aliquos ex AA. Thom. relatos à Palanco parum favere illius opinioni. 1. Quia non satis expressè loquuntur; nec adeò constanter, ut physicam præmotionem in aliquo prævio intrinseco non constituãt. Sic M. Zumel in opusc. fol. 204. & 250. & Ledesm. citat. ab eod. Palanc. 2. Quia præfati AA. ponunt concursum prævium in actione creaturæ, prout à Deo; quem concursum prævium A. nobis advers. appellat motionem præmoventem, & prædeterminantẽ passivè tantum, & secundum quid; cum tamen quæstio procedat de præmotione activè sumpta, & quæ simpliciter est talis.

Advert. 1

Advert. 2. Doctrin. hucusque traditam de gratia esse antiquã, & à M. Sent. in 2. dist. 27. §. *Si igitur*, ubi agens de gratia operante, ut benè velimus, & de gratia cooperante, per quam fit, ut bonum, quod volumus exequamur, ait: *Sicut pluvia rigatur terra, ut germinet, & fructum faciat; nec pluvia est terra, germen, aut fructus, nec germen fructus, nec fructus germen; ita gratis terræ mentis nostræ, id est, arbitrio voluntatis, infunditur pluvia divinæ benedictionis, id est, inspiratur gratia; quod solus Deus facit: quia rigatur voluntas hominis, ut germinet, & fructificet; id est sanatur, & præparatur, ut bonũ velit: secundum quod dicitur operans; & iuvatur, ut bonum faciat, & sic dicitur cooperans; & non incongruè nominatur virtus; quia voluntatem infirmam sanat, & adiuvat.* Quo nihil fluculentius,

Secundo.

Per germen accipe velle per fructum facere.

tius, ut sit aliquid extra Deum; cum sit pluvia infusa libero arbitrio; & distincta ab actibus voluntatis; cum eos habeat pro germine, & fructu sui. Quam doctrinam elevare quis poterit ex M. P. in expos. Psalm. 67. ad illa verba: *Pluviam voluntariam &c.* de qua asserit esse Dei gratiam, quæ datur gratis, & de qua ait Apost. *Gratia Dei sum id, quod sum.* Subditque hanc esse pluviam, quam Cœli, id est Apost. *destillaverunt à facie Dei.* Est igitur gratia adiuvans nobis infusa, gratis data, & facie Dei descendens. *Et hæc de hoc dub. applic. litter. Mag. in 2. dist. 26. & seq. de gratia; & omnibus distinct. in quibus tractat de providentia, voluntate, & causalitate Dei circa res creatas, similiterque ubi agit de prædestinatione, quod dubium sic excitari potest: An gratia efficax, per quam Deus facit prædestinatos infallibiliter consequi per merita vitam æternam, consistat in actione increata Dei; vel in aliquo prævio creato antecedenti ad actus salutares elicitos à voluntate creata?* Loca ubi applic. dub.

DUBIUM XI.

APPENDIX AD PRÆCED.

AN SINE MOTIONE PRÆVIA intrinseca verificetur in sano sensu Deum producere actus nostros, prius quam nos illos faciamus?

§. I.

NOTANTUR ALIQUA, ET SENSUS DUBII APERITUR.

N. 1

Primo.

UNum ex motivis, quibus innituntur Thomistæ, ut probent concursum Dei prævium in omnem actionem causæ creatæ, desumitur ex aliquibus testim. simul ratione efficaci firmatis, in quibus affirmatur Deum operari actus nostræ voluntatis, & cuiusvis causæ creatæ, prius quam à voluntate effectivè procedant. Quapropter, ut natura concursus prævij melius percipiatur, & simul illius constitutionem per aliquã motionem intrinsecam, præviamque ordine naturæ ad operationem creatam, magis stabiliamus; ideò dubium propositum hunc scopum respicit; in quo præcipuè examinandum proponitur; An scil. huiusmodi prioritas in causando, quam Deus exercet in omnem actum creaturæ, subsistere valeat, si eius concursus prævius, aut auxilium prædeterminans, in actione increata Dei unicè consistat? Quod si partem negativam probaverimus, magis stabilietur communis doctrina Thom. tuentium *gratiam ab intrinseco efficacem, physicam prædeterminationem &c.* in motione prævia creata consistere. Dub. domesticum

Sed nè talis prioritas in causando, quam Deo attribuimus, voluntaria videatur; oportet illam probare testim. SS. PP. & ratione. M. P. tract. 72. in Ioan. supr. illa verba: *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet;* postquã per talia opera dixit intelligi etiã actum fidei, quo credimus in Christo, iuxta illud Ioan. 6. *Hoc est* 2

Secundos & probprioritas ab AA.

opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille; subdit: *Hoc operatur Christus in nobis, non utique sine nobis. Audi ergò iam, & intellige: qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet: prius ego facio, deinde, & ipse facit, quia facio, ut faciat.* Quo nihil clarius pro assumpti probatione. Id ipsum deducitur ex eod. M. P. super illa verba Psalm. 62. *Adhæsit anima mea post te*, ubi advertit Prophetam meritò dixisse: *Animam suam conglutinari Deo per charitatem, sed non cum Deo, sed post Deum: ut ille præcedat, tu sequaris.* In quibus præcedentiam Dei in operando actum charitatis, per quem ipsi unimur, manifestè tradit. Et lib. 3. Hypognostic. cap. 10. *In omni itaque opere sancto prior est voluntas Dei, posterior liberi arbitrij, id est, operatur Deus, cooperatur homo. Ubi prioritatem voluntatis divinæ in omni opere sancto*, explicat per prioritatem operationis ex parte Dei, & posterioritatem operationis ex parte liberi arbitrij.

3 Confirm. Favet etiam S. Prosper. in Epist. ad D. August. de Reliq. Pelag. ubi inter alia exposcit à Magn. P. ut dignetur sibi aperire: *Quomodo per istam præoperantem & cooperantem gratiam, liberum non impediatur arbitrium.* Nam quid aliud est gratia præoperans, nisi gratia prius operans? Favet etiam Concil. Senonense in præfat. dicens: *In bonis operibus efficiendis liber. arbit. operatur, & gratia. Primo tamen, & principalius, gratia.* Ubi non solum prioritatem dignitatis attribuit Deo agenti nostra opera, sed etiam prioritatem causalitatis in illis verb. *Primo tamen operatur gratia Dei.* Ex Ang. Mag. adsunt etiam expressa testimonia. Nam lib. de causis lect. 1. hæc habet: *Causa prima agit in causatum causæ secundæ, antequam agat in ipsum causa secunda.* Quæ verba nulla indigent ponderatione. Et quæst. 3. de Potent. art. 7. ad 4. *Dicendum, quod tam Deus, quam natura, immediatè operantur, licet ordinentur secundum prius, & posterius, ut dictum est in corp. art.* Cumque hic apponat prioritatem activæ motionis, & applicationis ad agendum, in quo exprimitur ratio causæ: clarè sentit &c.

Prob. ratione 1. Probatur 1. Deus ita facit omnia opera nostra; ut faciat nos illa facere. Sed hoc ipso Deus ordine naturæ prius facit, quam nos faciamus; cum nos facere sit effectus Dei facientis: ergò Deus facit per gratiam suam actus liberos nostræ voluntatis, prius quam nos illos faciamus. Mai. est Mag. Par. lib. de grat. & lib. arb. cap. 16. Et de Prædestin. SS. cap. 10. Et alibi; pro cuius probatione plura adduximus supra dub. 2. Ubi etiam impugnavimus solutionem AA. exponentium prædicta testimonia de prioritate in agendo tantum moraliter per gratiam excitantem, aut de prioritate dignitatis, & subsistendi conseq. 2. prob. ex SS. Mag. Lemos lib. 3. tract. 1. cap. 9. & 23. sub hac forma. Secundò. De ratione 1. entis est esse 1. in entitate: ergò de ratione 1. causæ est, quod sit 1. in causalitate. Sed aliquam causam esse 1. in ratione causalitatis est esse prius natura causantem; cum causa partineat ad post prædicamentum prius: ergò cum Deus in ratione, & formalitate causæ sit 1. causa, & 1. agēs ad extra oportet, quod prius natura agat, quam causa 2. Unde meritò S. Doct. lib. de causis, ubi supra dixit: *Deum, ut 1. causam prius, immediatius, intimius, atque perfectius, attingere effectū causæ 2. quam ipsa causa 2. Prius quidem; quia prius natura agit in illum; immediatius; quia 2. agit in virtute causæ 1. intimius, atque perfectius; quia agit in illam sub ratione universali entis. Cum enim hi termini diversas rationes ex parte Dei designent, oportet, ut per ly prius prioritatem causalitatis significent. Quapropter causa creata, quia causa 2. est, & 2. movens; non solum agit, & movet dependenter ab alio, sed etiam 2. agit, & movet; similiterque Deus opposita ratione 1. agit, & 1. movet.* Munera causæ 1. His enim locutionibus utitur Sanct. Doct. lib. de causis. Et in 3. d. 23. q. 3. a. 1. Et 1. p. q. 3. a. 8. Vid. M. Zumel tom. in 1. 2. q. 111. a. 3. dub. append.

4 Ex his prob concurs prævium. Ex his testim. intellectis de prioritate causalitatis in ordine physico probant efficacissimè Thom. concursum Dei prævium in actus liberos, & salutares sequenti discursu. Deum physicè operari actus voluntatis prius natura, quā voluntas creata eos pro-

du-

ducat, est Deum exercere concursum prævium physicum in tales actus; ex vi enim concursus simultanei Deus, & voluntas creata; in eodem signo naturæ concurrunt. Sed ex testim. & ratione supra adductis, constat Deum physicè, & effectivè operari actus liberos, & salutares prius natura, quam voluntas creata eos eliciat: ergò Deus prævio concursu physico influit in tales actus. Per oppositum autem alij AA. cum P. Suarez lib. 3. de Aux. c. 24. exponentes prædicta testim. de concursu prævio morali; & relatè ad actus causæ naturalis de prioritate dignitatis, & independentiæ, impugnat prædictum concursum prævium sequenti ponderatione. Implicat, quod actio unica indivisibilis, & tota simul simultate naturæ, procedat effectivè à Deo, prius quam à voluntate creata effectivè procedat; si enim pro aliquo priori naturæ talis actio esset à Deo producta; nihil producendum restaret voluntati: insuperque prædicata essentialia illius non essent in eodem signo naturæ. Sed talis est omnis actus voluntatis; cum unica simplici essentia gaudeat; nullaque detur prioritas realis inter illius prædicata: ergò implicat Deum prævio effectivo concursu producere actus voluntatis.

Ratio impugnans dictam prioritatem.

5 En prudens, & studiosè Lector, rationem dubitandi satis gravem, & meritò exposcentem, in quo sensu debent intelligi prædicta testimonia; taliter tamen, ut concursum prævium Thomisticum minimè excludāt, quin potius illum positivè suadeant. Quapropter, si AA. negantes prædeterminationem intrinsecam: in nullo vero sensu possint prædicta testim. exponere; benè vero AA. talem prædeterminationem statuentes; fit consequēs concursum prævium ab eis propugnatum esse repugnantem; & malè deduci ex eisdem testim. Deum prædeterminare, prævièque concurrere ad actus liberos nostrę voluntatis. Ut ex hoc motivo appareat falsitas opinionis statuentis gratiam prædeterminantem consistere unicè in actione increata Dei producentis actus voluntatis. His prænotatis, ut maiori claritate procedamus, sit

Sermo est de præd. stricta.

§. II.

STATUITUR PRIMA CONCLUSIO.

Actio Dei nequit pro aliquo signo naturæ producere executivè actum voluntatis in seipso, antequam voluntas creata illum producat.

6 IN hac concluſ. ni fallor, debent convenire omnes Thom. si ut par est, audire volunt SS. MM. gratiæ prædeterminantis præclarissimos defensores, & illustratores. In primis M. Lemos tract. 1. p. 1. c. 4. n 37. ait: *Causa 1. dicitur agere in causatum causæ 2. an tequam agat in ipsum causa 2. quia videlicet prius natura attingit causam 2. movens illam, ut agat. Itaque prius natura attingit causatum causæ 2. non in se ipso, sed in sua causa.* Hac ratione num. anti. refert, & approbat dictum Emin. Cayet. 1. p. p. 19. a. 8. aientis: *Esse puerile asserere, quod sit aliqua duratio naturæ, in cuius 1. instanti respiciat effectū causa 1. & in 2. illam respiciat causa 2.* In hoc eodē sensu exponit Capreol. in 1. d. 38. q. 1. ad 1. & 2. dicentē: *Causam 1. non prius natura attingere effectum causæ 2. quam illum causa 2. attingat.* Quid enim (ait Lemos c. 15. n. 151.) *in hoc præviæ Dei motioni contrarium? Nihil penitus. Imò ut Deus, & causa 2. simul natura effectum producant; requiritur, quod prius natura illam moveat, & cum ipsa simul effectum illius efficiat.* Ex quibus manifesta est mens M. Lemos pro concluſ. Favet etiam expresè Ill. Alvarez disp. 98. de Aux. à n. 6. ubi duplici concluſ. explicat test. PP. asserētium *Deum prius facere opera nostra, quā nos illa faciamus.* 1. est huiusmodi: *Cum Deus non operetur velle nisi per voluntatem nostram, quam movet; impossibile est, quòd in aliquo 1. tēporis, vel naturæ, Deus efficiat velle liberum, quin illud efficiat nostrū arbitrium.* 2. est: *Cōsensus noster prius inchoatur physicè à solo Deo, quatenus efficaci motione facit nos velle.* Quo quid clarius. Idem docet M. Zumel in opusc. fol. 115. *

Prob. 1. authorit. DD.

M. Lemos

Cayet.

Capreol.

Alvarez.

Zumel.

* 1. 2. tom. 2. q. 111. art. 3. dub. appendix.

Ratione prob. concluſ. Si actus voluntatis produceretur in seipso à Deo, prius quam à voluntate creata pro aliquo priori naturæ, intelligere-

7 Prima ratio.

tur talis actus existens in se ipso pro aliquo priori naturæ independenter ab influxu voluntatis; sed hoc repugnat: ergò Deus non producit executivè actum voluntatis in se ipso, prius quam voluntas illam producat. Mai. constat, quia producere aliquid executivè, & in se ipso, est dare illi esse existentiæ; & hoc præsertim verificatur de Deo habenti pro termino formali suæ causalitatis rationem entis. Min. vero prob. 1. Repugnat actum essentialiter, & adæquatè vitalem, existere in se ipso in aliquo signo naturæ, pro quo non egreditur à principio vitali; cũ essentia vitalitatis per modum actus in tali egressu consistat; sed talis est actus voluntatis: ergò. 2. Si actus voluntatis existeret in se ipso ex vi actionis divinæ in aliquo signo naturæ prius quam voluntas illum activè produceret, tota essentia actus existeret in tali signo; siquidem concursus Dei non est partialis, sed totalis totalitate etiam causæ iuxta Thom. Sed hoc asserere est repugnans: ergò. Min prob. Si tota essentia actus voluntatis intelligitur existens in seipsa pro signo naturæ añti. ad influxum voluntatis; hæc nullatenus activè produceret talem actum; cum illum non extraheret de non esse ad esse, in qua extractione rerum productio consistit: ergò, aut voluntas creata purè passivè se haberet accipiendo illum actum à Deo pro priori productum, aut ad summum illum reproduceret: quorum utrumque absurdum est.

Prob. min 1.

Secundo.

8 Huic rationi Resp. Ill. Palanco tom. de Prov. q. 9. n. 126. quod licet actus voluntatis intelligatur productus à Deo in signo priori naturæ, & antequam voluntas illum producat; non propterea intelligitur existens in se ipso independẽter ab influxu voluntatis. Ratio est: quia in illo signo naturæ solum intelligitur productus à Deo causaliter, & extrinsecè, non tamen formaliter, passivè, & intrinsecè; proindèque non intelligitur existens in seipso; cum existentia formalis rei consistat, vel consequatur ad passivam productionem sui.

Respond.

9 Sed hæc solut. deficit 1. Si actio Dei producit effectivè actum voluntatis in aliquo signo priori, antequam voluntas ipsum activè producat, talis actus existeret independenter à voluntate: ergò solutio est nulla. Prob. añs. Si actio Dei produceret actum voluntatis in signo priori, & antequã voluntas illum produceret, id, quod immediatissimè subsequitur, ut terminus formalis talis actionis, existeret, antequam voluntas suam activitatem exerceret; cum inter actionem productivam, & terminum passivè productum, non mediet aliud signum tertium. Sed id, quod immediatissimè subsequitur tanquam terminus ad actionem Dei productivam, est existentia formalis, sive passiva productio rei: ergò actus voluntatis non solum esset productus in aliquo priori naturæ extrinsecè, & causaliter, sed etiam intrinsecè, & formaliter. Explicat. hoc. Actionem Dei in aliquo priori naturæ producere actum voluntatis est actu dare illi existentiam, non quidem ut illam habeat pro illo priori; cum hoc sit repugnans, sed ut illam habeat immediatissimè pro signo posteriori. Sed hanc existentiam, quam haberet in hoc signo, nõ haberet dependenter à voluntate: ergò existeret independẽter ab illa. Prob. min. Actus voluntatis non haberet existentiam in illo signo depẽdenter à voluntate, ut in tali signo illum activè producenti; cum tale signum sit signum, in quo actus se habet, ut effectus actionis divinæ; signa autem causæ, & effectus sunt inter se adæquatè distincta: aliàs non haberet illam existentiam dependenter à voluntate; ut producenti ipsum in signo priori; cum in illo solum intelligatur actio Dei productiva talis actus: ergò.

Contr. est 1.

Explicat

Deficit 2. ex non penetratione rationis probativæ. Non enim intendimus probare, quod si actio Dei productiva volitionis præcedit in signo naturæ ad voluntatem, ut activè producentem illam: volitio existat in illo signo naturæ; hoc enim ex terminis repugnat; cum terminus productus, & actio, sint in diverso signo *à quo*, sive, *naturæ*, ut videre est in calore existente pro posteriori signo naturæ ad actionem productivam sui. Unde pro tali signo verum est actum

10

Secundo.

tum voluntatis ſolum intelligi, ut *extrinſecè à Deo productum*; cum talis modus productionis ſit denominatio extrinſeca ab actione Dei, ut forma proveniens. Cœterum contendimus probare ex tali prioritate convenienti actioni Dei ſequi actum voluntatis exiſtere formaliter in ſigno ſubſequenti ad illam; & rurſus hoc ſignum antecedere voluntatem, ut activè producentē talem actum. Quod ſic probatur roborando dicta. Voluntas creata ut producens actum volitionis, eſt voluntas, ut prior ordine naturæ ipſa volitione; cum ſit cauſa propria illius: ergò dum non intelligitur voluntas creata, ut exercens talem prioritatem, non intelligitur, ut proprium actum activè producens. Sed hanc prioritatem non exercet in eodem ſigno naturæ, in quo actio Dei illum producit; ut fatetur ſolutio: Deindè non in ſigno, quod ſubſequitur ad talem actionem: quia illud ſignum eſt ſignum dependentiæ paſsivæ volitionis à Deo pro priori producenti: ergò ſignum paſsivę productionis, & exiſtentiæ volitionis, præcederet voluntatem, ut activè eam producentem.

Inſtauratio.

II

2. Prob. concluſio. Nequit actio Dei effectivè producere actum voluntatis in ſe ipſo acceptum, pro priori naturæ ad voluntatem ipſum producentem, ſi Deus, & voluntas creata ſimul natura producunt actum voluntatis. Sed ita contingit: ergò. Prob. min. Deus, & voluntas creata, ſimul natura efficiunt actum voluntatis, ſi terminus formalis actionis Dei, & terminus formalis voluntatis, ut ipſum actum producētis, neceſſario intelliguntur in eodē ſigno naturæ ex parte actus paſsivè producti; ſed ita contingit in actu voluntatis à Deo, & voluntate creata producto: ergò. Maior videtur certa: nam eundem ordinem ſervant inter ſe cauſæ in producendo, ac ſervant inter ſe rationes formales, per quas effectus terminat earum influxum. Min. vero prob. Terminus formalis actionis Dei, ut efficientis actum voluntatis, eſt ratio entitatis realis tranſcendentis omnia prædicata illius; terminus vero formalis voluntatis, ut ipſum principiantis, eſt ratio tendentiæ vitalis affectivę in bonum. Sed huiuſmodi rationes conveniunt realiter, & exiſtunt in actu pro eodem ſigno naturæ; cum ſint realiter identificatæ, & unicam eſſentiam indiviſſam conſtituant: ergò.

2. Ratio.

Explicatur hoc. Eſto *in actu* voluntatis ſit prior per rationem, & ſubſiſtendi conſeq. ratio entis, quam ratio vitalitatis affectivę; falſum tamen eſt, quod in aliquo ſigno reali naturæ exiſtat ratio entis, & non exiſtat ratio vitalitatis affectivę: ergò in exiſtendo tales rationes ſunt ſimul natura: ergò in eſſe terminantis actionem effectivam Dei, & voluntatis influxum, ſunt ſimul natura: cum uterque influxus terminetur ad exiſtentiam rerum: ergò Deus ut efficiens, & voluntas, ut principians actum voluntatis, ſunt ſimul natura: ergò falſum eſt &c.

Explicatio.

Confirm. hæc ratio: Actus voluntatis, ut paſsivè productus ab illa, eſt actus voluntatis, ut exiſtens formaliter & in ſe ipſo exiſtentia cauſata à voluntate; ſimiliterque idem actus, ut paſsivè productus à Deo, eſt actus, ut exiſtens in ſe ipſo exiſtentia cauſata à Deo; ſed repugnat dari ſignum aliquod naturæ, in quo actus ſit paſsivè productus à Deo, & nō paſsivè productus à voluntate: aliàs à ſolo Deo pro aliquo ſigno totus actus produceretur: ergò repugnat dari ſignum aliquod naturæ, pro quo habeat exiſtentiam à Deo illam cauſante, & non à voluntate eandem cauſanti indiviſibiliter: ergò Deus ut efficiens actum, & voluntas ut ipſum activè principians, concurrunt in eodem ſigno ſimultate naturæ ut activè communicantes ei ſuam exiſtentiam: ergò non prius ordine naturæ actio Dei activè producit, & illum pro ſigno poſteriori producit voluntas. Urgeo: Si actio Dei in aliquo ſigno naturæ cauſaret actum, & ipſum cauſaret voluntas in alio ſigno, ad exiſtentiam formalem actus tria ſigna concurrerent; ſcilicèt, ſignum *cauſalitatis Dei*; *ſignum principiantis* ex parte voluntatis, ut cauſæ 2. & tandem *ſignum* exiſtentiæ in actu, quod eſt *poſterius* ad utrumque; cum ab utroque dependeat. Tum ſic: ad *ſignum voluntatis*, ut principiantis actum, ſequitur immediatiſsimè exiſtentia actus voluntatis: ergò ad ſignum

12

Confirm.

Urgetur.

actionis Dei, ut exequentis actum sequitur immediatissimè existentia actus. Nec enim talis actio est minoris efficaciæ ut actus existat: ergò si intet signum actionis Dei, & signum existentiæ effectus, mediaret signum voluntatis, ut principians illum; hoc signum esset signum existentiæ actus; proindequè voluntas, ut principians actus, & actus, ut existens iure passivè producens essent in eodem signo, quod est absurdum: ergò dicendum Deum, & voluntatem creatam in eodem signo simultate naturæ effectivè producere talem actum.

13 Sed dices. 1. Voluntatem creatam emittere ex se, sive principiare suum actum habet à Deo: ergò in signo aliquo priori Deus causat actum, in quo voluntas illum non causat. Resp. dist. añs. Habet à Deo, ut movente voluntatem ad emissionem, & productionem actus, conced. añs. Habet à Deo, ut producente talem actum, neg. añs. & conseq. Nos enim tria signa ponimus; *primum* in quo Deus movet, & applicat voluntatem, ut eliciat actum; *secundum* in quo voluntas elicit actum, *tertium* vero, in quo actus passivè egreditur à voluntate, & in se ipso existit. Attamen illud primum signum non est Dei exequentis actum, nec activè illum tangentis, ut volunt Adversarij; cum sit influxus in causam, non in causatum; quapropter signum ex parte Dei, ut causæ universalissimæ omnia immediatè producentis reservatur ad signum, in quo voluntas causat actum simul cum Deo ut ex sequenti, sed pro signo priori ipsam determinanti. Nec ex prioritate signi in determinando infertur existentia actus, antequam egrediatur à voluntate. Ratio est manifesta; nam existentia rerum immediatè subsequitur ad causam exequentem, non vero ad causam, ut determinantem, & applicantem causam executivam; ut videre est in decreto virtualiter applicanti omnipotentiam ad agendum, ad quod non sequitur immediatè passiva rerum productio, sed mediatè. Idem in volitione determinanti potentiam visivam ad videndum. Dices 2. Efficacia gratiæ consistit in efficientia: ergò si in signo antecedenti ad cooperationem voluntatis, gratia est efficax, in illo signo efficit. Ad hoc Resp. ex Alvarez, disp. 90. quod in gratia duplex est efficacia; prima per quam physicè determinando voluntatem facit, ut faciat; 2. per quam simul cum voluntate efficit consensum. Prima est in signo primo; secunda in secundo, unde alijs terminis: alia est efficacia *physicæ determinationis*, alia *physicæ effectionis actus*; prima convenit ante influxum voluntatis; secunda vero, quando influit voluntas.

1. Instant. occurrit. Respond.

Occurrit 2.

§. III.

Quædam propositiones Illust. Palanco, ut falsæ reijciuntur.

14 AUthor relatus quæst. 9. à num. 130. ut salvet actum voluntatis in nullo signo naturæ existere sine illius influxu; esto actio Dei illum effectivè producat pro aliquo priori antecedenti influxum voluntatis, asserit: *Influxum voluntatis in proprium actum esse intransitivè ipsum actum per se ipsum à voluntate fluentem*; unde quemadmodum ex terminis repugnat actum existere sine se ipso, aut pro priori ad se ipsum; ita repugnat existere sine tali influxu. Igitur ex precedentia ordine naturæ actionis Dei erga actum voluntatis, & eius influxum, minimè sequitur existere talem actum independenter ab influxu voluntatis etiam pro aliquo signo naturę; sicuti minimè sequitur existere pro priori ad se ipsum.

Prima propos. qua occurri ration. adductis.

15 Hæc tamen doctrina, & est insufficiens pro solutione argum. & est manifestè falsa. Ante 1. assumpt. probationem fatemur actum voluntatis se ipso, & absque alia actione intermedia egredi, & produci à voluntate. Per quod in modo præcedenti differt à termino realiter producto per ipsum. v.g. Impulsu; (idemque de omni actione creata habente terminum realiter per ipsam productum) siquidem terminus productus non immediatè ratione sui à voluntate egreditur, sed media actione intermedia, per quam voluntas actu

Impugnatur 1. ut insuffic.

ei

ei communicat propriam existentiam. Sed ex hoc minimè infertur voluntatem constitui, aut denominari producentem, sive principiantem talem actum, ratione ipsius ab illa procedentis. Ratio mihi est evidens. Primo à simili: Nam etiam intellectus v. g. se ipso radicatur in anima, sicuti, & omnes proprietates dependent ab essentia, tanquam à vera radice; & tamen nemo dicet animam constitui in esse radicantis intellectum per ipsum intellectum in ea radicatum. Secundo à ratione. Nam voluntas, ut ex se emittens, & principians suum actum est prior ordine naturæ actu ab ipsa egredienti; cum sit vera causa illius, & actus ab ipsa vere, & propriè dependeat: ergò voluntas in esse activè emmittentis, & causantis proprium actum, nequit constitui per ipsum actum, ut ab ipsa passivè dependentem. Consequentia patet: Nam constituens, & constitutum in eodem signo debent intelligi. 3. Voluntatem exercite principiare, & causare suum actum est eam activè communicare illi suam existentiam; sed voluntas non communicat activè existentiam actui ratione ipsius actus, ut passivè ab ipsa procedentis: ergò per aliquod adæquatè distinctum ab actu existenti pro signo sequenti, intelligitur voluntas actu, & exercite producens ipsum.

secundo.

Tertio.

16 Ex his probatur insufficientia doctrinæ traditæ pro argumenti solutione. Actio Dei iuxta prædictum Mag. non solum præcedit actum voluntatis ipsum effectivè producendo, sed etiam præcedit ipsam voluntatem, ut activè producentem illum: ergò talis actio in illo signo intelligitur, ut activè dans existentiam actui, & in quo signo non intelligitur voluntas creata, ut activè producens existentiam eiusdem actus. Sed ad signum causæ executivæ communicantis activè existentiam effectui immediatè subsequitur existentia illius, ut passivè producta: ergò in signo subsequenti ad actionem Dei, ut productivam actus voluntatis, & antecedenti ordine naturæ ad signum voluntatis, ut activè illum producentis, existeret talis actus passivè, & in se ipso. Urgetur. Actus voluntatis, ut in se ipso existens, & ab ipsa passivè productus, supponit pro signo priori ordine naturæ voluntatem, ut principium executivè, & elicitivè illum producentem. Nunc rogo: In hoc eodem signo intelligitur actio Dei, ut communicans executivè existentiam eidem actui; vel in alio signo priori? Si primum: ergò Deus, & voluntas simul natura in eodem signo producunt executivè actum volitionis. Quod est nostrum assumptum. Si 2. ergò actio Dei productiva non respicit pro termino immediato existentiam actus in se ipso, & ut passivè producto à voluntate, sed ipsam voluntatem, ut activè principiantem, & ut ordine naturæ præcedentem suum actum. Sed voluntas, ut hoc modo principians proprium actum, & ipse actus, ut passivè productus à voluntate constituunt signa prioritatis, & posterioritatis adæquatè distincta: ergò præcedentia actionis Dei in producendo non attingit executivè prius natura actum in se ipso, sed in sua causa, movendo illam ad productionem talis actus, ut loquuntur Sapientissimi Thomist. supra citati.

Urgetur.

Confirm.

17 Hinc evanescit sequens probatio, qua utitur prædictus Mag. ut suadeat Deum facere, ut voluntas faciat proprium actum, esse idem, ac ipsum effectivè producere. Sic enim arguit num. 149. Actus voluntatis (idem de actione cuiusvis creatæ) per se, & formaliter dependet ab illa, ut à principio activo: ergò idem prorsus est actionem Dei producere actum voluntatis, ac facere, quod actus voluntatis pendeat à voluntate, ut à principio activo. Sed facere, quod actus voluntatis pendeat à voluntate, ut à principio activo, est facere, quod voluntas agat, sive influat in talem actum: ergò idem prorsus est actionem Dei &c. ergò si in signo prædeterminat. iuxta nos facit, ut voluntas faciat, facit ipsum actum in se ipso, & passivè sumptum; proindequè inter hæc duo nullum apparet discrimen. Evanescit, inquam, primo propter manifestam instantiam ac-

Motivum Adversar.

Solvitur.

actionis procedentis à duplici principio activo partiali simultaneè concurrenti. Ex quibus neutrum est alteri causa, ut faciat; & tamen talis actio per se dicit dependentiam ab altero, ut à principio activo. Hoc constat in actione spirativa, per quam Filius spirat Spiritum Sanctum; siquidem talis spiratio per se essentialiter procedit à Patre, ut à principio spirante; & tamen Filius, qui est principium eiusdem spirationis, non dat Patri activè spirare Spiritum Sanctum. Deinde Respond. negando conseq. Loquendo in terminis identitatis, & illam admittendo in Deo ob connexionem inter utrumque. Ratio est: Nam voluntas, ut eliciens suum actum, est aliquid adæquatè distinctum ab actu per ipsam producto: quapropter 1. intelligitur in signo realis prioritatis; secundum vero in signo realis posterioritatis: ideòque respectivè ad Deum, qui non solum influit in operationem omnis causæ creatæ faciēdo illā, sed etiam in ipsam causam faciendo, ut illa faciat; debet in ipso talis ordo constitui, ita ut prius moveat causam secundam determinando, & applicando illam ad agendum, & postmodum pro signo sequenti, simul cum ipsa executivè efficiat actionem illius.

Resp. 2.

18 Impugnatur ut falsa.

Secundum assumptum, scilicèt, esse falsum actum voluntatis esse intransitivè influxum voluntatis in sui existentiam; probatur: si nomine influxus intelligatur aliquid activum per modum productionis, aut efficientiæ, vi cuius voluntas eliciat, sive principiet talem actum. Ratio est: Nam activa productio in creatis differt realiter à termino producto; cum iste realiter ab illa dependeat. Quin obstet talem productionem, sive efficientiam actus, non esse aliquam actionem intermediam: Nam animam rationalem actu radicare, & dare actu esse intellectui per modum radicis, non est aliqua actio ex parte animę: idē de frigiditate denuo phys. dimanante à forma aquæ: Et tamen falso affirmatur de intellectu esse *actualem activam radicationem sui ipsius.* Deinde: Nam voluntatem activè suo modo influere in proprium actum se tenet ex parte voluntatis, & ad lineam activam spectat; actus vero, ut egrediens, etsi activè se habeat ad terminum productum per ipsum, non tamen ad se ipsum. Quapropter, etsi prædictus actus sit id, quo voluntas activè influit, producit, & efficit terminum ab ipso productum, non tamen est id, quo voluntas activè influit, producitque illum.

Sed dices: Volūtas nostra iuxta dicta agit suum actum per aliquid adæquatè distinctum ab illo, & ordine naturæ præcedens: ergò ante proprium actum est agens illum. Sed voluntas constituitur agens per actum: ergò ex nostra doctrina infertur dari in voluntate actum, sive actionem aliquam, pro priori ad suum actum. Resp. Vim huius instantiæ purè inniti penuriæ vocum, ob quam non possumus explicare activitatem, quam voluntas exercet, dum producit proprium actum extrahendo illum de non esse ad esse, nisi per terminos significantes ex communi usu actionem, & operationem; cum tamen revera activitas prædicta, & efficientia actualis ex parte voluntatis, non sit actio, vel operatio, sed solum ex modo significandi. Unde dum dicitur *voluntas est agens, & operans suum actum* huiusmodi concreta non denominantur, tanquam à forma ab aliquo, quod sit *propriè actio, aut operatio*, sed ab aliquo, quod his terminis significatur, scilicèt, *voluntas exercite dat esse suo actui; voluntas ex se ab intrinseco derivat, & principiat suum actum*; istæ autem formalites intelliguntur in voluntate pro priori ad actum. Sed siquis ex his velit inferre voluntatem creatam non se habere propriè activè ad suos actus; aut eos propriè non agere. Male inferet; cum propriè eis det esse essentiæ, & existentiæ, illos eliciendo. Et licet non sit propriè agens actus suos; prout agens est concretum actionis, qualitèr à Phylosophis accipitur; est tamen propriè agens prout sumitur pro eodem, ac *activè dare esse alteri.*

19 Occurit, motivo præd. M.

Progreditur loco citato num. 136. advertendo Deum per actionem suam præviam, & prædeterminan-

20 2. Propositio.

tem

tem, non producere actionem creaturæ in abstracto, quasi illa terminetur ad actionem creaturæ secundum se, & seorsim à voluntate creata; sed illam producere in concreto, ita ut terminus totalis, & immediatus actionis divinæ sit: *voluntatem agere, seu voluntatem se determinare.* Ex qua Doctrina potest responderi rationi nostræ probativæ dicendo: quod si actio Dei produceret executivè actum voluntatis in abstracto priusquam ordine naturæ voluntas ipsum produceret, sequeretur illum existere independetur ab influxu voluntatis; & insuper; quod voluntas passivè purè se haberet; secus autem, si illum producit executivè in concreto, ut dictum manet.

21 Impugn. 1. Sed in primis in hoc dicto desidero consequentiam doctrinę ab ipso tradita num. 149. ubi probat idem prorsus esse* Deum efficere actum voluntatis, ac facere, ut voluntas illum faciat; eo quod talis actus per se, & formaliter est dependentia sui à voluntate, ut principio activo; * de qua probatione mentionē fecimus à num. 17. Etenim talis dependentia est propriissima volitionis *secundum se, & abstractivè* signficatæ; unde si eam velis quidditativè definire, definies *per egressum à principio vitali affectivo cum cognitione finis*; qua ratione D. Thom. 1. 2. quæst. 1. art. 2. calefactionem, ut actionem, definit per hoc *quod sit actus* à calore procedens; ut passionem vero, *per motum ad calorem.* Hæc mihi certissima sunt, tum ex definitione *actionis*, ut sic, scilicèt, *motus prout ab agente*; tum ex ratione vitalitatis, & voluntarietatis, quæ essentialiter constitutivè pertinent ad actum voluntatis: ergò ex quo Deus prævè produceret actum voluntatis in abstracto acceptum, & secundum se, si teneatur conseq. Doctr. necessario infertur illum debere etiam producere, ut dependentem à voluntate, ut à principio activo; proindequè illum producere dependenter ab influxu voluntatis.

22 Explicat. Doctr. data. Dixi *actum voluntatis abstractivè significatum*, ut significatur hac voce *volitio*, idemquè de calefactione. Siquidem, quod propriè producitur à voluntate creata, & ab igne calefaciente est *volitio*, & *calefactio* ut his terminis significatur: in illa enim invenitur essentia, & existentia, realiter distincta ab essentia, & existentia voluntatis. Quapropter voluntas non respicit pro termino suæ productionis realis totum hoc *voluntas eliciens proprium actum*; aliàs totum hoc esset simul pro signo sequenti: quod repugnat; cum in tali complexo actu contineantur formalitas causæ, & formalitas effectus. Quod si Doctrina tradita à prædicto M. P. intelligitur de volitione, ut *physicè abstracta* per realem separationem à voluntate; ut insinuat addendo illam dictionem *seorsim à voluntate*: Adhuc non solvit rationem probativā conclusionis; nec vitat inconveniens ex illa deductum.

Ratio est: Nam vel solum intendit Deum non producere actum *seorsim* à voluntate, ut prævè illum recipiente; & hoc solum probat voluntatem se habere prævè passivè ad ipsum. Vel intendit Deum non producere talem actum *seorsim* à voluntate, ut producenti illum pro eodem signo naturæ comitante productionem Dei? Et hoc modo recedit à propria opinione. Vel intendit Deum non producere talem actum *seorsim à voluntate*, ut producenti illum pro alio signo posteriori naturæ? & hoc modo ad signum activę productionis executivę alicuius rei non sequetur intransitivè passiva existentia illius; quod mihi est evidenter repugnans; nam quid dat activè extrinsecè actio executiva immediatè, nisi essentiā, & existentiam? ergò essentia cum existētia actus intelligitur immediatissimè post actionem executivam. Ut quid ergò mediabit signum aliud prius ex parte voluntatis, ut pro signo sequenti existat actus? Id quod addit loco citato, scilicèt, *terminum actionis Dei esse totum hoc, scilicèt, voluntatem agere*; est verum. Sed difficultas stat: An per hoc, *quod Deus prævè efficiat actum nihil intrinsecam derivando in voluntatem, ut applicetur ad elicientiam sui actus, salvetur Deum facere, ut voluntas facit*? de quo plura dub. añti. unde si nihil superaddat pro hoc stabiliendo, est petitio principij. 22 Secundo.

§. IV.

§. IV.

SECUNDA CONCLUSIO.

Talis prioritas consistit in motione, per quam Deus physicè determinat causam secundam ad operandum.

23 PRæ oculis habendum noſtrum aſſumptum non tantum procedere de prioritate ad actum voluntatis (idem de qualibet operatione) ſed etiam ad ipſam voluntatem, ut eſt cauſa, & principium illius; taliter, ut non ſolum ſit verum: *Exiſtit actus, quia Deus ſua actione illum produxit*; ſed etiam: *Voluntas influit, & principiat ſuum actum, quia Deus ſua actione ponit motionem intrinſecam illum determinantem ad agendum.* Ita Thom. ſupra relati n. 6. & probatur 1. ex D. Thom. quæſt. 3. de potentia, art. 7. Ubi expreſſè affirmat * Deum eſſe cauſam primam omnis operationis cauſæ ſecundæ, in quantum illam applicat, & movet ad operandum.* Et in lib. de cauſis: *Cauſa prima movet cauſam 2. agentem, & ſic fit, ei cauſa, ut agat.* Idem conſtat ex pluribus teſtim. in quibus explicat dependentiam cauſæ 2. à 1. in operando per dependentiam, quam dicit inſtrumentum à principali agente, ut operetur: Nam quemadmodum inſtrumentum non agit, niſi prius motum à principali agente; ita cauſa ſecunda, niſi prius moveatur à prima, nequit operari. Unde ſicuti ob dependentiam, quam habet inſtrumentum à cauſa principali, operatio illius magis attribuitur principali agenti, quam inſtrumento illam exequenti, ita diſcurrendum de operatione cauſæ creatæ. Et tandem: quemadmodum prioritas, quam exercet cauſa principalis reſpectu actionis inſtrumenti, unicè conſiſtit in hoc, quod eſt illud virtuoſe movere, & applicare ad agēdum, non tamen per hoc, quod actio ab inſtrumento procedens, in aliquo priori naturæ terminet influxum executivum cauſæ principalis; pariter diſcurrendum de prioritate cauſalitatis phyſicæ, quam Deus exercet reſpectu noſtrorum actuum.

Prob. Authorit.

Nec, ut Deus ſit cauſa prima phyſica noſtrorum actuum, aut etiam ſit cauſa faciens voluntatem facere, aliud requiritur prætèr motionem, per quam determinat, & applicat voluntatem ad agendum. Ratio 1. eſt: Nam talis motio, cum non ſit moralis, ſed phyſica, & ab intrinſeco connexa cum operatione, denominat Deum phyſicè cauſantem talem operationem; cumque talis motio exiſtat in ſigno añti. tum ad operationem; tum ad ipſam voluntatem, ut illam producentem: per eandem motionem reſplendet ex parte Dei munus primi motoris; proindequè munus primi agentis. Ratio 2. eſt. Nam cauſa determinans, & applicans efficaciter alteram, ut agat, eſt cauſa faciens, ut illa faciat, ut conſtat, tum in cauſa principali. V. g. in homine movente baculum ad percutiendum: tum etiam in voluntate determinante per ſuum imperium efficax reliquas potentias ad operandum: ergò per hoc, quod actio Dei intelligatur in aliquo ſigno naturæ phyſicè movens, & determinans voluntatem, ut operetur; ſalvatur in Deo munus cauſæ 1. Et 1. motoris, & munus cauſæ facientis, ut voluntas, & omnis alia cauſa 2. operetur.

24 Explicat. & prob. ration. 1. dictum.

Secundo.

Per hanc concluſionem rectè exponuntur teſtim. M. P. lib. de Gratia, & lib. arb. cap. 17. aſſerentis: *Deum operari, ut velimus, incipiendo.* Et Rurſus: *Hoc ipſum operari ſine nobis*; cum tamen in teſtimonio citato ex tract. 72. in Ioann. & alibi, aſſerat: *Velle non fieri ſine nobis volentibus.* Rectè, inquam exponuntur: Nam qui efficaciter determinat voluntatem ad elicientiam conſenſus, verè, & propriè *inchoat illius exiſtentiam*; cum talis exiſtentia initium ſumat ab efficaci determinatione. Unde ex vi huius operatur Deus inchoativè, eſto nō conſummativè, aut executivè, noſtrum conſenſum. Deindè etiam verificatur *Deum primum velle operari in nobis ſine nobis*, quatenùs, ſcilicèt, voluntas noſtra, etſi concurſum activum exerceat circa ipſum velle in ſe ipſo acceptum; non tamen, ut accep-

25 Varia teſtim. explicantur.

ceptum in sui causa, scilicèt, gratuita motione Dei determinante voluntatem, ut velit. Unde claritatis gratia hæc propositio, quæ frequenter invenitur in SS. PP. scilicèt: *Deus incipit opera nostra, priusquam nos illa operemur*; exponenda est de inceptione etiam physica per modum moventis, & determinantis; non tamen de inceptione per modum exequentis, aut perficientis illa.

26 Similitèr eadem ratione, & in eodem sensu, exponenda est sequens propositio: *Gratia ab intrinseco efficax, est gratia præoperans nostros actus.* Si ly *præ* comparetur ad nostram voluntatem, ut eosdem producentem. Exponenda est, inquam, de præoperatione consistenti in determinatione, & applicatione voluntatis ad agendum. Eadem distinctio etiam applicari debet propositioni supra adductæ ex Magn. Par. in qua asserit: *Deum prius facere in nobis actum, quo credimus in Christum, & deinde nos illum facere*; exponendo ly *prius facere* de factione consistenti in physica motione, & determinatione, ut credamus, non vero de factione executiva, & immediatè producēte actum fidei, quo credimus in Christum. Constat hæc expositio ex eodem M.P. qui reddit pro causa prædictæ prioritatis in faciendo, quia, *scilicèt, ipse Deus facit, ut faciamus.* Cum ergò determinare efficaciter voluntatem ad volendum sit propriè facere, ut illa faciat, per præcedentiam huius determinationis ex parte Dei verificatur quam optimè propositio M. P. Eadem distinctione utendum est pro intelligentia aliorū testimonior. in quibus affirmatur: *Nostram voluntatem in suis actibus esse cooperantem gratiæ Dei, illam subsequendo*; *subsequendo*, inquam, gratiam, ut physicè determinantem; ut simul cum voluntate pro signo sequenti efficiat consensum, extrahendo illum de non esse ad esse. Videatur Illust. Alvarez ubi supra.

Prosequitur idem assumpt.

27 Hinc colliges: à Dei gratia prædeterminanti voluntatem ad elicientiam consensus usque ad existentiam huius inclusivè, intervenire tria signa inter se ordinate præcedentia. In primo enim intelligitur gratia, ut movens efficaciter voluntatem, auferensque ab illa potentialitatem impedientem agere. In 2. intelligitur voluntas simul cum prædeterminatione influens, & efficiens prædictum consensum. In 3. tandem intelligitur ipse consensus, ut passivè productus à voluntate simul cum ipsa gratia prędeterminanti. Unde tali gratię non solum concedimus influxū in voluntat. sed in eius actū. Non enim assentimus his, quos supresso nomine impugnat M. Lemos, lib. 3. p. 1. tract. 1. c. 28. & 29. asserentibus influxum motionis prævię, similiterque gratiæ prædeterminantis, finiri, & consumari in signo, pro quo reddit causam determinatam ad agendum; proindeque non transire ad signum, pro quo voluntas influit effectivè in proprium actum. Nam, ut rectè arguit prædictus Mag. cum talis motio participet efficaciā à Divina Omnipotentia, eius naturam, & conditionem sapit; unde sicut illa effectivè immediatè attingit omne ens creatum; sic etiam dicendum de prædicta motione; ut in hoc magis eius efficacia appareat, scilicèt, efficacia *determinationis*, & *effectionis*. Hac ratione ibidem affirmat eandem motionem esse concursum prævium, & simultaneum suo modo: prævium; quatenùs in signo priori determinat ad agendum; simultaneum vero, quatenùs simul cum voluntate creata efficit immediatè operationem illius: & hoc ob duplicem rationem efficaciæ, quam á Dei omnipotentia participat. Videatur ibi; & tom. 4. p. 2. tract. 1. cap. 4 à num. 59. & Mag. Cabrera in 3. p. q. 18. fol. 336. & 361. M. Prado in Metaph. part. 2. controv. 12. art. 7. num. 142. Zumel de Voluntate hominis, f. 183. in Opusc. Quia tamen necesse est Deum ut causam 1. & universalem omnia creata immediatè per se ipsum producere; esto physica præmotio ab illo descendens suo influxu se extendat ad operationem causæ 2. in se ipsa; requiritur, quod operatio divina immediatissimè omnem actum causæ 2. & terminum per illam productum efficiat: Et in illa prout sic efficiente stat propriè concursus simultaneus Dei. Hinc; si Deus tantum præmoveret

Illatio ex dictis.

Influxus prædeterm. se extendit ad actum.

Requirit. etiam Dei actio.

ret causam 2. non efficeret perfectè operationem illius; & ideo non concurreret simultaneè.

28 Ex hac Doctrina satis communi constat ad argumentum supra propositum; illud enim procedit ex non recta intelligentia concursus prævij, prout ponitur à Thom. Non enim intendunt, nec possunt, Deum pro aliquo signo priori naturæ producere executivè, & immediatè actum in se ipso; sed solum asserunt pro priori ad illum, & ad causam ipsum producentem, debere movere, & determinare efficaciter eam ad productionem suæ operationis. Unde ille concursus est per modum motionis applicantis, & reducentis causam de potentia ad actum; quapropter est, & dicitur prævius; non solum respectu operationis creaturæ; sed respectu illius, ut principiantis, & causantis propriam operationem. Nec ex tali prioritate in movendo voluntatem sequitur à causæ illius existere pro aliquo signo independenter ab influxu ipsius voluntatis. Nam existentia consequitur ad causam, ut exequentem; non vero ad causam determinantem; ut videre est in voluntate imperante efficaciter actum visionis; & in Decreto applicante omnipotentiam, & his similibus: quin propter hanc prioritatem in movendo, & determinando, sequatur in aliquo signo existere visionem ante influxum visus; aut productionem rerum existere ante actionem omnipotentiæ: de quo latius supra dubio 2.

Solvitur argum. positum num. 4.

§. V.

Solvitur argumentum contra primam conclusionem.

29 VOluntatē habere in se actum salutarem est illum efficere; sed voluntas habet actum salutarem; quia Deus illum donat ipsi: ergò prius est Deum donare actum voluntati, quam quod voluntas illum producat. Sed Deum donare actum salutarem est producere illum in se ipso consideratum; cum hoc modo sit Dei donum, sicut hoc modo est meritum nostrum: ergò videtur dicendum actum voluntatis prius naturâ produci à Deo, quam à voluntate.

Argues.

Urgetur. Signum, in quo Deus proprie donat voluntati actum salutarem est signum, in quo illum effectivè producit; cum sit donatio per modum Supremi Domini, & Authoris. Sed Deus donat actum salutarem in signo, in quo prædeterminat voluntatem ad illum; non vero in signo, in quo simul natura cum voluntate ipsum producit; cum ex tali donatione probent Thom. concursum prævium: ergò in aliquo signo intelligitur actus salutaris à Deo productus; in quo non intelligitur procedens à voluntate.

Urgebis.

30 Pro solutione notandum aliter loquendum esse de dono à Deo nobis concesso, & unicè ab ipso activè provenienti; uti est gratia habitualis, gratia efficax, virtutes infusæ, aliaque dona; ac de dono, quod est simul activè à nobis proveniens; uti sunt actus salutares, & omnis operatio honesta voluntarie procedens. Hinc provenit, quod esto in ordine ad prima dona voluntas se habeat purè passivè; ad 2. vero activè, & passivè; activè, quia illa operatur; passivè, quatenùs à Deo ea recipit: *Iuxta illud quid habes quod non accepisti? Et illud: tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, reddimus tibi.* 2. Notandum non solum esse donum Dei volitionem salutarem v. g. verum etiam, voluntatem illam facere, & operari, quæ duo differunt inter se, ut toties dubio prætedenti advertimus. Deus enim iuxta D. Thom. in 1. dist. 37. quæst. 1. art. 1. *Non solum est principium immediatum cuiusvis operationis, sed etiam est causa, & principium in alijs causis operans.*

Nota 1. pro solut.

1. ad Corinth. 4.

Secundo.

31 His notatis: si loquamur de donatione, per quam Deus donat nobis *ut faciamus*, dicimus illam fieri pro signo, pro quo donat gratiam efficacem determinantem voluntatem ut faciat; nam qui sic movet, & determinat, facit, ut causa mota, & applicata, faciat. Ex vi, & in vi huius gratiosæ donationis donat etiam nobis Deus ipsum actum, tum moraliter, tum etiam virtualiter, & eminenter. Cum enim talis gratia prædeterminās con-

Respond.

Prima donatio Dei

connectatur neceſſ. cum actu ſalutari, illumque in ſe efficaciter contineat; Deum nobis gratiã efficacẽ infundere eſt ipſum virtualiter, & eminenter actum ſalutarem donare. Nec hoc

Cuidam inſt. occurritur.

ullatenus favet ſententiæ Societatis ponenti Deum donare nobis actum ſalutarem, dum ex ſua gratia confert auxilium prævillum efficax. Non inquam favet: Nam eſto collatio talis auxilij ſit ex Dei libito; connexio tamen, quam habet cum exiſtentia actus ſalutaris, provenit ex determinatione liberi arbitrij; ſive ut Alij dicunt: *Ex Dei determinatione provenit, quod auxilium prævium efficax exiſtat*, non tamen, *quod auxilium prævideatur efficax*. Nec enim aliquis donans unum connexum cum altero propriè donat etiam illud alterum, quando connexio, & efficacia ex ſui determinatione, & libito nõ pẽdet. In noſtra autem ſententia, tum exiſtentia gratiæ, tum illius efficacia provenit ex Deo unicè, & eſt independens à determinatione voluntaris; unde meritoDeus dum gratiam efficaciter determinantem ad actum meritorium confert, donat moraliter, & eminenter ipſum; & ob hoc dicitur donum. *Ita P. Auguſt de Prædeſt. SS. cap.* 11. *Ideo enim hæc* (ſcilicèt, bona opera) *& nobis præcipiuntur, & Dei eſſe dona moſtrantur; ut intelligatur, & quod nos ea facimus; & Deus facit, ut illa faciamus*: Ezech. 36.

32 Ultra hanc donationem activam eſt in Deo donatio, qua immediatè donat nobis ipſum actum; non

Alia donatio ex parte Dei.

enim eſt ſolum Dei donum gratia determinans voluntatem, & faciens eam ſalutariter velle; verum, & ipſum velle prout à voluntate productum, & in ſe ipſo exiſtens. Diximus ſupra num. 26. gratiam efficacem ſimul cum voluntate, & ſimiliter actionem increatam Dei, producere executivè actum volitionis; ex quo clare infertur in tali ſigno Deum talem actum voluntati donare, tum per gratiam efficacem; tum per actionem ſuam omnia intimè, & immediatiſsimè tangentem. Sed hinc in-

Alteri occurritur.

ſurgit difficultas; quomodo, ſcilicèt, Deus exercere poteſt hanc donationem, quæ eſt actus Dominij, per gratiam, & etiam per actionem ſuam, ut ſimultaneè concurrentem? Ad quam Reſpond. Donationem activam actus ſalutaris complecti duo ſigna; ſcilicèt, & gratiæ facientis facere iuxta Magn. Par. ſupra citat. & eiuſdem gratiæ, & actionis actu dantis, & producentis illud. Primum ſe habet ut id, per quod Deus ſubordinat, & dominatur creaturæ; illud, ut id, quo actu communicat ei ſuum actum. Utrumque enim importatur in Deo donanti, *ſcilicèt, efficere, & ſubordinare volunt illam faciẽdo, ut faciat*; ſicut in voluntate, ut accipienti à Deo actum vitalem, duo includuntur; ſcilicèt, illum efficere titulo actus vitalis, & ſubordinatio ad Deum facientem ipſam facere.

Ex hac Doctrina facile eſt explicare, in quo ſenſu ſit vera hæc propoſitio: *Deum donare voluntati actum ſalutarem eſt illum effectivè producere in voluntate*. Si enim ſermo ſit de donatione conſummate, & cõplete talis propoſitio eſt vera. Si autem ſermo ſit de omni donatione etiam inchoata, & eminentiali, non eſt vera; nam Deum dare gratiã efficacem, & facientem ut voluntas velit, eſt etiam in ſenſu explicato dare ei, ut velit. Rurſus illa propoſitio: *Prius eſt Deum donare voluntati velle ſalutare, quam quod voluntas tale velle producat*. Sic debet diſt. Donare voluntati eam determinando ut velit, concedo. Donare voluntati executivè producendo ipſum velle, nego. Hoc modo intelligitur rectè D. Thom. qui 3. contra Gent. cap. 89. ait: *Non ſolum virtutem volendi habemus à Deo, ſed etiam operationem; propter hoc ait Salomon: Cor Regis in manu Domini &c. in quo oſtendit divinam cauſalitatem ſe extendere non ſolum ad potentiã voluntatis, ſed ad actum ipſius*. Ubi, ſi *verba* illius attente inſpiciantur, duo ponit S. Doct. ut à Deo habeamus benè velle; 1. gratiam efficacem moventem voluntatem in illis verb. *Cor Regis in manu Domini; quocumque voluerit inclinabit*, vel ut alij legunt, *flectet illud*. 2. Divinam actionem producentem immediatè actum voluntatis; dum addit *divinam cauſalitatem &c.* Ex quibus conſtat ad urgentiam.

33 Ad urg.

Proverb. 21.

§. VI.

§. VI.

STATUITUR TERTIA CONCLUSIO.

Si prædeterminatio unicè consistit in actione increata Dei, actus voluntatis in aliquo signo naturæ existit realiter, antequam voluntas illum producat.

34 Prob. 1. ex antea dictis.

COnclusio, quæ est decisiva quæsiti, colligitur ex dictis; tum in præsenti, tum Dubio anti. Nam eatenus Deus prædeterminans voluntatem ad velle non efficeret executivè actum voluntatis ante huius influxum; quia talis concursus non est immediatè erga actum, sed circa voluntatem; & insuper; quia munus proprium illius est applicare voluntatem, ut pro signo sequenti actum proprium producat; ideòque; etsi Deus prævie moveat, non prævie efficit executivè. Atqui probavimus locis citatis contra Illust. Palanco actionem Dei, ut productivam actus voluntatis nullatenus esse concursum in voluntatem, ut pro signo sequenti agat; similiterque probavimus; talem actionem non posse movere, & applicare voluntatē ad elicientiam actus: ergo si nulla adest prędeterminatio, activa intrinseca Deus ex vi actionis producens actum voluntatis, illum efficit in se ipso, veramque, & realem existentiā communicat antequam voluntas ad illum activè concurrat. Cumque hoc nequeat dici iuxta stabilita conclusione prima; de primo ad ultimum infertur constitutionem prædeterminationis unicè per actionem Dei increatam productivam actionis creaturæ esse repugnantem.

35 Ratio probans formatur ex Doctr. Adversi.

Ex his ergò claritatis gratia sic probatur conclusio. Actus voluntatis accipiens à Deo veram, & realem existentiam quantum ad omnia sui prædicata in signo naturæ antecedenti voluntatem, ut ipsum producentem, est actus voluntatis existens in aliquo signo naturæ verè, & realiter in se ipso, priusquam egrediatur à voluntate. Sed sic contingeret, si prædeterminatio consistit in actione Dei, ut immediatè effectiva actus voluntatis: ergò. Mai. constat, & min. prob. Actio Dei, ut immediatè effectiva actus voluntatis præcedit in aliquo signo naturæ voluntatem creatam, ut producentem, & communicantem existentiam eidē actui;* aliter enim non esset concursus prævius; sed hoc ipso talis actus intelligitur in aliquo signo naturæ accipiens à Deo realem existentiam, & non egrediens à voluntate: ergò. Probat. min. Actioni Dei, ut effectivè producenti immediatè actum voluntatis, correspondet, ut terminus proprius, & immediatus, existentia realis in tali actu; cum Deus omnia producat sub ratione entis: ergò si signum talis productionis effectivæ antecedit ordine naturæ ad signum, pro quo voluntas communicat existentiam proprio actui, prius ordine naturæ accipit actus realem existentiam in se ipso à Deo, quam illam accipiat à voluntate creata.

* Sic Adv.

36 Urgetur.

Urgetur hæc ratio. In illo signo reali verificatur actum voluntatis accipere à Deo, ut 1. causa realem existentiam, in quo verificatur, quod Dei causalitas est in se perfecta, & completa in ratione efficientis. Sed actio Dei, ut immediatè productiva actus voluntatis, intelligitur completa in ratione efficientis illum in signo antecedenti ad voluntatem, ut communicantem existentiam eidem actui: ergò. Probat. min. 1. Actio Dei, ut productiva actus voluntatis iuxta Adversi. est immediatè effectiva, etiam executivè, actus voluntatis; cum illum respiciat pro termino immediatè producto; sicuti calefactio respicit calorem: ergò nihil mediat, nec desideratur, ut sit completa in ratione causæ efficientis talem actum. 2. Voluntatem creatam dare activè existētiam suo actui, ut principium illius, est effectus proveniens iuxta Adversi. ab ipsa actione Dei, ut prævie causanti actum; ut hoc modo verificetur Deum non solum *facere volitionem, sed etiam, ut voluntas illam faciat.* Sed id, quod se habet ut effectus, & terminus actionis productivę ex parte Dei, supponit pro priori illam perfectam,

&

& completam in ratione efficientis; ergò sic debet intelligi actio Dei, antequam voluntas suo modo actui communicet existentiam. Hæc probatio mihi efficacissima est, cum in actione Dei prædeterminante non distinguant Adversar. duplicem terminationem; unam, scilicet, per quam determinet voluntatem, & faciat illam facere; & aliam, per quam immediatè efficiat actum voluntatis: ita ut servent inter se ordinem prioris, & posterioris. Quapropter si actio Dei, ut productiva immediatè existentiæ actus voluntatis, intelligitur completa, & consummata in ratione causæ, antequam voluntas faciat suum actum, existentia talis actus habetur à Deo, antequam voluntas illum producat.

37 Nec valet dicere non esse inconveniens actum voluntatis esse productum à Deo in aliquo signo ańti. ad signum, *in quo* voluntas illum

Dices. producit; eo quod tale signum non est signum *in quo*, sive durationis, sed signum *à quo*; & rursus tale signum non est *adæquatum*, sed *inadæquatum* in ordine ad actum existentem. Non

Reijcit. 1 inquam valet 1. Nam falsum est posse intelligi actum voluntatis productum passivè, & existentem in signo naturæ, & *à quo*, priusquam voluntas in illum influat; cum talis actus in sui natura, & quidditate dicat egressum à potentia volitiva; tum titulo vitalitatis; tum titulo voluntarietatis. 2. De ratione productionis est

Secundo. extrahere res de non esse ad esse; de non esse etiam pro signo priori ad productionem. Si autem in signo antec. naturæ est productus adæquatè ex parte rationis *quæ*, productio subsequens voluntatis non transfert illum de non esse ad esse, sed ad summum de uno esse ex parte rationis *sub qua* ad aliud sub alia formalitate. Nec illud, quòd additur de signo *naturæ inadæquato* tenet verum. 1. Quia Deus est causa totalis, & adæquata cuiusvis effectus. 2. Quia si in illo signo naturæ intelligitur actus voluntatis adæquatè ex parte rationis *quæ* productus à Deo, signum, in quo illum producet voluntas, erit signum reproductionis; proindeque adæquatè distincto à 1. signo. 3. Quia in tali dicto committitur petitio principij; cum signum voluntatis principiātis suum actum, sit signum effectus actionis Dei, ut producentis actum iuxta doctrin. Adversar. proindeque constituit signum adæquatè distinctum à signo, pro quo Deus illum producit.

Nolem repetitione gravare Lec- 38
torem; sed probabo solis vocibus occurri rationi probativæ. Unde sic eam confirmo. In hoc complexo, Instauratur ratio. quod iuxta Adversar. est terminus proprius, & immediatus actionis divinæ prædeterminantis, scil. *Voluntas causans, & principians suum actum*, includitur formaliter aliquod signum veræ prioritatis respectu actus, vel non? Si 2. voluntas non erit causa proprij actus, nec ille verè dependebit in suo esse à voluntate; quod est absurdum. Unde debet dici 1. Nunc arguo: ergò inter actum, ut passivè egredientem à voluntate, in quo egressu existit realiter in seipso; & inter actionem Dei ut prædeterminantem, mediat signū prioritatis naturæ ex parte voluntatis respectivè ad illum: ergò actio Dei ut prædeterminans respicit pro termino immediatè voluntatem ut exercentem prioritatem causæ ad suum actum: ergò ut prædeterminans non est immediatè effectiva actus. Consequens patet. Tum quia inter actum ut passivè productum, & actionem Dei ut prædeterminantem, mediat aliud adæquatè distinctum, scil. voluntas principians actum. Tum quia actio Dei ut prædeterminans, nequit immediatè efficere duo, quæ nequeunt existere in eodē signo illi correspondenti; sed signum prioritatis in voluntate respectu proprij actus, & signum existētiæ actus dependenter à voluntate, constituunt duo signa valdè distincta & oppositā: ergò actio Dei non est prædeterminans ut prævię productiva actus voluntatis. Ut igitur hæc omnia inter se non cohærentia vitētur; dicendum Deum prædeterminare per motionem intrinsecam voluntati; per quā movet, & applicat ut agat; ita ut non solum *actio*, sed etiam quod *voluntas eliciat illam*, sit effectus à gratia Dei proveniens, qua posita, estò Deus prius inchoativè producat actū

dando ei initium, & determinationem ad illam; non tamen prius facit illam existere existentia sibi intrinseca ante quam voluntas sic mota illum producat Deo simul exequente eandem existentiam.

§. VII.

Argum. cuiusdam R. impugnantis motionem præviam intrinsecam.

39 A Deò repugnans videtur RR. prædeterminatio intrinseca, etsi à tot nobilissimis Thom. tanto tempore fœliciter propugnata, ut omni via illam impugnare conentur. Præcipua argum. dubijs antecedentibus manent soluta. Sed nè aliquid dissimulemus, placuit in præsenti argumentum ex necessitate maioris, & perfectioris gratiæ ad actum perfectiorem, & difficiliorem requisitæ, proponere, & videre: *An hæc maior perfectio gratiæ componatur cum eo, quod in motione intrinseca consistat?* Ut autem clarius procedamus, prius fiet sermo de actu voluntatis libero, & imperanti alios actus; deindè fiet sermo de actibus imperatis: An utrobique attendenda sit maior perfectio; tum ex capite intensionis: tum ex capite efficaciæ; præcipuè ob maiorem difficultatem subiectivam in elicientia actus? Arguitur: Si gratia efficax consisteret in qualitate, vel motione intrinseca, talis gratia non susciperet magis, & minus; sed hoc non est dicendum: ergò gratia efficax non consistit &c. Maior videtur certa; tum quia efficacia prædictæ qualitatis, & motionis, descendit ab efficacia Divinæ Omnipotentiæ, cuius est instrumentum: efficacia autem Divinæ Omnipotentiæ eadem est ad omnia possibilia. Tum quia efficacia prædictæ qualitatis consistit in infallibili connexione eius cum effectu creato à Deo efficaciter volito: hæc connexio infallibilis non suscipit magis, & minus; quia ultra connexionem infallibilem non est possibilis alia maior. Minor vero probatur. Inter actus elicitos à voluntate, & simul imperantes alios actus, datur magna diversitas penès illorum intrinsecam, ut est certum; sed hoc ipsò intensior gratia efficax debet poni ad elicientiam actus boni intensioris, quam actus minus intensi: ergò. Minor probatur 1. Nam gratia maior requiritur ad actum charitatis intensiorem, quam minus intensum; cum homo teneatur maiores gratias agere Deo pro actu intenso, quam remisso. Sed hæc maioritas non subsistit sine maiori intensione in gratia; siquidem ex parte connexionis nulla datur maioritas, ut dictum est: ergò. 2. Nam inter causam, & effectum debet dari maior proportio possibilis. Sed gratia efficax est causa actus intensi: ergò &c. Urgetur hoc. Sit casus, in quo instet præceptum diligendi Deum amore intenso, ut octo. In hoc enim casu homo tenetur orare Deum, ut ipsi conferat maiorem gratiam efficacem, quam si tantum teneretur ad dilectionem Dei remissam, ut testatur communis praxis fidelium, & ipsa specialis gratiarum actio pro beneficio recepto, hoc ipsum manifestè convincit: ergò cum hæc maioritas nequeat in alio, quam in maiori intensione consistere, dicendum &c.

Hoc argumentum supponit quasi certum apud Thomistas, gratiam efficacem ad actus voluntatis salutares non gaudere ulla intensione, aut remissione. In quo falsò supponit: quod non aliter fiet manifestum, nisi consulendo AA. qui pro viribus sui ingenij defensarunt gratiam efficacem ab intrinseco ad actus voluntatis in motione prævia consistere. Illustrissimus Alvarez tom. de Auxil. disput. 62. num. 4. hæc habet: *Tota quantitas intensionis actus mensuratur secundum quantitatem auxilij prævenientis gratiæ efficacis. Itaque impossibile est, quod ille, qui movetur à Deo per auxilium efficax intensum, ut quatuor, producat dispositionem intensam, ut sex.* Quam conclusionem probat ibidem authoritate Magn. Parent. & Angelic. Præceptor. sequentibus verbis ferè in omnibus probationibus concludens: *Qui intensius convertitur, accipit à Deo aliquod auxilium adiuvantis gratiæ magis intensum, quam alius.* Idem do-

Duplex modus gradualitatis.

Argum. ex capite intensionis.

Maj. probat dupliciter.

Probat. min. 1.

Secundo.

Urget.

Sic arg. M Manso.

40

Motio prædeterm. est intensibilis.

AA. hoc propugnantes.

docet lib. 2. Resp.cap.4. num.15.M. Lemos lib. 4. tract. 4. p. 2. à cap. 7. & præcipuè cap. 10. expresè tuetur gratiam prevenientem ab intrinseco efficacem habere in se latitudinem gradualem penès intensiorem, & remissionem; ratione cuius nequit voluntas elicere actum intensum, nisi gratia ab intrinseco efficax ipsi in eadem intensione conferatur. Ex quibus constat falsò supponi gratiam ab intrinseco efficacem à Thom. propugnatam non gaudere intensione, aut remissione.

41 Illam probant prædicti AA. ex D.Th.2.2.q.24.a.3.ad 1.dicente: *Illa virtus, secundum quam sua dona Deus dat unicuique (& ut dicitur Matth. cap. 25.) est dispositio, vel præparatio præcedens, sive conatus gratiam accipientis. Sed hanc dispositionem, vel conatum, prævenit Spiritus Sanctus movens plus, vel minus secundum suam voluntatem.* Sed gratia, qua Spiritus Sanctus prævenit movendo voluntatem, & per quam ei confert conatum ad receptionem gratiæ, est gratia efficax: ergò in illa datur maior, vel minor intensio. 2. probatur ratione. Nàm ex opposito sequeretur discretionem unius hominis diligentis intensius prę alio Deum super omnia, reducendum esse in liberum arbitrium, & non in Dei gratiam, tanquam causam discretivam, quod pugnat cum illo Apostol. *Quis enim te discernit.* Assumptum probatur. In casu, pro quo ex duobus hominibus æqualibus in gratia sufficienti ad dilectionem Dei, unus præ alio intensius illum diligat; siquidem talis excessus intensivus, aliàs maximè salutaris, nequit provenire à gratia sufficienti, ut à principio discretivo; cum iuxta M. P. de Prædest. SS.cap. 5.ex donis æqualibus,&communibus, nequeat discretio provenire. Deinde nequit provenire à gratia ab intrinseco efficaci; si hæc in indivisibili consistit; nam est eiusdem perfectionis cum gratia efficaci ad actum remissum: ergò talis excessus importans necessario aliquam discretionem salutarem, reducendus est in solam voluntatem, ut principium discretivum, licet non reduceretur in illam, ut principium efficiens unicè talem discretionem.

Prob. 1. ex D.Th.

Prob. 2. ratione.

42 Rationem huius maioris intensionis designare possumus 1. ex eo, quod gratia efficax comparatur ad actum voluntatis, ut motio activa ad proprium terminum; terminus autem quo in se intensior, & perfectior est, eo perfectiorem, & intensiorem motionem requirit: quapropter ad productionem caloris intensi, requiritur intensior calefactio, sic asserūt Philos. 2. Nam gratia efficax est impulsus activus efficacissimus Dei moventis voluntatem, ut salutariter velit. Sed quo perfectior, & intensior est motus mobilis procedens ex impulsu activo moventis, eò maiorem intensionem requirit in ipso impulsu: ergò. 3. Nam voluntas elevata per habitum charitatis ut octo nequit actum dilectionis, ut octo producere, nisi tota illius intensio, & activitas virium determinetur, & applicicetur per gratiam efficacem ad elicientiam talis actus; sed si gratia efficax non est intensibilis, nequit determinare, & applicare habitum charitatis secundum totā sui intensionem: cum huiusmodi determinatio proveniat ab illa in genere causæ formalis intrinsecę; proin deq̄ requirentis eandem intensionem vel formaliter, vel eminenter: ergò. 4. Nam sicut ex parte habitus datur latitudo gradualis magis, vel minus determinabilis (qua ratione voluntas pro suo libito utitur habitu secūdum aliquam eius activitatem, & non secundum omnem) ita etiam ex parte gratiæ efficacis debet poni similiter latitudo in ratione determinationis: ideòque gratia efficax quandoque complet, & actuat totam divisibibilitatem virtutis ad actus supernaturales; quandoque vero aliquam partem illius virtutis. Hoc modo melius salvatur proportio, quæ ex parte causæ, & actionis requiritur in physicis cum effectu ab eis procedenti; cum gratia efficax sit causa, qua Deus physicè producit actus salutares.

Aliæ probation ad idem. 1.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

43 Consequenter ad hæc dicendum, quòd cum voluntas nequeat intensè, aut remissè velle, nisi Deo id ipsum ab æterno decernenti; si de-

Applicatur doctrina.

decrevit voluntatem intensè eum diligere, conferet ei gratiam efficacem intensam, remissam vero, si decernit, ut eum remissè diligeret; hoc enim petit ordo Divinæ Sapientiæ dispensantis media proportionata ad finis præintenti consecutionem. Hoc etiam pacto salvatur Deum plus adiuvare hominem intensius diligentem ipsum, quam adiuvet eum, qui non ita intensè diligit. Gratia enim adiuvans propriè est gratia ab intrinseco efficax. Hinc etiam provenit nos petere intensiorem gratiam efficacem, dum Deum deprecamur, ut faciat nos intensius ipsum diligere: Nam etsi expresse talis intensio non advertatur; aut quia nobis non constet; aut quia tota attentio fertur in desiderium maioris dilectionis; implicitè continetur, & exoratur in obiecto, scilicet: *Da mihi Domine, ut te intensius diligam.* Advertendum tamen in casu, pro quo instaret præceptum de intensione actus charitatis, ut octo v. g. Deum non posse in tali suppositione potentia consequenti prędeterminare dando gratiam efficacem intensam, ut quatuor, eo qnod actus charitatis quantumvis remissus; utpotè appreciativus Dei super omnia; nequit coexistere cum peccato actuali læthali.

Connexio non obstat intensioni gratiæ.

Nec gratiam efficacem esse infallibiliter connexā cum actu probat aliquid contra dicta. 1. Nam etiam actio transiens connectitur cum suo termino, amor volunt. cum impulsu, & iuxta plures ex Thomist. omnis intellectio connectitur essentialiter cū productione Verbi; & tamen actio transiens, amor, & intellectio, sunt capaces intensionis, & remissionis. Unde sicut repugnat impulsum intēsius terminativè inclinare voluntatem in bonum, & Verbum repræsentare cum intensiori claritate obiectum, quin autem amor, & intellectio simili intensione gaudeant; ita dicendum de gratia efficaci respectu actus amoris, ad quem comparatur, quasi actio, & quasi causalitas ad suum terminum. 2. Nam hæc duo valdè differunt: *Omnis actio prædeterminans connectitur metaphysicè cum actu dilectionis v. g. Omnis gratia prædeterminans connectitur metaphysicè cum omni actu dilectionis, sive sit intensus, sive remissus.* Primum est verum; secundum falsum. Solum enim petit connecti cum actu, quem iuxta suam perfectionem præcontinet. Neque efficacia ab intrinseco ei conveniens aliud requirit: Nam gratia, quæ ponitur efficax ab extrinseco nō connectitur de se cum ullo actu libero. Hinc dicendum quod estò gratia efficax ad actum intensum non magis connectatur cum illo, quam connectitur gratia efficax cum actu remisso, attamen connectitur cum maiori, & perfectiori actu, cum quo non connectitur secunda: per quod fit satis probationibus in contra.

Unde prima propositio argumenti, scilicet: *Gratiam efficacem esse instrumentum Divinæ Omnipotentiæ, proindeque quamlibet sufficere ad actum, quantumvis intensum*; solum probat non repugnare talem modum concurrendi ex parte gratiæ absolutè, & ex terminis: quemadmodum calor remissus potest, ut instrumentum concurrere ad productionem caloris intensi; cæterum sicuti attento connaturali modo operandi, terminus intensior requirit similem intēsionem, tum in voluntate, tum in motu, per quem producitur; ita dicendum de gratia efficaci consistenti in gratuita Dei motione adiuvante voluntatem, ut velit. Deinde omnis actio creata effectiva habet efficaciam in ratione producentis ex participatione Divinæ Omnipotentiæ: Et tamen quia est diverso modo participabil. ob sui infinitā perfect. nec omnis actio creata est efficax ad omnem terminum producibilem; sicuti est Omnipotentia, nec est efficax ad terminum possibilem tantum sibi proportionatum secundum speciem; non verosecundum intensionem. Præterqnamquod; estò Deus sit causa principalissima, & primordialis omnis actus salutaris, nulla est ratio, ut etiam gratiæ efficaci non attribuamus munus causæ principalis in suo ordine; proindeque in se continenti perfectionem, & intensionem actus, quam producit.

44

Primæ probat. mai. occurritur.

Se-

45 Secunda probatio, scilicet: *Gratia ab intrinseco efficax titulo infallibilis connexionis cum actu non suscipit magis, & minus*, est valdè ambigua, continens sub se aliquos sensus veritatis expertes. In primis enim inter connexiones metaphysicas potest una esse maior, & perfectior altera, ut videre est inter connexionem omnipotentiæ cum possibilibus, & causę creatę cum possibilitate suorum effectuum. Idem contingit in cognitione principiorum, quæ utpotè certior cognitione conclusionis, perfectiori connexione cum veritate obiectiva principiorum gaudet. Idem prorsus: si fiat comparatio inter fidei certitudinem, & aliarum scientiarum. Unde si ly *magis* in dicta propositione denotet exclusionem maioris, hoc est, *perfectioris connexionis* intra lineam infallibilitatis; talis propositio est falsa, ut ex dictis constat. Et ut extra Chorum non saltemus: maior est connexio infallibilis divini decreti cum actu voluntatis, quam connexio gratiæ efficacis cum ipso; etsi utraq; sit infallibilis. Si vero ly *magis* denotet, quod forma infallibiliter cõnexa non est capax intensionis, vi cuius aliquãdo connectatur cum termino intenso, aliquando cum termino remisso, etsi semper coexistat cum aliquo termino; talis propositio est falsa: ut patet in calefactione connexa cum calore; quæ si est intensior, cum intensiori connectitur. Unde solum potest esse vera de maiori connexione facta comparatione inter duas formas eiusdem ordinis, & speciei respectivè ad suos terminos; ideòque fatemur gratiam efficacem ut 4. non minus connecti cum actu dilectionis ut 4. quam gratia efficax ut 8. connectatur cum actu dilectionis ut 8. Sed hoc nihil favet argumento; cum intendat quamlibet gratiam efficacem connecti cum actu quantumvis perfecto, & intenso. Adest pro hoc manifestum exemplum in decreto efficaciter decernenti existentiam affectus liberi inefficacis, & in decreto decernenti existentiam affectus liberi efficacis.

Occurritur secundæ

Intensio est per radicat. connexio relatè ad terminũ.

§. VIII.

An detur latitudo penès efficaciam?

SEd hinc insurgit alia difficultas; 46
videlic. An sicut in gratia prædeterminanti admittitur maior, vel minor latitudo gradualis, vi cuius ad actum voluntatis intensiorem necessario præcedit gratia auxilians intensior; debeat etiam admitti aliqua latitudo penès eius efficaciam? Non quia dabilis sit gratia prædeterminans omninò inefficax; sed quia intra lineam efficaciæ possit magis, & minus suscipere; ita ut gratia prædeterminans ad actum voluntatis efficacem; aliqua gaudeat efficacia, qua non gaudet gratia ad actum inefficacem estò liberum? Ut huic difficultati fiat satis; notandum, quòd cum qualitas *sit dispositio substantiæ, & dispositio iuxta Phil. sit ordo habentis partes*; nequit voluntas creata intrinsecè actuari per qualitates tùm naturales, tum supernaturales, nisi in ea aliqua diversitas partium admittatur. Cum autem in illa nulla sit diversitas formalis partium; utpotè in simplici entitate consistẽs; oportet recurrere ad aliquam diversitatem purè virtualem. Hæc tripliciter verificatur de voluntate. 1. modo, prout est indifferens ad diversa obiecta honesta sub obiecto universali illius contenta; quæ indifferentia, utpotè in completionis, & aliqualiter passiva, determinatur, & completur per diversos habitus virtutum, ex quibus quilibet respicit determinatam honestatem. 2. modo: quatenus circa idem bonum honestum potest se exercere per illius amorem in maiori, & maiori intensione; quòd quidem ortum ducit ex illius subiectiva potentialitate simul cum libertate, secundum quam procedit de imperfecto ad perfectum. 3. modo: quatenus potest fieri in idem obiectum per actum perfectiorem, non quidem perfectione subiectiva in intensione consistenti; sed perfectione obiectiva cõsistenti in eo, quod *maiori firmitate conetur, & quasi totis suis viribus* procuret illius consequutionem. Hæc enim maior perfectio est propria volũtatis

Ratio dubitandi.

Notand.

De hoc M. P. 8. Confess. cap. 9.

secundum sui naturam, utpotè tendentis ad unionem effectivam cum bono dilecto,& prout est in se.

47 Rursus notandum huiusmodi efficaciam non esse confundendam cum intensione actus, quasi hæc duo
Secundo. sunt idem inter se; estò regulariter loquendo, efficacia actus cum illa coniungatur, & frequenter illud bonum amore efficaci diligimus, quòd intensè amamus. Ratio est 1. Quia inter simplices complacentias potest
Aliud est intensio actus, aliud efficacia. dari maior intensio, si cognitio illas excitans sit maximè vivida, & vehementer bonitatem obiecti proponēs. Idem dicendum de subitis affectionibus etiam supern. ut expressè fatetur M.P.lib.8.Confes.c.8. ubi describens luctam animi sui,Deo hincsuavissimè trahēte;illinc amore sęculi retardāte, ait: *Et non faciebam, quod incomparabili affectu magis mihi placebat; facilius-que obtemperabat corpus tenuissimæ, voluntati animæ, quā ipsa anima ad voluptatem suam magnam in sola voluntate perficiendam.* Ecce iuxta Aug. magis incomparabiliter placebat obsequiū Dei, quam amor sæculi; nec tamen
Sermo est de efficacia absolutè dicta præstabat Deo obedientiam amore sæculi retardatus. 2. Nam potest quis habere volitionem efficacem dandi eleemosynam, estò sit valdè tepida, & remissa. 2. Nam quilibet actus charitatis, esto remissus, est amor efficax appretiativus Dei super omnia, potensque imperare observationem legis. 4. Nam sic se habent intensio,& efficacia in actu voluntatis; sicuti intensio,&certitudo in actu intellectus; de quo certum est unum sine altero inveniri posse; ut patet in assensu opinativo, qui intensior esse potest assensu quolibet scientifico.

Efficacia enim cum respiciat executionem operis, petit ut voluntas ita
48 resolutoriè feratur in bonum, ut non relinquat locū contrar. efficaci nolitioni, sed totis viribus quasi accincta
Doctrina notanda. applicet potentias executivas, ut exist̄at media necessaria pro finis voliti consecutione. Hac Doct. est communis Theol. sensus posse aliquem absque peccato læthali diligere intēsius creaturam aliquam, quam Deum diligat; eo quod cum tali minore intensione potest Deum diligere maiori efficacia, & appretiatione super omnia: ut videre est in Matre tenerrimè diligenti filium; parata tamen illius dilectionem omittere, si divinæ voluntati esset repugnans. Idem constat in bono absenti, sed practicè impossibili, quòd quidem potest intensè desiderari, non tamen affectu efficaci, ut communiter tuentur Thomistę. Idem patet in affectu, quò Christus D. refugiebat mortem, etsi inefficaciter; qui quidem fuit valdè intensus,& maximè meritorius; sicuti & desiderium salutis omnium hominum, pro quibus tot tormenta sustinuit. Videatur M. Prado tom. de Pœnit. q. 1. de contrit. dub. 7. ubi plura scitu digna, tam pro Theologica speculatione, quam pro practica eruditione ad rectitudinem conscientiæ, inveniēntur.

His stabilitis consequenter ad 49
dicta circa intensionem auxilij efficacis pro actu voluntatis magis in-
Probat. pars affirmat. tenso; dicendum pariter est: efficaciam, & illius augmentum conveniens intentioni finis, reducendā esse in maiorem efficaciam gratiæ prædetermin. non quia aliqua prædeterminatio non sit ab intrinseco efficax ad actum, quem in se præcontinet; sed quia in tali efficacia datur magis, vel minus: Ut statim explico. Si enim iuxta Thom. prædeterminatio ad actus supernaturales est supernaturalis; & quæ datur ad actus liberos, continet in se eorum libertatem; & quę datur ad actus necessarios, continet in se necessitatem; & ut immediatè probavimus, quæ datur ad actus intensiores, est intensior, vel continet in se talē intensionem; quia videlicet omnis perfectio in actu reperta debet præcontineri, tanquam effectus in gratia efficaci; cum hæc eadē ratio militet in maiori efficacia amoris finis, per quam imperat alijs potentijs ad illius assequutionem, faciendo ut voluntas *firmius*; *pleniusque* adhæreat prædicto fini; idem dicendum de maiori efficacia ex parte eiusdem gratiæ. Idem assumpt. suadetur ex ratione discretionis supra n. 41. proposita; si enim gratia prædeterminans, quælibet illa sit, determinat voluntatem ad actus tam ef-

efficaces, quam inefficaces, in casu, quo voluntas eodem habitu virtutis, & eadem, ac æquali gratia, modo prorumperet in affectum inefficacem, modo in affectum efficacem; discretio penès efficaciam, & inefficaciam in affectibus, quæ quidem est supernaturalis, & maximè salutaris, reducenda foret tanquam in principium discretivum in solam voluntatem. Videantur etiam alia motiva num 41. proposita.

50 Nec, quod omnis gratia prædeterminans sit ab intrinseco efficax aliquid probat contra dicta; nec suadet quamcumque gratiam sufficere ad existentiam actus efficacis. Constat hoc 1. in decreto efficaci de existentia affectus inefficacis in voluntate creata; quod quidem, etsi ab intrinseco, & absolutè efficax, non sufficit tamen, ut voluntas eliciat affectum efficacem. Idem dicendum de operatione divina, etiã effectivè producenti utrumque actum. En duplex decretum, & utrumque ab intrinseco efficax, sicuti & duplicem eiusdem divinæ operationis intrinsecam efficaciam; & tamen efficacia inferens à priori unum actum, non sufficit sine nova efficacia, saltim virtualiter, causare alterum actum. 2. Ex hoc ipso: Nam id, quod virtualiter, & quasi eminenter: affirmatur de decretis divinæ voluntatis, & illius operatione, debet, & affirmari in sensu, quasi formali, & cum minori unitate de gratia prædeterminanti, quæ iuxta D. Thom. pluribus in locis, *est divinæ voluntatis impressio, & divinæ operationis virtuosa motio*: sicut ergò stat cum efficacia intrinseca ex parte decreti divinæ operationis, maior saltim virtualiter efficacia pro existentia affectus efficacis; ita dicendum de gratia prædeterminanti. Unde gratia prædeterminans ad affectum liberum inefficacem, & gratia ad affectum efficacem *sunt æquales in efficacia; prout hæc dicit determinationem infallibiliter connexam cũ actu; sunt vero inæquales inefficacia, prout hæc dicit subiectionem voluntatis ad Deum in operando.* Etenim voluntas creata potest considerari, vel prout præcisè tendit affectivè in bonum, vel prout etiam plenè, & firmiter tendit in illius assequutionem, imperando media necess. ad illam. Nec dubitari potest magis subijci in actu 2. voluntatem Deo, dum hoc 2. modo fertur in bonum honestum, quã dum tantum tendit 1. modo in illud: igitur gratia efficax dispensata ad affectum efficacem magis subijcit sibi voluntatem, quam gratia ad affectum inefficacem: subijcit, inquam, illam, & ut affectiva est, & ut imperativa aliarum potentiarum. En expressè maiorem efficaciam activę subiectionis, & dominij supra voluntatem creatam in gratia auxilianti suo modo aliquáliter imitante efficaciam divinæ voluntatis ad amorem efficacem sui præ inefficaci; vi cuius, etsi Deo subordinetur, non tamen plenè, & secundum omnem sui conatum.

Solvitur ratio dubitandi.

§. IX.

De quantitate gratiæ ad victoriam gravis tentationis.

51 VEniamus iam ad examinandum quantitatem gratiæ requisitæ ad amandum bonum honestum pro casu gravis, aut gravissimę tentationis. Pro cuius maiori intelligentia sic propono rationem dubitandi. Innegabile est requiri maiorem Dei gratiam adiuvantẽ, ut homo velit servare puritatem tũ animi, tum corporis, dum adest gravis tentatio, ac dum nulla, aut solum levis tentatio occurrit; sed si talis gratia consisteret in motione prævia Thom. hoc subsistere nequit; nam quælibet motio, utpotè infallibiliter connexa cum actu, vincet omnem tentationem quantũvis gravem: ergò. Urget. Suppone Diabolum leviter me tentantem; vel habeo qualitatem predeterminantem, vel non? Si non habeo: succumbam infallibiliter iuxta Thom. Si habeo: cum hæc qualitas sit efficax pro victoria cuiusvis tentationis, ut quid timeo graves 1. tẽtationes? Ut quid Diabolus vires acuet, ut urgẽtius tentet? Profectò, non nisi stultè, si illa potens est ad victoriam omnis tentationis.

Argum. probans prædeter. non esse intrinsec. volunt.

Urgetur.

Supponimus pronunc gravem tentationem consistere in eo, quod 52

obiectum prohibitum proponatur voluntati cum maiori vivacitate, & efficacia, quam bonum honestum, utpotè tepidè, & remissè propositum; ad quod non parum iuvat, tum dispositio corporis iuxta S. D. q. 3. de Malo a. 4. tum affectiones appetitus sensitivi, vel etiam habitus vitiosi; *eo quòd qualis unusquisque affectus est, sic omnia videntur illi.* Hinc provenit, ut obiectum, quod præsente passione apparet ut delectabile, ea absente, apparet ut horribile. Ex hac contrarietate inclinationum, tum ex parte Dei allicientis ad velle bonum honestum, tum ex parte Diaboli, & appetitus vehementer allicientium in consensum boni delectabilis; provenit, ut gratia, quà Deus determinat voluntatem ad amorem boni honesti, & nolitionem boni delectabilis sit gratia specialis. Ratio est: Nam cuilibet agenti connaturale est operari iuxta inclinationem in eo prædominantem; atqui in casu gravis tentationis prædominatur in voluntate inclinatio ad consensum in bonum delectabile; utpotè vivacius, & efficacius ei ab intellectu propositum: ergò quòd voluntas ei non consentiat, sed potiùs positivè amplectatur bonum honestum, est gratia dispensata à Deo ex speciali providentia. Rursus: Nam talis victoria, etsi vires physicas voluntatis non cuperet, benè tamen vires morales, tum ratione difficultatis ex parte operis; tum ratione infirmitatis, vi cuius mansit inclinata in bonum privatum. Quapropter, quòd Deus eam determinet ad actionem boni honèsti, his impedimentis non obstantibus, arguit in illo specialem benevolentiam, & favorem. Hinc provenit in homine necessitas orationis specialis ad talem victoriam; ob impotentiam, scilicet, moralem ad resistendum. Provenit etiam, quod etsi esset eadem physicè omninò gratia, ac est gratia data ad victoriam levis tentationis, vel ad eundem actum, nulla tentatione (digna hoc nomine) existenti; semper, & in omnium sentent. sit gratia specialis in ratione beneficij, & favoris ob circunstantias, in quibus à Deo dispensatur; pro quo sunt plura exempla; sufficit illud tritum, & vulgare, de elargitione panis extremè indigenti, & de elargitione eiusdem pro casu, quo ita non indigeat.

Cur auxilium efficax ad victor. sit gratia specialis?

Confirm.

Ex vi huius doctrinæ sufficienter apparet argumentum esse inefficax ea parte, qua prædeterminationem prævium intrinsecam impugnat. Nam testim. SS. PP. & communis sensus Theolog. tuentium maiorem gratiam requiri ad victoriam gravis tentationis, quàm ad victoriam levis, rectè exponuntur de maioritate, & specialitate in ratione gratiæ, & favoris; estò non sit maior in ratione entis, & qualitatis. Hæc enim maioritas sufficiens est ad specialem orationē, & specialem gratiarum actionem. Hæc solutionis doctrina frequens est apud Societatis AA. & traditur etiam ab aliquibus Thomistis circa necessitatem gratiæ specialis ad victoriam gravis tentationis. Nec huic doctrinæ dissentire potest arguens. Nam ponamus casum, in quo urgeat gravis tentatio circa dilectionem Dei super omnia imperantem alios actus virtutum, pro cuius elicientia constituit arguens gratium prædeterminantem in operatione increata Dei illam producentis. Hæc enim gratia in se nullā maioritatem, aut excessum in esse physico dicit supra se ipsam, ut producentem actum dilectionis nulla gravi urgente tentatione. Nunc rogo. Qui sic graviter tentatus in 1. actum dilectionis prorumpit, tenetur speciales gratias Deo agere; & prius petere à Deo maiorem gratiam, vel non? Si secundum: ergò falsò absolutè pronunciatur necessitas maioris gratiæ efficacis in victoria gravis tentationis, quā dum talis tentatio non urget. Si primum: ergò cum illa maioritas ad summum sit moralis, & quasi per æquivalentiam, ratione circunstantiarum; hæc sufficiet etiam in gratia intrinseca prædeterminanti. Ex qua instantia corruit urgentia posita num. 51. Nam dum sum leviter tentatus ad primam dilectionem liberam; vel adest mihi operatio increata eam causans, vel non? Si secundum: infallibiliter tentationi succum-

33

Ostendit. ineffica-cia arg.

Retorq. contra arguentem.

cumbam. Si primum ; cum talis operatio infallibiliter connectatur cum actu dilectionis, ut quid timeo urgentius tentari, & his similia, quę ibi ponderantur?

34 Sed insistendo dictis §. antec. circa inæqualitatem gratiæ prædeterminantis etiam quoad efficaciam, dum dispensatur ad affectus efficaces ; dicimus hanc intervenire pro actu vincente gravem tentationem. Ratio est: Nam amor boni honesti superans tentationem vehementer inclinantem in actum contrarium petit esse amor efficax, & magis efficax, quam si nulla adesset tentatio gravis ; quemadmodum maior impulsus requiritur ad elevandum lapidem, quem alter deorsum deprimit, quam dum nullatenus deprimitur ; & maior calor requiritur ad comburendum lignum humidum, quam siccum; ob resistentiam, videlicèt, ex parte illius. Cum ergò in casu gravis tentationis voluntas experiatur in se difficultatem, & resistentiam ad amorem boni honesti ; seseque sentiat vehementer inclinatam in consensum pravum ; necesse habet prorumpere in affectum efficacem, & maximè efficacem, per quem plenè, & firmiter adhærendo bono honesto: vincat inclinationem in oppositum; vel ut penitus cesset tentatio ; vel ut non dominetur, etsi perseveret : in quo maior gratia resplendet. Hinc constat graviter tentatum indigere ad victoriam honestam maiori gratia ; non solum maiori moraliter in ratione favoris ob circunstantiam tentationis, ut dictum est, sed etiam maiori physicè, tam in intensione, quam in efficacia ; non, quæ sit maioris connexionis, sed effectionis affectus perfectioris. Ex his constat etiam ad urgentiam : Nam etsi habeat gratiam prædeterminantem sufficientem pro elicientia affectus inefficacis in casu gravis tentationis, qui aliàs esset efficax, si nulla ad esset tentatio ; non tamen habet gratiam requisitam, ut ex vi illius voluntas plenè, & firmiter adhæreat bono honesto. In hoc enim modo adhærendi gaudet voluntas latitudine graduali, proindeque reducibili in actum magis, vel minus, penes gratiam actualiorem plures eius virtualitates determinantem.

Reſpond. 2. probando inæqualit in rat. auxilij.

' De quo com. 3.

Adurgēt. Reſpond.

Nec inferas ex hac Doctrina 35 sequi, quod gratia prædeterminans non sit dicenda efficax efficacia *absoluta*, *sed respectiva*, ut aliqui volunt. Non inquam inferas: nam efficacia respectiva propriè accepta non solum dicit, quod gratia prædeterminans non connectatur cum actu in tali intensione, & efficacia ; verum etiam non connecti cum actu, ad quem ordinatur, vel ob indispositionem subiecti, vel ob aliud caput.* Hac enim ratione vocatio moralis in opinione arguentis gaudet efficacia respectiva in ordine ad consensum negativum : quia, scilicet, in uno subiecto causat cōsensum, secus vero in alio. Eadem ratione gratia prædeterminans non est ullatenus dicenda efficax ab extrinseco; hęc enim efficacia dicit non solum inconnecti ex sua natura cum actu intenso, aut efficaci, verum, & non connecti cum aliquo affectu honesto libero. Dicta clarescunt in decreto efficaci de existentia affectus inefficaci liberi, & honesti ; & in decreto efficaci de existentia affectus efficacis ; similiterque in operatione Divina (quæ iuxta arguentem, est gratia prædeterminans ad primum velle liberum) ut causante affectum inefficacem, & ut causante affectum efficacem; quin propter hoc dicendum sit decreta prædeterminantia, aut gratiam increatam prædeterminantem, gaudere efficacia tantum respectiva.

Efficacia prædeterm. est absoluta contra Alvarez.

* De hoc Lemos, lib 4. p. 2. tract. 4. cap. 11. Mausole relatus in fine Dub.

Ex hucusque dictis habetur 1. 36 decisio illius difficultatis : *An, scilicèt, stante æqualitate auxiliorum gratiæ in duobus hominibus, possit unus converti ; alter vero non?* Siquidem in Thom. Doctrina, qui convertitur, accipit à Deo gratiam prædeterminantem, quam non accipit, qui non convertitur. Quare esto possit esse æqualitas, imo excessus intensionis, quantū ad gratiā sufficientem in eo, qui non convertitur; secus vero, quantum ad gratiam efficacem. Habetur 2. decisio alterius difficultatis : *An, scilicèt, cum æqualitate auxilij possit voluntas unius hominis perfectius operari, quam ope-*

De hoc Lemos, à cap. 9. ubi supra Alvarez, d. 108.

operetur voluntas alterius? Quandoquidem immediatè probavimus huiusmodi maiorem perfectionem, vel ob maiorem intensionem affectus, vel ob maiorem efficaciam, hoc est, pleniorem subiectionem ad Deum; & perfectiorem potestatem imperandi executionē finis honesti prę intenti, ex perfectiori gratia prædeterminante, magis, vel minus participanti efficaciam Divinæ voluntatis, & actualitatis Divinæ Omnipotentiæ; in cuius virtute determinat, & efficit, ut rectè velimus, & agamus. Habetur 3. intelligentia Doctr. S. D. qui quæst. 1. de potent. art. 2. explicat nobis infinitatem *intensivam omnipotentiæ, & divinæ operationis*; *non secundum quod est in operante*; cum prout sic non suscipiat magis, & minus; *sed secundum quod attingit effectum: quia quædam moventur à Deo efficacius; quædam minus efficaciter.* Quod est dicere. Deus interdum movet ad actus efficaces, interdum ad inefficaces, & interdum ad maximè efficaces. Sic intelligitur quod maior eminētia ad sic movendum cum summa simplicitate, & immutabilitate, conveniens divinæ operationi, participatur à Physica præmotione, prout ipse vult, & gratis decernit.

37 Notand. M. Mausolie, tom. 2. dissert. 3. q. 6. art. 4. Licet iudicet satis conformem M. P. & D. Ang. opinionem adstruentem latitudinem gradualem penes perfectionem, & intensionem in gratia efficaci; magis tamen ex propria mente inclinare in sent. oppositam. Quare pro maiori perfectione, & intensione actus, ait sufficere illam reperiri in gratia sufficienti, in habitibus virtutum; & alijs comprincipijs ad honeste operandū. Hinc pro victoria gravissimæ tentationis; pro actu intēso, & efficacissimo gratia efficax iuxta illū eadē est; quoad sui perfectionem; quæ solum habet applicare, & reducere vires sufficientes ad actu operandum. Sed non placet; tum propter dicta in probat. Tum quia falsum est munus proprium illius solum esse applicare vires ad operandum; habet enim præbere robur, actualitatem, & firmitatem voluntati eam perfectè subijciendo Deo, ut primo agenti. Tum quia inconsequenter procedit: si enim gratia efficax, quia est participatio Divinę operationis, & Omnipotentis virtutis emanatio quædam; movet irresistibiliter, insuperabiliter &c. Cur etiam ob infinitatem intensivam eminenter, & efficaciam infinities infinitam; non erit in illa maior perfectio supra explicata; ut sic detur proportio inter actum voluntatis, & Dei motionem: sicuti datur inter motum calefactionis intensum, & calorem: Et, ut gratia efficax, à qua provenit per se discretio in actu 2. sit sæpè inæqualis;

Nota.

Idem docet differe 3. q. 3. art. 2.

Reijcitur

Et ob hoc discretiva: *Et hæc de hoc dub. applic. litteræ M. ubi præced.*

TRAC-

TRACTATVS
DE GRATIA OPERANTE, ET COOPERANTE.

DUBIUM I.
AN GRATIA OPERANS sit idem cum gratia excitanti, & præbenti posse ad consensum salutarem?

N. 1 ALIA divisio gratiæ (& satis celebris) est gratiæ in operantem, & cooperantem. De qua expresse meminit S. August. pluribus in locis, præsertim lib. 1. ad Simplic. quæst. 2. & lib. de Gratia, & lib. arb. cap. 17. & lib. de bono persev. cap. 13. S. Prosper. in epist. ad D. Aug. *de Reliquiis hæresis Pelag.* S. Bern. in Aureo lib. de Gratia, & lib. arb. Et Mag. Sent. in 2. dist. 26. De eadem divisione expresse agit D. Thom. in 2. dist. 26. art. 5. & quæst. 27. de verit. art. 5. ad 1. & 2. Et magis ex professo hic 1. 2. quæst. 111. art. 2. Et cum eo fere omnes Theologi Scholastici, quāvis aliqui solum obiter, & plus iusto brevius. Ut autem maiori claritate procedamus, supponendum est ly *operari* posse sumi communiter prout est idem, ac *efficere, agere, sive producere*, in quo sensu omne auxilium gratiæ actualis præveniens, vel influens in actus liberos supernaturales potest dici gratia operans. Hoc modo accipitur in illis verbis. Isaiæ 26. *Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine*, & 1. ad Corinth. 12. *Deus est, qui operatur omnia in omnibus.* Alio modo potest accipi ly *operare* apropriatum gratiæ in sensu speciali, & prout differt à gratia, ut *cooperante*; de qua acceptione expresse differit S. August. infra referendus, ductus duplici testim. Apost. nimirum pro *gratia operante* ex illo ad Philip. cap. 2. *Deus est, qui operatur in nobis velle*; & pro gratia *cooperante* ex illo ad Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.*

Notand. 1.

Concil. Colon. in Enchirid. de Penit.

Hoc supposito inquirimus; in quo consistat ratio gratiæ operantis specialiter acceptæ, ut prout differt à gratia cooperante? Sive quid nomi- 2 Secundo

mine gratiæ *operantis*, & *cooperantis* intelligatur à D. Aug. & Doct. Ang.

Sententię Circa præsens dubium duplex versatur extremè opposita sententia; prima affirmat gratiam operantem esse realiter eandem cum gratia excitanti, & solo nomine, non reipsa, distinctam; ita ut sancta cogitatio, & subita affectio dicatur gratia *excitans*, quatenus facit hominem evigilare, & attendere ad Deum vocantem ipsum ad conversionem salutarem; *operans vero*, quatenùs per talem illuminationem, & affectionem voluntas redditur potens ad actus salutares. Ita P. Suarez, lib. 3. de Auxil. cap. 5. num. 4. & latius, cap. 20. Molina in Concordia, disp. 40. Ripalda, disp. 112. num. 12. P. Oviedo, tract. 7. punt. 4. controvers. 1. & alij quos refert M. Lemos, tom. 1. c. 20. quos sequuntur RR. Moventur inter alia ad hic sentiendum; nè concedant gratiam ab intrinseco efficacem; nam cum munus, & ratio gratiæ operantis sit munus, & ratio gratiæ vere prævenientis consensum liberum voluntatis, si ultra gratiam excitantem, & dantem sufficientiam ad actus salutares, daretur alia gratia realiter distincta, & quæ esset propriè gratia operans, consequenter deberent prædicti AA. confiteri ultra gratiam sufficientem dari aliam gratiam physicè prævenientem, & ab intrinseco connexam cum actu libero voluntatis. Secunda sententia est negativa, quam tuentur frequenter Thom. ex mente Ang. Præcept. locis ubi supra; paucis exceptis: de quo infra.

Vazquez 1. p. disp. 88. c. 9.

§. I.

STATUITUR PRIMA CONCLUSIO.

Nulla gratia dans libertatem, & sufficientiam ad consensum salutarem, dicitur cum proprietate gratia actualis operans.

3 PRobatur 1. ratione satis efficaci. Si gratia præbens homini sufficientiam virium, & libertatem ad consensum salutarem, esset propriè gratia operans, quoties homo esset liber ad salutariter consentiendum, acciperet à Deo gratiam operantem in illo consensum salutarem; sed hoc est falsum: ergò gratia operans realiter differt à gratia sufficienti. Mai. constat, & min. probat. Hominem accipere à Deo gratiam operantem in illo consensum salutarem, est Deum per gratiam suam operari in homine consensum salutarem; sed falsum est Deum per gratiam suam operari in homine consensum salutarem per hoc, quod ipsum constituat cum libertate ad salutariter consentiendum: ergò. Probat. min. 1. Falsum est affirmare *Deum operatum fuisse per gratiam suam in Iudâ pœnitentiam, & in Adamo operatum fuisse perseverantiam in statu innocentiæ*, ut de se videtur certum. Sed Adamus (idem de Iudâ) fuit constitutus cum plena libertate ad perseverandum in bono: ergò. Probat. 2. eadem min. Deum operari in homine per gratiam suam consensum salutarem est Deum donare ei prædictum consensum, & hominem accipere à Deo hoc, quod est salutariter consentire; sed falsum est Deum homini habenti libertatem ad salutariter consentiendum donare ei consensum salutarem; aut prædictum hominem accipere à Deo salutariter consentire; cum tali libertate stante sæpissimè detur carentia consensus salutaris: ergò.

1. Ratio

Prob. 2. & præcedens ratio confirm. Gratia operans est gratia efficax, per quam Deus operatur in nobis velle. Sed huiusmodi non est gratia, ut præbens voluntati sufficientiam, ut benè velit; siquidem prædicta gratia præscindit ab eo, quod sit efficax, aut inefficax: ergò gratia operans formaliter, qua talis, differt à gratia sufficienti. Mai. in qua est difficultas probat. 1. Gratia, quæ est adiutorium *quo* efficitur, ut voluntas velit, est gratia efficax, per quam Deus operatur in nobis velle, ut docet expresse D. August. lib. de Corrept. & Gratia, cap. 12. ubi distinguit adiutorium gratiæ ut *quo* ab adiutorio *sine quo*, per hoc, quod illud facit *indeclinabiliter, & insuperabiliter, ut voluntas velit*; per istud autem

4

tem donatDeus,ut homo posit benè velle; sed gratia stricteoperans est gratia adiuvans voluntatem,ut benè velit per modum adiutorij, *ut quo*: ergo. Min. probat. ex eodem M. P. ubi immediatè dicente: *Deus Sanctis in Regnum Dei prædestinatis non solum dat adiutoriũ quale primo homini dedit, sed in eis etiam operatur & velle; ut sic possibilitas perseverãdi,& voluntas divinæ gratiæ largitate donetur, & ideo sic velint, qua Deus operatur, ut velint.* Et ibidem cap. 11. *Per hanc secundam gratiam*(sic enim app ellat adiutorium *quo*) *fit, ut homo velit, & efficitur, ut velit.* Ex quibus,& alijs testim. supra tract.anti. dub. 4. ponderatis constat gratiam, per quam Deus operatur in nobis actu benè velle, esse adiutorium gratiæ, *ut quo*; gratiam vero, per quam voluntas est potens benè velle,esse adiutorium gratiæ sine *quo*; proindequè gratiam operantem velle esse gratiam efficacem, & infallibiliter connexam cum libera volitione,à qua connexione, & efficacia prescindit gratia, ut præbens sufficientiam, ut benè velit.

§ 2.Probat.min. ExM.P.in Enchir. c.32. ubi agit de grat. operant. *Oramus pro inimicis nolentibus pie vivere, ut Deus operetur in eis, & velle.* Sed dum sic oramus pro inimicis, non oramus pro libertate, ut velint piè vivere, sed ut actu, & exercite velint piè vivere: ergò gratia operans in voluntate benè velle, non est gratia,ut precisè donans libertatem&c. UndeM.P. deGrat.Christi,cap.5. impugnat Pelag. *Exponentem Deum operari in nobis velle,quia dedit nobis posse*: ex ipso textu: *Non enim dixit Apost. Deus est qui operatur in nobis posse velle, sed velle.* Urgetur. Urgetur hoc. Si gratia operans esset gratia excitans, & per quam voluntas constitueretur cum libertate ad benè velle, dum Deum deprecaremur, ut nolentibus piè vivere donaret gratiam operante m in eis velle piè vivere,deprecaremur, ut Deus conferret eis libertatem, ad hoc ut possent velle piè vivere; sed hoc concedere est de se aperte falsum, & aliunde talis oratio esset sæpissimè inutilis; quandoquidem homines nolentes pie vivere gaudent libertate, & sufficientia, ut velint piè vivere: ergò gratia, per quam operatur Deus in hominibus, ut velint piè vivere, est gratia faciens in actu 2. homines velle piè vivere.

Confirm.hæc ratio. Si gratia operans esset gratia, ut præbens voluntati vires,& sufficientiam ad consensum liberum; talis gratia esset resistibilis à voluntate creata; sed gratia, ut operans in nobis consensum salutarem,non est resistibilis à voluntate creata; ergò gratia, ut operans addit aliquid supra gratiam, ut donantem sufficientiam, & libertatem ad consensum salutarem. Mai. constat, & min. prob. 1.ex dictis,ubi probatum relinquimus gratiam operantem in voluntate, ut salutariter velit, esse adiutorium gratiæ, ut *quo*; quod quidem adiutorium qua tale formaliter est irresistibile in omnium sententia; eo quod vel est gratia ab intrinseco efficax, ut volunt Thom.vel includit actu consensum liberum, ut sentiunt Alij. 2. Quia si gratia, ut operans in nobis consensum salutarem esset resistibilis à voluntate creata, possent hæc duo simul coexistere, scilicèt: *Deus per gratiam suam operatur in voluntate consensum salutarem, & voluntas non elicit consensum salutarem*; quandoquidem resistere ex terminis facit sensum compositum cum eo,cui resistitur;sed illa duo sunt inconiungibilia; cum Deum operari in nobis consensum salutarem,sit donare nobis prædictum consensum:ergò. 3. Si gratia, ut operans in nobis consensum salutarem,esset irresistibilis à voluntate creata, concordia libertatis creatæ cum necessitate talis gratiæ non esset difficilis intellectu, sed potius facilis perceptione: nullus enim mediocriter instructus potest adhuc probabiliter existimare principiũ de se indifferenter coniungibile cum consensu, vel dissensu auferre libertatem, & inducere fatalem necessitatem ad consentiendum. Atqui concordia liberi arbitrij cum necessitate gratiæ operantis, per quam Deus operatur in nobis velle, est intellectu difficilis, ut expresse confitetur S. Prosp. in epist. ad S.August.de Reliquijs Pelagian. hæresis cupiens

6 Confirm.

Prob.min. 1.

Secundo.

Tertio.

edo-

edoceri *quomodo per istam præoperantem, & cooperantem gratiam liberum non impediatur arbitrium*: ergò.

7 Idem prob. ex M. P. epist. 107. ad Vitalem *asserentem Deum eatenus operari in nobis velle, quatenus præparat nostram voluntatem per gratiam legis, atque doctrinæ*; quem sic impugnat: *Quomodo dicitur per legem Dei, atque doctrinam Scripturarum, præparari voluntatem à Domino; quandoquidem pro eis, qui eidem doctrinæ contradicentes nolunt ei credere, ipsum Deum fide recta rogamus, ut velint?* ergò iuxta M. P. Deus non præparat bonam voluntatem hominis (quod est idem ac operari in nobis benè velle) per illud medium, cui voluntas nostra resistere, & contradicere potest, & post cuius existentiam Deum deprecare possumus, ut donet nobis benè velle. Atqui gratia sufficiens talis est, ut voluntas ei resistere, & contradicere valeat, & post huius existentiam Deum recta fide deprecamur, ut donet nobis actu benè velle, nè ei contradicendo in vacuum illam recipiamus iuxta D. Paul. ergò gratia, per quam Deus præparat bonam voluntatem, non est gratia sufficiens. Nunc sic: sed iuxta Advers. gratia operans strictè sumpta est gratia præparans hominis bonam voluntatem: ergò gratia sufficiens non est iuxta M. P. gratia operans. Hic possunt adduci plura testim. SS. PP. quibus tract. de Gratia excitanti dub. 11. probavimus gratiam, per quam Deus præparat bonam voluntatem non esse excitantem. Deniquè probat. idem assumptum sequenti discursu. Gratia operans propriè accepta, & in sensu Augustiniano, commendatur in sequenti testimon. *A Domino gressus hominis dirigentur, & viam eius volet.* Et: *Præparatur voluntas à Domino.* Et: *Deus est enim, qui operatur in nobis, & velle.* Sed in his *commendatur vera gratia Dei, quædat merita, cum ipsa datur; quia prævenit hominis bonam voluntatem, nec eam invenit in corde, sed facit*: ergò gratia operans est iuxta August. gratia ita præveniens, ut cum ipsa datur; dentur in nobis merita, & ab ipsa fiat bona voluntas. Maior est certa apud omnes; & minor traditur à Magn. Par. verbis relatis, epist. 107. ad Vitalem. Nunc sic. Sed falsum prorsus est * gratiam excitantem ut dantem libertatem dare merita cum ipsa datur, & facere bonam voluntatem, dum à Deo infunditur: * ergò illa longe distat à gratia operante, prout edocetur à M. P.

Alia ratio ad idem assumpt.

Alia ratio

Psalm. 36 Prov. 8. Ad Philip 2.

8 Ex dictis inferes 1. gratiam operantem esse gratiam determinate efficacem, & non gratiam præscindentem de se ab inefficaci, & efficaci. Ratio est 1. Nam ut ex rationibus, & authoritatibus P. August. supra ponderatis satis constat; Deo operanti per gratiam suam in nobis velle non potest liberum arbitrium resistere: sed gratia irresistibilis est gratia efficax: ergò. 2. Quia nunquam invenietur dictum à Magn. P. *Deum operari in voluntate hominum, ut velint, qui contradicentes gratiæ Dei nollunt piè velle; aut operationem Dei, per quam efficit*, ut homines *velint piè vivere, impediri ab ipsis nolentibus piè vivere*: quin potius talis locutio reprobatur à M.P. in epist. supra citata his verbis: *Quid est ergò, quod ait Apostolus? Deus in nobis operatur, & velle, & perficere.* Respondetis. *Operatur Deus quantum in ipso est, ut velimus, cum nobis nota fiunt eius eloquia: sed si eis aquiescere nolumus; nos, ut operatio eius nihil in nobis prosit, efficimus.* De qua responsione ait M. P. *Quæ si dicis: profecto nostris orationibus contradicis.* Maneat ergò fixum liberum arbitrium non posse resistere gratiæ operanti in nobis velle, aut illam suo effectu frustrari. Dixi gratiam operantem esse efficacem respective ad actum ad quem, & propter quem immediatè dispensatur; scilicèt, liberam volitionem finis; quamvis non sit se sola efficax in ordine ad executionem operis, per quod consummatur prædicta volitio; illa enim requirit gratiam cooperantem, ut infra videbimus.

1. Illatio contra Advers.

9 Inferes 2. gratiam excitantem consistentem in motibus subitis intellectus, & voluntatis, non esse gratiam operantem iuxta acceptionem M. P. Ratio est: Nam huiusmodi gratia spectat ad actum primum,

Secunda.

sive libertatem in voluntate, ut possit liberè consentire; quapropter de te coniungibilis est, & sæpè coniungitur, cum dissensu. Atqui gratia operans est gratia irresistibilis, & per quam Deus indeclinabiliter movet voluntatem, ut liberè velit; pro quo recolantur hucusque dicta: ergò gratia excitans &c. Potest tamen prædicta gratia dici gratia operans in *actu primo*, ideſt, per modum virtutis. Hoc autem dupliciter; si enim prædicti motus influant physicè effectivè in actum liberum salutarē, & prębendo voluntati vires physicas ad eius elicientiam, ut tenent aliqui RR. prædicti motus erunt gratia operans in actu primo physico, & verè proprio: si vero tantum influant moraliter, ut cum P. Suarez sentiunt Alij; gratia excitans erit gratia operans in actu primo pure morali. Attamen huiusmodi acceptio gratiæ operantis; quæ proprius dicitur gratia operativa; nec est propria, nec ad mentem P. Aug. pro præsenti. Ratio est. Nam gratia operans sic accepta non differt aliquo modo à gratia, ut cooperante; cum hæc iuxta Adversarios sit, & dicatur cooperans in actu primo, quatenùs est potens simul cum voluntati efficere consensum liberum. Deinde gratia operans iuxta D. August. est illa, quæ dispensatur à Deo, ut voluntas velit piè vivere; cooperans vero, quæ dispensatur à Deo, ut voluntas opere perficiat id, quod vult; atqui omnis gratia præstans sufficientiam voluntati, tam ad velle, quam ad perficere, est gratia operativa per modum virtutis: ergò talis acceptio gratiæ operantis, nec explicat distinctionem à gratia cooperanti, nec est ad mentem Div. August.

Qualiter grat. excitat. dicat. grat. operans.

§. II.

Reijcitur quædam solutio pro testimon. Magn. Parentis.

10 Docti MM. distingunt inter hoc quod est *Deum operari in nobis ut velimus*, & *Deum operari in nobis velle*; siquidem ly *ut* potest denotare finem operationis divinæ; vel effectum eiusdem operationis; ut constat in exhortante alterum, ut iuste operetur; de quo, & si non verificetur operari in illo, quod iuste velit; benè tamen: operari ut ille iuste velit. Hac distinctione suppositā asserunt gratiam operantem iuxta mentem M. P. esse illam, per quam Deus operatur in nobis, ut velimus; non tamen per quam præcisse Deus operatur in nobis velle. Cumque gratia excitans, suadens, & alliciens voluntatem, ut liberè velit, sit gratia, per quam Deus operatur in nobis, ut velimus; quamvis per illam non operetur in nobis actu velle; ideo talis gratia rectè dicitur operans mentem P. Aug. Hæc doctrina reijcitur à M. Lemos, lib. 4. tract. 8. cap. 4. & à Mag. Lorca, disp. 17. de Gratia, §. *Incipit*, ubi addit tale discrimen esse explicationem violentam, & repugnantem textui M. P. sed ad hoc abstinendo.

Sic ex P. Suar. supra: nec displicet M. Zumel in opusc. disp. 2. concl. 2.

Impugn. à Thom.

Reijcitur 1. Deum per gratiam suam operari in nobis, ut velimus, esse iuxta doctrinam M. P. Deum operari in nobis ipsum velle; sed per gratiam excitantem, ut talem, non operatur Deus in nobis velle, ut concedit P. Suarez: ergò nec per illam operatur Deus in nobis, ut velimus iuxta doctrinam eiusdem P. Mai. in qua est difficultas probatur 1. Ex eodem S. P. lib. de Gratia, & lib. arb. cap. 17. sic dicente, *ut ergò vellimus, sine nobis operatur; cum autem volumus, & sic volumus, ut faciamus; nobiscum cooperatur. De operante illo, ut velimus*, dictum est: *Deus est qui operatur in nobis velle.* En ubi affirmat M. P. Deum operari in nobis, ut velimus, esse idem iuxta Apost. ac operari in nobis velle. Si ergò iuxta Adversar. & iuxta veritatem, Deum operari in nobis velle est Deum donare nobis velle, non stat Deum operari in nobis, ut velimus per gratiam suam, quin in nobis operetur velle. 2. Prob. ex eodem P. Aug. ubi supra cap. 16. dicente: *Certum est nos velle cum volumus, sed ille facit, ut velimus bonum: de quo dictum est: Deus est, qui operatur in nobis velle.* Et

II

Impugn. 1.

Secundo.

cap.

cap. 17. ut velimus *operatur* incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens. * Sed non volumus, nec istimus volentes, præcisse per inclinationē ad velle, nisi dumin nobis adest actu velle: ergò Deum per gratiam suam operari in nobis, * ut velimus, est idem ac operari in nobis ipsum velle.

12 Tertio. 3. Iuxta M. P. cap. 16. supra citato: *Sicut per gratiam operantem facit Deus *ut velimus*; ita per gratiam cooperantem facit Deus, *ut faciamus*:* sed Deum facere, ut faciamus, est idem ac Deum operari in nobis facere, *aufferendo cor lapideum, & dando nobis cor carneum* iuxta M. P. ergò Deum facere ut velimus, est Deum donare nobis velle. Unde sicuti repugnat Deum facere, ut faciamus, & nos non facere; ita repugnat Deum per gratiam operantem facere, ut velimus; & quod nolentes operationi Dei resistamus. Teste D. August. de Correct. & Gratia c. 14.

Quarto. 4. Gratia operans, per quam Deus facit, ut velimus, est iuxta M. P. de Correct. & Gratia, cap. 11. & 12. gratia adiuvans per modum adiutorij *quo*, & lib. de Grat. Christi, cap. 47. *Adiutorium voluntatis supra adiutorium possibilitatis.* Sed gratia sic adiuvans *est gratia, per quam Deus inaestimabiliter, & insuperabiliter facit nos velle*,* & quæ solum datur quando volumus:* ergò gratia operans est gratia ordinata ad velle non solum ut finem illius, sed ut effectum, cum quo infallibiliter connectitur.

* Ita ibi.

§. III.

Solvuntur argum. ab Authoritate probantia gratiam operantem esse excitantem.

13 Primum testim. ARguunt 1. ex M. P. lib. de Grat. & lib. arb. cap. 17. differte tractanti de gratia operanti, & cooperanti per sequentia verba: *Deus ut velimus, operatur sine nobis; cum autem volumus, & sic volumus, ut faciamus nobiscum cooperatur: ut velimus operatur incipiens, qui nolentibus cooperatur perficiens.* Ex quibus fit 1. ponderatio. Gratia operans est illa per quam Deus operatur in nobis sine nobis (solum physicè eficientibus) sed huiusmodi sunt motus subiti illuminationis, & affectionis, quibus voluntas excitatur, ut liberè velit: ergò gratia operans in prædictis motibus consistit. 2. Gratia operans iuxta superius dicta est illa, per quam Deus incipit in nobis ut velimus; sed per gratiam illuminationis, & subitæ affectionis incipit Deus in nobis ut velimus; cum initium liberæ volitionis sit complexum ex illuminatione, & subita affectione coalescens: ergò. Arguunt. 2. Ex eodem lib. 2. de peccat. merit. cap. 18. asserente: *Ideo dictum esse à D. Paulo Deum operari in nobis velle; quia sine illo excitante, atque adiuvante nihil possumus.* Sed Deum operari in nobis velle, est nobis conferre gratiam operantem, ut velimus: ergò gratia excitans est gratia operans. 3. Gratia, per quam Deus agit velimus, est gratia per quam Deus facit ut velimus; agere enim, & operari in Deo idem prorsus sunt: sed per gratiam excitantem illuminationis, & inspirationis agit Deus ut velimus: ergò gratia excitans est gratia operans. Min. est expressa D. August. lib. de Spiritu, & littera, cap. 24. dicentis: *Visforum suasionibus agit nos Deus, ut velimus, & credamus*; sed suasio ad gratiam excitantem expectat: ergò. 4. M. P. lib. 83. quæst. q. 68. hæc habet: *Quia nec velle quisquam potest, nisi admonitus, & vocatus, ideo ipsum velle Deus operatur in nobis*: ergò gratia internæ admonitionis, & vocationis est gratia vi cuius Deus operatur in nobis velle. Sed talis gratia est gratia excitans: ergò gratia excitans &c.

Secundū.

Tertium.

Quartum.

Arguunt 5. Ex S. Prospero, lib. 2. de vocatione gentium, cap. 9. ubi asserit* Deū operari in nobis per gratiam suam velle, & agere, illuminando intellectum, inspirando consilium, & cor affectionibus fidei imbuendo: * sed illuminatio, inspiratio, & infusio sanctarum affectionum, sunt motus spectantes ad gratiam excitantem, ut videtur certum: ergò in his motibus consistit ratio gratiæ operantis in nobis velle.

14 Quintum ex S. Prosper.

Con-

Ex S. Bernardo. Confir. hoc ex D. Bernard. lib. de grat. & lib. arb. asserente, gratiam Dei tria operari in nobis, scilicet, *rectè cogitare, benè velle, & iustè agere.* Sed iuxta eundem S. D. solum gratia, per quam fit, ut rectè cogitemus, est gratia operans: ergò gratia operans consistit in sancta cogitatione. Prob. min. sic. Solum gratia præveniens nostrum liberum arbitrium est gratia operans; sed iuxta D. Bernard. gratia Dei solum prævenit liberum arbitrium, in hoc quod est rectè cogitare: Nàm in hoc quod est velle, & agere illud commitatur: ergò.

Urgetur. Urgetur hoc. Iuxta Thomistas voluntas creata solum consentit, vel dissentit gratiæ excitanti; sed iuxta D. Bernard. in principio eiusdem libri,* gratiæ operanti salutem cooperatur liberum arbitrium, dum consentit:* ergò gratia operans in nobis actum salutarem, est gratia excitans. Accedit etiam testim. ex Mag. Gregor. lib. 16. Moral. cap. 10. dicenti:

Ex S. Gregorio. *Superna pietas prius agit aliquid in nobis sine nobis, ut subsequente nostro arbitrio, bonum, quod appetimus, agat nobiscum.* Ex quibus sic arguo. Gratia operans, utpotè præveniens, est illa per quam prius agit Deus in nobis sine nobis, ut velimus bonum; sed huiusmodi est gratia illuminationis, & subitæ affectionis, quæ fit in nobis sine nobis liberè agentibus: ergò.

Hæc sunt testimonia SS. PP. quæ in sui favorem possunt adduci ab Adversar. & omni efficacia proposita. Sed in primis desidero consequentiam doctrinæ P. Suarez, qui lib. 3. cap. 15. acriter propugnat gratiam excitantem tantum *ex parte obiecti, & mot. metaphorica* influere in consensum salutarem, eo quod talis influxus est purè moralis, & ad genus causæ finalis, & obiectivæ reductivè spectans. Quapropter cap. 19. tuetur actus liberos in absentia habituum supernaturalium procedere immediatè à Spiritu Sancto per se ipsum elevante per modum principij physici liberum arbitrium ad illorum productionem. Hac doctrina suppositа non satis consequenter procedit, dum affirmat in præsenti gratiam operantem, per quam Deus facit, ut velimus, auferendo cor lapideum, & dando nobis cor novum, & spiritum novum, ut præcepta Dei custodiamus; in prædictis moribus consistere. Ratio vid. clara. Nam cum Deus per gratiam suam verè, & cum omni proprietate operetur in nobis velle, & etiam cum proprietate faciat, ut velimus, & agamus; dicere hoc exequi à Deo per motus gratiæ excitantis, est dicere Deum *per gratiam operantem* reductivè ex parte obiecti, & motione metaphorica, efficere, & operari in nobis velle: quod assertum, si conceditur, est nimis durum, & ad sensum improprium detorquens testim. SS. PP.

Ezech. 11. 18. & 30.

De hoc tract. ant. dub. 2. §. 2.

15 Prob. 1. illa non adduci conseq. ad alibi dicta.

Ad 1. testimon. Resp. Deum operari sine nobis bonum aliquod stare tripliciter. 1. sine nobis physicè efficientibus. 2. sine nobis vera libertate operantibus. 3. sine nobis deliberatè agentibus. 1. contingit, dum Deus nobis infundit auxilia fluida, & efficacia ad operandum; cum respectu illorum voluntas nostra nullam efficientiam exerceat. 2. contingit, quando Deus movet intellectum, & voluntatem ad actus omnis libertatis expertes; respectu quorum, & si homo concursum effectivum exerceat, non tamen liberum, utpotè absque præcedentia iudicij indifferentis, in quo radicatur libertas. 3. vero contingit: quando voluntas elicit primum actum liberum; ad quem, cum non se moveat applicative ex alia priori intentione, & medio cõsilio rationis, ideò dicitur voluntatem ad illum non se movere per deliberationem rationis, sed unicè moveri à Deo: ita D. Thom. hac 1. 2. q. 111. a. 2. Quando ergò asserit M. P. *Deum per gratiam operantem operari sine nobis, ut velimus piè vivere*, exponendus est in tertio sensu, scilicet, sine nobis deliberatè volentibus: quam solutionem infra fundatam dabimus ex Doctrina Sanct. Doctor. Ad 2. Resp. distinguend. maior. Est gratia, per quam incipit in nobis, ut velimus operando, & faciendo in nobis velle, conced. mai. Præcisè inclinãdo voluntatem, eamque relinquendo cum indifferentia, ut velit, vel nolit, neg. mai. & cum

16 Resp ad 1.

Ad 2.

eadem min. dist. neg. conseq. Gratia enim operans iuxta Div. August. est est illa, per quam Deus operatur in nobis; non quidem posse velle, sed actu velle; & quam iuxta ipsum Magn. Par. deprecamur à Deo, ut donet ipsam nolentibus piè vivere; hæc autem non est gratia, ut excitans de se coniungibilis cum nolitione; quandoquidem de homine nolente piè vivere, non nisi improprijssime affirmari valet: *Deum in corde illius operatum fuisse, ut velit piè vivere.* Recolantur dicta à num. 3. Quapropter

Ad 2. ponder. estò benè velle incipiat remotè, & mediatè à grat. excit. immed. incipit à gratia intrinsecè efficaci, per quam Deus movet voluntatem determinando ipsam, ut liberè velit.

Ad 2. Resp. hoc quod est gratiam excitantem, & adiuvantem requiri, ut Deus operetur in nobis velle; dupliciter contingere, vel consíderari posse: vel ita, ut utraque gratia sit constitutivè gratia operans in nobis velle; vel ita, ut quamvis gratia excitans necessariò prærequiratur, ut Deus in nobis operetur velle, non tamen ingrediatur constitutivè, sed pro priori, scilic. quatenus constituit libertatem in voluntate, ut liberè velit. Licet ergò gratia excitans, & adiuvans necessariò requirantur, ut Deus operetur in nobis velle iuxta testimon. Magn. Par. aliter tamen, & aliter: gratia quidem excitans, præsuppositivè, & ex parte actus primi ad velle piè vivere: gratia vero adiuvans constitutivè, & tanquam donum, per quod Deus donat, & operatur in nobis ipsum velle. Quapropter, ut argumentum sit efficax, debet probare, vel solum gratiam excitantem esse operantem, vel saltim gratiam adiuvantem non esse gratiam strictè operantem; quod quidem esse falsum §. anteced. probatum relinquimus.

Ad 3. Respond. *Voluntatem nostram*, iuxta Magn. P. *non solum agi visorum suasionibus, sed etiam Spiritu Dei illuminante, exhortante, atque adiuvante*: ita serm. 13. de verb. Apost. ex quo infero: Voluntatē agi Spiritu Dei adiuvante, esse iuxta mentem M. P. voluntatem agi gratia distincta ab excitanti. Assumptum probat. 1. Quia iuxta eundem P. *Qui ita agitur Spiritu Dei, vix intelligitur, ut aliquid agat*: qui autem agitur ab alio per gratiam exhortantem, atque excitantem, facilè percipitur aliquid agere; nemo enim, nisi liber sit, est capax exhortationis. 2. Quia iuxta ipsum lib. de Corrept. & grat. cap. 12. * ita Deus per gratiam suam agit in cordibus hominum motum bonæ voluntatis, ut indeclinabiliter, & insuperabiliter velint rectè operari, * quę quidem minimè verificari possunt de gratia ut præcisè suadente, & excitante moraliter. Unde in forma dist. mai. Gratia operans est, per quam Deus agit adiuvando indeclinab. invictissimè, & insuperabiliter, ut velimus, conced. mai. Per quam Deus agit, & non sic adiuvat, ut velimus, neg. mai. Vel aliter: Per quam agit donando ipsum velle, conced. maior. Donando præcisè libertatem, ut velimus, neg. maior. & cum eadem minor. dist. neg. consequent. Solutio constat ex dictis.

Nota ex M.P.

Ad 4. Resp. Illam esse potius in favorem nostrum; si enim gratia operans unicè esset gratia ut excitans, frustra adderet M.P. vocationem Dei supra illius admonitionem ad hoc, ut Deus in nobis operaretur velle. Quapropter per vocationem intelligit M.P. vocationem efficacem, & quæ est secundum propositum Dei, per quam infallibiliter veniunt ad Deum, qui tali modo ab ipso vocantur. De hac enim vocatione libenter affirmamus esse gratiam operantem; secus vero de vocatione solum sufficienti, & ex se præscindenti ab efficaci, & inefficaci, ut Adversarij contendunt. Ad testim. D. Prosperi Resp. In illis verbis: *Affectionibus fidei cor ipsum imbuendo*, continetur gratiam efficacem, & ut gratiæ excitanti superadditam. Ratio est: Nam non omnis homo, quem Deus excitat ad fidem per gratiam inspirationis, potest dici habere cor imbutum à Deo affectionibus fidei; cum in sensu composito talis inspirationis possit homo nolle credere,

Ad test. S. Prosp.

dere ; & fidei reſiſtere : ergò Deum imbuere cor hominis affectionibus fidei, eſt Deum operari in illo, & ipſum credere, & voluntatem credendi : quod nullatenus provenit à ſola gratia ut excitanti, & ut præbenti ſufficientiam ad actum fidei. Teſtimonium Div. Bernardi nihil probat contra nos, ut probavimus dub. 4. præcedentis tractatus num. 41. ubi videri poſſunt, nè eadem repetamus. Ad urgent. ex eodem * Reſp. Div. Bernardum non affirmare liberum arbitrium conſentire gratiæ operanti ſalutem ; *ſed cooperari gratiæ Dei operanti, quando conſentit gratiæ.* Sed cuinam gratiæ ? Gratiæ utique excitanti : * ad modum quo iuxta Thomiſt. dum homo conſentit gratiæ excitanti, cooperatur Deo phyſicè prædeterminanti, & adiuvanti ; eſtò propriè loquendo, non conſentiat gratiæ prædeterminanti, ſive adiuvanti. Ad ultimum ex D. Greg. Reſp. eadem ſolutione, qua fuit reſponſum ad 1. ex M. P. Aliud teſtimonium efficacius eiuſdem Sanct. Doctor. poteſt obijci, in quo affirmat * Deum operari in nobis velle, quatenus nos prævenit aſpirando, ut velimus, * ſed ad hoc conſtat ex dictis tract. de grat. excit. dub. 4. concluſ. 3. in ſolutione argumentorum, & dub. ſeq.

Ad teſt. ex S. Bernard.

* In principio libri citati.

* Scil. gratiæ Dei iubentis pollicentis; & benefacientis. Sic ibi quoad ſenſum.

Ad teſt. ex S Gregor.

Obijcies 2. Gratia vocationis eſt gratia operans ; ſed gratia vocationis eſt gratia excitans : ergò gratia operans eſt idem, quod gratia excitans. Min. conſtat. Nam gratia vocationis iuxta Tridentin. ſeſſ. 6. c. 5. conſiſtit in illuminatione, & inſpiratione, quibus Deus tangit corda hominum : ita ut voluntas eorum poſsit eis diſſentire ; quæ omnia ſolum de gratia excitanti verificantur. Mai. vero probat. Gratia, per quam Deus facit, ut velimus, eſt gratia operans in nobis velle ; ſed Deus per gratiam vocationis facit, ut velimus teſte D. Aug. lib. 1. ad Simplic. quæſt. 2. & lib. de Spir. & litt. cap. 34. & lib. de Præd. SS. cap. 19. & alibi : ergò. Confirm. Concilium Trid. abſque dubio nos docuit, quænam auxilia gratiæ ſunt neceſſaria ad actus ſalutares ; ergò nos docuit adſtruendo gratiam operantem, & cooperantem pro illorum elicientia. Sed ſeſſ. & c. cit. ubi ex profeſsò tractat de gratia auxiliante, ſolum meminit duplicis gratiæ excitantis, & adiuvantis ; ergò gratia operans, & cooperans, ſunt idem, ac gratia excitans, & gratia adiuvans.

20 Secund. argum.

Confirm.

Reſp. diſt. mai. Gratia vocationis purè quoad ſufficientiam eſt gratia operans, neg. Mai. Gratia vocationis quoad efficaciam, & quæ eſt talis ſecundum propoſitum Dei, conced. mai. & cum eadem min. diſt. neg. conſeq. Doctrina huius ſolutionis clare, & ſolidè percipietur : ſi reducantur in memoriam ea quæ tract. præc. dub. 3. à num. 13. & 20. diximus ; ubi diſcrimen inter utramque vocationem, & earum conſtitutionem deſcripſimus. Ad confirm. Reſp. Gratiam operantem contineri ſub gratia adiuvanti deſcripta à Trident. ſeſſ. 6. cap. 5. * Nam dum Deus adiuvat voluntatem, ut benè velit, confert ei gratiam operantem ; cum autem adiuvat, ut perficiat opere id, quod vult, donat ipſi gratiam cooperantem : ita S. D. hac 1. 2. q. 111. a. 2. ex M. P. Igitur gratia adiuvans per modum auxilij, eſt communis gratiæ operanti, & cooperanti. Recolantur dicta in hoc dub. à num. 4.

21 Reſp.

Ad confirm.

* Et c. 13. referente Paulum ad Phil. 2.

§. IV.

SECUNDA CONCLUSIO.

Diſcrimen inter gratiam operantem, & cooperantem, ex mente Ang. Præcept.

DIv. Thom. hac 1. 2. q. 111. a. 2. & in 2. ſent. diſt. 26. q. 1. a. 5. & q. 27. de Ver. a. 5. ad 1. & 6. poſt quam in argum. ſed contra probavit ex M. P. lib. de Grat. & lib. arb. cap. 17. gratiam auxil. convenienter dividi in operantem, & cooperantem, quatenus, ſcilicet, Deus operatur in nobis, ut velimus, & cooperatur perficiens cum volumus. Diſtinguit in corp. art. duplicem actum. Unum quidem, per quem voluntas incipit velle bonum ; alterum vero, per quem exequitur, &

22 Propoſitur doctrin. S. D.

Nota PP. Salm. in hoc punc to nó rec tè ſapere: uti ſent. Antiq. Thom.

perficit bonum per prius volitum. 1. actum vocat actum interiorem. 2. appellat actum exteriorē: non quia multoties à voluntate elicitivè non procedat, sed quia procedit ex imperio voluntatis constitutæ in actu per alium actum priorem. Hac distinctione suppositâ statuit Sanct. Doct. sequentem conclusionem: *Auxilium Dei moventis voluntatem ad actum interiorem, per quem primo vult bonum, est gratia operans: auxilium vero, quo Deus movet voluntatem, ut perficiat opus, & interius confirmando voluntatem, ut perveniat ad actum, & exterius facultatem operandi præbendo, dicitur gratia cooperans.* Primam partem conclusionis sic probat. Gratia, per quam Deus, ita movet voluntatem ad actum, ut solus Deus moveat, non vero ipsa voluntas se moveat, est gratia operans: Nam operatio alicuius effectus non attribuitur mobili, sed moventi; sed voluntas nostra respectu 1. actus, quo vult bonum, tantum se habet ut motum, Deus vero ut movens: ergò gratia ad 1. actum voluntatis est gratia operans. Secundam vero partem sic probat. Gratia, quæ movet voluntatem ad actum, ad quē etiam voluntas se movet, est gratia cooperans. Ratio est. Nā gratia ita operans talem actum, ut etiam operatio illius attribuatur volūtati titulo principij se moventis ad illum est cooper. sed voluntas verè se movet ad actum, per quem exequitur id, quod per prius fuit volitum ab ipsa: Nam ex intentione finis, se movet ad electionem, & ex electione ad usum: ergò gratia movens voluntatem ad actus exteriores, sive ex imperio primi actus procedentes, est gratia cooperans.

Concluſ. S.D.

23 Ut autem ratio Div. Thomæ melius percipiatur, advertendum est 1. ex doctrina S. D. hac 1. 2. q. 9. art. 4. & 3. & q. 109. a. 2. voluntatem se movere ad actum dupliciter; posse contingere: uno modo purè elicitivè; alio modo elicitivè, simul, & applicativè. Primum consistit in hoc quod est voluntatem efficere, & simul recipere actum ab ipsa provenientem: Nam quatenus illum producit, dicitur movens: mobilis vero quatenus ipsum recipit. Ad 2. vero ultra efficientiam, & receptionem actus, requiritur, quod sit pro priori constituta in actu per alium actum ab ipsa elicitum. Ratio est. Quia cum movere sit reducere aliquid de potentia ad actum, & nihil reducatur de potentia ad actum, nisi per id, quod est in actu, nequit voluntas ad 1. actum, ad quem est in potentia se movere applicativè, sed solum ad actus supponentes pro priori alium actum. * Hanc doctrinam explicat, & probat exemplo intellectus, qui quidem se ipsum movet applicativè, & se ipsum reducit de potentia ad actum, quantum ad cognitionem conclusionis ex vi cognitionis principiorum habitæ pro priori. Cumque hoc modo se habeat finis in appetibilibus, sicut principia in speculabilibus; voluntas se ipsam movet ad volendum ea, quæ sunt ad finem, in quantum per prius vult finem. Hinc infert S. D. a. 4. *Primum actum voluntatis procedere ab illa ex instinctu exterioris principij ipsam moventis, quod quidem solum potest esse Deus.* 2. Advertendum, nomine 1. actus non intelligere D. Thom. præcisè actum illum, quem homo elicit, dum 1. pervenit ad usum rationis; sed etiam actum, qui est 1. in qualibet serie rerum, & procedens à voluntate absque consilio rationis, ut in præsenti advertit Emin. Cayet. & probat M. Gonet cum communi Thom. sententia tract. de motivo voluntatis disp. 5. art. 2. & tract. de Angelis disp. 11. art. 2. probans ex hoc, primam operationem Angeli non potuisse esse peccaminosam. Nam cum talis operatio procedat à voluntate non se movente applicativè, *sed ex speciali instinctu Dei* illam moventis ad operandum; defectus moralis prædictæ operationis reduceretur in Deum tanquam in 1. causam, & A. Videantur M. Lemos tom. 4. tract. 8. part. 1. cap. 2. Ill. Alvar. Medina, Gonet, & Alij Thomist. exponentes D. Th. ubi supr. & hic q. 111. art. 2. Nec propter hoc dici debet actum 1. voluntatis procedentem ex instinctu speciali Dei moventis, non esse li-

* Sic Anſ. de caſu Diab. cap 12.

Adver. 2.

Zumel opuſc. de volunt.

Explicat. ratio S.D.

Adver. 1.

Hoc non eſt propriè movere.

Nota.

liberum. Siquidem S. D. oppositum expresse docet in disput. quæst. de elect. humana, illum esse liberum quoad exercitium. Idem ibi solut. ad 17. Et hac 1. 2. q.109.a.2.ad 1. *

* Vide Cayet. ibi §. scito 3.

24 Ex his constat sensus primæ propositionis D. Thomæ, scilicet: *Voluntas in ordine ad 1. actum se habet ut mota, & non ut movens, solus autem Deus se habet ut movens.* Constat, inquam: Nam loquitur D. Thomas de motione applicativa, quæ unicè provenit à Deo respectu primi actus; cum quo tamen componitur voluntatem respectivè ad prædictum actum se movere latè, & communiter sumpta motione, prout est idem ac activè voluntariè influere in 1. actū. E contra vero in ordine ad actus subsequentes primam volitionem, sive intentionem finis, voluntas ita movetur à Deo, ut etiam se moveat applicativè; utpotè constituta iam in actu virtuali completo per prædictam intentionem, vi cuius in suo ordine potest reducere se ipsam de potentia ad actum. Nec voluntatem non se movere ad primum actum applicativè tollit eius libertatem: ad hanc enim sufficit ex parte voluntatis potestas ad omissionem talis actus; quæ quidem datur in voluntate, quoties elicit actum regulata cognitione proponenti obiectum ab ipsa prosequendum cum indifferentia. Huiusmodi indifferentia in proponendo potest convenire, tum cognitioni formatæ ex motione voluntatis; tum cognitioni specialiter immissæ à Deo absque omni concursu voluntatis, ut contigit in cognitione regulanti pro 1. instanti conversionem liberam Angelorum in Deum, ut A. gratiæ. Quare estò primus actus possit esse liber, non tamen dicendus est deliberatus: deliberatio enim, si cum proprietate accipiatur, non est circa finem, sed circa media; eo quod deliberatio est terminus consilij; cumque consilium sit propriè de medijs, & supponat voluntatem intendentem finem; ut docet expresse Div. Thom. hac 1. 2. quæst. 14. a. 2. ideò quamvis voluntas liberè eliciat 1. actum, non tamen deliberatè.

Prima propos. S.D.

Occurritur cuid. instanc.

De hoc Thom. de impeccab. in 1. inst.

§. V.

Solvuntur instantiæ contra rat. S.D.

OBijcies 1. Gratia dispensata ad actum, quem simul cum illa operatur voluntas, non solum est gratia operans, sed cooperans; cooperari enim est unum simul cum altero operari; sed non solum gratia auxilians, sed etiam voluntas est causa propriè, & per se 1. actus ab ipsa procedentis: ergò gratia ad 1. actum non solum est operans, sed cooperans. 25 Arg. 1.

2. Discursus D. Thom. est huiusmodi: *Operatio effectus non attribuitur mobili, sed moventi; sed respectu 1. actus, voluntas se habet ut mobilis, Deus vero tantum ut movens: ergò gratia movens voluntatem ad 1. actum, non est cooperans cum voluntate; sed in ea operans.* Sed maior huius discursus, si quid probat, probat voluntatem, aut merè passivè se habere respectu 1. actus, aut gratiam dispensatam ad illum esse gratiam cooperantem. Prob. min. Talis propositio solum est vera de mobili purè mobili, & non activè influenti in effectum; quis enim dicet lapidē se habere passivè ad mot. vel effectus sublunares solum attribui causis universalibus, non vero causis particularibus ex motione illarum influentibus? Sed iuxta dicta, & iuxta veritatem, voluntas ita se habet, ut mobilis ad 1. actum, ut etiam propriè activè influat in illum: ergò talis propositio, aut probat voluntatem merè passivè se habere ad 1. actum &c. Secunda.

Pro huius solutione revocandum est in memoriam, id quod in initio huius dubij advertimus, scilicet, operari, & cooperari, posse dupliciter accipi: uno modo communiter; alio modo specialiter, & prout in præsenti accipitur à M. P. & D. Ang. agentibus ex professò de gratia operanti, & cooperanti. Arg. solum prob. voluntatem, & gratiam dispensatā ad 1. actum liberum esse cooperantem in 1. sensu; non tamen in 2. pro cuius intelligentia, & decisione, præsens dub. est institutum. Sed restat reddere rationem, cur voluntas nō dicatur propriè, & specialiter operari primum actum liberum; ideòque solum gratiæ Dei moventi voluntatem ta- 26 Notandū.

lem operationem attribui. Resp. Operationem aliquam, etsi effectivè procedentem ab aliqua causa, non attribui ipsi ut operanti, nisi influat in illam modo sibi proprio, & in quo resplendeat differentia propria, & specifica, per quam differt in operando ab alijs causis. Modus autem proprius creaturæ intellectualis liberæ, est agere se movendo, & applicando mediante consilio, & deliberatione rationis; tunc enim proprie verificatur hominem operari ex sibi proprijs, hoc est ex dictamine ab ipso formato media collatione, & discursu. * Cū autem voluntas 1. actum, etsi liberum, non eliciat ex consilio, aut ex dictamine formato ab intellectu ex sibi proprijs, sed solum ex dictamine specialiter immisso à Deo; ut latè probant Thom. tract. de Angelis circa impossibilitatem peccandi pro 1. instanti; ideò gratia dispensata ad talē actum dicitur, quasi antonomasticè, operans: non quia voluntas activè in prædictum actum non influat, sed quia non influit modo sibi proprio, & ex proprijs sibi convenienti, scilicet, se movendo applicativè ad ipsum.

* Sic 1. 2. q. 9. a. 4.

27 Constat doctrina huius sollutionis ex Div. Thom. 1. 2. quæst. 74. art. 3. ad 3. ubi ait: * Illud quod homo facit sine deliberatione rationis, non perfectè facit ipse: quia nihil operatur ibi quod est principale in homine. * Cumque sit certum modum operandi mediante consilio, & dictamine rationis ex proprijs formato, esse modum principalem operandi in homine: ideò primus actus, etsi liber, procedens à voluntate ex dictamine specialiter à Deo immisso, & productio talis actus solum Deo, ut operanti attribuitur. Constat etiam ex eodem Sanct. Doct. in expositione Epistolæ ad Roman. cap. 7. ubi exponens illa verba, *iam non ego operor illum, sed quod habitat in me peccatum*, sic habet: *Actio enim maximè attribuitur principali agenti, quod secundum suam proprietatem movet, non autem agenti, quod movet, vel agit secundum proprietatem alterius, a quo movetur.* * Manifestum est autē, quod ratio hominis secundum

Fundatur Resp.

sibi propria non inclinatur ad malum, sed secundum quod movetur à concupiscentia: & ideò operatio mali non rationi, sed concupiscentiæ attribuitur. * Si igitur primus actus liber voluntatis non procedit ab ipsa, nisi ex speciali motione, & instinctu Dei, qui titulo primi agentis tenetur constituere illam in actu completo, ut postmodum possit se movere ad aliquas operationes, quid mirum talem actum soli gratiæ, etsi liberum voluntati, attribui. Videatur ibidem cap. 9. lect. 3. ad illa verba: *Non est volentis, neque currentis &c.* Et in sent. ubi sup. ad 3.

Ex his in forma Resp. disting. illam propositionem: Actus quem voluntas simul cum gratia operatur, procedit à gratia cooperante: Si voluntas operetur illam se movendo applicativè, sive mediante consilio, & dictamine ab ipsa liberè efformato, conc. mai. Si hoc modo non operatur, sed potius ex dictamine specialiter à Deo immisso, & præcedenti omnem deliberationem rationis, neg. mai. Ad 2. Resp. neg. min. & retorq. Motus enim gravium attribuitur generanti, ut unicè moventi applicativè gravia ad ipsorum motum; & tamen procedit activè talis motus à natura gravium per modum proprietatis ad ipsam necess. consequutæ: ergò ex quo voluntas activè influat in primum actum, non infertur productionem illius non posse soli Deo attribui, quia unicè applicanti ad illam. Nec obstat paritas ex causis sublunar. Nā huiusmodi causæ non habent alium modum influendi in proprios effectus, nisi ex motione causarum universalium. Voluntas autem secundum modum sibi proprium operandi exigit, non solum determinari, & applicari à Deo ad suos actus, sed etiam se ipsam movere applicativè ex consilio, & deliberatione rationis; cumque hic modus operandi non resplendeat in elicientia primi actus: ideò productio illius solum gratiæ Dei, ut operanti attribuitur. Resp. 2. Propositionem mai. D. Thom. intelligi de mobili purè mobili puritate excludenti motionem applicativam, &

28

Ad 1. Resp. in forma.

Ad 2. Resp.

Secundo,

quoad

quoad exercitium respectu operationis ; non vero puritate excludente omnem influxum activum. Licet ergò voluntas in ordine ad primum actum non se habeat ut pure mobilis in 2. sensu , benè tamen in 1. quia estò activè influat in primam operationem ; non tamen se applicat , nec se movet quoad exercitium ad illam ; cum non sit constituta in actu primo completo per alium actum priorem.

§. VI.

Argumenta probantia omnem actum liberum procedere à gratia ut cooperanti.

29

Arg. 1. OBijcies 1. Prima dilectio Dei super omnia (& idem de quolibet 1. affectu libero circa quemcumque finem honestum) procedit à gratia ut cooperanti : ergò

Anteced. prob. 1. discrimen hucusque traditum &c. Prañs. 1. Actus procedens à voluntate se movente tam physicè , quam moraliter, procedit à gratia ut cooperāti; ut videtur certū; sed huiusmodi est prima dilectio libera Dei super omnia : ergò. Prob. min. Actus procedens à voluntate effectivè , & simul cum dominio, procedit ab illa se movente tam physicè , quam moraliter; physicè, quia efficit, & recipit talem actum ; moraliter , quia se movet liberè , & omnis motio libera est moralis : ergò.

Prob. 1. anteced.

Prob. 2. idem añs. Prima dilectio libera Dei est meritoria de condigno , non quidem gratiæ , sed gloriæ ; sed meritum est effectus gratiæ cooperantis iuxta D. Thom. hic q. 111. a. 2. ergò. Mai. est eiusdem S. D. hic q. 112. a. 2. 3. Actus disponens ad gratiam iustificationis est à gratia , ut cooperanti ; sed huiusmodi est talis dilectio : ergò. Min. constat , & mai. prob. ex Trid. sess. 6. cap. 5. dicente : *Quod homines assentiendo gratiæ Dei, & ei cooperando, disponuntur ad gratiam per conversionem in ipsum.*

Tertio.

Quarto. Sed implicat voluntatem cooperari nisi gratiæ cooperanti : ergò. 4. Iuxta Concil. ibid. Actus amoris Dei , & conversionis, procedunt à gratia adiuvanti ; sed gratia adiuvans est eadem cum gratia cooperante : ergò.

Ad hoc constat ex dictis §. 4. ubi duplicem modum se movendi in voluntate ad proprios actus distinximus , & ex D. Thom. fundavimus. Nec primum actum voluntatis , esse liberum, & honestum moraliter; amplius probat , quam illum elici à voluntate, tum præventa iudicio indifferenti , tum subdita regulis morum. Hæc autem duo non probant voluntatem debere se movere applicativè ad talem actum ; cum huius generis motio sit ex deliberatione rationis, quæ est terminus consilij circa electionem huius medij præ alio conducentis ad finem præintentum. Hinc constat voluntatem se movere moraliter , hoc est eliciendo actum contentum intra lineam moris; admittere eandem distinctionem in modo se movendi , sicut hoc quod est voluntatem physicè se movere. Quod si Magist. Aivarez (quem alij sequuntur) disputat. 81. num. 6. dicit voluntatem non se movere moraliter ad primam volitionem liberam; exponendus est de motione morali tam ex parte actus , quam ex parte modi operandi ; ad hanc enim requiritur , & quod prædictus actus sit de linea moris ; & insuper , quod procedat à voluntate operante non ex dictamine specialiter à Deo immisso , sed mediante consilio , & deliberatione rationis. Ad 2. probat. Resp. D. Thom. ibi loqui expressè de gratia habituali , de qua affirmat obtinere munus gratiæ cooperantis, quatenus est principium meriti ; munus vero operantis , quatenus per modum causæ formalis sanctificat animam. De quidditate vero gratiæ actualis operantis , & cooperantis, iam ibidem expressè dixerat : motionem divinam ad primum actum esse gratiam operantem , & motionem ad reliquos actus esse gratiam cooperantem.

30

Resp. ad 1. prob.

Nota.

Ira Medina.

Ad 2.

Ad 3. neg. mai. Ad eius prob. Resp. Falsum esse omnem gratiam, cui cooperatur liberum arbitrium, esse gratiam cooperantem strictè , & specialiter sumptam, & prout in præsenti accipitur à D. Th. unde illa propositio: *liberum arbitriū nō cooperatur, nisi*

31

Ad 3.

nisi gratiæ cooperanti. Sic debet distingui: si cooperetur se movendo applicative, conced. Si cooperetur non se movendo applicative, hoc est ex consilio, & deliberatione formata ex proprijs, neg. Quod si instes. Cooperari ex terminis nihil aliud est, quam unum cum alio operari. Resp. Hoc esse verum de cooperari communiter accepto: ad cooperari vero specialiter acceptum, requiri quod voluntas ita operetur, ut propriè se moveat, & applicet ad operationem. * Ad ultimum Resp. Non omnem gratiam adiuvantem esse cooperantem in sensu exposito à D. Thom. si enim homo adiuvetur, ut velit, tale adiutorium est gratia operans; si vero adiuvetur, ut faciat, & exequatur quod vult, tale adiutorium dicitur gratia cooperans. Verba sunt Sancti Doctoris hic quæst. 111. art. 2. in solutione ad 3. * homo per gratiam operantem adiuvatur à Deo, ut velit bonum, & præsupposito iam fine, consequens est, ut gratia nobis cooperetur. *

Si instes Resp.

Ad ultim *

S. D. in 2. d. 26. q. 1. a. 5. tradit duplicem cooper.

32 Obijcies 2. Prima volitio libera potest esse volitio efficax finis; sed omnis volitio efficax finis est à gratia Dei cooperanti: ergo prima volitio libera &c. Prob. min. ex D. Aug. lib. de gratia, & lib. arb. dicente cap. 17. *Ut velimus, Deus in nobis operatur; cum autem volumus, & sic volumus, ut faciamus, nobiscum cooperatur*: ergo omnis volitio ad facere est à gratia cooper. Sed talis est volitio efficax finis; cum hęc imperet efficaciter executionem operis: ergo. Confirm. & prob. 2. ead. min. Gratia, per quam Deus facit non solum, ut velimus, sed etiam ut faciamus, est gratia cooperans; ita Mag. Par. ubi immediatè. Sed Deus facit ut faciamus, dum nobis per gratiam suam donat velle efficaciter aliquem finem: ergò omnis volitio efficax finis &c. Min. videtur expressa in D. Augustin. ibidem cap. 16. dicente: *Certum est nos facere cum facimus; sed ille facit, ut faciamus, præbendo vires efficacissimas voluntati.* Quæ autem virtus efficacior in voluntate, ut exequatur bona opera, quam volitio efficax rectè operandi? Præsertim, quia Magn. Par. exprimit hanc efficaciam virium per hoc * quod Deus det nobis cor obediens, unde faciamus; * sed volitio efficax finis est obedientia cordis: ergò.

Arg. 2.

Confirm.

Reſp. negand. minor. intellectam de volitione libera efficaci finis quantum ad primum sui esse. De gratia enim dispensata ad continuationem, & perseverantiam talis volitionis, potest quam optimè affirmari illam esse gratiam cooperantem. Ut expresse docet D. Thom. hic quæst. 111. art. 2. per hæc verba: *Ad actum exteriorem adiuvat Deus, & interius confirmando voluntatem in bono, & exterius facultatem operandi tribuendo; unde respectu talis actus dicitur gratia cooperans.* Hinc sequentes sententiam plurium Thomistarum tuentium: dilectionem Dei elicitam ab Angelis pro primo instanti fuisse eandem numero cum dilectione in secundo instanti ob sui continuationem: Dicimus gratiam dispensatam ad actum dilectionis quo ad primam sui extentiam, fuisse operantem; cooperantem vero quo ad sui continuationem. Quapropter docent prædicti Thomistæ talem dilectionem ut primo habitam fuisse ex speciali motione Dei unicè applicantis voluntatem; ut continuatam vero, processisse etiam ab Angelo se applicanti, & deliberatè operanti. Nec oppositum probat testimon. Div. August. Nam in illis verbis: *Cum autem volumus, & sic volumus, ut faciamus.* Expressè denotat se loqui de volitione ut continuata, & coniuncta cum ipso facere, ad quam libenter concedimus requiri gratiam cooperantem, licet non ad illam, ut primo conceptam. Ratio huius est: Nam antea præmisserat Magn. Par. *ut velimus, operatur in nobis incipiens.* In quibus continetur velle quoad primum sui esse.

33 Resp.

Ad Confirm. neg. min. Intellectam de volitione efficaci quoad primam sui existentiam, si sit primus actus liber. Ad probationem in contra Resp. Quod si nomine voluntatis intelligatur potentia volitiva (ut contendunt frequenter Thomistæ) per

34 Ad confirm.

per vires efficaciſsimas intelligi à D. Auguſt. non quidem intentionem efficacem finis, ut primo conceptam; ſed illius confirmationem, & perſeverantiam coniunctam cum gratia efficaciter determinanti voluntatem tum ad actum electionis, tum ad actum imperij, tum ad uſum activum voluntatis applicantis cæteras potentias ad executionem mediorum. Hæc omnia complexus eſt D. Thom. verbis ſupra relatis; ſcilicèt, *interius confirmando voluntatem in bono, & exterius facultatem operandi tribuendo*; cum enim facultas ſit idem ac expeditio ad operandum, * nomine illius intelligit S. Doct. quidquid neceſſario requiritur, ut voluntas ad actum perveniat. Si autem nomine *voluntatis* intelligit M. P. intentionem finis, (ut placet uni, vel alteri Thomiſtæ) tunc Reſpond. per vires *efficaciſsimas*, intelligi perſeverantiam, & continuationem eiuſdem intentionis, ad hoc ut cum effectu imperet actus exteriores; ita ut voluntas ob difficultatem mediorum non retrocedat ab intentione primo concepta; & propter huiu modi permanentiam provenientem à Deo, verificatur donare voluntati per prius non facienti, cor obediens unde faciat.

* Ita S. D. q. 27 de ver. a. 5.

35 Arguit. Obijcies 3. Ex alio cap. ſcilicèt, probando gratiam datam à Deo ad electionem, alioſque actus exteriores eſſe gratiam operantem, proindeque diſcrimen traditum à D. Thom. eſſe nullum. Aſſumptum probatur ex D. Auguſt. lib. de Bono perſeverantiæ, cap. 13. ubi diſtinguens inter velle, & operari, ait: * Nos ergò volumus, ſed Deus in nobis operatur, & velle. Nos ergò operamur, ſed Deus in nobis operatur, & operari: * ergò gratia data, tum ad velle, tum ad actus exteriores, quibus exequitur bona voluntas, indiſcriminatim appellatur à Magn. P. gratia operans. Confirm. ex Arauſic. cap. 9. dicente: *Quoties bona agimus, Deus in nobis, atque nobiſcum, ut operemur, operatur.* Ubi Concilium exprimit gratiam operantem per ly *operatur in nobis*, & gratiam cooperantem per ly *operatur nobiſcum*. Tum ſic. Sed voluntas, dum primo liberè vult benè operari, & ſimiliter, dum benè tamen in re operatur ſe exercendo per actus exteriores, agit aliquid bonum; ut eſt certum: ergo omnis actus liber bonus moraliter, ſive primus, ſive ſecundus, ſive interior, ſive exterior, procedit à gratia operanti.

Confirm.

36 Reſpond. Hoc argum. directè probat vanam eſſe diſtinctionem traditam à P. Auguſt. lib. de gratia, & lib. arb. cap. 17. inter gratiam operantem, & cooperantem. Probat etiam D. Thom. fruſtra laborare, hic quæſt. 111. art. 2. & quæſt. 27. de verit. art. 5. & alibi exponendo doctrinam M. P. penes diverſitatem actus interioris, & exterioris in voluntate; ita ut primus ſit effectus gratiæ operantis, ſecundus vero cooperantis. Sequela conſtat. Nam ſi omnis actus ſalutaris liber procedit à gratia operanti, & cooperanti; ut quid diſtinctio inter actum interiorem, & exteriorem? Ut quid diſcrimen inter velle bonum, & perficere bonum? Quapropter Reſpond. ly *operari* ibi accipi à D. Aug. communiter, prout comprehendit ſub ſe tam liberè operari in voluntate ſe movendo, quam operari ex ſpeciali motione Dei unicè applicantis voluntatem. Hoc tamen minimè obſtat, ut loco citato ex M. P. in quo expreſſe agit de diſtinctione inter gratiam operantem, & cooperantem peculiariter acceptam, mens, & ſenſus, tanti Doct. ſit indaganda, quod quidem melius aſſequi non poſſumus, niſi conſulendo Ang. Doct. qui eius mentem plenè attigit, & penetravit. Res, licet ſit de ſe ſatis manifeſta, ſequenti exemplo declarari poteſt. Nihil frequentius apud M. P. *Quam quod omnis cogitatio, & pius motus voluntatis, non poteſt haberi à nobis ſine adiutorio Dei*: quo tamen non obſtante, ob alia teſtimonia eiuſdem M. P. in quibus ponit manifeſtam diſtinctionem inter gratiam excitantem, & adiuvantem, merito contendunt Theologi mentem illius penetrare deſcribendo, quinam actus ſpectent ad gratiam excitantem, quinam vero ad gratiam ſtrictè adiuvantem. Unde ſicuti Recentiores, inter quos P. Suarez lib. 3. cap. 13. num. 4. exponunt prædicta teſtimonia

Habetur in epiſt. Cœleſtini

nia de gratia adiuvante communiter accepta relinquendo locũ alteri specialiter sumptæ, ita, & nos dicimus in præsenti.

37 Ad Confirm. Respond. 1. Ly bona agere posse accipi pro agere complete, & perfectè, quatenùs, scilicèt, includit, & velle operari bonum, & ipsum bonum actu operari. In hoc sensu acceptis verbis Concilij manifestè apparet distinctio gratiæ operantis à cooperante; nam gratia data voluntati ut velit, est gratia per quam Deus operatur in nobis; gratia vero, per quam Deus operatur nobiscum, ut operemur bonum per prius volitum, est gratia cooperans. Resp. 2. Admisso per ly quoties bona agimus intelligi etiam à Concilio primum actum liberè amplectentem bonum: minimè probari gratiam pro elicientia talis actus esse strictè cooperantem. Ratio est: Nam ultra hoc quod est Deum efficere nobiscum aliquem actum, requiritur, ut gratia sit cooperans; quod etiam voluntas nostra se moveat ad illum ex priori determinatione habita, mediante proprio dictamine, & deliberatione rationis, ut expresse nos docet S. Doctor toties relatus. Quapropter ly *operari in nobis, atque nobiscum* sumitur à Concilio communiter, prout significat idem, ac agere, sive producere omnes operationes nostræ voluntatis; de quo non est præsens disputatio, nec acommodata ad mentem M. P.

Ad confirmat.

Resp. 2.

38 Objic. 4. Gratia operans consistit in motibus subitis intellectus, & voluntatis eam allicientibus ad consensum liberum: ergò gratia operans est eadem cum gratia excitanti. Probat. añs. 1. Gratia operans iuxta P. August. ubi supra est illa, per quam Deus inchoat in nobis negotium nostræ salutis; ut constat ex illis verbis: ut velimus operatur in nobis incipiens; sed negotium nostræ salutis incipit, & inchoatur propriè à motibus recensitis: ergò. Probat. 2. Deum operari in nobis, ut velimus, est finem talis operationis esse voluntatem velle bonum; nam ly *ut* potest denotare finem, & non præcisse effectum talis operationis: quapropter, qui alterum exhortatur, ut iustè velit, rectè dicitur de illo operari, ut ille quem exhortatur, iustè velit. Sed subita affectio, & illustratio ordinantur tanquam ad finem, ut voluntas liberè velit: ergò per huiusmodi affectionem, & illustrationem verificatur Deum propriè operari, ut velimus. Hinc infert P. Suarez gratiam operantem non esse illam, per quam Deus operatur in nobis velle; ad hoc enim requiritur Deum actu simul cum voluntate influere in ipsum velle; sed esse illam gratiam, per quam operatur, ut *velimus*: quod optimo iure salvatur; dum per motus gratiæ excitantis allicit voluntatem, ut liberè velit.

Arguit. 4.

Prob anteced. 1.

Secundo, & urget.

Respond. negand. añs. ad illius probationem Respond. negotium nostræ salutis inchoari mediatè, & remote à motibus gratiæ excitantis; proximè vero à gratia adiuvanti, per quam determinatur efficaciter voluntas, ut velit bonum volitione libera, & salutari. Quando autem M. P. asserit gratiam operantem esse illam, per quam Deus incipit in nobis negotium nostrę salutis; exponendus est de inchoatione proxima, & immediata, & non præcisse mediata, aut remota: aliter enim gratia operans consisteret in auxilio fluido ad sanctam cogitationem, & affectionem; vel in ipsa omnipotentia specialiter assistenti, & per se ipsam elevanti intellectum, & voluntatem ad primos motus supernaturales, ut frequenter tuentur RR. Societat. Ad urgent. sive 2. probationem constat ex dictis §. 2. ubi distinctionẽ datam inter hoc quod est Deum operari in nobis velle, & operari ut velimus, latè, & efficaciter impugnatam relinquimus. Quinimo ex tali modo dicendi sequitur sensum illius propositionis Apost. *Deus operatur in nobis velle*, esse hunc: *Deus quantum in ipso est, sive quatenùs est ex se, operatur, ut velimus*; * ita ut si velimus fiat, & si nolumus faciamus operationem Dei nihil in nobis valere. * Ratio est, nam prædicti motus gratiæ excitantis non semper faciunt voluntatem in re velle liberè bonum; sed solum denominant Deum

39 Respond.

Ad 2. probat.

qua-

quatenùs est ex se operantem in nobis tale velle. Hic autem sensus reprobatus est a M. P. epist. 107. Rursùs. Nam motus gratiæ excitantis sunt potestas proxima voluntatis, ut liberè velit iuxta Adversarios: ergò si verificaretur Deum operari in nobis velle, quatenùs infundit nobis prædictos motus, Deum operari in nobis velle iuxta Apost. esset idem ac operari in nobis posse velle. Quod dictum expressè refutatur a D. Aug. lib. de Gratia Christi, cap. 5. videatur M. Lemos, lib. 4. tract. 8. cap. 4.

§. VII.

Corollaria ex dictis.

40 Illatio 1. INferes 1. dissidiũ inter N. Commentatores D. Thomæ circa sensum illius propositionis eiusdem S. Doct. scilicèt,* gratia movens voluntatem ad actum interiorem dicitur gratia operans;* ex quibus alij asserunt nomine actus interioris intelligi simplicem amorem finis; alij vero intelligi intentionem efficacem illius: inferes, inquam, esse parvi momenti pro præsenti controversia impugnanti sensum AA. quos citavimus circa constitutionem gratiæ operantis. Ratio huius est. Nam AA. tuentes gratiam dispensatam à Deo, tam ad simplicem volitionem finis, quam ad intentionẽ efficacem illius, esse operantem; non ponunt eam in motibus subitis intellectus, & voluntatis excitantibus ad elicientiam, vel simplicis amoris, vel intentionis efficacis finis; sed in quadam motione, sive gratia ab intrinseco efficaci. Authores vero Societ. per oppositum tenent affirmantes gratiam in esse operantis consistere in motibus prædictis: & in eisdem, ut simul cum voluntate influentibus in consensum liberum ex determinatione illius, consistere gratiam in ratione, & munere cooperantis consideratam. Undè consequenter affirmant gratiam solum prævenire sub munere operantis, secùs vero sub munere cooperantis.

Quis actus interior sit, ad quem datur grat. operans?

41 Quinam autem ex Thomistis D. Thomæ mentem melius assequuti fuerint. An, scilicèt, qui nomine actus interioris intelligunt simplicem volitionem, seu amorem inefficacem finis: An vero, qui nomine illius comprehendunt etiam intentionem efficacem eiusdem finis imperantem electionem mediorum? dubium est pro utraque parte satis probabile. Assumptum probat. Nomine actus interioris intelligit S. Doctor actum voluntatis, ad quem ipsa non se movet, sed unicè movetur à Deo; sed huiusmodi solum est simplex volitio finis, quæ dicitur amor strictè dictus: ergò gratia operans solum est, quæ datur &c. Prob. min. Actus voluntatis, qui est radix, & origo omnium affectum, est actus ad quem voluntas non se movet, sed unicè movetur à Deo; aliàs non esset primus iuxta supra dicta; sed huiusmodi actus solum est amor strictè dictus circa finem, testante D. Thom. 1. p. q. 20. art. 1. & 1. 2. q. 28. art. 6. & alibi: ergò.

Fundam. pro amore simplici finis.

42 Urget. 1. & explicat. hoc. Amor strictè dictus finis supernaturalis, per quẽ voluntas tendit in ipsum præcisse quia bonus, præscindendo à præsentia, & absentia illius, consequibilitate, vel non consequibilitate; præcedit intentionem efficacem eiusdem finis, per quam voluntas tendit determinate in eius consecutionem media electione mediorum. Constat hoc, tum ex D. Thom. ubi immediatè, tum etiam ratione ex ipso desumpta: prima, scilicèt, quia voluntas nostra, utpotè procedens de potentia ad actum, prius prorumpit in actum imperfectum, quam perfectum: igitur prius amore strictè dicto, simplici, & inefficaci affectione fertur voluntas in finem, quam feratur amore perfecto, & efficaciter intentivo.

Urget. 1.

Amor strictus est prior aliis affectionib.

2. Quia ordo actuum in voluntate est iuxta ordinem obiectorum; sed in fine, prius est ratio boni secundum se, quam ratio boni, ut consequibilis per media: ergò in voluntate prior est amor strictè dictus, cuius obiectum est finis sub ratione boni secundum se, quam intentio efficax, cuius propriũ obiectum est ipse finis, utcõsequibilis per media. Ex quibus sic argum. ergò volũtas ad intentionem efficacem finis, ita movetur à Deo,

Secundo.

Deo, ut etiam se moveat applicativè medio amore inefficaci existenti in illa pro priori. Sed hoc ipso gratia movens voluntatem ad prædictam intensionem est gratia cooperans iuxta expressam Doctr. S. Doct. toties in præsenti adductam: ergò nomine actus interioris intelligit S. Doct. non intentionem efficacem finis, sed volitionem inefficacem, vel amorem strictè dictum. Ita Mag. Lorca, tom. 2. in 1. 2. disp. 17. Mag. Lemos, lib. 4. tract. 8. cap. 3. à num. 53.

43 Per oppositum tenent aliqui Thomistæ sic arguentes. Gratia operans iuxta D. Thomæ est gratia movens voluntatem ad actum interiorem illius, prout talis actus differt ab actu exteriori; sed huiusmodi ratio actus interioris convenit cum proprietate tam simplici amori finis, quam intentioni efficaci finis: ergò. Min. constat ex eodem S. Doct. hac 1. 2. quæst. 17. art. 9. ad quem se refert in præsenti, ubi nomine actus exterioris intelligit actum procedentem ex imperio voluntatis; proindequè actus imperans, qualis est intentio efficax finis, comprehenditur sub nomine actus interioris. Urgetur hoc. Iuxta eundem S. Doct. hic q. 111. art. 2. ad 3. *Gratia adiuvans hominem, ut velit finem, est gratia operans; gratia vero, quæ præsuppositum finem, adiuvat, ut perveniat ad actum* (hoc est ad consequutionem finis) *est gratia cooperans*: ergò omnis volitio sive efficax, sive inefficax finis, provenit à gratia operanti. Denique. Gratia collata Angelis ad dilectionem Dei in primo instanti fuit gratia operans iuxta P. August. lib. 12. de Civit. Dei, cap. 9. sed talis dilectio fuit efficax, & perfecta, convertens eos ad Deum ut finem ultimum: ergò.

Fundam. pro parte contraria

Urgetur.

Ultimo.

44 Uterque modus dicendi est satis probabilis, & meo videri satis conformis Doctrinæ S. Doct. Dico 1. *Intentio efficax finis potest esse effectus gratiæ operantis in sensu intento à S. Doct.* Ratio est: Nam huiusmodi intentio potest esse primus actus liberè elicitus à voluntate; ut constat in Angelis, & in hominibus, quos Deus specialissima gratia illuminationis, & affectionis prævenit, ut statim prorumpant in actum perfectum conversionis, & dilectionis Dei super omnia, ut contingit in D. Paulo teste D. Thom. hic quæst. 112. art. 2. ad 2. sed primus actus liber, & supernaturalis est effectus gratiæ operantis; cum ad illum voluntas non se moveat applicativè: ergò. Dico 2. *Etiam si intentio efficax finis supponat pro priori volitionem inefficacem, sive simplicem amorem eiusdem, talis intentio procedit à gratia operanti.* Ratio est: Nam etsi talis amor presupponatur, non propterea voluntas propriè se movet ad intentionem efficacem finis; primo, quia voluntatem propriè se movere ad actum est agere mediante consilio teste D. Thom. hac 1. 2. quæst. 9. art. 3. & 4. pro quo videndus Emin. Cayet. ibi; sed 1. intentio efficax finis non procedit imediantè consilio, sed potius est principium illius iuxta eundem S. Doct. ibidem, quæst. 14. art. 4. ergò. 2. Nam aliud est actum aliquem disponere, & inclinare voluntatem ad elicientiam alterius actus; aliud vero propriè immutare voluntatem, & determinare illam reducendo de potentia ad actum: 1. convenit amori inefficaci finis respectivè ad intentionem efficacem eiusdem; non vero 2. tum ob eius inefficaciam; tum quia talis præcedentia fundatur in imperfecto modo operandi ex parte voluntatis prius prorumpentis in actum imperfectum, quam perfectum: ergò ex prædicto amore voluntas non propriè se movet applicativè, & determinativè ad intentionem efficacem finis. Per quæ constat ad fundamenta in contrarium adducta.

Secunda, & prob. 1.

Secundo.

Inferes 2. Gratiam operantem, & cooperantem distingui realiter inter se. Ita Mag. Lemos, lib. 4. part. 1. tract. 8. cap. 10. Ratio est 1. Gratia operans est, quæ movet voluntatem ad primam volitionem liberam boni; cooperans vero, quæ movet voluntatem, ut perveniat ad actum, quo perficienda est bona voluntas: ergò quemadmodum prædicti actus distinguntur realiter inter se,

45 2. Illatio. Probat. 1.

Tenet Conradus

Ration. pro utraque parte Respond. duplici conclus. Prima, & prob. 1.

se, ita dicendum de gratia movente voluntatem ad illorum elicientiam.

Secundo. 2. Quia gratia operans potest separari à gratia cooperante; ut contigit in D. Petro volente ponere animam pro Christo Domino, & tempore tentationis deficiente. Rursùs. Quia gratia operans, & gratia cooperans possunt existere pro diverso tempore, ut videre est in homine, qui postquam vult operari bonum, differt illius executionem alio tempore: ergò. Hoc enim congruit naturæ talis gratiæ; cum enim sit motio, & hæc distinguantur penes terminos cum velle, & operari sint huiusmodi,

Illatio. dicendum gratiam operantem &c. Hinc colliges adhuc loquendo de ipsa gratia cooperante posse dividi in plures gratias, omnesque has concurrere, quoties homo perficit opus bonum præintentum. Ratio est: Nam, cum ex intentione, qua voluntas vult operari honestè, imperetur electio, & hæc moveat intellectum ad imperium, & imperium moveat voluntatem ad usum activum, quo ponuntur in executione media electa, necesse est prætèr gratiam cooperantem, per quam voluntas movetur ad electionem, dari gratiam cooperantem moventem intellectum, ut imperet; & gratiam moventem volunt. ut activè utatur. Omnes tamen moraliter reputantur una gratia cooperans propter unitatem finis, adquem prædeterminant. Idem dic de conservatione intentionis efficacis finis.

46 Nec obstat. Quod iuxta D. Thom. hic quæst. 111. art. 2. ad 3. *Gratia operans, & cooperans, non distinguuntur secundum essentiam, sed secundum effectus.* Non inquam obstat: Nam ibi loquitur de gratia operante, & cooperante, prout huiusmodi munera accomodantur gratiæ habituali; quæquidem dicitur *operans*, in quantum sanctificat animam; *cooperans* vero, in quantum est principium operis meritorij procedentis etiam effectivè à lib. arb. quæquidem formalites in gratia habituali solum ratione differunt; sic etiam intelligendus est; quæst. 27. de verit. a. 5. Nam de gratia operante sumpta pro motione, ait: *Esse aliud à gratia cooperante*, idem in 2. dist. 26. art. 5. In his enim locis sermonem instituit de gratia habituali sub ratione operantis, & cooperantis. Nos autem loquti sumus de gratia actuali, sive de gratia sumpta pro gratuita motione. Obiter tamen notandum gratiam dispensatam homini impio, ut intendat efficaciter aliquem finem honestum supernaturalem, & gratiam eidem concessam, ut opere compleat rectam intentionem; posse, & debere dici gratiam operantem propter doctrinam D. Thom. hucusque relata. Quin obstet talem gratiam, utpotè homini impio collatam, non movere voluntatem ad bonum meritorium. Nam quando S. Doct. ait: *Gratiam operantem, & cooperantem esse motionem ad bonum meritorium*; non loquitur de illa quoad sui constitutionem; sed apponit exemplum in prædicta motione.

Inferes 3. Gratiam operantem in sensu intento à D. Thom. esse simul prævenientem, & subsequentem; subsequentem quidem ad gratiam operantem, & illius effectum immediatum; prævenientem vero respectu actus, ad quem movet, & applicat voluntatem. Cum enim electio mediorum sit effectus gratiæ cooperantis, & talis electio supponat intentionem finis; proindeque gratiam operantem moventem voluntatem ad talem intentionem; plane infertur gratiam, per quam Deus movet voluntatem ad actum electionis mediare inter hunc actum, & inter gratiam moventem voluntatem, ut intendat efficaciter finem; ac per consequens, respectivè ad diversa esse subsequentem, & provenientem. Hoc corolarium exhibetur in D. Thom. in 2. dist. 26. art. 5. dicenti: *Divisionem gratiæ in operantem, & cooperantem coincidere cum divisione gratiæ in prævenientem, & subsequentem*: Rursusque hic q. 111. art. 3. *Gratiam non diversificari secundum essentiam penes rationem prævenientis, & subsequentis, sed penes diversitatem effectus.* Cum hoc tamen optimè componitur gratiam aliquam prævenientem distingui realiter à

47 Tertia. Lemos, c. 9. ubi sup.

gratia

gratia subsequenti; scilicèt, gratiam illam, quæ sit purè pręveniens, qualis est, quæ datur ad primum consensum liberum. Hinc inferes nullam gratiam actualem moventem voluntatem ad opus bonum esse purè committantem influxum voluntatis in illud. Infe-
Lemos, cap. 9. res, inquam: Nam ut dictum manet, gratia movens voluntatem, ut perficiat opus præintentum, esto committetur voluntatem cooperando cum illa opus bonum; attamen cum ita cooperetur, ut ipsa cooperatio, & influxus voluntatis, ex tali gratia, ut moventi proveniat; esto sit concomittans, non tamen purè, sed etiam natura pręveniens illam. Quod docuit D. Th. loco citato ex sentent. dicens: *Gratiam esse prævenientem respectu operationis efficacis finis præintenti, quia comparatur ad illum per modum causæ.* Hinc colliges, quod
Alia illatio. gratia, quæ immediatè dividitur in operantem, & cooperantem, prout de his cum distinctione agit M. P. & D. Thom. est gratia adiuvans per modum adiutorij *quo*, ita ut gratia, per quam Deus donat nobis primum velle, sive primum consensum liberum in quacumque serie rerum, sit gratia operans; gratia vero, per quam Deus facit, ut homo perficiat, & exequatur bonam voluntatem, sit gratia cooperans; utraque autem est gratia adiuvans, scilicèt, ut velit bonum, & ut perficiat bonum, quod
Ultima illatio. vult. Deniquè. Inferes Doctrinam datam de gratia cooperante in nullo leviter opponi Trid. sess. 6. c. 5. asserenti: *Hominem cooperari Deo vocanti, & etiam adiuvanti*; quod ultra dicta
Prob. 1. sic suadetur. 1. Quia ibi Concil. definit contra Lutherum, & alios dicentes *liberum arbitrium assentiendo Deo vocanti mere passivè se habere, & velut inanime quoddam.* E contra vero Concilium, ait: *Sic assentiendo Deo cooperari.* Hoc autem propriè verificatur, si ly *cooperari* significet idē, ac vere, & propriè agere, & activè influere in actus, quibus homo ad iustificationem disponitur; ut de se est
Secundo. evidens. Rursùs. Concilium ibi, cap. 5. sic refutat eundem errorem: *Ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem; neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippè, qui, illam abijcere potest:* ergò ponere hominem consentientem liberè Dei inspirationi, verè, & propriè agere per influxum verè effectivum, est salvare integram Doctrinam Concilij, quæ postea fuit in Canonem reducta. Cum ergò hoc salvet Doctrina à nobis tradita de gratia operanti, prout hæc influit movendo ad 1. actum; nihil adhuc specie tenus à asseritur &c.

Hoc illustrari potest. ex D. Thom. loco citato ex sent. ad 4. ubi 48
ait: *Gratia cooperans potest accipi secundum quod causat quemcumque motum, vel extrinsecum, vel intrinsecum. Et potest accipi, prout respicit actum exteriorem tantum; & sic dicitur cooperans non propter principalitatem liberi arbitrij ad gratiam; sed propter principalitatem actus ad actum. Actus enim interiores in moralibus potiores sunt exterioribus: unde gratia, ut causans principalem actum dicitur operans; & secundum quod causat secundarium, dicitur cooperans.* Hinc in illo testim. Apost. Deus est qui operatur in nobis, & velle, & perficere: vel ut Alij legunt, **& operari*; utraque gratia numeratur; per operari *velle*, accipe gratiam operantem: per *operari*, seu *perficere*, gratiam cooperantem. Quoniam, ut ait M. P. *ut velimus operatur incipiens, qui volentibus eo operatur perficiens.* Dices. Iuxta M. P. ibi: *Deus cooperatur cum volumus*: ergò gratia ad velle est cooperans. Respond. Deum cooperari cum volumus; sed non, ut velimus; sed ut iam volentes faciamus. Sicut voluntas nostra imperat cum vult finem; sed non, ut velit finem, sed ut eligat media ad finē. Nec te moveat; quod M. P. terminum gratiæ operantis exprimit per verbum subiunctivum, *ut velimus.* Nam epist. 107. ad Vitalem. *Tunc semi Pelag.* sic habet: * quæstio igitur, quæ inter nos agitur est: *Utrum præcedat hæc gratia; an subsequatur hominis voluntatem: Hoc est, ut planius id eloquar.* Utrum ideo nobis detur, quia volumus: *An per ipsam Deus etiam hoc efficiat, ut velimus?* Atqui certum est in his verbis contineri ut scopum disputationis bonam

Sic aliq. P. Aug. de liber arb. c. 17.

Instabis solutio.

vo-

voluntatem reipsa donari per gratiam Dei, nec solum agnari de gratia dante posse benè velle : ergò male infertur &c. *Et hæc de hoc dub. applicand. litteræ Mag. in 2. dist. 26. per totam.*

DUBIUM II.

PRÆCED. ANNEXUM.

QVID, ET QVÆNAM SIT gratia prævenies, & subsequens?

§. I.

PRÆMITTUNTUR ALIQUA.

N.1. GRatiam actualem, sive auxiliantem, dividi in prævenientem, & subsequentem constans est in Sacra Scriptura; nam Psalm. 58. dicitur: *Misericordia eius præveniet me.* Et Psalm. 22. *Et misericordia tua subsequetur me.* Et Psalm. 20. *Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis.* Qua doctrina Ecclesia Spirit. Sanct. edocta in quadam oratione sic Deum exorat: *Tua nos Domine quæsumus gratia semper præveniat, & sequatur.* De gratia actuali sub nomine prævenientis, & subsequentis, expressam mentionem fecit P. August. lib. de Nat. & Grat. cap. 31. & in Enchirid. cap. 32. his verbis: *Nolentem prævenit ut velit, volentem subsequitur, ne frustra velit*; hoc est; ut exequatur quod vult, aut in opere incepto perseveret. Similiter S. Greg. lib. 2. moralium, cap. 10. & hom. 9. in Ezech. dicens: *Ipse aspirando nos prævenit, ut velimus, qui adiuvando subsequitur ne inaniter velimus, sed implere possimus, quod volumus*, & lib. 17. cap. 9. Et S. Fulg. lib. 2. ad Monimum, cap. 7. & 11. & lib. de Incarn. cap. 18. & lib. 2. de verit. prædest. cap. 13. *Prævenit misericordia hominis arbitrium, dum in nondum benevolente operatur exordium bonæ voluntatis: subsequitur, dum benè volenti subministrat auxilium, ut benè operando perveniat ad bonæ voluntatis effectum*, & sæpè in alijs cap. De eadem divisione expresse agit M. Sent. in 2. dist. 26. & D. Thom. ibi, quæst. 1. art. 5. & 12. quæst. 111. art. 3. Hanc divisionem tuentur frequenter Theologi eam probantes, & confirmantes varijs testim. D. Prosper. Anselm. Bernard. & aliorum SS. PP. Hac ratione salva fide, negari nequit: ut expresse constat Trident. sess. 6. cap. 16. & Can. 3. & cap. 5. ubi definit: *Initium nostræ iustificationis medijs actibus liberis; quibus divinæ gratiæ assentimus, & cooperamur sumendum esse à prævenente Dei gratia per Iesum Christum.* Et sess. 6. cap. 16.

Hoc supposito dubitari potest 2
1. quibus donis conveniat ratio gratiæ prævenientis? Cui dubitationi Respond. Rationem gratiæ simpliciter prævenientis in homine, qui caret virtutibus infusis, convenire auxilijs elevantibus per modum virtutis, tum intellectum, tum voluntatem ad elicientiam actum supernaturalium: motibus vero subitis ex tali auxilio effectivè procedentibus, convenire rationem gratiæ prævenientis, & subsequentis respectivè ad diversa. Ratio 1. partis deducitur ex his quæ tract. de Grat. excitant. dub. 2. tradidimus probantes motus subitos intellectus, & voluntatis, supponere pro priori auxilium fluidum præstans continentiam activam intrinsecam intellectui, & voluntati, respectu prædictorum actuum.

Respond. cuidam dubit.

Prob. pars.

tuum. Cumque huiusmodi auxilium sit propriè gratia actualis præveniens ordine causalitatis, & multoties ordine temporis, actus liberos, ad quos homo excitatur; inde fit huiusmodi auxilium esse gratiam simpliciter, sive primo prævenientem.

Secunda.

Ratio 2. partis est: Nam prædicti motus, etsi antecedant consensum liberum, ad quem disponunt, subsequuntur tamen auxilium fluidum, à quo procedunt: ergò sunt gratia præveniens facta comparatione ad unum, & gratia subsequens facta comparatione ad alterum, proindeque non sunt gratia simpliciter primo præveniens. Contra hanc conclusionem duplici via argumentari potest: primo probando repugnantiam talis auxilij fluidi. Secundo probando gratiam primo prævenientem, utpotè iuxta PP. & Concilia consistentem in *inspiratione*, *vocatione*, & *Spirit. Sanct. illuminatione* unicè posse verificari de motibus intentionalibus intellectus, & voluntatis. Sed his omnibus plene satis factum est, dub. 2. & 3. tract. de Gratia excitanti.

Quæ huic obstant manent alibi soluta.

3 In homine vero virtutibus infusis prædito requiritur gratia præveniens consistens in prædictis motibus, ut se exerceat salutariter per earum actus. Rationem huius dedimus ibidem dub. 4. ubi de necessitate gratiæ excitantis ad actus liberos supernaturales egimus ex professo. Ibi enim ultra testimonia SS. PP. duplicem rationem assignavimus pro eius necessitate persuadenda. Prima, scilicèt, desumpta ex modo connaturali operandi in homine ob sui imperfectionem, & potentialitatem, prius procedendo de actu imperfecto ad perfectum; de amore simplici finis ad amorem efficacem; de affecto subito ad affectum liberum. Secunda deprompta ex infirmitate, in quam incidit per peccatum originale intellectus præcipuè practicus, & voluntas. Ob illam enim præcipuè requiritur, quod intellectus paulatim perficiatur circa operabilia per cognitiones supernaturales; primo quidem per apprehensiones proponentes bonum supernaturale, imperfectè, & absque indifferentia; postmodum vero per cognitiones perfectas, iudicativas, & discernentes inter bonum, & malum. Simili modo discurrendum de voluntate; cuius duritia, & difficultas ad actus supernaturales liberos paulatim emollitur per subitas affectiones ipsam simul disponentes, ut deliberate, & efficaciter bonum supernaturale amplectatur. Etenim, quamvis voluntas per habitus supernos maneat sufficienter inclinata ad supernaturaliter agendum, non tamen eius infirmitas perfectè sanatur in via. Gratia igitur primo prævenies in homine iusto est motus subitus ex parte voluntatis, & subita illustratio ex parte intellectus; non vero auxilium aliquod fluidum, nisi aliàs excitetur à Deo ad actus intensiores virtute præexistenti. Hæc omnia intelligenda sunt de gratia prævenienti moraliter influenti in liberum consensum.

Quid dicendum si adsunt virtutes infusæ.

De his motibus ultra sæpè adducta: Videndus est S. Ambr. lib 2. de Cain cap. 1. & lib. 2. de Jacob, c. 1.

4 Quia tamen huiusmodi necessitatem ibidem non iudicavimus strictè physicam; adeo ut oppositum nequeat fine miraculo contingere: quia videlicet potest Deus hominem præditum virtutibus supernaturalibus excitare media cognitione supernaturali perfecta attentis naturis rerum: consequenter dicendum; in dicto casu gratiam actualem prævenientem moraliter consistere in illuminatione Spiritus Sancti, non quidem subita, sed cum indifferentia proponenti bonum supernaturale. Quin huic obstet tunc casus dicendum fore hominem operari salutariter absque inspiratione Spiritus Sancti; quod concedere non videtur tutum. Non, inquam, obstat propter ibi latius dicta: ubi tradidimus propriam significationem, & acceptionem huius nominis *inspiratio*, & simul advertimus; ne audito hoc nomine in PP. & Concilijs statim apprehenderetur unicè significari per illud subitas affectiones voluntatis. Hinc consequenter dicendum de Christo Domino, de Beatis. Virgine, de Angelis, de Beatis, & Adamo pro statu innocentiæ, suppositâ sententia

Nota pro antea dictis.

D. Thom. afferenti, illos in primo instanti suæ creationis, & elevationis fuisse liberè conversos ad Deum per actum dilectionis &c. & more adultorum accepisse à Deo gratiam sanctificantem per voluntariam acceptationem illius: * gratiam actualē primo prævenientem eorum liberam conversionem fuisse illustrationem perfectam supernaturalem, non vero aliquam cognitionem subitam, ex qua in illorum voluntate aliquis affectus omnino expars libertatis oriretur. * Huius dicti dedimus rationem loquendo distinctè de singulis, dubio. 5.

§. II.

Ratio gratiæ prævenientis de qua SS. PP. D. Thom. convenit gratiæ determinanti voluntatem, ut liberè, & salutariter velit.

5 Concluſ. est communis inter Th.

OPpositum tuentur P.Suar. lib.3. de Auxilijs cap. 23. Ripalda, disp.111. sect. 4. & communiter Auth. negantes dari gratiam ab intrinseco efficacem. Cum enim iuxta ipsos, ut voluntas eliciat consensum liberum supernaturalem, solum requirat ex parte sui gratiam actualem consistentem in illustratione, & affectione; & ex parte Dei omnipotentiam indifferenter præparatam unicè ab ipsa voluntate pro suo libito determinabilem: nullam gratiam actualem realiter prævenientem 1. consensum liberum cognoscunt, nisi sanctam cogitationem, & subitam affectionem. Licet enim ad existentiam talis actus necessario etiam requiratur concursus actualis ex parte Dei; cum iste iuxta illos sit ipse met consensus liber, ut immediatè simultaneè à Deo proveniens, inter illum, & voluntate cum plena libertate ad liberè consentiendum, nulla alia gratia realiter præveniens intercedit. E contra vero Thom. propugnantes ultra gratiam præbentem voluntati sufficientiam integram, & completam, hoc est sufficientiam, tam de linea physica, quam de linea morali; requiri gratiam ab intrinseco efficacem, per quam Deus determinet, & applicet voluntatem, ut actu producat salutarem consensum: fatentur gratiam actualem internam prævenientem utramque gratiam includere; sed tamen cum diversitate: ita ut illuminatio, & sancta affectio sint gratia moraliter prę veniens; gratia vero ab intrinseco efficax sit gratia physicè prę veniens, & quę cum omni proprietate dicitur talis iuxta doctrinam SS.PP. & præsertim D.Thom. exponentis hic art.3.M.P. agendo de illa, prout differt à gratia subsequenti.

6 Prob. ex SS.PP.

Assumpt.prob.1.exS.Fulg.lib.2. ad Monimum, cap.11. sic describente gtatiam prævenientem: *Prævenit donans homini bonam voluntatem, subsequitur benè volentem; operando in illo boni operis facultatem.* Et S.Greg. lib. 2.moralium, cap.10. fere eisdem verbis munus gratiæ prævenientis, & subsequentis explicat. Ex quibus colligitur gratiam prævenientem, prout à subsequenti differt, iuxta hos SS.PP. esse gratiam, per quam Deus donat nobis bonam voluntatem, gratiam vero per quam Deus donat nobis, ut quod iã volumus opere compleamus; esse gratiam subsequētem. Hucusque meo videri omnes Theologi convenire debent, si testimonijs SS.PP. adhæreant. Nunc autem sic arguo. Gratia prævenies convenit vere, & propriè gratiæ, per quam Deus donat nobis bonam voluntatem, hoc est, ut liberè, & salutariter velimus. Sed huiusmodi gratia nequit consistere unicè in sancta cogitatione, & subita affectione: ergo ratio gratiæ prævenientis &c. Probat.min.1. Gratia illa cumqua cōponitur volunt. nolle operari bonum, non est gratia per quam Deus donat voluntati velle operari bonum; sed cum gratia illuminationis, & affectionis componitur voluntatem nolle operari bonum; ut patet in his qui prædictæ gratiæ resistunt: ergò. 2. Non stat Deū donare homini bonam voluntatem, quin homo illam à Deo accipiat, iuxta illud Jacobi: *Omne datum optimum &c.* ergò gratia illa, cum qua componitur hominem non accipere à Deo bonam voluntatem, non est gratia, qua Deus donat ipsi bonam voluntatem. Sed huiusmodi etiam est gratia

Formatur ratio probativa.

Et Joann. 3.

excitans, ut est de se certum: ergò. 3, Et à priori: Nam gratia constituens libertatem, ut voluntas velit, aut nolit bonum, nequit esse gratia donans ipsi determinatè velle bonum; cum de ratione principij liberi sit coniungibilitas, vel saltim inconnexio cum uno libertatis extremo. Cum igitur gratia illuminationis, & affectionis constituat voluntatē cum libertate ad velle, & nolle bonum, nequit Deus ex vi talis gratiæ denominari donans voluntatem bonam.

7 Si dicas 1. Deum donare homini bonam voluntatem stare dupliciter, vel quantum est ex se, vel etiam re ipsa, & quoad effectum. Per gratiam illuminationis, & affectionis donat Deus homini bonam voluntatem primo modo; cum talis gratia excitans de se sit medium sufficiens, ut voluntas ratione illius determinetur ad velle bonum; quod sufficiens est ad rationem gratiæ prævenientis. Consequ. est 1. Nam gratia præveniens supra descripta à SS. PP. scilicèt, Fulgentio, & Gregorio, est gratia re ipsa donans homini bonam voluntatem: ergò solutio nulla est. Añs. prob. 1. Gratia præveniens est gratia donans homini bonam voluntatem in eo sensu, in quo ipsam subsequitur gratia, per quam Deus adiuvat benè volentem operando in illo boni operis facultatem. Ita S. Fulgent. lib. 1. ad Monimum, cap. 7. & 11. Et S. Gregor. lib. 16. Moralium, cap. 11. Sed gtatia subsequens, per quam Deus adiuvat hominem benè volentem, ut opere perficiat bonam voluntatem, est gratia supponens re ipsa, & cum effectu prædictam voluntatem: ergò gratia præveniens est gratia &c. 2. Innegabile est dari gratiam, per quam Deus re ipsa donat nobis, ut actu velimus bonum; cum hoc modo velle bonum sit effectus gratiæ Dei: ergò talis gratia aut est gratia præveniens, aut est gratia subsequens? cum divisio gratiæ in ptævenientem, & subsequentem, sit adæquata. Sed asserere gratiam, per quam Deus re ipsa donat nobis ut actu velimus bonum, esse gratiam subsequentem, est penitus inauditum, & SS. PP. supra citatis videtur adversum: ergò de ratione gratiæ prevenientis est re ipsa, & cum effectu donare nobis bonam voluntatem.

1. Solutio

Reijcit. 1.

Secundo.

8 Si dicas 2. Verum esse per gratiam excitantem secundum sibi intrinseca consideratam non præbere homini bonam voluntatem, sed multoties coniungi cum prava voluntate; at vero si consideretur, ut prævisa efficax per Scientiam mediam, hoc modo præstat re ipsa homini bonam voluntatem; cum talis Scientia sit omnino infallibilis. Unde ratio adducta solum probat gratiam excitantem primo modo acceptam non esse gratiam prævenientem in sensu, in quo de ipsa loquuntur SS. PP. secus autem si 2. modo accipiatur. Contra est 1. Nam omisso talem Scientiā mediam à SS. PP. in testim. adductis, nec leviter insinuari, sic argum. Nulla res definitur per id, quod ipsi ab extrinseco, & accidentaliter convenit; sed gratia præveniens definitur à SS. PP. per hoc, quod est *donare homini bonam voluntatem*, sicuti gratia subsequens, per hoc quod est *donare homini, ut opere perficiat bonam voluntatem*: ergò donare homini bonam voluntatem, non convenit gratiæ prævenienti ab extrinseco, & accid entaliter, sed ab intrinseco ex natura gratiæ prævenientis. Sed gratia excitans, ut prævisa efficax per Scientiam mediam, dicit actu aliquid ab extrinseco, & accidentaliter ipsi conveniens; ut est certum: ergò gratia excitans ut sic considerata non est gratia præveniens.

2. Solutio

Reijcit. 1.

Nota grat. sic acceptam esse adiuvantem iuxta Advers.

9 Secundo, & urgetur hoc. Hoc nomen *gratia prævenies* iuxta SS. PP. expresse agenties de gratia prævenienti, & subsequenti; vel significat simplicem essentiam, & entitatem alicuius gratiæ, vel non? Si primum: ergò datur gratia, quæ est ex essentia sua ita sit prævenies, ut donet homini bonam voluntatem; proindeque absque recursu ad Scientiam mediam, & hęc erit gratia Thomistica. Si 2. ergò gratia prævenies nequit simplici definitione definiri, utpotè aggregatum ex entitate gratiæ sufficientis, & coniunctione accidentali cum Scientia medi con-

Secundo.

consensus. Quapropter iuxta doctrinam solutionis sic deberet definiri:* auxilium præbens libertatem, ut voluntas benè velit, & simul ob præviſionem suæ efficaciæ donans voluntati benè velle.* Quæquidem definitio, & est re ipsa multiplex, & longe distans à definitione tradita à SS. PP.

10 3. Gratia præveniens descripta à S. Fulg. & D. Greg. aut tantum prevenit liberum arbitrium dando ei sufficientiam, ut benè velit, vel etiam prævenit, donando ipsi actu velle? Si primum: ergò male definitur a SS. PP. per hoc quod sit gratia donans nobis bonam voluntatem. Consequ. patet: Nam definitio convenit definito in sensu formali, & non purè identico: ergò si non prævenit donando bonam voluntatem, estò sit eadē, male definitur talis grat. in esse prevenientis per hoc, quod est donare nobis bonam voluntatem. Si 2. ergò id, ratione cuius talis gratia habet donare volūtati, ut benè velit, prævenit ipsum benè velle. Sed Scientia media non prævenit, sed potius subsequitur ad ipsum velle, ut fatentur Adversi. ergò gratia præveniens non constituitur in esse donantis velle per coniunctionem cum Scientia media consensus. Plura adduximus dub. 3. ad probandum, gratia de se indifferentem esto prævisam, ut efficacem ex determinatione liberi arbitrij, non esse gratiam verè, & propriè operantem in nobis velle, nec facientem, ut voluntas velit: quæ omnia æquè probant prędictam gratiam non esse gratiam, per quam Deus prævenit donando nobis velle, ut manifestè constat ex sequenti discursu. Deum donare nobis per gratiam suam bonam voluntatem est Deum operari in nobis velle; sed per gratiam efficacem ab extrinseco non operatur Deus in nobis velle, iuxta ibidem latè adducta: ergò prædicta gratia non est per quam Deus donat nobis velle: ergò si gratia præveniens est huiusmodi iuxta testimonia SS. PP. talis gratia est ab intrinseco efficax. Ne igitur acta agamus videantur ibi omnia, quę pro minoris probatione adducta sunt.

Tertio.

Tractat. præced.

Quarto.

Suadetur idem assumptum ex D. Thom. in 2. dist. 26. q. 1. art. 5. & in præsenti q. 111. a. 3. expresse asserente *divisionē gratiæ aux. in prævenientem, & subsequent. re ipsa coincidere cum divisione gratiæ in operantem, & cooperantem; nam quemadmodum gratia movens voluntatem ad actum interiorem, scilicèt, primam volitionem liberam, dicitur gratia operans, pariter dicitur gratia prævenies: & sicuti gratia movens ad actum exteriorem, hoc est ad executionem voluntatis, dicitur cooperans, pariter dicitur subsequens.* Ex qua doctrina deducitur gratiam prevenientem consistere in illa motione, per quam Deus movet voluntatem operando in ipsa benè velle. Sed iuxta Doctr. D. Th. motio, in qua consistit gratia operans, est motio ab intrinseco efficax, & non ab extrinseco ex determinatione liberi arbitrij de quo latè egimus dub. 2. tract. præced. ergò gratia prævenies iuxta Doctr. D. Th. est gratia ab intrinseco efficax determinans voluntatē, ut benè velit; gratia vero subsequens, motio ab intrinseco efficax determinans volunt. ut exequatur opus per prius volitū.

11 Probat. ex Ang. Doct.

Nec enim negare possumus gratiam excitantem sumptam pro motibus subitis esse gratiam prævenientem; cum sit certum esse gratiam prævenientem moraliter consensum liberum suadendo, & excitando voluntatem, & ideo se tenentem ex parte actus 1. ad illius elicientiam: quemadmodum etiam est certum gratiam excitantem sumptam pro aux. ho fluido esse prævenientem per modum virtutis elevantis voluntatem ad consensum liberum. Solum igitur negamus illam esse gratiam prevenientem, per quam Deus donat nobis bonam voluntatem; hoc enim solum convenit gratię prędeterminanti, per quam voluntas constituta in actu 1. completo, tum per auxilium fluidum, tum per gratiam sanctæ cogitationis, & affectionis, applicatur à Deo, ut actu benè velit. Unde claritatis gratia duplex gratia prævenies debet distingui; una, prębens sufficientiam ad volitionem salutarē; altera vero, donans voluntati, ut actu salutariter velit.

12 Duplex gra prævenies.

13

Si autem quæras 1. *de qua gratia prævenienti loquuti sunt* SS. PP. supra num. 2. citati? Respond. Loquutos fuisse testimonijs ibidem adductis de gratia prævenienti efficaci, & prout differt à gratia prævenienti, per quam Deus confert, aut complet nobis sufficient. ad velle, & operari. Ratio huius est 1. Nam loquuntur de grat. prę venieti quatenus Deus per illam donat nobis bonam voluntatem; quæ est idem ac gratia, per quam Deus efficit, & operatur in nobis benè velle. Sed huiusmodi gratia non est illa, quæ prævenit donando nobis libertatem, & sufficientiam ut benè velimus, ut constat, ex ratione probativa conclusionis: ergò gratia prævenies contenta in testimonijs ibi SS. PP. supra adductis, non est gratia sufficiẽs, sed gratia determinate efficax. 2. Nam gratia prævenies accipitur à SS. PP. pro gratia, ad quam immediate consequitur gratia subsequens; sed huiusmodi est gratia prævenies donans bonam voluntatem: ergo. Mai. constat ex illo Augusti. *Nolentẽ prævenit ut velit, volentem subsequitur, ne frustra velit*; & ex illo S. Fulg. *prævenit donando nobis bonam voluntatem, subsequitur dando boni operis facultatem.* Ex quibus sic prob. min. Gratia supponens pro priori bonam voluntatem est gratia immediatè consequuta ad gratiam donantem nobis bonam voluntatem; sed gratia subsequens iuxta immediatè adducta ex SS. PP. supponit pro signo priori bonam voluntatem: ergò gratia prævenies non accipitur ab ipsis pro gratia dante posse, sed dante, ut velit piè vivere. Nec refert si dicas hæc non posse subsistere in sententia Thomistarum ponentium gratiam efficacem realiter distinctam à gratia sufficienti; siquidem illa erit gratia subsequens, utpotè supponens gratiam sufficientem. Non, inquam, refert, nam talis gratia esto supponat sufficientiam, ut voluntas piè velit, non tamen supponit bonam voluntatem; quæ suppositio necessario requiritur ad munus gratię subsequentis iuxta doctrinam SS. PP. cui standum est. Unde ad summum erit gratia secunda, re tamen, & munere prævenies.

Cuidam interrog. Respond.

Eadem tradit S. Gregor. 2 Mor. cap. 10.

Si instes.

Respond.

Si autem quæras 2. cur SS. PP. sæpè citati non meminerint de gratia quæ prævenit excitando, & donando sufficientiam ad bonam voluntatem? Resp. 1. Illos alibi mentionem fecisse de tali gratia, eam explicando iam nomine illuminationis, ut loquitur D. Greg. lib. 17. moralium, cap. 9. iam nomine cœlestis delectationis, & benedictionis dulcedinis, ut sæpè loquitur P. August. Unde absque ulla novitatis nota in testimonijs supra adductis solum loquuntur de gratia prævenienti efficaciter donante bonam voluntatem. 2. Quia gratia prævenies, ut dicitur correlativè ad gratiam subsequentem, est gratia donans nobis non sufficientiam purè, sed ipsam bonam voluntatem; cum gratia subsequens sit gratia donans consummationem bonę voluntatis per operis executionem. Cum igitur SS. PP. loquuti fuerint de gratia prævenienti, non utcumque, sed ut correlativè opposita gratię sub munere subsequentis; ideo testimonijs supra adductis solum de gratia, quę prævenit donando bonam voluntatẽ, loquuti sunt. 3. Quia sic accipiendo gratiam prævenientem apprimè impugnant errorem Pelagij in ultimo statu suæ hęresis dicentis à Deo donari nobis per gratiam posse velle, & operari; non autem velle, & operari, ut constat ex M. P. August. lib. de Gratia Christi fere per totum; præsertim, cap. 47. quem errorem impugnant Sancti Patres asserendo Deum prævenire nostrum liberum arbitrium donando ipsi velle, & operari.

14

Alteri interrogat. ht satis.

§. III.

Solvuntur argumenta.

15 OBijcies 1. ex Magn. Par. in Enchirid. cap. 32. ubi accipit pro eodem gratiam prævenientem bonam voluntatem, ac gratiam ipsam præparantem. Sed gratia præparans bonam voluntatem dicitur cum proprietate de gratia excitanti; cum hæc disponat voluntatem, ut benè velit: ergò ratio gratiæ prævenientis, prout differt à gratia subsequenti convenit gratiæ excitanti. Sed oppositum colligitur ex Magn. Par. loco nobis oppolito. Siquidem ibidem docet: *Nos orantes pro nolentibus piè vivere, ut Deus ipsorum præparet bonam voluntatem; nihil aliud petere, nisi, quod Deus operetur in illis velle pie vivere.* Igitur iuxta Magn. Par. gratia præparans bonam voluntatem est gratia, per quam Deus operatur in nobis bonam voluntatem. Ulterius dub. 1. tract. de Grat. excit. relinquimus probatum authorit. SS. PP. hoc quod est, Deum per gratiam suam prę parare nobis bonã voluntatem, esse idem iuxta P. A. ac per gratiam suam efficere, ut velimus bonum; quod quidem de gratia donante sufficientiam nequit cum proprietate verificari.

Arguit. 1.

Solutio.

16 Obijcies 2. ex M. Greg. homilia 9. in Ezechiel: sic dicente gratiam prævenientem: *Ipse aspirando prævenit, ut velimus, qui adiuvando subsequitur, ne frustra velimus*: ergo gratia præveniens, etiam prout dicitur relativè ad subsequentem, consistit in sancta inspiratione. Confirm. ex eodem lib. 16. moralium, cap. 11. sic dicente: *Superna pietas prius agit aliquid in nobis sine nobis, ut postmodum subsequente nostro arbitrio, bonum, quod appetimus, agat nobiscum.* Sed sancta affectio, & inspiratio fiunt in nobis sine nobis: ergò gratia præveniens est &c. Respond. Nomine aspirationis non intelligi præcisse subitam cogitationem; sed præcipuè gratiam efficacem, per quam Deus donat nobis, ut velimus piè vivere. Siquidem hoc nomen *aspiratio, vel inspiratio* iuxta SS. PP. idem est ac hoc nomen *motio, impulsus, affelatus, vel instinctus Spiritus Sancti* de quo plura citat. dub. 4. §. 5. unde voluntarie restringitur, ut significet solum gratiam excitantem. Ad confirm. Respond. Id, quod Deus per gratiam prævenientem agit *in nobis sine nobis* esse bonam voluntatem; quia esto hæc sit liberè, & effectivè à nobis; non tamen procedit à nostra voluntate se movente applicativè, sed tantum elicitivè, ut fundavimus in dub. antec. Assumptum probatur ex sequent. verbis: *Ut bonum, quod appetimus, agat nobiscum*, ubi distinguit inter præcedentem volitionem boni, & inter executionem prædictæ volitionis. Per quæ datur intelligi id, quod superna pietas prius agit in nobis sine nobis, esse volitionem boni imperantem eius executionem; quæ omnia non de affectione subita, sed de affectione libera per modum intentionis verificari possunt.

Confirm.

Respond.

M. Medina hic art. 2. omnem mot. Dei aspirat. appellat.

Ad confirm.

17 Obijcies 3. ex Trident. sess. 6. cap. 5. asserente prævenientem Dei gratiam consistere in eius vocatione; sic enim habet: *Exordium nostræ iustificationis desumitur à præveniente Dei gratia per Iesum Christum, hoc est ab eius vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur.* Sed vocatio, de qua loquitur Concilium, est gratia de se indifferens; cum iuxta ipsum liberum arbitrium possit dissentire Deo excitanti, atque vocanti: ergò gratia præveniens iuxta Concilium est gratia de se indifferens, & à voluntate creata resistibilis. Confirm. 1. Gratia præveniens, prout distincta à gratia subsequente, est gratia præbens virtutem ad operandum, atqui gratia ab intrinseco efficax, nõ est huiusmodi, cum se teneat ex parte actus 2. ergò. Prob. mai. ex Trident. sess. 6. cap. 16. ubi agens expresse de gratia prævenienti, & subsequenti ait: *Christum Dominum iugiter influere virtutem in iustificatos; quæ virtus bona eorum opera antecedit, committatur, & subsequitur*: ergò. Confir. 2. Ex oratione Ecclesiæ pro iter agentibus se-

Arguit. 3.

Confir. 1.

Secunda

quentibus verbis contenta : *Via illorum præcedente gratia tua dirige, & subsequente, commitari digneris.* Ex quibus constat gratiam prævenientem esse gratiam dirigentem. Sed gratia dirigens est gratia cõsistens in illuminatione, & propositione honestatis; cum voluntas non aliter dirigatur ab intellectu; nec à Deo, nisi per internam propositionem ostendentem, & suadentem ipsi, ut rectè operetur: ergò gratia præveniens consistit in gratia illuminationis &c. Hæc omnia roborantur ex D. Thom. super Psalm. 22. littera C. ubi ait : *Utraque misericordia Dei præveniens, & subsequens est necessaria; prævenies, quia inspirat animum, subsequens, quia iuvat, ut efficiatur.* En appellat gratiam prævenientem inspiratione bonę voluntatis. Et super Psalm. 32. littera G. asserit : *Gratiam, per quam Deus operatur movendo voluntatem ad bonum, esse gratiam subsequutam ad gratiam prævenientem*: ergo gratia donans bonam voluntatem non est præveniens.

Roborat. ex D. Aug

18 Hoc argum. & aliæ prob. ad summum probãt conclus. quoad positivum, scilicèt, gratia excitans, tam pro auxilio fluido, quam pro motibus subitis, accepta, est gratia prę veniens. Quod libenter fatemur, ut fidei consonum. Non tamen probant quoad negativum: scilicèt, *ultra gratiam excitãtem non datur alia gratia prę veniens; cuius proprium munus sit determinare applicando physicè voluntatem, ut velit piè vivere.* Oppositumque huius probatum relinquimus. Unde dicimus vocationem Dei, de qua agit Concilium, & quæ est gratia præveniens; includere adęquate, & non unicè gratiam excitantem. Duplex enim vocatio Dei distinguitur : una solum quoad sufficientiam; altera, quoad efficaciam, per quam, qui vocantur, efficiuntur credentes, & efficac. venientes ad Deum. 1. Ad gratiam sufficientem spectat. 2. Vocatio includit etiam gratiam adiuvantem, quæ in nostra sententia est gratia ab intrinseco efficax. Dum ergò Concilium, cap. 5. agit de gratia Dei prævenientę nomine vocationis explicata, illam usurpat pro gratia prævenientę, tam excitante, quam adiuvante. Nec mirum; nam loquitur de vocatione, ne dum sufficiente, sed etiam efficaci, & per quam reipsa homines à Deo aversi per peccata, per dilectionem convertuntur in ipsum. De quo plura in anteced. diximus.

Ad 1. confirm. Resp. quod Trid. loquitur de gratia prævenienti in testim. adducto accepta pro gratia habituali, de qua verum est præbere virtutem ad rectè operandum. Ratio huius est : Nam loquitur de illa gratia, quam Christus Dñs. tanquam vitis vera influit iugiter in iustificatos, sibi ipsi tanquam palmites adhærentes; hæc autem gratia est characteristicè gratia habitualis. Tum quia loquitur de illa gratia, per quam bona opera redduntur meritoria, ut constat ex illis verbis: *sine qua nullo pacto eorum opera possent esse meritoria. *Huiusmodi autem gratia est iuxta omnes gratia habitualis. Quod si inquiras, ubi agit Concilium de gratia actuali sub munere prę venientis, & subsequentis? Respond. Agere de illa sub munere prævenientis tum Canon. 3. tum cap. 5. ubi gratiam adiuvantem ad actus, quibus homo disponitur ad iustificationem, appellat gratiam prævenientem; de quo ex professo egimus tr. ant. dub. 2. per totum. De eadem gratia sub munere subsequentis agit, dum loquitur de ipsa, ut adiuvante liberum arbitrium non solum ad velle, sed præcipuè ad operari : gratia enim adiuvans hoc modo accepta est propriè gratia subsequens, utpotè supponens bonam voluntatem præstitam à gratia Dei omnimode prævenienti usum liberi arbitrij. Unde quoties Concilium asserit per gratiam Dei nobis donari non solum velle, sed operari, & perficere (de quo pluries agit sess. 6.) loquitur de gratia actuali sub ratione prævenientis, & subsequentis.

19 Respond.

Cuidam quæsito Respond.

20 Ad 2. Ad 2. Resp. Gratiam ab intrinseco efficacem optimo iure dici gratiam etiam dirigentem volunt. Ratio est : Nam gratia propriè faciens, ut recti sint gressus hominis, est gratia propriè ipsum dirigens; ut ex ipsa nominis Etymo-

mologia constat. Sed talis est gratia ab intrinseco efficax : ergò. Deinde : Nam dirigere, seu gubernare aliquem iuxta D. Thom. 1. p. q. 103. est illum ad finem proprium, per media convenientia perducere. Sed Deus per gratiam ab intrinseco efficacem, & non sine illa, perducit homines ad finem ipsis proprium, scilicèt, vivere secundum rationem, & Deo, ut fine ultimo frui : ergò. Unde distingue duplicem directionem, unam moralem ; & suasivam boni ; alteram vero physicam, & moventem voluntatem, ut infallibiliter velit bonum: & hac ratione poteris attribuere gratiæ ab intrinseco efficaci munus gratiæ dirigentis distinctum à munere directionis legis, & doctrinæ. Ad 1. testim. D. Thom. Respond. Inspirare bonam voluntatem optimè fieri àDeo per gratiam ab intrinseco efficacem donantem illam ; cum inspiratio ex terminis idem sit, ac motio Spiritus Sancti. De quo plura tract. 1. dub. 4. Ad ultim. Respond. Ibi S. Doct. loqui de gratia habituali sub munere prævenientis; cum loquatur de gratia, quatenùs est donum faciens hominem Deo gratum, & ab ipso amicabiliter dilectum : Quæ omnia sunt propria gratiæ habitualis.

De hoc ex profes so infra.

Ad testimon. S D

21 Quæres 1. *Qua dist. differant inter se gratia præveniens, & subsequens?* Videtur enim solum distingui penes diversa munera, ut docet S. Doct. in præsenti in solutione ad 2. Respond. Gratiam prævenientem, & subsequentē, quatenùs istæ formalitates adaptātur gratiæ habituali, distingui sola ratione, & penes diversa munera ; eo quod eadem entitas indivisibilis gratiæ habitualis, præstat plures effectus, quorum unus præcedit alterum. Si autem loquamur de gratia actuali dicendum gratiam prævenientem distingui realiter à subsequenti. Ratio est : Nam gratia donans bonam voluntatem est gratia præveniens; gratia vero donans operari, & perficere bonam voluntatem, est gratia subsequens. Sed huiusmodi gratię differunt inter se realiter. 1. Quia possunt existere pro diverso tempore, ut constat in eo, qui postquam habuit intentionem finis, differt electionem mediorum, & ipsorum executionem, alio tempore ponendam: ergò. 2. Quia huiusmodi gratiæ, cum sint motiones de se ordinatę ad elicientiam actuum, quoties actus eliciti à voluntate differunt realiter inter se ; idem dicendum de gratijs actualibus immutantibus voluntatem. Nec huius oppositum docet S. Doct. loco, ubi supra; cum expresse loquatur de gratia habituali, cui cum omnimoda identitate reali convenit ratio gratiæ prævenientis, & subsequentis.

1. Interrogat. Resp.

22 Quæres 2. *An gratia movens voluntatem ad operari, & perficere bonam voluntatem, dici possit etiam gratia prævenies?* Respond. Illam esse prævenientem, & subsequentem respectu diversorum, est quidem subsequens comparativè ad bonam voluntatem, & gratiam causantem illam. Est tamen prævenies comparative ad actum, ad quem movet, & determinat voluntatem, scilicèt, electionem mediorum, usum activum ipsorum &c. Unde colliges ex terminis loquendo rationem gratiæ prævenientis, & subsequentis per modum auxilij actualis posse, & de facto adunari in eadem entitate auxilij ; ut ex dictis immediatè constat. Quapropter, dum supra diximus gratiam actualem prævenientem distingui realiter à subsequenti, loquuti sumus de gratia, quæ sit purè prævenies, qualis est, quæ donat nobis primam liberam voluntatem. Si autem quæras 3. *An gratia donans nobis volitionem efficacem finis honesti, sit dicenda gratia prævenies; an vero solum gratia donans volitionem efficacem debeat dici gratia prævenies?* Respond. Gratiam simpliciter prævenientem solum dici gratiam donantem intentionem efficacem finis. Ratio est 1. Nam gratia prævenies iuxta D. Thom. hic in corp. art. est, per quam fit, ut voluntas velit bonum, taliter, ut ad ipsum velle subsequatur efficaciter operari bonum. Sed huiusmodi operatio solum consequitur ad volitionem efficacem finis; cum ex intētione purè inefficaci nequeant imperari media efficaciter

Secundæ.

Tertiæ.

Prob. 1.

Secundo. conducentia ad finem: ergò. 2. Nam gratia præveniens iuxta SS. PP. num. 1. citatos est gratia donans nobis bonam voluntatē, & post illam Deus adiuvat, ut opere compleamus prædictam bonam voluntatem. Sed adiutorium, quod poscimus à Deo, ut opere compleamus bonam voluntatem, supponit necessario illam esse efficacem efficacia saltim intentiva: ergò. Unde etsi gratia donans nobis volitionem liberam ineffícacem finis dici valeat præveniens, non tamen *simpliciter*, & in sensu intento à SS. PP.

23 Instabis. Gratia præveniens est gratia sanans infirmitatem liberi arbitrij; sed huiusmodi non est Replicab. gratia ut efficaciter determinans voluntatem ad benè velle: ergò non est gratia præveniens; sed hæc debet poni in gratia illuminationis, & affectionis &c. Mai. est P. August. lib. de Natur. & Grat. cap. 32. *Gratia prævenit, ut sanemur; subsequitur, ut sanati vegetemur.* Est etiam D. Thom. hic art. 3. dicentis: *Sunt autem quinque effectus gratiæ in nobis; qualitercumque gratia accipiatur: quorum primus est, ut anima sanetur: secundus, ut bonum velit: tertius est, ut bonum, quod vult, efficaciter operetur: quartus est, ut in bono perseveret &c.* Min. vero probatur 1. infirmitas liberi arbitrij post peccatum consistit in atenuatione virium ad benè operandum: ergò gratia, quæ non confert libero arbitrio vires physicas, aut morales, ad rectè operandum nequit dici gratia sanans illius infirmitatem. Sed talis est gratia ut efficaciter determinans voluntatem ad benè velle, & operari: ergò. 2. Talis infirmitas iuxta D. Thom. hic q. 109. art. 9. præcipuè consistit in *vulnere concupiscentiæ* ex parte appetitus, *& in vulnere ignoranti æ* secundum intellectum. Sed nihil horum aufertur per gratiam, ut efficaciter determinantem voluntatem ad bonum: ergò.

24 Aliqua diximus de materia huius argum. tract. anteced. dub. 2. §. 4. ubi pro utraque parte fundam. Respond. posuimus; sed tamen in partem affirmativam ibi magis propendimus. Nunc autem ex animi sententia ei adhæremus; & ultra fundamenta ibi posita. Probat. 1. ex M. P. lib. de Spirit. & littera, cap. 26. ubi ait: *Sicut lex non evacuatur, sed statuitur per fidem; quia fides impetrat gratiam, qua lex impletur: ita liberum arbitrium non evacuatur per gratiam, sed statuitur, qua gratia sanat voluntatem, qua iustitia liberè diligatur.* Et de Grat. & lib. arb. cap. 3. ut probet conversionem hominis ad Deum esse donum proveniens ex gratia Dei convertentis nos ad se ipsum, adducit illa verba Psalm. 84. *Deus virtutum converte nos*, quæ sic paulo aliter vertit: *Converte nos Deus sanitatum nostrarum.* Cumque in his verbis oratio sit principaliter, & semper pro gratia efficaciter donanti conversionem ad Deum; in illa etiam invenitur ratio gratiæ sanantis. Quod efficacissimè suadetur ex eodem M. P. ubi exponit verba supra relata: *Qui tibi dicit ego sum Lux Mundi, vocat te ad se; cum vocat te, convertit te, cum convertit te, sanat te, cum sanaverit te, videbis conversorem tuum, cui dicitur, & plebs tua lætabitur in te.* En vocationem efficacem, per quam Deus convertit hominem ad se, dictam à M. P. gratiam sanantem.

Gratia efficax est gratia sanans. Prob. ex M. P. Sup. Psal. 84.

Favet etiam S. Prosper. Carmine de ingratis contra affirmantes libertatem adiutorij non posse stare cum necessitate, & efficacia auxiliorum gratiæ Dei, dum ita ait. 25 Ex S. Prosper.

Hoc itaque arbitrium, cum sanat gratia, tolli
Dicitis; & perimi vita aspirante putatis.

Cumque gratia, de qua asserebant destruere libertatem, & inducere fatalem necessitatem sit iuxta illos gratia efficaciter donans bonam voluntatem; sentit S. Doct. illam esse etiam gratiam sanantem. In idem redit, dum lib. contra Collatorem, c. 38. loquens de auxilijs, quibus verificatur omnia bona opera esse Dei dona, sic asserit: *Opitulationes divinæ gratiæ stabilimenta sunt salutis humanæ.* Si ergò gratia ab intrinseco efficax est stabilimentum voluntatis, eam-

eamque roborat, confortat, & invictissimè, & indeclinabiliter determinat, ut non succumbat infirmitati, sed potiùs ei prævaleat volendo, & operando honestè; nihil ei deficit, ut sit gratia sanans, licet non ita, ac est gratia sufficiens.

26 Consonat S. Bernard. lib. de Gratia, & lib. arb. circa finem: *In his tribus interior renovatio consistit, scilicèt, in rectitudine intentionis, puritate affectionis, & recordatione bonæ operationis. Verum cum certum sit hæc in nobis Divino actitari spiritu; Dei munera sunt; quia vero cum nostræ voluntatis assensu, nostra sunt merita.* Ex quibus infero: ergò gratia operans, & donans tria relata est gratia interius renovans voluntatem. Sed renovari interius voluntatem, aliàs infirmam, est eam aliqualit. sanari: ergò gratia, per quam spiritus Dei donat, & facit dona recensita, est etiam sanans per modum causæ. Hac ratione in principio eiusdem lib. asserit: *Hominem consentire gratiæ Dei est illum salvari*; hoc est, est illum sanari: proindequè gratia operans talem cons. est etiam sanans causaliter. Huic Doctr. insistendo sufragatur S. Amb. sup. Lucam, cap. 6. qui mistice exponens descensum Christi Dom. de monte, ut debiles, ac infirmos sanaret, ait: *Prius enim unusquisque sanandus est, ut ascendere possit ad montem, & ideo unumquemque in inferioribus sanat; hoc est a libidine revocat, iniuriam cęcitatis avertit, ad vulnera nostra descendit &c.* Ubi frenationem passionum, utiquè per actus virtum efficaciter eas moderantes, & subijcientes appetitum rationi, sanationem appellat. ergò gratia efficax hanc rectitudinem affectionum, & passionum eminenter continens, & subijciens appetitum rationi merito dicetur &c.

Ex S. Bernard.

Ex S. Ambros.

27 Consequenter ad hæc roboratur assumpt. ex D. Thom. hac 1. 2. quæst. 77. art. 3. ubi probat peccatum, quod est ex passione, esse ex infirmitate;* eo quod cum ratio sit regiva virium animæ; quando istæ in suis affectionibus non subduntur rationi, sunt inordinatæ; & propterea causant infirmitantem in anima; sicut corpus dicitur esse infirmum, quando debilitatur, vel impeditur ab executione propriæ operationie propter inordinationem partium ipsius.* Quæ Doctrina exornari valet ex S. Amb. super Lucam cap. 21. ubi eruditione solita depingit infirmitatem animæ propter interiorem conflictum, & concupiscentiam carnis adversus spiritum. Si igitur passiones inordinatæ sunt infirmitas animæ; earum ordinatio propter illarum bonitatem, & subiectionem ad rationem, erit etiam sanitas animæ; & eo perfectior, quo voluntas ad bonum fuerit fortior, & efficacior: ergò gratia determinans effic. voluntatem ad sic volendum, & operandum erit gratia sanans.

Ex D. Angelic. prob. 1.

28 Nec obstat prædictam gratiam non sanare vulnera ex peccato originali derelicta. Non inquam obstat 1. Nam, nec piæ cogitationes, aut affectiones subitæ, illa sanant: quantumvis enim homo sit iustificatus clamat cum Apost. *Infœlix ego homo quis me liberabit &c.* Et: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.* Ad hac enim lege liberabitur homo, dum assumptus fuerit in libertatem Glorię Filium Dei, manente in eo pro hoc statu concupiscētia carnis ad agonem. 2. Ex hoc ipso: si namque prædicti motus dicuntur gratia sanans, quia etsi transeunter liniunt, & temperant, moderāturque cœcitatem practicam intellectus, & exuberantiam passionum: eadem ratione imò, & maiori, idem dicendum de gratia efficaciter roborante, & stabiliente voluntatem in amore iustitiæ. 3. Cum voluntas nequeat bonum honestum prædelectabili eligere, nisi adsit iudicium illud proponens cum maiori efficacia, & vivacitate; clare percipitur per motionem determinantem intellectum ad sic cognoscendum minui illius ignorantiam practicam in agendis; & pariter per gratiam determinantem voluntatem ad efficaciter prosequendum bonum honestum minui eius duritiam, & propensionem in bonum privatum, in qua consistit vulnus malitiæ.*

Cuidam instanti fictitiæ 1.

Secundo.

Tertio.

* De his S. Doct hic q. 85. a. 3.

Idem

29

Idem confirm. valet ex ipso hac 1. 2. quæst. 109. art. 9. probante hominem iustificatum indigere auxilio Dei moventis ad recte vivendum duplici ratione: prima ratione generali: *Quia nulla res creata potest in quemcumque actum prodire*, nisi virtute motionis Divinæ. *Secunda ratione speciali, quia remanet corruptio, & infectio secundum carnem; & propter hoc etiam venatis cõvenit dicere: & ne nos inducas in tentationem.* En idem auxilium duplici titulo necessarium, scilicèt, ratione subordinationis ex parte voluntatis ad Deum, ut primum motorem, & titulo infirmitatis. Sed motio gratuita hoc titulo exacta, est gratia sanans, esto in hoc aliæ gratiæ excitantes etiam conveniant, sicuti, & habitus superni: ergò. Quare ita asserimus esse gratiam sanantem infirmitatem; ut nec eam deleat; nec permanenter firmet in bono, aut vires ex parte actus primi præbeat voluntati; sed dicimus illam esse sanantem modo explicato. Propter quod dicitur etiam gratia medicinalis; quia adiuvans ad perfectam sanitatem adipiscendam. Ut enim docet S. Doct. hac 1. 2. quæst. 98. art. 1. * imperfectum bonum est quod operatur aliquid adhoc quod perveniatur ad finem: Sicut medicina perfectè bona est, quæ hominem sanat, imperfecta autem est, quæ hominem adiuvat, sed tamen sanare (intellige perfectè) non potest. *Ex his constat ad instantiam adductam, & illius probat.

Probat. 2.

Lemos, lib. 4 part 2. tract. 2. cap. 9. refert S. Cyrillum.

Nec refert verbis relatis in prima instantia S. Doct. ponere pro primo effectu gratiæ prævenientis sanationem animæ: cum tamen iuxta à nobis dicta primus effectus sit volitio libera boni. Non inquam refert: primo, quia, ut advertit hic Mag. Lemos; cum munus gratiæ prævenientis conveniat etiam iuxta S. D. gratię santif. respectu huius primus effectus est sanare animam; & postmodum velle bonum: ad quod tamen velle etiam concurrit gratia actualis illud præveniens. 2. Cum iuxta superius stabilita gratia actualis efficax sit etiam suo modo sanans, & medicinalis roborans voluntatem, ut indeclinabiliter velit bonum; ponit pro 1. effectu illius sanare voluntatem, ut efficaciter adhæreat bono: quamvis talis effectus non sit aliqua operatio voluntatis, sed quasi effectus formalis eiusdem gratiæ: *Et hæc de hoc dub. applic. litt. M. ubi præced.*

30

Occurrit alteri inst.

***

DV:

DUBIUM III.

VTRVM GRATIA EFFICAX, per quam Deus facit, ut operemur bonum, unice consistat in volitione liberé imperanti rectam operationem?

§. I.

PRÆNOTANTUR ALIQUA.

N. 1. PRimo supponendum ut omnino certum iuxta Doctr. Concil. & SS. PP. distingui in nobis, & velle bonum, & illud facere, sive operari: quam distinctionem inter plura eius testim. observavit M. P. lib. de Grat. & lib. arb. cap. 12. & 17. ubi affirmat velle bonum esse effectum gratiæ operantis, ipsum autem facere esse effectum gratiæ cooperantis; ita enim ait: *Ipse, ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.* Ex qua Doctrina desumpsit D. Thom. divisionem gratiæ Dei in operantem, & cooperantem 1.2. quæst. 111. art. 2. ubi gratiam moventem voluntatem ad primum velle liberum (quod ab ipso appellatur actus interior) nominat operantem; gratiam vero moventem ad actus subsequutos ad primum velle (qui ab ipso dicuntur actus exteriores) nominat gratiam cooperantem; de quo latè egimus Dub. 1. & 2. præc. mentem S. D. explicantes. Quapropter idem M. P. lib. de Gratia Christi, cap. 3. esto laudet Pelagium subtiliter distinguentem inter hæc tria, scilicèt, *posse, velle, & operari*, ipsum acriter impugnat: quia asserebat *posse* esse à Deo; *velle* vero bonum, & illud *operari* esse ex nobis. Eadem distinct. constat ex testimon. SS. PP. quæ adduximus dub. 1. & 2. & ex illo: Deus *est qui operatur velle, & perficere*: Et: non est *volentis; neque currentis.*

Prima suppos.

2. Supponendum nomine *actus exterioris*, ad quem Deus movet per gratiam cooperantem iuxta mentem Ang. Præcept. ubi supra, non solum comprehendi actum elicitum à facultatibus distinctis à voluntate; verum etiam omnem actum voluntatis subsequutum ad primum velle liberum, & ex imperio illius procedentem. In hoc conveniunt omnes eius Commentatores supra prædictum locum. Unde cum M. Par. distinguit inter gratiam, per quam Deus facit nos velle, & inter gratiã, per quã facit nos facere, per ly *facere bonum*, prout distinguitur à *velle*, intelligitur à M. P. omnis actus subsequutus ad primam volitionem liberam, & ex illius imperio procedens; sive sit actus elicitus à voluntate, sive ab alijs potentijs. Consequenter ad hæc assensus fidei procedens ex imperio piæ affectionis in voluntate, & ad impletio præceptorum coalescens ex pluribus actibus virtutum elicitis à voluntate, sed ex imperio charitatis; similiterque actus electionis, usus que activus mediorum procedentes ex intentione efficaci finis, comprehenduntur sub ly *facere* iuxta Doctr. M. Par. Idem prorsus dicendum de actibus purè externis moraliter honestis; dummodo imperentur à voli-

2

Secunda.

litione libera; uti sunt elargitio eleemosynæ, castigatio corporis, auditio sacri, fidei, & peccatorum confessio, aliaque huiusmodi.

3 Tertia. 3. Supponendum velle nostrum interdum esse languidum, & inefficax; interdum vero validum, robustum, & efficax, & ad cuius imperium subsequitur ipsum *facere*, ita M. Par. lib. 8. confessionum, cap. 9. Probat. dicens: *Imperat animus, ut moveatur manus, & tanta est facilitas, ut vix discernatur obedientia ab imperio; imperat animus, ut velit animus, nec tamen facit.* Et lib. de Grat. & lib. arb. cap. 17. *Qui enim vult facere Dei mandatum, & non potest; iam quidem habet voluntatem bonam, sed parvam, & invalidam: poterit autem, cum magnam habuerit, & robustam.* Ob id, què ibidem cap. 16. dicit: *Ab illo* (id est à Deo) *petenaum est, ut tantum velimus, quantum sufficit, ut volendo faciamus.* Super quo D. Thom. 1. 2. quæst. 17. art. 5. ad 1. ubi 1. testim. M. Par. explicat de imperio imperfecto, & inefficaci; quod quidem contingit ex eo, quod ratio ex diversis partis movetur ad imperandum, vel non imperandum: ideoque fluctuat inter duo, & non perfecte imperat. Videndus etiam fere in omnibus artic. prædict. quæstionis, ubi docet, quinam actus sint imperabiles à voluntate, & ratione. Pro quo hanc regulam generalem tradit: *Omnis actus* existens in potestate nostra potest subiacere imperio *rationis.* A quà art. 5. in solut. ad 3. excipit primum actum voluntatis liberum: qui utpotè procedens ex instinctu naturæ, aut causæ superioris specialiter moventis voluntatem, non subditur nostro imperio.

4 Dubium igitur procedit de volitione libera, forti, & efficaci ad imperandum omnem actum subsequutum ad ipsam, & in nostra potestate existentem: *An, scilicèt, gratia, per quam Deus facit, ut faciamus bonum, quod efficaciter volumus, sit unice ipsa volitio efficax? an vero ultra prædictam volitionem detur alia gratia, per quam Deus prædeterminet voluntatem ad actum liberum subsequutum ab ipsa elicitum;* vel etiam ad actus procedentes *ex illius imperio, elicitos tamen à potentijs externis?* In qua difficultate supra laudatus M. in suo ingenioso, ac erudito tomo 1. quæst. 5. à num. 8. & 71. & quæst. 7. à num. 31. & ex professo quæst. 8. §. 3. asserit: Adiutorium *quo*, sive auxilium, *quo* Deus facit nos facere, & physicè prædeterminat ad facere, consistere in ipsa volitione efficaci imperanti ipsum facere. Pro cuius intelligentia supponit 1. gratiã physicè prædeterminantem ad primum velle liberum consistere in actione Dei immanenti, per quam operatur in nobis velle. Supponit 2. prædictam actionem Dei influere immediatè effectivè non solum in volitionem tam inefficacem, quam efficacem, sed etiam in omnem actum voluntatis, & pariter in actus cuiusvis alterius potentiæ ex imperio primæ volitionis procedentes. Actio Dei sub prima consideratione dicitur gratia operans, dummodo sit ad actus salutares. Actio tamen Dei sub secunda consideratione dicitur gratia cooperans. Ex his docte, atque subtiliter notatis deducit actionem Dei, ut immediatè influentem in actus exteriores, etsi præoperantem illos, non esse concursum prævium, sed simultaneum Dei nobiscum cooperantis. Quapropter munus concursus prævij, aut gratiæ prædeterminantis ad facere, unicè volitioni efficaci illud imperanti convenire valet. Ut autem clarius procedamus, mentem nostram, & (ni fallor) communem Thomistarum; varijs conclusionibus iuxta doctrinam Ang. Mag. aperiemus.

Opinio M. Manso & explic.

Dub versat. inter AA. prædeterm.

***

(*)

§. II.

§. II.

PRIMA CONCLUSIO.

Omnis actus voluntatis efficaciter imperans quemcumque actum externum moraliter honestum dicitur auxilium, & adiutorium Dei ad eius elicientiam.

3 EST communis inter Theologos, ut videre est apud Illust. Alv. disp.7. num. 4. & 74. num. 9. Mag.Lemos, lib.4. p.1. tract.7. cap. 7. num.110. & apud P.Ripalda,tom. 2. disp.103. sect.4. referentem plures DD.& disp.106. sect.10. ubi adducit plura testim. SS. PP. sed in re
Probat.1. adeo clara unum, vel alterum sufficiat. Prob. 1. ex Magn.Par. deGrat. & lib. arb. cap.15.in fine: *Oret homo, ut habeat tantam voluntatem, quanta sufficit ad adimplenda mandata; sic quipè adiuvatur, ut faciat, quod iubetur.* Ex quibus constat velle efficax àDeo nobis donatum esse adiutorium ipsius,ut impleamus mandata; quæ ad impletio sub se continet actus internos, & externos diversarum virtutum. Et cap.17. *Deus facit, ut faciamus, aufferendo à nobis cor lapideum* (hoc est pravam voluntatem) *unde non faciebamus, & dando nobis cor carneum* (hoc est bonam voluntatem) *unde faciamus.* Tum sic: Id,per quod Deus facit, ut faciamus, adimplendo eius mandata, est adiutorium, sive auxilium, ut faciamus; sed iuxta M. Par. hoc exequitur Deus operando in nobis bonum velle: ergò talis volitio est adiutorium Dei ad facere. Consonat D. Bernard. lib. de Grat. & lib. arb. in fine, dicens: *Voluntas in auxilium: auxilium reputatur in meritum*: ergò velle meritorium est auxilium ad facere.

4 Probat.2. ratione. Donum Dei internum movens nos ad salutariter
Ratio probativ. agendum, est auxilium, ut salutariter operemur; sed huiusmodi est omnis volitio superna imperans efficaciter quemcumque actum externum moraliter honestum: ergò prædicta volitio &c. Mai. constat ex ipsa notione auxilij, quod idem est ac ratio subsidij adiuvantis, aut roborantis ad salutarē actionem. Ut enim advertit D. Anselm. lib. de Concordia grat. & lib.arb. columna 4. *Cum omnia subijaceant dispositioni Dei,quidquid adiuvat liberum arbitrium ad accipiendum, aut servandum rectitudinem, Iuæ gratiæ deputandum est.* Min.quoad 1. part. est fide certa. Tum ex Trid. sess. 6. cap. 16. asserente: *Hominis merita esse Dei dona.* Tum ex Milev. cap.4. definienti: *Utrumque esse donum Dei, scire quid facere debeamus, & diligere,ut faciamus.* Tum ex M. Par. lib.2. ad Simplic. quæst.2. *Si quæratur à me,utrum donum Dei sit bona voluntas? Mirum; si negare quisquam audeat.* Quoad 2. etiam constat: Nam actus pię affectionis movet ad assensum fidei;actus charitatis ad adimpletionem mandatorum, intentio efficax ad finis ad electionem; actus internus ad actionem externam. Con-
Confirm. firm. Illustratio supernaturalis, & subita affectio ex illa ortum trahens, sunt auxilium ad rectam operationem externam: ergò potiori ratione erit auxilium ad eandem volitio efficaciter imperativa ipsius. Ans. est certum, & conseq. prob. Ideo primum est verum, quia gratia illuminationis, & affectionis, movent, & inclinant liberum arbitrium ad rectam operationem; sed volitio efficax; non solum inclinat, sed efficaciter movet,& determinat ad existentiam eiusdem operationis: ergò. Aliqua levia sibi opponit, & solvit Ripald. Nec obstat quod M. P. dicit: Si instes, lib. 2. ad Symplic. q. 2. *Præstat Deus ut velimus; aliter, quod voluerimus: ut velimus, suum esse voluit, & nostrum: suum vocando, nostrum sequendo: quod autem voluerimus solus præstat*: ergò executio,& ad impletio volitionis non fit media volitione nostra, ut auxilio. Non, inquam,obstat.Nam ly *quod voluerimus* Respond accipitur, ut relativū pro obiecto,& fine ultimato volitionis liberæ nimirum beatitudinem;ut constat ex ipso aiente: *Idest posse benè agere, & semper benè vivere.* Idem docet,lib. 2. de Eccles. Dogm. cap. 2.

§. III.

§. III.

SECUNDA CONCLUSIO.

Concursus, quo Deus influit immediatè in actum purè externum subsequutum ad volitionem efficacem, est gratuitus, & prævius respectu illius.

5 IN hac concluſ. convenit nobiſcum præd. Mag. quæſt. 8. num. 31. in fine; & etiam P. Ripalda in hoc ſenſu, & ad ſimiles actus, libenter admittens auxilia gratiæ intrinſecè efficacia. Probatur quoad 1. partem. Concurſus, qui nec eſt debitus naturæ, nec exiſtit ex noſtris meritis, eſt concurſus gratuitus, & ex gratia Dei proveniens; ſed huiuſmodi eſt concurſus, per quem Deus ſuppoſita volitione efficaci in nobis influit immediatè in actum externum: ergò talis concurſus &c.

Prima pars probat. 1.

2. Gratia cooperans eſt gratia propriè talis; ſed iuxta M.P. Deus cauſat in nobis actum externum, quo facimus bonum per gratiam cooperantem: ſic enim habet cap. 17. de gratia, & libero arbitrio: *ut velimus ſine nobis operatur; cum autem volumus, & ſic volumus, ut faciamus, nobiſcum cooperatur:* ergò concurſus activus Dei ad facere etiam ſuppoſita volitione efficaci, eſt gratuitus.

Secundo.

Quoad 2. probat. Omnis cauſa præcedit ordine naturæ ad ſuum effectum; ſed actio Dei, ut immediatè influens in ipſum facere externum, ſe habet, ut cauſa reſpectu illius; vel ſaltim eſt cauſalitas Dei in eſſe operantis illud: ergò eſt concurſus prævius reſpectivè ad ipſum facere. Vel aliter: gratia prę operans actus exteriores, & ſe habens reſpectu illorum, ſicut ſe habet actio productiva ad ſuum terminum, præcedit ordine naturæ, & cauſalitatis actus exteriores, ut conſtat ex illa dictione *præ*; & quia omnis actio iuxta principia Philoſ. modo dicto præcedit ſuum terminum. Sed gratia, per quam Deus immediatè cauſat actus exteriores, eſt præoperans, & ſe habet reſpectu illorum, ſicut actio productiva ad ſuum terminum, ut expreſſe fatetur *Author* relatus: ergò &c. In hac 2. parte diſſentit Ripalda tenens cum Auth. Societ. actionem Dei ad extra productivam identificari cum actione cauſæ creatæ; proindequè negat realem prioritatem unius ad aliam.

Secunda pars probat.

6 Dixi *relatè ad actus externos*: quamvis reſpectivè ad volitionem efficacem illos imperantem actio Dei, ſive gratia cooperans, dicatur concurſus ſimultaneus. Quod dictum optimè explicatur à prædict. Mag. q. 5. §. 4. num. 72. exemplo deſumpto ex Magn. Par. ubi ſupra: *Imperat animus, ut moveatur manus &c.* In hoc, inquam, exemplo actio Dei; & cauſat noſtrum velle, quo imperamus motum manus; & etiam cauſat ipſum motum. Relatè ad noſtrum velle actio Dei eſt concurſus prævius, utpotè cauſans ipſum velle, & in hoc ſigno ſolus Deus exercet libertatem. Relatè ad motum manus præcedit etiam actio Dei, ut ipſum immediatè cauſans. Attamen in illo ſigno etiam præcedit noſtrum velle imperans prædictum motum: Quapropter in eodem ſigno anteriori ad motum manus dantur, & velle divinum, & velle humanum; ideòque velle divinum, & eius actio ſunt concurſus ſimultaneus Dei, ut cooperantis cum noſtra voluntate motum. Hoc tamen minimè tollit ut poſsit dici cō curſus prę vius reſpectivè ad facere, ad quod comparatur ſicut actio productiva. Conſtat hoc etiā in voluntate elicien te ſimul cum habitu charitatis, actum amoris productivum impulſus: Licet enim voluntas non concurrat prævie relatè ad habitum; benè tamen relatè ad impulſum, qui ſe habet, ut terminus amoris. Idemque dicendum de duplici cauſa partiali influenti per eandem actionem totalem in aliquem terminum ordine naturæ dependentem ab ipſa.

***

)(***)( )(***)(

)(✠)(

§. IV.

TERTIA CONCLUSIO.

Gratia cooperans ad facere est gratia intrinsecè efficax, physicè movens potentiam executivam, proindeque est concursus in ipsam potentiam, ut faciat.

7 PRima pars probat. Gratia ex natura sua connexa cum facere, & illud ordine naturæ præcedens, est gratia ab intrinseco efficax: sed huiusmodi est gratia cooperans, per quam Deus facit, & immediatè producit nostrum facere: ergò respectivè ad illud est gratia ab intrinseco efficax. Min. quoad 2. constat ex dictis immediatè, & quoad 1. probat. Gratia cooperans iuxta M. præ laud. & (ut ipse existimat) iuxta M. Par. est actio Dei immanens, ut causans in nobis facere. Quemadmodum eadem actio ut causans in nobis velle, dicitur iuxta ipsum gratia operans; sed actio Dei, ut effectivè causans in nobis facere, connectitur necessario cum ipso; siquidem repugnat Deum operati in nobis facere in actu 2. & illud in re non existere: ergò. 2. Pars probat. 1. ex D. Thom. 1. 2. quæst. 111. art. 2. asserenti: *Gratiam operantem esse gratuitam Dei motionem ad actum interiorem, scilicèt, primum velle; cooperantem vero, esse gratuitam Dei motionem ad actum exteriorem imperatum ex ipso velle.* Probat. 2. & à priori. Movere immediatè potentiam executivam ad facere, est illam immediatè reducere de potentia ad actum; ita D. Thom. 1. 2. quæst. 9. art. 1. Sed per gratiam cooperantem immediatè reducit potentiam executivam de posse facere, ad actu facere: ergò per talem gratiam immediate movet &c. Min. videtur certa; nam actus potentiæ executivæ est ipsum facere: ergò per gratiam immediatè producentem in potentia executiva ipsum facere, reducitur immediatè de potentia ad actum. Sed talis est gratia Dei cooperans: ergò. Explicatur hoc. Potentia executiva adhuc supposita volitione efficaci se habet in potentia passiva, & mobili, tum ad ipsum facere, tanquam propriam actualitatem de linea operandi; tum etiam ad gratiam Dei cooperantem, à qua effectivè accipit ipsum facere: ergò cum unumquodque sit mobile, in quantum est in potentia, potentia executiva, ut actu faciat, indiget moveri ab utroque. Sed talis potentia movetur per ipsum facere motione formali, à qua denominatur in actu 2. faciens: ergò à gratia Dei cooperante movetur motione applicativa illam immediatè coniungenti cum ipso facere.

Probat. 1 pars.

2. Pars probat.

Ex his clare deducitur gratiam Dei cooperantem physicè præmovere potentiam executivam ad actu facere. Ratio est: Nam gratia Dei cooperans est actio ipsius, ut effectivè physicè causans ipsum facere; motio autem moralis exercetur suadendo, vel alliciendo nostram voluntatem, ei proponendo aliquam honestatem, aut convenientiam in operando. Cum igitur gratia Dei cooperans non sic moveat ad facere, ut est certum: inde fit talem motionem non esse moralem, sed physicam. Quod autem sit præmotio facile suadetur. Etenim præmotio idem est, ac prævia motio, ordine causalitatis præcedens motum mobilis. Atqui gratia Dei cooperans ita movet potentiam executivam, reducendo illam de potentia ad actum, ut ordine naturæ præcedat ipsum facere: ergò talis gratia præmovet physicè potentiam executivam &c. Unde non solum est vera hæc causalis: *Homo operatur bonum externum, v. g. elargitionem eleemosynæ, quia efficaciter vult*: sed etiam hæc: *Homo elargitur eleemosynam, quia Deus per gratiam cooperantem*, scilicèt, per suam actionem, *dat ipsi, ut elargiatur eleemosynam.* Quod satis efficaciter colligitur ex Arausic. cap. 9. dicente: *Quoties bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, ut operemur, operatur*: ubi ly *ut operemur bonum* denotat ipsum facere bonum esse terminum, sive effectum gratiæ Dei operantis in nobis, & nobiscum cooperantis: non quidem

8 Talis gratia physicè præmovet.

coo-

cooperantis cum facere ; sed cum velle nostro illud imperanti.

9

Probat. 3 pars.

3. Pars, scilicèt, gratiam sic cooperantem influere in actionem potentiæ executivæ, & etiam in ipsam potentiam, proindequè concursum illius esse ineffectum, & in causâ; suadetur efficaciter ex dictis. Gratia illa, quæ activè immediatè reducit potentiam executivam de otio in actum, non solum influit in actionem, verum in ipsam potentiam agentem, ut est certum. Sed ut probatum relinquimus, talis est gratia cooperans: ergò eius concursus non solum est in actionem, verum in causam productivam illius. Confirm. 1. Gratia, à qua effectivè provenit non solum, quod actus externus in se existat; sed etiam, quod potentia executiva illum activè producat, est gratia influens in actionem, & in causam; sed à gratia Dei cooperante non solum provenit effectivè existentia actus externi, verum etiam, quod potentia executiva illum externe producat. Tum quia potentiam executivam influere in actum externum est aliquid bonum, proindequè à Deo effectivè immediatè proveniens. Tum quia gratia immediatè effectivè præoperans actum externum est gratia movens effectivè prædictam potentiam ad actionem externam, sic S. Doct. supra de gratia cooper. sed gratia movens immediatè potentiam executivam ad actionem externam, influit in ipsam potentiam executivam : ergò. Confirm. Hoc exP. August. de Gen. lib. 5. cap. 20. *Deus occulta potentia universam creaturam movet.* Et S. Bern. de Grat. & lib. arb. *Dei sapientia attingit à fine usque ad finem fortiter; quia substantiali quadam, & ubique præsenti fortitudine, universa potentissimè movet, ordinat, administrat.* Sed motio Dei sic potens, & omnia administrat est concursus in causam : ergò. Idem clarius tradit 1. D. Bern. lib. citat in fine : *Deus igitur est A meriti* (quod iuxta ipsum sistit in consensu voluntatis) *qui, & voluntatem* (utique consentientem) *applicat operi; & opus explicat voluntati; quia per opus bonum apertum internus opifex nobis foris innotescit.* Sic ibi column. 919. sed Deum applicare voluntatem iam consent. operationi est concursus in causam: ergò.

Confir. 1.

Confir. 2.

10

Urget. 1.

Urget. 2.

Urgetur 1. Quia volitio efficax præcedit actionem externam, & movet potentiam executivam ad illius elicientiam, prædicta volitio influit non solum in actionem, verum in potentiam executivam, ut agat: ergò si actio Dei, prout est gratia cooperans, præcedit ordine naturæ actum exteriorem, & effectivè movet ipsam potentiam executivam, ut agat, eius influxus non solum est in actionem, verum, & in causam illius. 2. Actio Dei, ut præoperans in voluntate nostrâ volitionem liberam, est concursus Dei, tum in volitionem, tum in ipsam voluntatem: ergò actio Dei ut præoperans in potentia executiva actum externum (ut admittit opinio contraria) est concursus non solum in actionem, verum, & in causam illius. Hinc AA. Societ. negantes Dei concursum actualem in causam creatam, qui sit propriè influxus in illam, prout distinguitur ab influxu in effectum: consequenter asserunt concursum actualem physicum Dei non distingui realiter ab actione creaturæ. Si namque esset realis distinctio inter actionem Dei productivam ad extra, & inter actionem causæ creatę; cum hęc existeret pro signo posteriori reali ad actionem Dei, ut primi motoris; Deus prævię concurreret activè movendo motione phys. prævia ipsam causam creatam, illam determinando ad agendum. Unde suppositâ reali distinctione, realique præcedentia gratiæ cooperantis ad actionem externam, ut egred. à potent. execut. nequit negari eius influxum terminari in ipsam potentiam executivam, ut actu faciat.

§. V.

§. V.

QUARTA CONCLUSIO.

Iuxta hucusque stabilita gratia cooperans, est gratia prædeterminans ad facere, si non sit contentio de voce.

II

EX concluſ. præced. liquet gratiam cooperantem gaudere his attribūtis.* Scilicèt, quod ſit ab intrinſeco efficax, quod ſit præoperans ipſum facere, quod ſit phyſicè præmovens ultimatè ipſam potentiam, ut actu faciat; & tandem; quod influxus illius non ſolum ſit in actionem externam, ſed etiam in potentiam executivam, eam applicando, ut faciat. * Unde his omnibus conceſsis, negari nequit debere dici etiam gratiam prædeterminantem, ut contendit opinio contraria.

Probat. 1. Aſſumpt. ſuadetur 1. Nam ſi Authores Societatis concederent Deum influere in actus liberos noſtræ voluntatis per gratiam omnibus prærogativis ſupra deſcriptis ornatam, ore pleno concederent Deum phyſicè prædictos actus prædeterminare: etſi forte aliquis ſcrupulus accideret, eſſe ſolum de nomine. Quapropter controverſia acerrime exagitata inter ipſos PP. & D. Thom. Scholam, non fuit innixa purè huic voci *prædeterminatio*. Sed his vocibus: *Gratia Dei ab intrinſeco efficax realiter præveniens noſtros actus liberos, & activè immutans noſtram voluntatem ad liberè volendum*: ergò ſi omnia illa munera ſupra deſcripta conveniunt gratiæ cooperanti relatè ad facere, immeritò negatur ipſi munus gratiæ prædeterminantis ad facere. Unde merito advertit SS. M. Lemos, tom. 3. (& ex illo Alij Thomiſtæ) tract. 4. cap. 1. num. 8. *Si AA. cum quibus agimus, ſemel admitterent præviam, & antecedentem Dei motionem, qua Deus infallibiliter ex intrinſecis talis motionis, moveret voluntatem ad agendum, finita eſſet controverſia, nec de his vocibus phyſicè prædeterminare, aliquis quidquam eis opponeret.*

Ratio, quæ impulit præd. Magiſt. (præter alia infra adducenda) conſiſtit in eo, quod gratia prædeterminans præcedit noſtram determinationem; ut conſtat ex illa dictione *præ*. Sed gratia cooperans non ſic antecedit, ſed potius ſubſequitur determinationem ad facere; cum hæc conſiſtat in ipſo velle: ergò talis gratia eſto ſit adiutorium, & auxilium ad facere; non tamen gratia prædeterminans ad illud. Urgetur hoc. Prædeterminatio, ut ex ipſa vocis compoſitione deducitur, dicitur correlativè ad aliam determinationem ſubſequentem, ut rectè animadvertit Magiſt. Lemos, lib. 3. tract. 4. cap. 1. num. 11. Quemadmodum præoperatio dicitur relativè ad aliam operationem: Sed actio externa non eſt determinatio potentiæ executivæ; cum ſe determinare ad operandum ſit proprium potentię liberę: ergò eſtò actio Dei præoperetur actum exteriorem per influxum immediatum in ipſum, nequit dici prædeterminatio ad illum.

12 Motivum in contra refertur.

Urgetur.

Reſpond. omne principium indifferens qua tale indigere determinari à Deo, ut effectum determinatum producat. Duplex autem indifferentia in cauſis creatis inveniri poteſt. Una, quæ dicitur indifferentia electiva, ſive poteſtatis, & dominij; alia vero, quæ dicitur indifferentia potentialitatis, ſive contingentię ad operandum. 1. Solum invenitur in cauſis liberis; ſecunda vero convenit etiam cauſæ naturali creatæ; utpotè non habenti rationem actus completi, & aliunde ex illa poſſunt procedere plures actiones ſpecie, vel numero diſtincti, ut videre eſt in igne in ſole, & alijs cauſis equivocis. Hæc autem 2. indifferentia ſufficiens eſt, ut motio Dei, per quam immediatè reducitur de potentia ad actum, ſit determinatio cauſæ naturalis ad operandum. 1. Quia determinatio dicitur correlativè ad indifferentiam principij activi: ergò ſi admitti debet duplex indifferentia in principio activo ſupra deſcripta, concedi debet duplex de-

13 Reſpond.

1. Fundatur ſolut. 1.

terminatio principij activi ad operandum. 2. Nam iuxta D. Thom. & M. P. Deus influit immediatè in omnem actionem causæ 2. per imperium efficax, quo producit omnes creaturas ad extra: ergò Deum influere præoperando actum externum, est ipsum imperare imperio communicante existentiam. Sed imperare existentiam actus externi est cum proprietate determinare talem existentiam: ergò determinatio activa Dei non solum dicitur in ordine ad actus liberos, verumetiam ad omnem actum procedentem à causa creata ob illius contingentiam, & indifferentiam passivam potentialitatis ad agendum.

Dub ant. scient. in causa rerum.

3. Nam est de mente D. Th. ut tenent Adversi. Deum prædeterminare omnem causam creatam ad agendum, sive talis causa sit libera, sive sit contingens. Ita 1. p. q. 19. a. 3. ad 5. dicens: *Omnis causa, quæ est in se contingens, oportet quod determinetur ab aliquo exteriori ad effectum.* Et ibidem art. 4. *Necesse est, ut agenti per naturam prædeterminetur finis, & media necessaria ad finem ab aliquo superiori intellectu.* Et quodlib. 12. q. 4. a. 4. *Omnes actiones creaturarum subiacent divinæ providentiæ, in quantum omnia sunt præordinata, & prædeterminata à Deo.* Et in 1. ad Anib. dist. 47. a. 4. *Deus non solum res in esse produxit, sed etiam modum, quo fierent, prædeterminavit.* Et q. 3. de Verit. art. 1. & in Dionis. cap. 4. de Divin. Nomin. *Omnium rerum dantur in Deo rationes substantificæ, prædeterminativæ, & effectivæ, quas Theologia prædiffinitiones vocat.* Ideòque in 2. dist. 36. q. 2. a. 2. sic definit idæam: *Est ratio rei existens in Deo secundum quod est productiva, & ipsius rei prædeterminativa.* Ex quibus omnibus liquet omnes actiones procedentes tam à causis naturalibus, quam liberis, iuxta phrasim D. Thom. prædeterminari immediatè à Deo, ut à principio immediatè effectivè influenti in earum existentiam.

14 Tertio.

Nota pro omni re creata cuius est idæa.

Ex his constat actionem externam procedentem ex imperio voluntatis esse determinationem potentiæ illam elicientis; non quidem elective, sed per modum ultimæ actualitatis, per quam ultimo formaliter reducitur de potentia ad actum. Unde D. Thom. in 2. dist. 25. q. 1. a. 1. ad 3. ait: *In rebus naturalibus operatur Deus, sicuti ministrans virtutem agendi, & sicut determinans ad talem actionem.* Et hoc quidem meo videri propter indifferentiam potentialitatis ad agendum in causis naturalibus, licet non propter indifferentiam libere potestatis, & dominij. Ad urgent. Resp. Quod, ut ibidem notat præd. Mag. Lemos, etsi hæc vox *prædeterminatio* cum omni rigore accepta, dicatur correlativè ad aliam determinationem liberam creaturæ; si tamen communiter accipiatur, nihil aliud significat, quam præviam Dei motionem applicantem quamcumque causam creatam ad operandum: unde ipse Mag. lib. 3. tract. 1. ferè per totum, & cap. 39. ore pleno concursum Dei moventem causas naturales ad operandum appellat prædeterminationem. Ex his colliges, quam meritò diximus supra, in hoc solum esse litigium (si fortè sit) de voce.

15

Ad urg.

§. VI.

Solvuntur argumenta pro actibus purè externis.

OBijc. 1. Auxilium, quo Deus facit nos facere, est id, per quod facit nos liberè facere: Nam pronunc solum agimus de facere, quod sit liberum, & moraliter honestum. Sed Deus operando in nobis velle facere, facit nos liberè facere: ergò auxilium quo Deus facit, ut faciamus (quod est auxilium prædeterminans) est ipsum velle nostrum. Prob. min. Nos liberè facere, est nos volendo facere: non enim in facere est alia libertas, præter volitionem, à qua imperatur. Sed Deus operando in nobis velle facere, facit ut volendo faciamus: ergò. Urg. hoc. Per motionem Dei præoperantem actum externum eleemosynę non facit Deus, ut prædict. actum liberè faciamus: ergò talis motio non est auxilium prędeterminans ad facere. Prob. añs. Hominem liberè elicere talem actum, est velle illū facere; sed per motionē præoperantem ipsum, non

16

Arg 1.

Urgetur.

non facit Deus, ut homo velit benè facere; cum talis motio supponat priori volitionem efficacem: ergò.

Confir. 1. Confirm. 1. Gratia, per quam Deus facit, prædeterminando ut faciamus, est, illa, per quam Deus prius facit, quam nos faciamus: ita deducitur ex M. P. tract. 72. in Ioann. ad illa verba: *Opera, quæ ego facio, & ipse faciet.* Et item; quia talis gratia est concursus prævius antecedens ad nostrum facere. Sed per motionem præoperantem facere non facit Deus prius quàm nos faciamus; cum talis motio sit iuxta M. P. gratia cooperãs, hoc est, per quam Deus simul nobiscum facit: ergò.

Secundo. 2. Gratia causans in nobis facere externum supponens volitionem efficacem, est gratia cooperans; sicuti gratia, per quam facit, ut velimus, est gratia operans. Sed hoc ipso talis gratia nequit esse prædeterminans ad facere: ergò huiusmodi gratia consistit in ipso velle. Probat. min. Gratia prædeterminans ad facere est gratia, per quam Deus prævie operatur ipsum facere; sed gratia cooperans non est huiusmodi: ergò. Probat. min. Gratia, per quam Deus simultanee operatur facere, non est gratia, per quam prævie operatur facere; sed gratia cooperans est, per quam Deus simultanee operatur facere, ut supponendum est, & ipsa ratio cooperantis convincit: ergò.

17 1. Syllog. Cui innititur arg. patitur defectum. Nam ex illius præmissis solum infertur hæc conclusio: ergò *auxilium*, quo Deus facit nos velle facere, est auxilium, quo facit, ut *faciamus*. Ex qua conclusione sequitur quod, cum auxilium, quo Deus facit nos velle facere, non sit ipsum velle, sed operatio Dei ipsum causans, quæ iuxta Arguent. est gratia operans: Auxilium prædeterminans ad facere non erit nostrum velle; sed gratia, per quã Deus operatur in nobis velle; cuius oppositum intendit arg. Simili defectu laborat seq. discurs. *Ideo nos liberè facimus, quia volentes facimus; sed Deus dando velle nostrum, facit nos volentes facere: ergò operando nostrum velle facit nos libere facere: ergò velle nostrum est auxilium, quo Deus facit, ut faciamus.* Nam hæc 2. conseq. minimè infertur ex 1. Nam auxilium, per quod Deus operatur in nobis velle, non est ipsum velle; cum hoc sit effectus illius; ut est certum: ergò ex quo auxilium prædeterminans ad facere sit id, per quod Deus operatur in nobis velle facere, non infertur tale auxilium consistere in nostra volitione efficaci.

Ostendit: arg. ineffic. 1.

18 Deindè præd. discurs. solum probat velle facere esse auxilium ad liberè facere: quod libenter concedimus iuxta dicta conclusione 1. Non tamen probat esse unicum auxilium, quo Deus facit, ut faciamus, de quo est præs. controversia, & maximè notandum pro intelligentia plurium textuum SS. PP. Ratio est: Nam etsi libertas reperta in facere proveniat à nostro velle, ut à forma ei extrinseca; facere tamen provenit à Deo præoperante ipsum facere per gratiam cooperantem iuxta opinionem præd. M. ergò quod volitio libera faciendi unicè proveniat à gratia operanti, non probat totum hoc, scilicèt, *nos libere facere, unicè provenire à tali gratia.* Unde ut præd. discurs. rectè concludat; debet sic formari: *Unicus modus, per quem Deus facit, ut liberè faciamus, est, per quem facit, ut velimus facere; sed Deus per auxilium donans nobis velle operatur unicè, ut velimus facere: ergò unicum auxilium, per quod Deus facit nos facere, est auxilium, per quod operatur in nobis velle.* Cæterum mai. præd. discursus est falsatum propter dicta: tum quia ultrà gratiam, per quam Deus facit, ut velimus; datur gratia subsequens, per quam Deus facit, ne frustra velimus; sed opere perficiamus, quod volumus; ut sæpè asserunt P. August. S. Greg. S. Fulgent. & D. Thom. 1. 2. q. 111. art. 3. Deinde præd. discurs. solum probat grat. prædeterminantem ad facere esse gratiam, per quam Deus operatur in nobis velle, ita, ut illa immediatè prædeterminet ad velle, & mediatè ad facere: non tamen probat ipsam volitionem in se ipsa acceptam esse prædeterminationem ad facere.

Secundo.

Nota diligenter.

19 Sed ut dicta magis firmenter, & omnis æquivocatio tollatur; notandum hoc com-

Nota pro antea dictis.

complexum: *Nos libere facere* posse dupliciter accipi: vel prout dicit tantum in recto libertatem convenientē *facere*; vel prout dicit in recto, tum libertatem, tum ipsum facere. Si 1. modo accipiatur; cum eius libertas consistat in volitione efficaci imperanti ipsum actum externum, auxilium ad eius libertatem est auxilium ad prædictam volitionem: Si autem 2. modo; cum ipsum facere in se proveniat ab ulteriori gratia Dei illud præoperantis: fit consequens hoc complexum: nos *liberè facere* sub dicta consideratione acceptum requirere pro sui principio adæquato duplicem gratiam: unam, per quam Deus facit, ut velimus, quæ est gratia operans; alteram, per quam immediatè facit nos facere, quæ dicitur gratia cooperans. Hæc doctrina maximè roboratur ex illa oratione Ecclesiæ: *Tua nos, quæsumus Domine, gratia semper præveniat, & sequatur: ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos.* Ex qua constat per utramque gratiam prævenientem, scilicèt, & subsequentē præstari nobis à Deo, ut benè operemur. Sed gratia præstans nobis ut benè operemur, est gratia præstans nobis, ut liberè operemur: ergò totum hoc adęquatè sumptum, scilicèt, *liberè, & honeste* operari, provenit ab utraque gratia, tanquam à causa: ergò auxiliū, quo Deus facit, ut rectè, & liberè faciamus, non cōsistit unicè in nostro velle, aut in auxilio illum causanti, sed ex utraque gratia auxilianti, scilicèt, operanti, & cooperanti, coalescit.

Non sic de libert. ut in actu 2. de nomin. facere.

20

Ad urgent. Respond. Disting. añs. non facit Deus ut *liberè faciamus*, secundum quod hoc complexum dicit præcisse de libertate, permitto añs. secundum quod dicit de ipso facere, quod denominatur liberum, neg. añs. Ad eius prob. disting. mai. eodem modo; & concessa min. disting. conseq. eadem distinctione. Solutio constat ex dictis; & ulterius sic roborari potest. Nam si Deus operaretur in nobis velle efficaciter facere opus externum, & non operaretur ipsum facere (quem casum admittit, ut possibilem præd. Mag. §. 3. in fine) tunc casus non faceret Deus, ut nos liberè faceremus: sicuti, si faceremus, & in nobis non præcederet volitio efficax libera faciendi, non verificaretur Deum per gratiam suam facere, ut liberè faciamus. Igitur dicendum est auxilium, quo Deus facit, ut liberè faciamus, conflari ex utraque gratia iam explicata.

Ad urgent.

Ad 1. & 2. confirmationem constat ex dictis §. 3. & 4. ubi probavimus gratiam cooperantem esse motionem prævianı, prævium que concursum relatè ad facere, licet non relatè ad velle facere; unde ex hoc tantum deducitur talem gratiam non esse prædeterminantem ad velle, secùs autem ad ipsum facere. Dicere autem de ratione gratiæ prędeterminantis esse præcedere tum facere, tum velle facere (præter quam quod oppositum relinquimus probatum) inconsequenter asseritur ab opinione contraria statuente gratiam prædeterminantem ad facere in ipso velle; quandoquidem ipsum velle se ipsum præcedere nequit. Si ergò ob prioritatem causalitatis inter velle, & facere, velle est prædeterminatio ad facere; cur ob eandem, & longe perfectiorem prioritatem causalitatis inter actionem Dei præoperantem facere, & ipsum facere, talis actio non erit prædeterminatio ad facere? Ad id, quod additur in 1. confirm. ex M. P. Respond. Resp. 1. oppositum ex illa deduci; nam si Deus unicè concurreret prævie ad actum fidei (de quo fit sermo in prædicto loco) per gratiam operantem in nobis velle credere; non dixisset S. P. prædictum actum, ideo fieri prius à Deo, quam à nobis, *quia facit, ut faciamus*, sed deberet dicere: *Quia facit, ut velimus credere, sive facere.* Deinde Respond. Deum duplici prioritate gaudere in faciendo nostrum facere; una, scilicèt, per quam primordialiter incipit nostra opera, donando, scilicèt, velle facere; altera vero, per quam complete, & executivè facit, ut faciamus. Hæc autem ultima prioritas exercetur à Deo per gratiam cooperantem; cum hæc iuxta D. Thom. in 2. dist. 26. quæst. 1. art. 5. se ha-

21

Ad 1. & 2. confir.

Ad resp. ex M. P. Resp. 1.

Secundo.

habeat ut causa, respectu actus exterioris. Ex his claritatis gratia in forma disting. illam propositionem: *Nequit esse gratia prædeterminans illa, per quam Deus simultaneè relatè ad facere concurrit*, conced. *Simultaneè relatè ad velle facere*, subdisting. *Nequit esse gratia prædeterminans ut velimus*, conced. *Nequit esse gratia prædeterminans ut faciamus*, nego.

Obijcies 2. Voluntas efficaciter imperans potentiam executivam, ut agat, non indiget ulteriori gratia prædeterminanti, ut talis actio existat: ergò gratia prædeterminans ad facere, est volitio efficax faciendi. Prob. añs. Ubi nulla est indifferentia, nulla requiritur gratia prædeterminans; sed in dicto casu nulla est indifferentia: non quidem in voluntate; cum hæc per volitionem efficacem iam sit determinata ad agendum; non in potentia executiva; cum hæc determinetur per imperium voluntatis, cui subditur in operando: ergò. Aliter: quia per volitionem efficacem voluntas est determinata, ut velit facere, non requiritur aliqua gratia prædeterminans, ut velit facere. Sed etiam potentia executiva per talem volitionem determinatur, ut faciat; cum moveatur ab illa quoad exercitium: ergò. Urgetur. Voluntas imperando efficaciter actum visionis, facit potentiam visivam videre: ergo potiori titulo Deus facit potentiam visivam videre, causando volitionem efficacem imperativā visionis; proindeque hæc erit auxilium, quo Deus facit nos facere. Prob. conseq. Volitio efficaciter imperans actum visionis non habet minorem efficaciam, ut procedit à Deo, ac habet, ut procedit à voluntate creata: ergò si &c.

22

Arg. 1.

Alia forma.

Urgetur.

Prob. argum. (si quid probat)

23 Deum non movere immediatè potentias executivas ad operandum; si quidem volitio efficax non solum est determinatio, sed etiam motio applicans potentias executivas ad operandum: ergò si quia istæ determinantur per actum voluntatis, non superest alia determinatio ex parte Dei, pariter non erit necessaria ex parte ipsius alia motio. Hoc autem est contra D. Th. q. 3. de Potent. a. 7. & 1. p. q. 105. per tot. & innumeris locis relatis à M. Lemos lib. 3. tract. 1. & contra M. P. lib. 4. de Gen. ad litter. c. 12. & lib. 5. c. 20. asserentem: *Deum per Istentem operationem, & intimam virtutem movere omnes causas creatas ad agendum.* Si enim iuxta principia Thomist. ratio 1. causæ in Deo, & ratio 1. domini petunt influere immediatè, & immediatè determinare existentiam cuiusvis operationis: pariter ratio 1 motoris exigit in ipso immediatè movere, & applicare omnem causam ad operādum. Hoc enim expressè cōtinetur in illo Actor. *In ipso enim & vivimus, & movemur, & sumus.* Si teneamus concursum prævium consistere in motione intrinsece afficiente causam operantem (de quo tract. añti.) illa propositio, cui innititur vis argum. *Posita volitione efficaci potentia executiva est determinata ad agendum*: sic debet distingui: *Est determinata determinatione extrinseca*, conc. *Determinatione intrinseca*, neg. Distinctio est satis clara, & explicari potest exemplo decreti efficacis de existentia actus voluntatis creatæ: Nā, etsi voluntas creata ex vi talis decreti sit determinata ad volendum, quia tamen illa determinatio est pure extrinseca, requirit ulterius prædeterminationem intrinsecam, ut velit.

Resp. ad 23 argum.

Sed admisso prædeterminationem consistere in actione immanente Dei extrinseca creaturis, præd. propositio tripliciter potest disting. 1. sic: *Est determinata determinatione primordiali, & inchoativa*, conc. *Determinatione completa, & ultima in ratione applicationis*, neg. Ex dictis conclus. 3. constat actionem Dei, ut præoperantem actum externum, activè immutare potentiam executivam ad illius elicientiam; proindeque priori ad talem actionem talem potentiam non esse ultimo applicatam, sive determinatā ad agendum. 2. Sic: *Est determinata, determinatione omninò infallibiliter connexa cum operatione*, neg. *Non connexa*, conc. Gratia autem prædeterminans est metaphysicè cōnexa cum actu prædeterminato, ut pluries docet D. Th. præsertim 1. 2. quæst. 10. a. 4. Volitio autem efficax

24

Primæ propos. Resp. cū tripl. dist.

Secundo.

creata etsi efficax, non connectitur omnino infallibiliter cum actu, quem imperat, ut concedit præd. M. §. 3. in fine, & Illust. Castell disp. 2. q. 3. sect. 9. prope finem asserens esse communem sent. Theolog. 3. Sic: *Determinata, determinatione, quæ sit propria Dei in esse primi moventis, & subordinantis sibi omnem causam creatã in agendo*, neg. *determinatione, quæ sit propria causæ creatæ determinantis alteram causam intra eundem ordinem*, conc. Ad perfectionem Dei spectat, ut bonitatem suam, quantum possibile est, alijs à se communicet. Hac ratione iuxta D. Thom. Deus dedit pluribus creaturis virtutem productivã aliquorum effectuum: similiterque creaturis intellectualibus concesit, non solum quod providerentur ab ipso, sed etiã quod providerent de alijs. * Cum ergò determinare causas ad agendum sit maxima Dei perfectio, hanc determinationem suo modo communicavit voluntati creatæ, ut moveret quoad exercitium potẽtias opetativas illius imperio subditas. Attamẽ sicuti, quod Deus contulerit creaturis intellectualibus virtutem providendi, & gubernãdi, non tollit quominus omnia immediatè gubernentur ab ipso, & sub eius providentia cadant; ita, quod voluntati creatæ contulerit vim determinandi, & imperandi actus externos; non tollit, ut tanquam primum movens immediatè applicet & determinet potentias executivas ad operandum.

* 1. p. q. 22. art. 2.

25

Alia propositio, quę in hac parte ingerit difficultatẽ, videlicet: *Per volitionem efficacem tolli indifferentiam, qua potentiæ executrices gaudẽt ad proprios actus.* Nihil efficaciter probat contra nostrã conclusionem. 1. Quia adhuc existente præd. volitione possunt plures actus vel numero, vel specie distincti, egredi à potentia executiva: quapropter relinquitur locus, ut Deus ipsam prædeterminet ad hanc numero actionem, vel etiam in specie. 2. Nam dato ex vi talis volitionis determinari potentiam executivam ad hunc numero actum; adhuc tamen remanet in ipsa indifferentia potentialitatis, contingentiæ, & incõplet. secundum actum virtualẽ; ideòque, cum unumquodque operetur in quantum est in actu completo virtualiter, & ab ipso aufertur prior indifferentia potentialitatis, oportet, ut à Deo determinetur per aliam motionem coniungentem potentiam executivam cum actu. Nec enim volitio efficax maiorem connexionem habet cum actu externo, quam habeat visio beata cum amore Dei, ad quam necessitat quoad exercitium; & iudicium determinatum cum actu voluntatis; similiterque iudicium ęstimativæ in Brutis cum actuali appetitu, vel fuga; & tamen voluntas beatorũ ultra visionem beatam indiget auxilio ab intrinseco efficaci ipsam prædeterminanti ad amorem Dei; pariterque ęstimativa in brutis, & voluntas regulata iudicio determinato, indigent concursu Dei prævio reducẽti ipsas de potentia ad actũ propter indifferentiam potentialitatis, sive incompletionis ad operandum. Idem dicendum de igne applicato passo, quiquidem etsi ab intrinseco determinatus sit ad comburẽdum, indiget tamen motione Dei; ob cuius defectum ignis babilonicus nõ combusit.

Alia propositio. examinatur.

Ex his facilis est solutio ad arg. Ad urg. Resp. illam instando: Nam voluntas imperans visionem, ita facit potentiam visivam videre, ut alius concursus ipsi non superfit ad hoc, ut faciat illam videre: ergò Deus ut operans talem volitionem efficacem, ita faciet potentiam videre, ut alius concursus non sit necessarius ad hoc, ut faciat visum videre. Atqui hoc consequens est omnino falsum, & contra præd. M. requirentem ultra dictam volitionem à Deo causatam concursum pręoperantem immediatè ipsum actum visionis: ergò urgentia nulla est. Deinde: nam ex illa potius probatur oppositum; siquidem voluntas volendo efficaciter videre, facit, ut potentia visiva videat, tanquam causa 2. & secundum movẽs quoad exercitium: ergò per eandem volitionem nequit Deus ut causa 1. ut primum movens, sive primum determinans, facere quod potentia visiva videat. Probat. consęq. Nam munus primi motoris, primique determinantis, & munus secundi motoris,

26

Ad urgentiam.

ut-

utpotè infinitè inter se distantia, nequeant expleri per eandem motionem, quemadmodum ratio 1. causæ, & causæ 2. petunt exerceri, & compleri per actiones realiter inter se distinctas, iuxta communem Thom. doctrinam; Deus quidem operando per actionem increatam secum identificatam; creatura vero per actionem entitativè finitam, & subiectivè creatam.

27 Instabis. Sed dices: Si Deus præbet motioni superadditæ volitioni creatæ, talem efficaciam, ut indeclinabiliter determinet potentiam executivam ad operandum: cur non poterit eandem efficaciam communicare volitioni efficaci imperanti actum externum? Solutio. Resp. Communicationem prædictæ efficaciæ dupliciter posse concipi; vel ita, ut illa sit à solo Deo, quamvis entitas volitionis sit etiam à creatura; vel ita ut voluntas nostra adiuta à Deo prædict. efficaciam activè producat. Si primum; tunc volitio purè passivè se habebit ad talem efficaciam: unde solum impropriè, & quasi denominativè dici poterit auxilium prædeterminans. Secundum autem repugnat: Nam efficacia in movendo irresistibilitèr causam ad operandum, est propria solius Dei titulo supremi dominij; & titulo 1. agentis, cui omnes causæ subordinantur in agendo: proindeque nulli creaturæ communicari potest, ut activè præcontineat huiusmodi efficaciam in movendo causas ad operandum. Hæc dicta sunt præscindendo à necessitate motionis prævię intrinsecè afficientis omnem causam creatam ad operandum. Si namque huic doctrinæ adhæseamus, clarè constat nihil favere opinioni contrariæ admittere in volitione creata efficaciam irresistibilem, & omninò connexam cum actu externo. Præterquamquod adhuc admissa tali efficacia; cum necesse sit Deum immediatè præoperari actum externum, utpotè ens per participationem, talis concursus esset maiori cum proprietate concursus prævius, & prædeterminans ad operandum, siquidem per talem concursum potentia executiva immediatius reduceretur de potentia ad actum, in qua reduct. consistit ratio prev. motionis.

§. VII.

Resolvitur secunda pars quæsiti circa actus imperatos, elicitos tamen à voluntate.

28 Opinio eiusdem Mag. PRælaudatus Mag. consequenter ad suam opinionem de actibus purè externis procedentibus ex imperio voluntaris, asserit etiam volitionem efficacem imperantem actus aliarum virtutum elicitos à voluntate, esse gratiam prædeterminantem, & auxilium Augustin. (hoc est adiutorium faciens nos facere) pro illorum elicientia. Nam etsi ultra præd. volitionem, & actionem Dei, ut operantem illos; necessario requiratur gratia cooperans, scilicet, ipsa actio Dei, ut effectivè producens actum imperatum; quia tamen non præcedit determinationem voluntatis: ideò talis gratia nec est prædeterminans, nec auxilium, per quod Deus facit, ut voluntas eliciat actum imperatum. Unde quãdo actus charitatis imperat adimpletionem mandatorum; in qua plures actus voluntatis continentur; & intentio efficax finis imperat electionem mediorum, similiterque quando actus piæ affectionis imperat assensum fidei; & tandem quotiescumque actus unius virtutis imperatur ex actu alterius; munus gratiæ prędeterminantis, munusque concursus prævij, & munus adiutorij, quo Deus facit, ut actus recensitos operemur, solum convenit actui voluntatis, ex cuius imperio alij procedunt. —

29 Oppositũ tuend. Oppositum vero firmiter tuendum est ab omnibus Thom. conformiter ad omnia illa motiva, quibus probant Deum prædeterminare omnes actus liberos nostræ voluntatis. Sed nè acta agamus, supponimus volitionem supernaturalem imperantem alium actum voluntatis supernaturalem: v. g. dum actus charitatis importat actum pœnitentię; esse adiutorium, & auxilium, per quod Deus

Deus facit hominem rectè, & salutariter operari. Constat hoc ex dictis in conclusione prima, & amplius constabit ex pluribus testim. SS. PP. §. sequenti referendis. Supponimus etiam gratiam adiuvantem voluntatem ad elicientiam actus supernaturalis ex imperio alterius procedentis, esse gratiam cooperantem; sicuti, & supponimus gratiam moventem voluntatem ad actum supernaturalem primo imperantem esse gratiam operantem; pro quo sunt expressa testim. M. Par. & D. Thom. in progressu huius dubij, & ant. relata. Quare difficultas consistit in hoc: *An scilicèt, gratia cooperans, per quam Deus iuvat voluntatem ad actum supernaturalem virtutis imperatum ex alio, sit dicenda gratia prædeterminans, sive auxilium, quo Deus facit, ut voluntas actum virtutis imperatum faciat?*

Quæstio.

30 Si recolatur doctrina tradita conclusionibus antecedentibus, ex illa deducitur prima ratio probativa sub hac forma. Gratia realiter præveniens actum liberum voluntatis, & ab intrinseco connexa cum illo, est gratia prædeterminans ad ipsum; cum sit gratia ab intrinseco efficax, & anteced. determinationem liberam voluntatis. Sed gratia, per quam Deus suppositа volitione efficaci operatur in nostra voluntate actum liberum salutarem ex imperio illius procedentem, est gratia realiter præveniens, & ab intrinseco connexa cum tali actu: ergò est gratia prædeterminans ad elicientiam eius. Min. suad. quoad utramque partem. Gratia, per quam Deus suppositа volitione efficaci operatur in nostra voluntate actum liberum salutarem, est iuxta Thom. motio Dei prævia intrinseca voluntati, vel ut ab hoc præscindamus; est iuxta præd. M. actio increata Dei, ut physicè præoperans talem actum, & ad quem comparatur ut actio ad suum effectum, & ut causalitas ad suum terminum. Sed actio Dei, ut physicè præoperans actum liberum salutarem in nostra voluntate, est gratia realiter præveniens ordine naturæ, & ab intrinseco connexa cum illo, ut de se liquet: ergò. Quod si velis idem assumpt. sub nomine *gratuitæ motionis probare*, poteris 2. sic arguere. Gratia ordine naturæ præcedens actum liberum salutarem, & movens irresistibiliter voluntatem ad illius elicientiam, est gratia prædeterminans ad illum; sed talis est gratia cooperans relatè ad actum supernaturalem imperatum, & à voluntate liberè elicitum: ergò est gratia ad illum prædeterminans. Mai. videtur innegabilis in doctrina D. Thomæ; siquidem talis gratia non movet moraliter voluntatem; proindequè si movet, physicè movet; cumque aliunde ordine naturæ præveniat actum, erit motio physica prævia irresistibiliter applicans voluntatem ad agendum. Quod si hoc concedatur, & negetur de illa prædeterminantem, erit litigium de voce. Min. constat ex D. Thom. 1. 2. quæst. 111. art. 2. ubi expresse appellat gratiam tam operantem, quam cooperantem Dei *gratuitam motionem ad actum imperantem, & imperatum; sed omnis motio ordine naturæ, & causalitatis præcedit motum mobilis* testante ipso Angel. Magist. 3. contra Gent. cap. 149. ergò cum aliunde talis motio sit actio Dei physicè productiva actus salutaris, cui nemo resistit, clare apparet veritas minoris quoad utramque partem.

Probat. 1. sub nomine grat.

Probat. 2

sub nomine grat.

31 Si in gratia Dei, per quam nos adiuvat, ut velimus bonum, & illud operemur, munus grat. *adiuvātis* consideremus; occurrit tertia ratio efficacissima, ut gratiā cooperantem ad actus virtutum imperatos ex volitione efficaci verè, & cum proprietate, prædeterminantem appellemus. Pro quo notandum 1. gratiam Dei non solum adiuvare nos, ut benè velimus, verum etiam, ut bonum, quod volumus, exequamur. Ita expresse D. Thom. quæst. 111. art. 2. ubi gratiam cooperantem adiuvantem nominat. Idem docet S. P. lib. de Grat. & lib. arb. per hæc verba: *Sine Deo operante, ut velimus; vel cooperante, cum volumus, ad pietatis opera nihil valemus.* Ex quibus constat gratiam cooperantem præbere nobis valorem ad rectè agendum. Rursùs lib. 1. ad Simplic. quæst. 2. *Nec velle possumus, nisi vocati, & nihil valet velle nos-*

Probat. 3. sub nomine adiutorij.

Nota 1.

noſtrum, niſi, ut perficiamus, adiuvet Deus. Et cap.32. in Enchirid. *Nolentem prævenit ut velit, volentem, ſequitur, ne fruſtra velit*, gratia enim ſubſequens eſt idem; ac gratia cooperans iuxta M. P. & D. Thom. hac 1. 2. quæſt.111. art. 3. & in 2. diſtinct. 26. quæſt.1. art.5. Conſonat D. Gregor. homil.9. in Ezech. *Ipſe aſpirando prævenit*, ut velimus, *qui adiuvando ſubſequitur, ne inaniter velimus, ſed implere poſſimus, quod volumus.* Et S. Bernard. de Grat.& lib. arbitr. *Gratia ſanat, cum immutat affectum, roborat, ut perducat ad actum &c.* Sed gratiam Dei roborare ad operandum id, quod volumus, eſt illam nos adiuvare ad rectè operandum: ergò gratia cooperans &c. Alia plura ommittimus, quia res eſt certa: quapropter Mag. in 2. diſt.26. §. 4. in fine: poſtquam explicuit iuxta doctrinam M. Par. munus gratiæ operantis,& cooperantis, ſive prævenientis, & ſubſequentis, ſic concludit: *In his evidenter traditur, quod voluntas hominis prævenitur gratia Dei, ut bonum velit, & adiuvatur* (utique per gratiam ſubſequentem, ſive cooperantem) *ne fruſtra velit*: hoc eſt ut exequatur, quod efficaciter vult.

32 2. Notandum gratiam cooperantem eſſe adiutorium licet ſubſequens ad velle, præveniens tamen
Secundo. actum voluntatis conſequutum, vel imperatum ab ipſo velle. Ratio eſt manifeſta: 1. Quia ut Adverſ. expreſſe fatetur, eſt adiutorium cooperans actum imperatum, ad quem comparatur, ut actio Dei, ſive cauſalitas reſpectu talis actus. 2. Quia per gratiam cooperantem Deus operatur in nobis actum imperatum, & per ipſam facit, ut operemur, quod volumus: teſtante S. Fulgent. lib. 1.
Tertio. ad Monimum cap.8. & 11. 3. Notandum tale adiutorium gratiæ eſſe realiter diſtinctum à gratia excitanti conſiſtenti in motibus indeliberatis intellectus, & voluntatis; ſiquidem gratia cooperans conſiſtit iuxta opinionem contrariam in actione Dei, ut producenti activè actum imperatum per prius efficaciter volitum. Ex
Ex notatis apparet ratio. his, quæ ſunt certa apud Thom. deducitur debere affirmari de gratia cooperanti ſequentem propoſitionem: *Eſt gratia adiuvans* ad actum imperatum realiter ipſum præveniens, efficax ab intrinſeco, & realiter diſtincta *à gratia excitanti.* Hoc autem conceſſo nihil (ni fallor) deficere poteſt, ut ipſi non concedatur cum omni proprietate eſſe gratiam prædeterminantem ad actum imperatum. Nam ut rectè advertit Illuſt. Caſtell de lib.arb. diſp.2. q.1. ſect. 2. in principio, & in fine: *Si ſemel admitteretur* ab Authoribus Societ. gratia præveniens conſenſum adiuvando ad illum, & diſtincta à gratia excitanti, rectè denominaretur talis gratia phyſicè prædeterminans ad illum, & oppoſitum multum *haberet de nomine*: ergò ſimiliter ſi ponitur gratiam cooperantem adiuvare voluntatem ad elicientiam ulterioris actus, ipſum realiter præveniendo per connexionem intrinſecam cum illo, inſuperque talem gratiam diſtingui realiter à gratia excitanti; inconſequenter negatur eſſe gratiam phyſicè prædeterminantem, niſi aliàs ſit diſſidium de nomine.

Dicere autem primam gratiam cooperantem eſſe adiutorium 33
Dei cooperantis per concurſum ſimultaneum, ſive Dei nobiſcum operantis, cum volumus; ideoque non eſſe adiutorium prædeterminans; nihil intereſt: Nam etſi gratia cooperans ſit adiutorium ſimultaneum cum ipſo velle noſtro, eſt tamen adiutorium præveniens ad actum imperatum, ut ex dictis conſtat, & docetur à D. Thom. in 2. ubi ſupra dicente: *Gratia dicitur operans, prout cauſat actum voluntatis; & cooperans ſecundum quod cauſat exteriorem actum, in quo voluntas completur*: ergò cum ad talem actum non concurrat præveniendo moraliter voluntatem, reſtat, ut præveniat phyſicè immutãdo ipſam ad illius elicientiam. Sed grat. phyſicè immutare voluntatem preveniendo realiter actum, ad quem immutat, eſt phyſicè determinare voluntatem: ergò. Ex his facile ſolvitur quædam inſtantia; eſtque apparenter difficilis: Gratia, quæ præve-
Occurrit. cuidam inſtant. nitur à bona voluntate, nequit dici pro-

1 Reſponſio reijc.

propriè gratia prædeterminans; sed talis est gratia cooperans iuxta M.P. in Enchirid. cap. 32. cum subsequatur nostrum velle: ergò. Facile inquam solvitur disting. mai. Non est prædeterminans ad bonum velle, conced. mai. Ad actum consequutum ex ipso velle, neg. mai. & concessa min. disting. conseq. eodem modo. Sicut enim non obstat gratiæ cooperanti, quod subsequatur ad velle liberum adhoc, ut sit verè prævenies voluntatem nostram, ut eliciat actum imperatum; ita non debet obstare quod simul cum volitione nostra influat in talem actum ad hoc, ut sit verè prædeterminans respectu illius.

34 Si forte dicatur 2. tale adiutorium non esse Dei, ut moventis voluntatem ad actum imperatum, sed Dei simul cum illa influentis in ipsum: Contra est 1. & claritatis gratia loquamur de voluntate imperanti actum religionis per actū charitatis. Voluntas ut eliciens actum religionis verè, & propriè immutatur physicè à Deo per gratiam cooperantem: ergò est gratia adiuvans, & auxilium Dei ut moventis volūtatem. Añs. probat. Voluntas ut eliciens actum religionis, verè, & propriè accipit à Deo actum religionis ex vi illius gratiæ, per quam Deus effectivè immediatè operatur in voluntate talem actum: sed Deus per gratiam cooperantem operatur immediatè in voluntate actum religionis, ut est certum, & edoctum à D. Thom. in antec. relato: ergò per gratiam cooperantem verè immutatur voluntas. 2. Voluntas se determinans ex actu charitatis ad eliciendum actum religionis immutatur formaliter, & in actu 2. per ipsum actum religionis: Tum quia est motus vitaliter egrediens à voluntate; Tum quia potentialitas, qua gaudet voluntas, ut religiosè velit, non intelligitur reducta formaliter ad actum, antequam sic actu velit; idem prorsus dicendum de voluntate, ut electiva liberè, nec enim dici potest voluntatem formaliter, qua electiva est, esse reductam ad actum secundum reductione formali ex vi intentionis imperantis electionem; sicuti neque intellectus, ut discursivus, potest dici reductus, & immutatus ad actum proprium ex vi præcisse assensus præmissum: ergò per gratiam illam, qua immediatè effectivè producit Deus actum religionis in voluntate, verè, & propriè immutat activè illam ad actum prædictum. Conseq. patet: Nam quod præstat terminus alicuius causæ, aut actionis formaliter, ipsa causa, & actio præstat activè. Tum sic, sed gratia cooperans est gratia, per quam Deus producit effectivè, & proprijssime actum religionis in voluntate: ergò per illam Deus proprijssimè immutat, sive movet voluntatem, ut religiosè velit.

2. Resp. reijcit. 1.

Secundo.

Probat. 3. Certum est ad hoc, ut voluntas eliciat actum religionis in dicto casu, præter actum charitatis requirere gratiam Dei immediatè præoperantem prædictum actum, proindeque Deum donare ipsum voluntati, & insuper, operari in ipsa actum religionis. Attamen propinquius Deus donat voluntati actum religionis per gratiam cooperantem, quam per actum charitatis, utpotè per talem gratiam immediatè operatur ipsum; per actum vero charitatis solum determinativè illum producit. Nunc sic arguo. Voluntatem accipere à Deo actum religionis tanquam à donante illum, est voluntatem à Deo activè immutari: ergò ea ratione, qua Deus proximius donat voluntati prædictum actum, maiori cum proprietate eam activè immutat; sed proximius donat Deus talem actum voluntati per gratiam cooperantem illum efficiētem immediatè; & præoperando, quā infundendo actum dilectionis, à quo imperatur; ut probatum relinquimus: ergò per gratiam cooperantem maiori cum proprietate Deus immutat voluntatem ad elicientiam actus imperati; proindequè; per ipsam verè, & propriè movet quoad exercitium voluntatem; cumque aliunde sit motio prævia ordine naturæ respectu talis actus; erit motio physicè prædeterminans voluntatem ad actum imperatum.

35 Alia ratio & præced. explic.

Quartâ

36 Quarta ratio ad idem, formatur ſupponendo prius actum virtutis imperatum ex actu charitatis v. g. gaudere libertate immediata, diſtinctaque à libertate actus imperantis. Ita communiter ſentiunt Thom. ducti 1. quia principia libertatis ad actum religionis, & actum charitatis v. g. ſunt inter ſe adæquatè diſtincta; principia enim libertatis ad actum charitatis ſunt habitus charitatis, vel auxilium fluidum, & cognitio proponens Deum ut ſumme bonum, ſimul cum cognitione retrahenti ab amore; principia verò ad actum religionis ſunt habitus religionis, vel auxilium, & cognitio proponens honeſtatem cultus, ſimul cum cognitione retrahenti: de quibus principijs nemo dubitare poteſt eſſe inter ſe adæquatè diſtincta. Ubi autem eſt diſtincta libertas ex parte actus 1. debet relucere in actu 2. diſtincta libertas per modum exercitij. 2. Nam quoties in ſigno actus primi non apparet aliquid neceſſario connexum cum elicientia actus, hic eſt, libet libertate immediata; cum ſit exercitium principij indifferentis immediatè ad actum, & ad omiſſionem illius; atqui, etſi actus religionis procedat ex imperio charitatis, non datur in ſigno actus 1. aliquid neceſſario connexum cum illo; cum actus charitatis ſit extra ſignum poteſtatis ad actum religionis, & ſolum accidentaliter ad illius elicientiam concurrat: ergò etiam ſi adſit imperium charitatis, actus religionis eſt immediatè liber.

4. Ratio. In actu imperato eſt diſt. libertas, & prob. multipl. 1. Secundo.

37 3. Nam ex oppoſito ſequeretur volitionem mortis in Chriſto Domino, alioſque innumeros actus virtutum, quos elicuit, non fuiſſe liberos libertate immediata; cum omnes illi proceſſerint ex imperio actus perfectiſsimę dilectionis. Hoc autem concedere, & eſt contra communem Theolog. ſenſum, & nimis deprimit in Chriſto Dom. tum perfectā rationem meriti in omnibus illis; tum perfectiſsimum modum operandi, qui in creatura rationali eo perfectior eſt, quo liberior. Idem dicendum de Beatiſsima Virg. & de alijs SS. qui frequenter ex imperio charitatis omnia ſua opera elicuerunt. 4. Nam virtus moralis (ut ex eius definitione conſtat) eſt habitus electivus; proprius autem actus liberi arbitrij eſt electio: * ergò aſſerere actum unius virtutis moralis procedentem ex imperio actus alterius virtutis, non gaudere libertate immediata, & formali, pugnat cum propria ratione illius, & virtutis, à qua elicitivè procedit. Ex quibus conſtat non facile percipi, quo motivo prælaudatus Mag. quæſt. 5. à num. 72. dixerit: *Totam liberalitatem in omni actu imperato conſiſtere, & reſidere in actu imperante.*

Tertio. Quarto. * S.D. 1 p. q. 83. art. 3.

38 Hoc ſuppoſito, & quam ſuppoſitionem libenter admittit præd. Mag. ſic arg. Gratia realiter prævenies, & cum proprietate determinans voluntatem ad elicientiam actus per connexionem intrinſecam cum illo, eſt gratia prædeterminans; ſed huiuſmodi eſt gratia cooperans in ordine ad actum religionis ex imperio charitatis procedentem: ergò. Mai. conſtat. Nam prædeterminatio idem eſt, ac prævia determinatio. Min. verò probatur. Gratia, quæ immediatè reducit voluntatem indifferentem ad actum religionis, & eius omiſsionem; eſt gratia immediatè determinans voluntatem ad elicientiam talis actus; cum indifferens qua tale ſolum reducatur ad actum ab illo, quod ipſum determinat; ſed in dicto caſu gratia cooperans reducit actu voluntatem immediatè indifferentem ad actum religionis, & eius omiſsionem; cum iuxta ſuperius notata, libera ſuppoſitio actus charitatis non auferat à voluntate libertatem immediatam ad actum religionis, & eius omiſsionem: ergò. Urget. & explicatur hoc. Actus charitatis imperans actum religionis non eſt determinatio immediata voluntatis ad huius elicientiam: ergò talis determinatio conſiſtit in gratia cooperante. Probat. añs. Nequit eſſe determinatio immediata in actu 2. ex parte Dei reſpectu voluntatis, ut eliciat exercite actum religionis, id quod relinquit ipſam cum diſtinct. indifferentia immediata ad illum, & eius contradic-

Ratio propoſitur. Urgetur.

dictorium ; sed sic se habet actus charitatis, semel quod actus religionis gaudeat libertate immediata: ergò.

39 Roborat. assumpt.

Ex hac doctr. sic roboratur assumptum. Si voluntas, etiam supposito actu charitatis, est libera immediatè ad actum virtutis ex illo imperatum, habet dominium immediatum supra illius elicientiam ; cum libertas sit facultas dominativa supra proprios actus. Si autem voluntas gaudet dominio immediato supra talem actum,à fortiori eodem dominio gaudet Deus, qui magis habet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi met suas. Nunc sic arg. Ex communi Doctr. Ang. D. & Aug. De ratione domini supra actus voluntatis est pro libito determinare illorum elicientiam : ergò de ratione domini immediatè dominantis supra ipsos est immediatè determinare illorum elicientiam : ergò si adhuc supposito actu imperanti Deus habet supremum, & immediatum dominium supra actum virtutis imperatum, etiam in tali suppositione tanquam Supremus Dominus debet immediatè determinare illius elicientiam. Atqui operando in voluntate actum imperantem solum mediate determinat existentiam actus imperati ; cum inter operationem Dei, & actum imperatum mediet actus imperans : ergò dicendum actionem Dei,ut præoperantem actum imperatum, esse determinationem immediatam voluntatis ad illius elicientiam.

40 Explicat. amplius.

Huiusmodi libertas, & indifferentia immediata voluntatis ad actum imperatum, clarius apparet in intentione efficaci finis consequibilis per diversa media. Licet enim ex vi prædictæ intentionis necessitetur voluntas ad eligendum aliquod medium, non tamen hoc medium præ alio. In quo casu rogo à præd. Mag. an talis intentio sit gratia prædeterminans ad electionem huius medij determinate, vel non ? Primum dici nequit ; cum de ratione gratiæ prædeterminantis sit connexio infallibilis cum actu prædeterminato, qua connexione caret intentio cum electione huius medij præ alio. Restat ergò, ut dicatur secundum. Sed ex hoc ipso iam maxima ex parte deficit motivum opinionis adversæ, ut neget gratiæ cooperanti munus prædeterminantis. Siquidem talis electio determinate sumpta est actus imperatus, & ex intentione efficaci procedens. Si igitur prædicta electio non obstante imperio efficaci præcedenti indiget immediatè determinari à Deo per gratiam cooperantem, falsum est, universaliter loquendo;prædictam gratiam non esse prædeterminantem ad actum imperatum.

41

Eadem ponderatio fieri potest etiam in casu dilectionis Dei super omnia ; quandoquidem adhuc illa supposita, potest quis consiliari an sit magis placitum Deo ex illa imperare elicientiam actus virtutis misericordiæ, vel actus obedientiæ v. g.similiterque potest quis Deum orare, ut illi conferat gratiam,per quam determinetur ad elicientiam unius actus præ alio;quæ omnia negari nequeunt, cum dilectio libera Dei super omnia non necessitet ad exercitia omnium virtutum. Et tamen in dicto casu certum est actum misericordiæ v. g. elicitum præ actu obedientiæ, ex imperio dilectionis procedere. Unde opinio contraria solum potest intelligi de actu imperante necessario, & determinate connexo cum actu imperato. Hinc apparet gratiam cooperantem, esto in aliquo sensu sit concursus simultaneus Dei respectivè ad voluntatem, ut volentem efficaciter finem,non tamen esse concursum strictè simultaneum, ut communiter accipi solet. Ratio est 1. Nam prædictus concursus non est influxus in causam, sed in effectum ; proindequè, nec causa propriè determinatur per ipsum ad elicientiam operationis ; nec similiter ex vi illius subordinatur una causa in agendo alteri causæ. Quæ omnia exemplis frequentibus explicari solent. Atqui concursus Dei,ut cooperantis cum voluntate ad actum imperatum,est influxus in ipsam voluntatem ; cum per gratiam cooperantem donet immediatè ipsi actum imperio

Gratia cooper. non simultaneè strictè influit.

peratum ; & aliunde per gratiam cooperantem exerceat Deus dominium immediatum ſupra actum imperatum, ut probatum relinquimus: inſuperque illam ſubordinet ſibi in operando ; cum talis ſubordinatio ſit eſſentia dominij: ergò gratia cooperans non eſt propriè concurſus ſimultaneus ; uti communiter accipi ſolet.

§. VIII.

Solvuntur argumenta ab Auth.

42 OBijcies 1. ex Arauſ. Can. 25. *Deus nobis nullus præcedentibus meritis fidem , & amorem ſui prius inſpirat, ut & Baptiſmi Sacramenta fideliter requiramus , & poſt Baptiſmum ea , quæ ſunt placita, implere poſſimus:* Ubi Concilium oſtendens neceſſitatem gratiæ ad opera omnia ſalutaria, illam explicat *per amorem Dei*, quem ipſe prius inſpirat , & à quo opera ſubſequentia imperantur. Confirm. ex Milevit. *Utrumque eſt donum Dei, & ſcire quid facere debeamus , & diligere, ut faciamus.* Ex quibus conſtat velle noſtrum eſſe auxilium ad facere. Cumque per ly *facere* intelligat Concilium adimpletionem mandatorum , in quia plures actus virtutis continentur ; videtur dicendum auxilium , per quod Deus facit , ut prædictos actus virtutis operemur, conſiſtere in dilectione nobis à Deo infuſſa. Idem ſuadetur 1. ex Magn. Par. epiſt. 143. dicente : *Deus eſt, qui operatur in nobis , & velle , & operari pro bona voluntate , non ſicut iſti ſentiunt* (ſcilicèt , Pelag.) *ſcientiam revelando, ut noverimus , quid facere debeamus ; ſed etiam inſpirando charitatem , ut ea , quæ diſcendo novimus, etiam diligendo faciamus.* Ergò inſpiratio charitatis eſt adiutorium , & auxilium Dei , per quod operatur, & facit , ut faciamus opera ſalutaria.

Arg. ex Concil. Arauſic.

Ex Milev.

Ex M. P. 1. teſtim.

2. Habetur lib. 2. de Grat. & lib. arb. cap. 16. *Certum eſt nos mandata facere, ſi volumus ; ſed quia præparatur voluntas à Domino ; ab illo petendum eſt , ut tantum velimus, quantum ſufficit , ut volendo faciamus.* Tum ſic: Illa gratia eſt per quam Deus facit, ut faciamus , quam ab illo debemus petere , ut faciamus eius mandata; atqui iuxta verba M. P. ſolum debemus petere à Deo velle bonum efficax , & robuſtum imperans facere: ergò gratia &c. 3. Ibidem c. 21. *Agit omnipotens in cordibus hominum etiam motum voluntatis eorum* (hoc eſt velle noſtrum) *ut per eos agat , quod per eos agere ipſe voluerit* : ergò medium quo Deus facit , nos agere , quod vult ; eſt noſtrum velle à Deo cauſatum ; ſed medium , quo Deus facit nos agere, quod vult, eſt auxilium ad facere: ergò auxilium &c. 4. Et urgentius ex lib. 2. de peccat. mer. cap. 19. *Cum autem ab illo illius adiutorium deprecamur ad faciendam , perficiendamque iuſtitiam, quid aliud deprecamur , quam ut appareat , quod latebat , & ſuave fiat , quod non delectabat.* Ex quibus verbis ſic efficaciſsimè arguitur. Si præter cognitionem , & amorem , eſſet neceſſaria ulterior gratia ad perficienda opera iuſtitiæ , illam deprecaremur à Deo, dum illius adiutorium deprecamur ad perficiendam iuſtitiam, ut eſt evidens. Atqui iuxta M. P. nihil aliud petimus , niſi cognitionem , & amorem : ergò gratia , quæ eſt adiutorium, ut iuſte faciamus , eſt unicè ipſum velle noſtrum.

43 Secundo.

Tertium.

Quartum.

5. Lib. de Gratia, & lib. arb. cap. 17. ubi S. P. diſtinguens inter velle , & facere bonum , & explicans, quomodo Deus faciat , ut velimus; & quomodo faciat, ut faciamus eius mandata, hæc habet : *Certum eſt nos velle , cum volumus , ſed ille facit, ut velimus bonum , de quo dictum eſt: Deus eſt qui operatur in vobis, & velle. Certum eſt nos facere cum facimus , ſed ille facit ut faciamus , præbendo vires efficaciſsimas voluntati.* Et infra , *cum dicit: faciam, ut faciatis, quid aliud dicit, niſi aufferam à vobis cor lapideum, unde non faciebatis , & dabo cor carneum,* (ideſt amorem) *unde faciatis.* Ex quo teſtimonio duæ ponderationes deducit poſſunt. Prima eſt , ſi ultra amorem , per quem volumus mandata Dei adimplere, eſt neceſſarium aliud auxilium ad talem adimpletionem, aliquid aliud operaretur in nobis Deus , ut faceret nos eius mandata

44 Quintum.

adim-

adimplere: sed iuxta M.P. in ultimis verbis: *Deus nihil aliud facit in nobis, ut eius mandata faciamus, nisi dare nobis amorem, & velle significatum per cor carneum*: ergò gratia faciens nos facere &c. 2. Ponderatio est. Auxilium ad nostrũ facere est id, per quod facit, ut faciamus; sed iuxta M. Par. Deus facit, ut faciamus dando nobis velle efficacissimum, & fortissimum, ut faciamus, nulla facta mentione alterius gratiæ: ergò auxilium &c.

45 6. Lib. de Corect. & Grat. cap. 8. ubi expendens illa verba Luc. cap. Sextum. 22. *Ego rogavi pro te Petre, ut non deficiat fides tua*: hæc habet: *Quando rogavit, ne eius fides deficeret, quid aliud rogavit, nisi ut haberet liberrimam, fortissimam, & perseverantissimam voluntatem*? Tum sic: Si ultra volitionem efficacem, & invictissimam ad perseverandum in fide, esset necessaria alia gratia, aliudque auxilium, quo Deus faceret, ut D. Petrus perseveraret in fide; absdubio illud petijsset Christus Dominus pro obtinenda tali perseverantia; sed iuxta M.P. nihil aliud ultra prædictam voluntatẽ petijt Christus Dominus: ergò talis volitio adeò fortis, & invicta Septimũ. est gratia &c. Tandem: auxilium per quod Deus facit, ut faciamus, est id, per quod Deus movet corda nostra, & ad se illa *trahit*, & per quod verificatur *homines agi à spiritu Dei*, ut salutariter operentur, sed Deus per amorem *movet* corda hominum, *illo que trahuntur*, & ratione illius *à Spiritu Sancto aguntur*: Ut expressis verbis docet M.P. de Correct. & Grat. cap. 14. & tract. 26. in Ioann. & serm. 28. de verbis Apost: ergò talis amor est gratia, per qnam Deus facit nos facere.

46 Similia docet S. Fulgent. de Incarn. & Gratia, cap. 26. dicens: Aliud ex S. Fulg. *Deus dando gratiam renovat naturam; charitatem autem adhoc per Spir. Sanct. diffundit, ut faciat implere, quod præcipit*, ubi affirmat gratiam, qua Deus facit nos implere divina mandata, esse amorem sui: Id ipsum docet S. Ex S. Anſ. Anselm. lib. cur Deus homo cap. 10. sic loquens: *Quoniam voluntate quisque ad id, quod indeclinabiliter vult, trahitur, vel impellitur; non inconvenienter dicitur Deum trahere, aut implere per gratiam, cum talem voluntatem dat, in qua tractione nulla intellgitur violentiæ necessitas &c.* Ex quibus sic argum. Auxilium, quo Deus facit nos facere, est auxil. per quod voluntas nostra trahitur indeclinabiliter, & impellitur à Deo. Sed totum hoc iuxta Anselm. verificatur de volitione efficaci à Deo nobis donata: ergò talis amor est gratia, per quam Deus facit nos facere. Brevius S. Bernard. lib. de liber. arb. prope finem: *Voluntas in auxilium, auxilium reputatur in meritum*. Ex S. Bern. En velle nostrum liberum, & meritum esse, & simul auxilium ad facere.

Plura ex testim. adductis non favent opinioni contrariæ; hæc enim 47 duo asserit; primum volitionem efficacem esse auxilium ad actus sub- Ostendit ineffic. in adductis ex Concil sequentes; 2. nullam dari gratiam prædeterminantem, sive, qua Deus faciat, ut nos faciamus, præter prædictam volitionem. Cum igitur prædicta testimonia solum affirment amorem Dei, sive intentionem efficacem finis, esse gratiam per quam Deus nos adiuvat, ut impleamus eius mandata: unicè favere possunt opinioni contrariæ, quantum ad id, quod dicit depositivo, non vero quantum ad id, quod dicit de negativo, in quo ab illa expresse recedimus. Unde iuxta immediatè dicta hęc conseq. est inefficax* amor Dei, & velle efficax est gratia, qua Deus nos adiuvat, ut faciamus, & quam à Deo petere debemus, ut eius mandata impleamus: ergò auxilium prędeterminans ad facere, & *quo* Deus facit, ut *faciamus*, unicè consistit in actibus recensitis * cum ex prob. antecedentis, quod libenter concedimus, ut expressum in SS. PP. minimè inferatur exclusio ulterioris gratiæ immediatè, & executivè facientis nos facere.

Hæc doctr. etiam extendi potest ad alia testim. M.P. in quibus af- 48 firmat* nihil aliud nos petere à Deo, dum eius adiutorium deprecamur ad adimplenda illius mandata, nisi vo- Idem pro test. ex M.P. luntatem fortissimam, & efficacissimam. *Ratio huius est: Nam est expressa Doctrina M. Par. in Enchirid.

cap.

cap.32. Nos postquam volumus ex gratia Dei præveniente, debere orare Deum, ut nos adiuvet per gratiam subsequentem, ut exequamur id, quod volumus. Verba eius sunt: *Cur admonemur petere, ut accipiamus, nisi ut ab illo fiat, quod volumus, à quo factum est, ut velimus.* Rursùs: *Nam gratia subsequens, sive cooperans* iuxta M. P. ibidem, & lib. 2. contra 2. epist. cap. 9. *est misericordia Dei* iuxta illud Psalm. *& misericordia eius subsequetur me*: & hoc etiam supposita misericordia Dei præveniente, per quã fit, ut velimus: *unde fit manifestum illam esse materiam orationis. Quapropter Ecclesia utramque gratiam à Deo deprecatur, scilicèt, operantem, sive prævenientem, & cooperantem, sive subsequentem, dum ita orat: *Tua nos, quæsumus Domine, gratia semper præveniat, & sequatur, ac bonis operibus præstet iugitèr esse intentos.* Et Rursùs: *Actiones nostras præveni aspirando* (utique donando velle, ut exponit S. Greg. hom. 9. in Ecech. *& adiuvando prosequere &c.* Ad quod accedit ipse M. Par. lib. 2. de peccat. merit. cap. 5. ubi ait: *Cum Deus iubet, dicendo, post concupiscentias tuas ne eas; nosque dicimus, quia nemo potest esse continens, nisi Deus det; quid aliud dicimus quam da quod iubes? Cum iubet dicendo, facite iustitiam, nosque dicimus, doce me iustificationes tuas; quid aliud dicimus, nisi da, quod iubes?* Et his similia quę ibi videri possunt. Expresse enim probant ad ipsum facere necessitatem orationis non solum, ut velimus, sed etiam ut postquã volumus, faciamus. Hoc efficacissimè suadetur, ex epist. Cœlestini ad epist. Galliæ aientis: *In omnibus actibus, & motibus nostris adiutor, & protector orandus est Deus.* *

49 Nota. Hæc omnia non latuerunt prędd. M. expresse asserentem, quęst. 8. §. 3. in fine: *Gratiam coop. esse novam gratiam, novumque beneficium, pro quo debemus Deo gratias reddere. Nam postquam actio Dei per gratiam operantem influit in nostrum velle, potuit non influere in actus subsequentes per gratiam cooperantem.* Nunc arguo: Si est nova gratia, novumque beneficium, & pro quo debemus Deo gratias reddere; utique est materia orationis, iuxta illud M. P. epist. 107. *Ille orandus, ut faciat, cui agenda est gratiarum actio, cum fecerit.* Hinc non percipio cur negat quæst. 7. à num. 31. Gratiam cooperantem, sive actionem Dei, ut immediatè operantem facere esse in se ipsa materiam orationis. Videtur hoc nimis durum; nec credam dictum ex animi sententia. Ad quid ergò illa oratio P. August. tam exossa Pelagio: *Domine da, quod iubes, & iube, quod vis.* Numquid non sunt quam plura præcepta directè terminata ad facere? Licet connotent libertatem ex parte velle. Vide de Bono pers. cap. 20.

50 Solutio communis. Ex his constat testim. M. P. affirmantis nihil aliud nos petere à Deo, ad facienda eius mandata, nisi voluntatem fortissimam, & efficacissimam, debere ab omnibus exponi, & conformiter ad alia, quæ ex M. P. adduximus. Nec omittere licet plura testim. nobis obiecta non solum probare amorem Dei, & voluntatem efficacem, esse unicè gratiam prædeterminantem, ut faciamus, verum etiam esse *unicum auxilium, & adiutorium Dei*, ut quod volumus, opere compleamus. Res fit clara, si aliqua testim. in memoriam reducantur; hoc autem nequit concedi à præd. Mag. imo nec ab ullo in Doctr. M. P. & Doct. Ang. versato, ut constat ex pluribus testim. adductis §. antec. pro ratione 3. probativa conclusionis, ubi expresse habetur gratiam cooperantem esse *verum auxilium, verumque adiutorium ad facere.* Omnes igitur tenemur exponere testim. M. P. & ultra corticem verborum conformiter ad alia ab ipso edocta, germanum sensum in illis investigare.

51 Ad Conc. Arausic. Respond duplicit. Quamvis propter immediatè dicta sufficienter in genere soluta sint omnia testim. obiecta, placet tamen breviter in speciali illa solvere. Ad 1. ex Arausic. Respond. 1. Solum probare amorem Dei esse auxilium ad facere, non vero esse unicum. Respond. 2. (& est confirmatio prioris solutionis) verba Concilij esse hæc: *Sed ipse amorem sui prius inspirat, ut post, cum ipsius adiu-*

adiutorio, quæ sibi sunt placita, implere possimus. Ubi Concilium post amorem Dei, requirit ulterius adiutorium pro adimplendis mandatis. Scio præd. Mag. exponere præd. verba de adiutorio Dei per concursum simultaneum. Sed hoc dictum minimè satisfacit; tum quia loquitur Concil. non de adiutorio, cum impleamus eius mandata; sed, ut *implere possimus*, utique potentia consequēti.* Tum; quia etsi sit adiutorium simultaneum relativè ad nostrum velle, quod supponit, non tamen relativè ad actus imperatos, quos iuxta præd. Mag. ordine naturæ, & causalitatis præcedit: quapropter esto non sit adiutorium prædeterminans, & quo Deus faciat, ut velimus; benè tamen, quo prædeterminet, & faciat, ut faciamus. Alia testim. ex Milevit. & 1. ex M. P. facilem habent solut. iuxta superius notata.

* Hæc etiâ præcedit actum.

Ad Milevit. & 1. ex M.P.

Ad 2. Resp. nos debere petere adhoc, ut impleamus mandata Dei, quod donet nobis velle efficax, & quod sit sufficiens, ut volendo faciamus: & hoc continetur in verbis M.P. non tamen, quod ultra prædictam volitionem non debeamus aliud adiutorium petere ad perficiendum opere id, quod volumus. Pro quo recolantur immediatè dicta solut. ad 1. Ad 3. Respond. Solum probare positivum, scilicèt, vólitionem ad facere esse auxilium, non vero exclusionem ulterioris auxilij. Ad 4. Respond. exponendo illam propositionem M. P. *Ad perficiendam iustitiam nihil aliud petimus, nisi cognitionem, & amorem efficacem; efficacia perfecta, consummata, & de linea executiva*, conced. mai. *Efficacia purè intentiva, & de linea affectiva*, neg. mai. Et cum eadem min. distinct. neg. conseq. Amor enim Dei quantumvis perfectus, & intentio finis quantumvis efficax, si non coniungatur cum gratuita Dei motione movente voluntatem ad actus virtutis subsequentes, non potest dici perfectè, & consummate efficax. Quapropter licet gratia cooperans, & prædeterminans ad facere, non involvantur in amore, & intentione finis, benè tamen in illis, prout in actu 2. & re ipsa adiuvantibus infallibiliter voluntatem ad elicientiam actus imperati.

52

Ad 2. ex M.P.

Ad 3.

Ad 4.

Ad 5. Respond. admittendo libenter per vires *efficacissimas* præstitas voluntati, ut mandata Dei adimpleamus; intelligi à M. P. amorem efficacem, & voluntatem robustam, ex qua possint imperari actus existentes sub præcepto: ex hoc tamen non probatur prædictam volitionem, sive amorem, esse unicum auxilium, quo Deus facit, ut eius mandata adimpleamus. Ratio huius est: Nam quilibet amor non est virtus efficacissima ad adimplenda mandata Dei ratione sui, nisi habeat adiunctam ulteriorem gratiam immediatè facientem nos facere. Est enim communis sensus Theol. ut advertit Illust. Castell disp. 2. quæst. 3. num. 477. & consentit P. Ripalda, tom. 2. disp. 106. num. 64. & M. nunc nobis adversans quæst. 8. §. 3. in fine; actum charitatis, quantumvis efficacem, non connecti omnino infallibiliter cum actu imperato, sed tantum ex natura rei, & regulariter loquendo. Quapropter, ut actus charitatis, & intentio finis sit virtus efficacissima ad adimplenda divina mandata, ut loquitur M. P. & ut ipsemet explicat de Correct. & Gratia, cap. 12. per illam *indeclinabiliter, & invictissimè* moveatur voluntas creata, necesse est ulteriorem gratiam prædeterminantem superaddere, ut ratione illius denominetur virtus efficacissima, & invictissima ad faciendū, quod volumus. Unde licet expresse, & nomine proprio alterius auxilij M. P. non meminerit, benè tamen implicite in illis verbis: *Vires efficacissimas.* Ex quo constat ratio discriminis, cur, scilicèt, operatio Dei producens in nobis velle sit unicum auxilium ad illud. Constat inquam, quia talis operatio, & immediatè donat velle, & necessario connectitur cum illo.

53

Ad 5.

De hoc dub. seq.

Cuidam inst. Resp.

Ad 6. desumptum ex oratione Christi Domini pro perseverantia S. Petri in fide; Respond. iuxta superius notata in illis verbis: *Voluntatem fortissimam, & perseverantissimā.* Includi auxilium prædeterminans im-

54

Ad 6.

immediatè intellectum ad ſenſum fidei : pia eius affectio ſolum movet extrinſecè. Si enim ſtante volitione imperanti prædictum aſſenſum Deus ſuſpenderet concurſ. prævium immediatè reducent. intellectū de potentia ad actum credendi, talis volitio, non eſſet volnntas omnino fortiſsima, & perſeverantiſsima in fide, utpotè in actu 2. non inducens aſſeuſum in intellectu. Præter quamquod ; cum auxilium determinans immediatè intellectum ad credendum non ponat in numero, moraliter loquendo, cum ipſa voluntate credendi ; eſto oratio Chriſti tetminata fuerit, tum ad voluntatem ; tum ad ipſum aſſenſum, merito dici poteſt *nihil aliud oraſſe Chriſtum Dominum, niſi perſeverantiſſimam voluntatem.* Quam doctrinam admittere tenetur præl aud. M. neceſſ. requirens in voluntate noſtra priori ad voluntatem efficacem credendi conſenſum negativum liberum ortum ex vocatione congrua; cum tamen in teſtim. M. P. non inſinuetur Chriſtum Dominum oraſſe, ut Pater donaret ipſi conſenſum negativum requiſitum, ut perſeveraret in fide. Idem dum de Prædeſtinat. SS. cap. 8. *Quid ergò oramus pro nolentibus credere, niſi ut Deus operetur in eis velle?* Quod ſi Reſpond. hęc omnia includi in petitione volitionis liberæ ad credendum ; pariter, & nos dicemus auxilium prædeterminans immediatè intellectum ad aſſenſum fidei, includi in volitione credendi, prout eſt volitio invictiſsima, & perſeverantiſsima ad credendum. Ad 7. ex M. P. & SS. Fulgent. Bernard. & Anſelm. Reſpond. Omnia illa favere opinioni contrariæ quantum ad id, quod dicit de poſitivo, ſcilicèt, dilectionem Dei eſſe auxilium ad facienda opera virtutum ; ſecus tamen eſſe unicum auxilium, quo Deus facit, ut faciamus, de quo eſt quæſt.

Ad 7. ex M. P. & S Fulgent Anſelm. & Bern.

55 Obijcies 3. Ex S. Doct. 1. 2. quæſt. 9. art. 3. dicenti : *Voluntas per hoc, quod vult finem, movet ſe ipſam ad volendum ea, quæ ſunt ad finem*: ergò. Primum velle liberum, & prima intentio finis eſt actus, quo voluntas noſtra ſe movet ad actus ſubſequentes electionis, & executionis: ergò per hoc, quod Deus det nobis intentionem finis movet, & determinat noſtram voluntatem ad actus ſubſequentes : ergò prædicta intentio ſi ſit ſupernaturalis, eſt auxilium *quo*, & gratia efficax ad elicientiam actuum ſubſequent. Confirm. hoc ipſum ex eodem Angel. Præcept. opuſc. 16. de dilect. Chriſti cap. 4. ubi ait : *Amor Dei ſuper omnia, qui eſt motus primus in noſtra voluntate à Spiritu Sancto proveniens, cauſat alium motum, ſcilicèt, dilectionem proximi.* Et Rursùs : *Quia voluntas habet imperium ſuper potentias inferiores, propter hoc per talem dilectionem movet linguam ad laudandum Deum, orandum, & ſimilia, aures ad audiendum de ipſo ; oculos ad intuendum veſtigia eius, & ſic de alijs membris, & actibus* ; poſt quæ ſubdit : *Hinc patet, quod omnes virtutes motiones ſunt, & quaſi motores moti ad alia 2. moventes : Charitas autem eſt quaſi motor primus.* Ubi Angel. Magiſt. auxilium *quo* requiſitum *ad facere, prout facere* comprehendit omnem obſervantiam legis Divinæ, & Conſiliorum, omneque exercitium virtutum, collocat in primo velle libero voluntatis ; quod eſt amor Dei, ut ultimi finis.

Confirm.

56 Reſpond. 1. Ex arg. ſolum probari intentionem efficacem finis movere, & determinare voluntatem ad actus ſubſequentes, non vero eſſe unicum movens, & determinans: cum ultra prædictam intentionem neceſſaria ſit gratia Dei cooperans gratuito movens voluntatem ad eorum elicientiam, ut expreſsis verbis docet S. Doct. 1. 2. quæſt. 111. art. 2. quod confirmari poteſt ex doctrina eiuſdem, & etiam M. P. *aſſerentium Deum per imperium efficax ſui intellectus omnia ad extra producere : ſiquidem quamvis uſſus activus voluntatis procedat medio imperio noſtri intellectus, ut docet S. D. 1. 2. q. 17. art. 3. ad 1. non tamen propter hoc excludi debet ad exiſtentiam prædicti uſſus activi neceſsitas Divini imperij. Unde ſicuri noſter intellectus imperat intra ordinem ſecundi Domini elicientiam uſſus activi &c. Deus autem im-

Reſp. 1.

* 3. de Trinit. cap. 4.

perat ipsum intra ordinem 1. Domini per imperium distinctum; ita dicendum in præsenti; nimirum, voluntatem creatam se movere, & determinari per intentionem finis ad electionem mediorum determinatione intra proprium ordinem; & insuper Deum determinatione sibi propria movere, & determinare ad eandem electionem per ulteriorem gratiam prædeterminant.

57 Respond. 2. (& est confirmatio præced. solut.) Oppositum eius, quod Author. intendit, doceri ibi à D. Thom. nam cum ibi doceat S.D. voluntatem moveri à Deo, ut à principio exteriori, sibi objicit 3. argum. sub hac forma: *Quod sufficienter movetur ab uno motore, non indiget moveri ab alio; sed voluntas sufficienter movet se ipsam: ergò non movetur ab aliquo exteriori.* Cui Resp. *Quod voluntas quantum ad aliquid se movet sufficienter, & in suo ordine, sicut agens proximum; unde indiget moveri ab alio sicut à primo movente.* Quo nihil clarius. Ad Author. ex opusc. 61. Respond. solum probare actum charitatis esse auxilium, & adiutorium intra suum ordinem movens ad exercenda alia opera virtutum, propter eius singularem excellentiam; hoc tamen non tollit, quod Deus alia motione, alioque auxilio moveat immediatè, & determinet ipsas virtutes ad proprios actus. Quemadmodum quamvis inter causas creatas Cœlum moveat corpora inferiora, & unum corpus inferius moveat alterum ad operandum; non tollit, quominus Deus omnes causas inferiores, & omnia corpora inferiora immediatissimè moveat, & intima virtute impellat ad agendum; ut utamur verbis Cathec. Rom. iussu SS. P. Pij V. editi ad illa verba: *Creatorem Cœli, & terræ.* Et S. Bernard. lib. de Grat. & lib. arb. Sapientia Dei attingit à fine &c. *Quia substantiali virtute omnia potentissimè movet, ordinat, administrat.*

2. Solutio

Ad aliud sestim.

*** *** ***
*** *** ***

§. IX.

Solvuntur argum. à ratione.

OBijc. 1. Donum internum movēs arbitrium ad actus salutares, est auxilium *quo*, & gratia prædeterminans ad illos: sed actus charitatis est donum internum movens lib. arb. ad observationem mandatorum, similiterque actus pię affectionis ad actum fidei, & alia huiusmodi: ergò actus charitatis est auxilium *quo*, & gratia prędeterminans &c. Confirm. 1. Quia per motum cordis genitum vivens se movet ad alios motus, generans causans motum cordis movet etiam ad illos, ut modo suppono ex doctrina Physiosophię. Sed voluntas per amorem finis se movet ad alios actus tendentes ad ea, quę sunt ad finem: ergò Deus operando in voluntate amorem finis, movet ipsam ad eorum elicientiam. Sed Deum movere voluntatem ad actus, est illam prædeterminare; dum modo talis motio sit efficax: ergò 1. volitio finis est gratia prędeterminans ad reliquos actus. 2. Gratia prædeterminans ad assensum fidei v. g. est illa, per quam Deus prius facit in nobis actum fidei, quam nos illum faciamus; ut docet M.P. tract. 72. in Ioan. Sed donando nobis actum piæ affectionis determinātis intellectum ad credēdum prius facit actum fidei, quam nos illum faciamus; cum à tali affectione fides sumat initium: ergò præd. actus prout à Deo erit prædeterminatio ad actum fidei.

58

1. Argum

Confir. 1.

ecundo

59 Pro solutione notandum, quod etsi iuxta toties repetita concedi debeat actum charitatis, & intentionem efficacem finis &c. esse adiutorium, & auxilium *quo*, Deus nos adiuvat ad alios actus virtutum, non tamen debere concedi esse auxilium *quo* Augustinianum, sive adiutorium *quo actionis.* Ratio est: nam prædictum auxilium, sive adiutorium, est iuxta M. Par. id, per quod Deus efficacissima potestate, & occultissima virtute indeclinabiliter, insuperabiliter, & invictissimè facit nos facere: ita lib. de Correct. & Grat. cap. 12. & de Dono perseverantię, cap. 6.

Nota pro solut.

&

& alibi: Hæc autem omnia non verificantur de actu charitatis, & intentione efficaci finis, ut supra advertimus; propter defectum connexionis metaphysicæ inter actum imperantem creatum,& imperatum. Ex quo consequenter dicendum ac actum imperantem, quicumque ille sit, non posse dici gratiam prædeterminantem; tum propter eandem rationem; omnes enim nomine illius intelligimus gratiam methaphysicè connexam cum actu, ad quem prædeterminat; cum sit expressio, & impressio efficaciæ divinæ voluntatis. Tùm,quia talis gratia unicè est à Deo, & non contenta intra vires alicuius causæ creatæ.

60 Ex his Respond. disting.mai. Donum internum movens motione omnino irresistibili, & metaphysicè connexa cum actu salutari est gratia prædeterminans,conced.mai.non sic movens, neg.mai.& cum eadem distinct. minoris, neg.conseq. Solutio constat ex dictis. Respond. 2.disting. eandem mai. Donum internum movens immediatè ad actus salutares est gratia prædeterminans, conced.mai. Movens mediatè, neg. mai. & cum eadem min.distinctione neg.conseq. Si autem quæras,quænam motio mediet inter actum charitatis imperantem actum religionis, & ipsum actum imperatum? Respond.mediare ipsam actionem Dei, ut immediatè, & effectivè præoperantem in voluntate actum religionis. Siquidem Deum activè movere voluntatem, est donare, & operari in ipsa actum, à quo formaliter immutatur. Si ergò voluntas immutatur formaliter per ipsum actum religionis, actio Dei, sive gratia cooperans, per quam immediatè operatur talem actum, est motio immediata per modum applicationis ad illum. Respond. 3. disting. eandem mai. Donum internum movens ad actus salutares motione de linea secundi agentis, & secundi moventis, est gratia prædeterminans, neg. mai. Motione,quæ sit propria primi agentis, & primi moventis, conced. mai. & cum eadem min.distinct. neg.conseq. Deus enim cum suaviter omnia disponat, ita movet voluntatem ad elicientiam actus imperati, ut etiam præstet ei, ut intra suum ordinem; & tanquam agens proximum se moveat, & ideo per intentionem finis causatam à voluntate disponitur, ut se moveat ad electionem: quemadmodum intellectus ex assensu præmissarum se movet ad assensum conclusionis. Attamen propter hoc non abdicat à se, nec munus 1. agentis, nec munus 1. moventis, subordinantis sibi omnem causam creatam in agendo, subordinatione immediata,& formali. Unde ultra motionem,qua voluntas creata se movet ex uno actu ad alium; ipse Deus; superaddit ulteriorem gratiam, per quam immediatè movet ad omnem actum salutarem.

Ad 1. confirm. Resp. Generans 61
in genito vivente solum causare immediatè motum cordis; alios vero motus tantum mediatè, quatenùs ex illo derivantur. Deus autem non solum mediatè, sed etiam immediatè operatur in agente creato; ut sæpè docet, & demonstrat D. Thom. Cumque operari in omni causa operante, sit illam movere reducendo ipsâ de potentia in actum; necesse est, ut Deus postquâ 1. movet voluntatẽ, moveat 2. ut eliciat actum imperatum. Unde min. subsumpta, scilicèt, Deum *movere voluntatem ad actum est illam determinare* debet distingui hoc modo: Deum movere motione immediatè anteced. conc. min. Motione solum mediatè præced. neg. & hoc modo se habet amor finis respectu electionis in ordine ad Deum; cum post amorem finis debeat effectivè immediatè reducere ad actum 2. virtutem electivã ipsius voluntatis. Ad 2. disting. mai. per quam Deus prioritate immediata facit actum fidei, priusquam nos illum faciamus, conc. mai. prioritate radicali, neg. mai. & cum eadem min. distinct. neg. conseq. Ad assensum fidei elicitum ab intellectu tria præcedunt: scilicèt, actio increata Dei producens actum piæ affectionis; ipsa pia affectio, & actio Dei, ut immediatè producens, & præoperans ipsum assensum. Unde cum iuxta pred. M. gratia cooperans consistat in actione Dei 2. modo consideratæ; etiã

Respond: in forma triplici dist. 1.

Secundo.

Cuidam interrog. fit satis.

Respond. 3. ad argum.

Ad 1. confirmat.

Ad 2.

per illam verificatur Deum facere actum fidei, priusquam nos illum faciamus; estò non faciat illum priusquam velimus; cum volitio imperans assensum fidei præcedat influxum intellectus in illius elicientiam.

62 Obijcies 2. & replicabis contra dicta iuxta Par. August. lib. 5. de Civitate Dei, cap. 9. *Sola causa, quæ volens facit, propriè facit; quæ autem non volens facit, non proprie facit, sed fit*: * ergò Deum facere, ut nos propriè faciamus, est Deum facere, ut volendo faciamus. Sed per actionem supponentem in nobis velle non facit Deus, ut volendo faciamus; sed per illam facit, postquam volumus: ergò actio Dei, per quam Deus cooperatur nobis, cum volumus, non est gratia, per quam facit nos facere. Respond. hanc replicā minimè urgere contra actus liberè elicitos à voluntate, & ex imperio alterius actus procedentes; siquidem omnis actus sic procedens, est intransitivè volitio, sive sit actus circa media, sive actus circa finem intermedium attactum cum ordinatione ad ulterio rem finem. Constat hoc in actu pœnitentiæ imperato à charitate; nam non solum voluntas, dum diligit, vult pœnitere, sed etiam dum actu pœnitet. Idem dicendum de actu obedientiæ, & religionis. Ex qua doctrina in forma Respond. disting. primum consequens. Deum facere &c. est facere, ut volendo faciamus volitione inclusa in ipso facere, conc. conseq. Volitione unicè antecedenti ipsum facere, neg. conseq. Huiusmodi est volitio imperans alios actus elicitos à voluntate. Sed quia instantia fieri potest pro assensu fidei, ad quem præcedit pia affectio voluntatis, quæ est unicè volitio credendi: Resp. Illam solum convincere auxilium prædeterminans adæquat. ad actu credere coalescere ex gratia Dei movente voluntatem ad piam affectionem, & ex gratia movente etiā immediatè intellectum ad assensum fidei; ita ut libertas in tali assensu ex prima gratia proveniat: Substantia vero assensus, eiusque existentia intrinseca, proveniat ex 2. gratia, per quam reducitur intellectus immediatè de otio in actum.

2. Arg.

* Sic quoad sensum, quem exponit S. D. quæst. 5. de ver. art 9. ad 4.

Respond.

Ampliatur pro alijs casibus.

Obijcies 3. Gratia verè prædeterminans est gratia præcedens nostram determinationem; sed gratia dispensata ad actum voluntatis procedentem ex imperio alterius non est huiusmodi: ergò talis gratia non est verè prædeterminans. Probat. min. Gratia supponens nostram determinationem non est gratia illam præcedens; sed gratia dispensata ad actum voluntatis imperatum supponit nostram determinationem; cum supponat actum imperantem, qui est determinatio voluntatis ad elicientiam actus imperati: ergò. Hoc explicari potest in actu reflexo voluntatis, per quem signate quis vult velle: & similiter in actu dilectionis, quo quis vult efficaciter elicere actus virtutum existentes sub præcepto. Et tandem in intentione efficaci finis, vi cuius voluntas manet determinata ad electionem mediorum conducentium ad eius assequutionem. Resp. quod si actus voluntatis ex imperio alterius procedēs, & ad diversam virtutem spectans, gaudeat libertate immediata, distinctaque à libertate actus imperantis; ut communiter tuentur Thomistæ, & supra probatum reliquimus; facilis est solutio: quandoquidem exercit. immediatum talis libertatis est formalissime determinatio voluntatis in ratione liberæ. Unde gratia cooperans immediatè influens in actum imperatum, esto supponat alterius libertatis determinat. in actu imperanti consistentem, non tamen supponit omnem; cum præcedat ipsum actum imperatum per modum causæ, & ille sit etiam determinatio formalis, & immediata voluntatis in ordine ad suum obiectum. Si autem actus imperatus solum sit liber libertate mediata per denominationem extrinsecam à libertate actus imperantis, ut aliqui volunt: adhuc non convincit probatio argum. Siquidem actus imperatus in hac opin. esto non sit intrinsecè, & ratione sui liber; est tam

63 3. Argum

Explicatio

Respond.

Alia Respons pro aliorum opinion.

*

La línea congelada pertenece aquí

primo potentis ipsum elicere. Ex hoc autem manifestè sequitur prædictum actum, adhuc admissa tali sententia, esse veram determinationem voluntatis; non quidem determinationē per modum actualis ultimi dominij illius; sed per modum ultimæ actualitatis constituentis voluntatem in actu completo, & ultimo ad operandum. Hinc in forma Respond. potest dist.mai. Gratia prædeterminans est gratia præcedens nostram determinationem, quæ sit talis, vel per modum exercitij, & ultimæ actualitatis; sive per modum dominij, conced. mai. Præcedens nostram determinationem, quæ sit unicè determinatio electiva, aut dominativa, neg.mai. Et cum eadem min. dist. neg.conseq. Solutio constat ex dictis. Sed standum est primę.

Alia Respons.

Obijc.4. Ubi non datur indifferentia voluntatis ad actum, & eius carentiam, non requiritur gratia prędeterminans pro elicientia talis actus; prædeterminatio enim dicitur correlativè ad indifferentiam voluntatis. Sed voluntas per volitionem efficacem ad alios actus subsequentes, non remanet indifferens, sed positivè est determinata ad eorum elicientiam: ergò supposita tali volitione, gratia, quæ restat, non est prædeterminans. Respond.1.neg.min. Siquidem actus imperatus ad diversam virtutem spectans gaudet libertate immediata; proindeque voluntas, adhuc supposita volitione efficaci, est indifferens indifferentia dominij, & potestatis ad illum, & eius omissionem; estò non sit indifferens indifferentia omnimodæ suspensionis. Respond.2. neg. mai. Titulus enim subordinationis immediatę in agendo conveniens omni causæ creatæ respectivè ad Deum sufficiens est, ut in omni sua operatione indigeat prædeterminari à Deo, prædeterminatione, inquam, quæ unicè sit ab illo, & per quam immediatè omnis virtus operativa moveatur quoad exercitium per immediatam donationem actus. Hinc clarit. grat. dist. min. est sufficiēter determ. quatenùs est mobilis tamen ratione sui exercitium, & actualitas ultima voluntatis, ut in actu immed. à 1. motore neg. min. à 2. movente, conc. min. Duo enim moventia respicit, & ab utroque determinari debet: sed profundius, intimius, & immediatius à Deo.

64

§. Arg.

Resp. 1.

Secundo.

§. X.
Corollaria.

COlliges 1. *auxilium, & adiutorium Dei* ad actus subsequentes intentionem efficacem finis, latius patere, quam gratiam prędeterminantem, sive gratiam ab intrinseco efficacem, & concursum prævium Dei. Ratio est: Nam, ut ex dictis constat, intentio finis, dilectio Dei &c. Sunt *auxilium*, & gratia, per quam Deus nos adiuvat ad alios actus virtutum, non tamen sunt gratia prædeterminans, sive auxilium *quo* in sensu M. P. Huiusmodi enim gratia, sive auxilium, ultra præcedentiam, dicit *metaphisicam, & insuperabilem* connexionem per modum applicationis cum actu, ad quem auxiliatur; qua connexione caret intentio efficax finis, & dilectio Dei respectu aliorum actum. Colliges 2. Iuxta hucusque stabilita mai. cum proprietate salvari doctrinam M. P. lib. de Grat. Christi fere per totum probantis contra Pelag. ultra *adiutorium possibilitatis* ad actus salutares, debere concedi *adiutorium, tum voluntatis, tum actionis*, ita, ut Deus non solum, adiuvet nos per gratiam suam, ut possimus velle, & agere. *Sed etiam, ut velimus, & agamus, quæ non sunt in homine, nisi quando bene vult, & benè agit*. Hæc enim loquutio indicat adiutorium *quo*, ut velimus, esse distinctum ab adiutorium *quo*, ut agamus; quodquidem optimè salvatur in nostra sententia ponenti ultra gratiam prædeterminantem ad velle, dari aliam prævię causantē in nobis facere. In opin. autem contraria discrimen, & loquutio S. P. non verificantur cum proprietate; siquidem *ipsum velle* est unicè adiutorium *quo* ad agere: unde geminatio adiutorij esset impropria.

65

Primum.

Secundū.

Tria adiutor. grat. iuxta M. P.

Sed, ut sub nomine *adiutorij Augustiniani*, constet stare pro nobis S. P. accipe seq. disc. de Grat. & lib.

arb. cap. 15. *Dum Deus dat, quòd iubet, adiuvat, ut faciat homo, cui iubet.* Sed Deus iubet plures actus virtutum ultra volitionem efficacem obediendi &c. teste M. P. de grat. & lib. arb. cap. 16. dicente: *Quam multa sunt Dei mandata contra superbiam &c.* ergò dum Deus dat actus quibus hæc, & alia mandata adimplentur, adiuvat, ut homo faciat, quod ei iubetur. Sed operando in nobis prædictos actus dat nobis, quòd per talia mandata iubet, ut est innegabile: ergò sic operando adiuvat, ut faciat homo, quod ei iubetur. Sed adiutorium, quo Deus adiuvat hominem, ut faciat, quod ei iubetur, est adiutorium Augustinianum: ergò non solum volitio imperans, sed operatio Dei causans actus virtutum ex illa imperatos, est adiutorium &c. Hæc mihi, si pensentur sincerè, sunt certa.

67 Tertium. Colliges 3. Gratiam prædeterminantem ad actum honestum naturalem, etsi imperatum ex fine supernaturali, esse intrinsecè naturalem: in opinione autem contraria dicendum prædictam gratiam esse entitativè supernaturalem, utpotè non admittenti aliam prædeterminationem ab actu imperanti distinctam. In hoc autem apparet motivum satis efficax pro illius falsitate suadenda. Ratio est. Nam actus entitativè naturalis petit subordinari Deo, ut 1. moventi, & ut Supremo Domino, quatenus est Author naturæ; sicuti & ipsa virtus elicitiva talis actus subordinatur Deo, quatenus est Author naturæ. Sed concursus prædeterminans ad actus causæ creatæ deducitur ex subordinatione immediata, quam omnis creatura dicit ad Deum in operando: ergò concursus prædeterminans ad actum entitativè natutalem, debet provenire à Deo, quatenus est Author naturæ. Atqui hoc minimè subsistit iuxta opinionem contrariam asserentem dilectionem Dei imperantem actum virtutis entitativè naturalem esse unicè auxilium prædeterminans ad illum: ergò aut talis actus non subordinatur Deo Authori naturæ, ut 1. agenti, & Supremo Domino; aut pro eius elicientia debet poni gratia prædeterminans ordinis naturæ.

68 Quartũ. Colliges 4. Quod, etsi in sententia communi Thomistarum tuenti gratiam prædeterminantem consistere in motione intrinseca omni causæ creatæ, facilius appareat gratiam prædeterminantem ad velle distingui à gratia prædeterminanti ad facere; non tamen necesse est ad vetitatem nostræ sententiæ defensandam restringere constitutionem gratiæ prædeterminantis ad talem motionẽ intrinsecam recept. immediatè in potentia operanti. Ratio est clara. Nam etsi gratia operans consistat in actione incr. Dei, ut operantis in nobis velle (sub qua ratione est gratia prædeterm. ad illud) & gratia cooperans consistat in eadẽ actione, ut operanti in nobis facere; ita eadem actio, ut præoperans in nobis facere est prædetermin. licet non ad velle, secus tamen ad ipsum facere. Ex quo Quintum immed. 5. colliges per gratiam Dei etiam cooperantis resplendere munus causæ 1. & munus supremi dominij in Deo, licet non supra actum imperantem, benè tamen supra actum imperatum. Ratio est manifesta: Nam munus moventis immediatè quoad exercitium voluntatẽ creatam ad elicientiam alicuius actus, est in Deo munus causæ 1. cum in tali motione resplendeat subordinatio creaturæ ad ipsum in operando. Sed per gratiam cooperantem Deus immediatè movet voluntatem creatam ad elicientiam actus imperati motione quoad exercitium, & motione præoperante talem actum: ergò in gratia operante apparet ex parte Dei munus causæ 1. titulo subordinationis ex parte creaturæ, per quam absque ullis meritis pro sua volntate, sicuti incepit opus bonum, ipse pro sua gratia perficiet. Tandem colliges: Doctrinam hucusque traditam Ultimum esse plenè conformem Doct. Angelic. 3. contra Gent. cap. 92. ubi ponit * hominem rectè operantem duplici auxilio adiuvari à Deo. Primum datur, ut rectè eligat. Secund. ut exequatur id, quod eligit. Per 1. Deus operatur in homine directè electio-

tionem. 2. dat illi efficaciam ad executionem. Per 1. auxilium Deus dirigit hominem: per 2. illum confortat, & roborat ad operandum.* Asseritque utrumque auxilium contineri in illo Psalm. 26. *Dominus salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo?* * *Et hæc de hoc dub. applicand. littera Magistr. ubi præced.*

(o)

DUBIUM IV.

AN DEVM PRÆBERE VOLVNtati vires efficaciſsimas, ut ſalutaritér agat (ut ait Magn. Par.) obſtet gratiæ prædeterminanti, aut illius conſtitutioni per motionem prævíam intrinſecam voluntati?

N. 1 MAgn. Par. de Grat. & lib. arb. cap. 16. ſtatuens contra Pelag. velle obſervare Dei mandata, & eorum obſervationem, eſſe ex gratia Dei, ſic habet: *Certum eſt nos velle, cum volumus; ſed ille facit, ut velimus bonum, de quo dictum eſt: Deus eſt, qui operatur &c. Certum eſt nos facere cum facimus; ſed ille facit, ut faciamus præbendo vires efficaciſsimas voluntati, qui dixit; faciam, ut in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obſervetis, & faciatis.* Ex hoc teſtimonio probant Aliqui Thomiſt. gratiam ad liberum conſenſum eſſe intrinſecè efficacem: & etiam in motione prævia intrinſeca conſiſtere, ſequent. diſcur. Gratia præbens voluntati vires efficaciſsimas, ut faciat, nequit eſſe gratia intrinſecè indifferēs; cum hæc ſit èfficax tantum ab extrinſeco ex determ. lib. arb. & vires ſic efficaces nequeunt dici cum proprietate *efficaciſsimæ*. Sed iuxta M.P. Deus facit, ut voluntas noſtra faciat, præbendo ei vires efficaciſsimas: ergò hoc exequitur Deus per gratiam ab intrinſeco efficacem. 2. pars prob. Huiuſmodi vires efficaciſsimæ, utpotè præſtitæ voluntati à Deo, ſunt quid intrinſecum in ipſa; aliunde præcedunt actum voluntatis, ad quem ſunt efficaciſsimæ: ergò gratia, per quam Deus adiuvat voluntatem noſtram, ut ſalutariter velit, & operetur, eſt gratia intrinſecè efficax, & in motione prævia inhærenti voluntati conſiſtens.

Teſtim. M. P. refertur.

Ezech. 36

Probat. Thom.

2 En unico diſcurſu ſtabilitam gratiam ab intrinſeco efficacem contra AA. Societ. & ſimul probatum eam conſiſtere in motione prævia intrinſeca, & antecedenti actum voluntatis contra Illuſt. Palanco, & Mag. Manſo tuentes gratiam prædeterminantem ad primum velle liberum conſiſtere in actione increata Dei prævie producenti actum voluntatis. Ita poſt alios Illuſt. Caſtell, tom. de lib. arb. diſp. 2. quæſt. 3. à n. 472. ubi ſolvit aliqua, quæ contra ipſum objicit Palanco, tom. de Provident. quæſt. 14. ſect. 1. num. 8. Sed quamvis prædictus Author ſatis ſolidè, & ingeniosè ex prædicto teſtimonio probet utrumque aſſumptum; attamen verba M. P. & illorum contextus, continent in ſe nō modicam difficultatem; tum ut ex illis probetur gratia ab intrinſeco efficax ad velle

Duæ concluſ. contentæ in diſcurſ. poſito.

Ill. Caſtel.

liberum; tum etiam, ut probetur eam in motione intrinseca consistere. Hac de causa AA. Societ. ex eodem testim. redarguunt Thom. contendentes probare in illo non contineri gratiam ab intrinseco efficacem. Ill. Palanco, & M. Manso redarguunt etiã eosdem conantes probare prædeterminationem strictè acceptam ad velle non consistere in aliqua motione intrinseca; licet prædeterminatio ad *facere* imperatum ex velle in aliquo intrinseco consistat, scilicet, in ipsa volitione imperanti, de quo egimus dub. antec. Ut igitur veram intelligentiam prædicti testim. pro nostro captu tradamus, necesse erit rationes dubitandi ex utroque cap. iam insinuatas proponere.

§. I.

Ratio dubitandi contra gratiam ab intrinseco efficacem.

3 GRatia ab intrinseco efficax iuxta Thom. non præbet voluntati ullas vires; sed illas adæquatè constitutas supponit; cum munus proprium illius sit determinare, & applicare voluntatis vires ad actum; in quo iuxta D. Thom. quæst. 3. de potentia, art. 7. (quem in sui favorem adducunt) non intelligitur collatio virtutis, sed applicatio virtutis ad actionem: ergò gratia, per quam iuxta M. P. Deus præbet vires efficacissimas voluntati, ut salutariter velit, & agat, nequit esse gratia ab intrinseco efficax. Huic instantiæ Respond. Illust. Castell cum alijs Deum prius præstare voluntati vires, & posse per auxilium sufficiens, & postea per auxilium efficax reddere efficacissimas vires auxilij sufficientis. Unde, etsi gratia efficax vires supponat, eas tamen reddit efficacissimas; hoc est infallibiliter coniunctas cum operatione. Quod ab alijs explicatur, dicendo gratiam prædeterminantem præbere vires efficacissimas voluntati, non quidem, quæ sint tales *subſtantivè*, sed *adiectivè*; quatenùs per illam vires gratiæ sufficientis redduntur efficacissimæ. Vel alijs terminis: *Gratia prædeterminans præbet vires efficacissimas*; non secundum quod tale complexum dicit adæquatè, sed inadæquatè, scilicèt, efficaciam virium.

Sic aliqui D.D.

Respons. frequens.

Sed hæc solutio, estò satis ingeniosè excogitata, & Auth. DD. fulcita, habet contra se 1. Esto gratia prædeterminans reddat vires gratiæ sufficientis efficacissimas; non tamen præbet vires efficacissimas; si cum proprietate loquamur: ergò, aut solutio non tenet, aut locutio M. P. ad sensum improprium reducitur. Probat. ãs. Hæc duo: *Dare efficaciam viribus, & dare vires efficaces* sunt duo inter se valdè distincta; cum primum dicat de formali, & in recto solum *efficaciam*; 2. vero dicit de formali *virtutem, & efficaciam*: ergò esto &c. 2. Hæc proposit. *Gratia prædeterminans est virtus efficacissima*, est falsa iuxta doctrinam Illust. Castell: ergò *Deum præbere voluntati gratiam prædeterminantem ad velle, non est præbere gratiam, quæ sit virtus efficacissima.* Ex his sic arguò in Baroco. *Gratia faciens voluntatem facere est iuxta M. P. virtus efficacissima. Sed gratia prædeterminans non est virtus efficacissima* (ut fatetur Illust. Castell) ergò *gratia prædeterminans non est gratia faciens voluntatem facere. Sed præmissæ sunt veræ: ergò etiam conclusio.*

4 Militat contra illam 1.

Secunda.

5 3. Efficacia realiter superaddita virtuti *non est virtus efficax, immò, nec virtus cum efficacia*; cum talia extrema supponant pro diversis: ergò à gratia prædeterminanti provenire efficaciam virtutis, non infert ab illa provenire virtutem efficacem aut coniunctam cum efficacia, ut ait S. P. Quod robor. potest à simili; quia enim operatio superaddita potentiæ non est potentia, ut eliciens talẽ operationem; ex quo præcisse donet Deus nobis operationem, non sequitur donare nobis potentiam elicientem talem operationem. Imo, ut in antecedentibus pluries diximus; * Deum dare nobis operationem, non dicit dare nobis potentiam in esse elicientis talem operationem: & hoc propter rationem iam alsignatam, & à SS. M. Lemos iam pridem traditam: ergò si efficacia virtutis est aliquid realiter distinctum à virtute *ad-*

Tertio.

Roborat à simili.

* Tract. de grat. adiuvanti, dubio 9. §. 2.

ipſis

iectivè efficaci, sive à virtute coniuncta cum efficacia; licet Deus ratione gratię prædeterminantis præstet *efficaciam* viribus, non tamen vires efficaces.

6 Quarta.

4. Nam ex doctrina solutionis sequitur, quod, dum Deus prædeterminat voluntatem ad actum honestum de se facilem, & naturalem, qualis est v. g. *subvenire* Patri extremè indigenti, verificaretur præbere virtutem efficacissimam sive voluntatem efficacissimam, voluntatem, inquam, sumptam pro potentia volitiva. Sed hæc solutio est valdè impropria, & parum decens ingenio M. Par. ergo. Sequela constat: Nam sicut ad actus supernaturales vires gratiæ sufficientis redduntur efficacissimæ per gratiam prædeterminantem; ita virtus voluntatis ad actum honestum naturalem indistincta ab ipsa potentia, redditur efficacissima ratione gratiæ prædeterminantis; cum iuxta doctrinam solut. talis efficacia consistat in coniunctione infallibili principij activi cum sua operatione: ergo si &c.

7 Alia solutio.

Hac igitur solutione in sua probabilitate relicta: Nec dubito impugnat. adductas ab alio ingeniosè solvi. Respond. 1. Hoc complexum: *Vis, aut virtus efficacissima*, non dicere aliquid impotens affirmari de gratia prædeterminanti. Constat hoc ex dictis tomo 3. dubio 18. ubi plura adduximus Author. & ratione probantia hoc nomen: *Vis, aut virtus*, significare idem, *ac subsidium auxilium, & adiumentum*. Insuperque adduximus aliqua ex SS. PP. ubi gratiam efficacem, prout superadditam ad sufficientem, appellant *virtutem potentiorem, gratiam potentissimam, ac Dittissimam*. Et tandem adduximus Authorit. D. Thom. dicentis: *Omne id, quod est principium, & causa operationis procedentis à voluntate, appellari virtutem à SS. PP.* Cum ergo gratia prædeterminans sit *auxilium efficacissimum, & principium omnis actus salutaris invictissimè roborans voluntatem*, merito dici potest *virtus efficacissima* voluntatis.

8

His omnibus accedit Author. Catheciſmi Pij V. ad illa verba symboli: *Creatorem Cœli, & terræ*, ubi dicitur: *Deus universa, quæ moventur, & agunt aliquid, intima virtute ad motum, atque actionem, ita impellit; ut quamvis secundarum causarum efficienciam non impediat, præveniat tamen; cum eius occultissima vis ad singula pertingat.* In quo testim. habetur *Dei concursum ad actionem, & motum omnis causæ secundæ, esse prævenientem, illumque consistere in virtute intima, sive occultissima vi, per quam Deus impellit, hoc est, physicè movet omnem causam ad operandum.* Hæc dicta sunt, ut ostendatur inefficacia argum. redarguentium testimonium Magn. Par. contra Thom. probantes ex ipso existentiam gratiæ prædeterminantis ad actum voluntatis; sistendo in his vocibus, *vis, aut virtus efficacissima*. Huic accedit S. Fulgent. epist. ad Trasim. cap. 2. & 3. appellare *gratiam, qua Deus Custodivit Angelos bonos* (ut perseverarent) *virtutem insuperabilem*. Et tamen fuit gratia efficax supponens in omnibus Angelis potestatem etiam moralem ad perseverandum. An autem M. P. ibi loquatur de gratia efficaci ad velle; vel de gratia efficaci ad facere imperatum ex velle? disidium est inter Thomistas: De quo postea.

Confirm. Author.

Ex S. Fulgent.

Ut autem inefficacia argum. magis appareat, placet aliam solutionem proponere. Certum enim est actum voluntatis salutarem iuxta Thom. (idem servata proportione de qualibet operatione causę 2.) pendere à virtute superna, ut à principio *quo* eliciente; & simul à gratia prædeterminante, ut à determinante, & applicante prędictam virtutem. Quapropter Deus non facit, ut voluntas eliciat actum supernaturalem, per solam virtutem supernaturalem; nec per solam gratiam prædeterminantem, sed per utramque simul, licèt diverso modo influentem. Hæc mihi sunt certa. Quis enim dubitat, ignem calefacere per calorem? Et si sequatur Doctrinam Thomistarum; quis dubitabit ignem per motionem Dei prævium calefacere? Cæterum per illum, ut virtutem productivam; per motionem Dei, ut applicationem talis

9 Alia solut. in obseq. Thom.

Admitto ly vires signif. sufficient.

talis virtutis ; & per calorem simul motum , & applicatum à Deo,ut per causam in actu 2. completam.Quando igitur M. Par. dixit : *Deum facere, ut faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati* ; etiam si loquatur de *facere* , quod sit velle elicitum à voluntate ; nihil dicit , quod apparenter oppugnat gratiã prædeterminantem. Ratio est clara ex supra dictis. Nam cũ velle efficax necessi.pendeat in sui elicientia,& à viribus voluntatis per gratiam sufficientem,ut principio productivo; & à gratia prædeterminanti,ut à determinatione,&applicatione talium virium;volensM.P. causã adæq.talis actus designare,nec dixit Deum facere,ut voluntas suum velle effic. faciat,præbendo ei solum vires ; nec præbendo solum efficaciam virium ; sed præbendo vires *efficacissimas*; ita ut vires concurrant per modum actus 1.& principij; *efficacia* vero modum determinationis, & applicationis ad elicientiam actus voluntatis. Explicat. hoc aptissimo exemplo. Est enim satis probabile apud Th. quos tract. deGrat.adiuv. dub.3.§.3.retulimus: *Vocationem efficacissimam sive congruam aliam , atque secretam* , esse quoddam complexum includens gratiam excitantem , sive sufficientem ; & gratiam ab intrinseco efficacem , per quam vocatio fit *efficax , congrua &c. adiectivè* ; non vero *substantivè* : qua ratione prædictum complexum duplicem gratiam realiter distinctam complectitur. Ex quibus una præbet sufficientiam virium ad liberum consensum ; altera reddit illas efficaces, & efficacissimas.Hoc notato,quis negare poterit esse cum omni rigore verũ: *Deum præbendo vocationem efficacem, congruam &c.* facere , ut homo liberè operetur? Nemo sanè sanus. Et loquendo de Conversi. S. Pauli M. P. utitur his terminis , *vocatione efficacissima* : ergò eadem certitudine est verum, Deum convertere homines ad se per fidem , & charitatem præbendo eorum voluntati *vires efficacissimas*. Illatio ex dictis est evidens. * Pone nunc Aliquem propugnantem Pro S. P. & Alijs. gratiam ab intrinseco efficacem in verbis adductis non* contineri; quia illa non præstat vires, nec sufficient, & hæc in prædictis includitur: Quis, rogo, æstimabit illum ? Cum sit certum conversionem ab utraque gratia procedere.

Ex his in forma disting. hanc propositionem : *Gratia per quam iuxta M. P. Deus facit,ut voluntas velit,præbet vires efficacissimas &c.* Gratia , inquam , *per quam Deus facit adæquatè , & complete,ut voluntas velit* , concedo. Per quam facit *inadæquatè,seu per modum applicationis ultimæ*, nego, & concesso gratiam prædeterminantem non præbere vires efficacissimas ; distinguo hoc consequens : ergò gratia prædeterminans non est *per quam Deus facit adæquatè, ut faciamus* , conced. conseq. *inadæquatè , & movendo irresistibiliter ad facere*, neg. conseq. Hæc doctrina est satis etiam conformis ei,quam tradit S.Doct.quæst.3.de potentia,art.7. & 3. contra Gent. cap. 67. ubi probat Deum esse causam omnis operationis causæ 2. *Quia ei confert virtutem, & eam applicat ad operandum*. Ubi expresse confirmat dicta in solutione à nobis tradita. Unde,etsi Artifex daret vim ad scindendum,si tamen non moveret ad scissionem;vel è contra, si aliquod agens applicaret causam ad actionem, non tamen ei virtutem activam imprimeret ; uti accidit in voluntate imperanti alias potentias; neutrum esset causa cum omni rigore efficiens operationem ; nec esset intimè operans in tali causa ; qualis est Deus. Signum ergò est , quod ut cum omni proprietate sit verum Deum facere, ut faciamus ; oporter, & ab illo præstari vires operativas,& eas determinari efficaciter ad actionem ; ita ut per unum horum præcisse non faciat, ut creatura faciat: Sed per hoc complex: *vires efficacissimas.*

10

Respond. in forma ex dictis.

Favet S. Doct.



§. II.

§. II.

Alius modus exponendi M. Par. refertur.

11 ILluſt. Pal. ſupra, quem ſequitur Manſo, tomo 1. quæſt. 5. à num. 8. aſſerit per ly *vires efficaciſſimas* intelligi à Magn. Par. volitionem efficacem, & robuſtam imperantem facere. Quapropter neg. Magn. Par. loqui de gratia prædeterminãti ad velle. Pro quo notant 1. Magn. Par. ibidem, aperte diſtinguere inter *velle*, & *facere*. 2. Iuxta ipſum cap. ſeq. *Velle noſtrum* aliquando eſſe inefficax, & imbecille; aliquando vero efficaciſsimum, & robuſtiſsimum: Ideoque eum, qui habet voluntatẽ faciendi mandata Dei, & non poteſt, habere voluntatem *parvam*, & *invalidam*. Unde neceſſe habet petere à Deo voluntatem efficacem, & robuſtam, quæ ſufficiat ad facienda Dei mandata. Hac Doctrina ſuppoſita progreditur M. P. ad explicandum, qualiter Deus faciat nos *velle*, & qualiter faciat nos *facere*. De 1. ſic ait: *Certum eſt nos velle, cum volumus, ſed ille facit, ut velimus bonum*; de quo dictum eſt: *Deus eſt, qui operatur in nobis velle*. De 2. ſic ait: *Certum eſt nos facere, cum facimus; ſed ille facit, ut faciamus præbendo vires efficaciſsimas voluntati*: ergò ex ipſo contextu M. P. conſtat ipſum non loqui de gratia præſtita voluntati, *ut velit*, ſed de gratia ipſi præſtita, ut *faciat*. Cumque iuxta eundem M. P. *volitio efficax*, & robuſta, ſit auxilium ad facere; per *vires efficaciſsimas* ſolum intelligit volitionem ſupra dictam, & non ulteriorem motionẽ efficacẽ intrinſ. ſuperadditam. Hinc inferunt nomine *voluntatis* non intelligi à M. P. potentiam volitivam, ſed volitionem. Quæ quidem acceptio frequens eſt apud M. P. eo quod tunc parum conſueta erat hæc vox *volitio*.

Senſus §A.

AdPhil. 2.

12 Hic modus dicẽdi continet aliqua, quæ non placent: Unde clarit. gratia ſit 1. Concluſ. Dato M. P. *Per vires efficaciſsimas* intelligere volitionem efficacem, & robuſtam *imperantem facere Dei mandata*: *non propter hoc per* ly *voluntati debet intelligi ſolum volitio, & non potentia volitiva*. Prob. meo videri facillimè. Deus per gratiam ſuam verè, & cum proprietate, præſtat voluntati ſumptæ pro potentia volitionem efficacem, & robuſtam imperantem obſervantiam mandatorum: ergò ex quo per ly *vires* efficaciſsimas intelligatur à M. P. volitio efficax &c. Prob. añs. Deus verè, & cum proprietate, præbet voluntati, quæ eſt potentia, id, quod propriè donat ei, & operatur in illa. Sed volitio efficax, & robuſta, eſt donum, quod Deus præſtat voluntati potentiæ; & operatur in illa, ut eſt certum: ergò. Vel aliter. Deus verè præbet voluntati potentiæ id, quod volũtas ut potẽtia verè accipit à Deo. Sed voluntas, ut potentia verè accipit à Deo volitionem efficacem, & robuſtam; cum illa non habeat à ſe ipſa: ergò Deus verè, & propriè præbet voluntati &c. Confirm. Robur, & efficacia volitionis, fatente ipſo Illuſt. Palanco, non differt realiter ab ipſa volitione; unde in volitione efficaci, ipſa efficacia, utpotè conveniens volitioni ex ſua tendentia intrinſ. pertinet iuxta ipſum ad differentiam ſpecificam illius. Sed hoc ipſo nequit dici cum proprietate *Deum præbere volitioni vires efficaciſſimas*: ergò. Probat. min. Hoc ipſo quod efficacia non differat à volitione, ſed ſpectet ad differentiam ſpecificam illius, talis volitio, nequit eſſe verum ſubiectum gratuitæ communicationis talis efficaciæ; cum non ſit in vera potentia ad efficaciam: ergò cum præbere efficaciam alicui dicatur relativè ad ſubiectum illam recipiens &c.

1 Concl. & prob.

Confirm.

13 Hac ultima inſtantia convincitur Illuſt. Palanco ad aſſerendum ea proprietate verificari Deum præbere volitioni vires efficaciſsimas, qua verificatur Deum præberé homini rationalitatem. Sed ex ipſa ſolutione maiores vires ſumit argumentum; cum talis propoſitio non verificetur in rigore ſermonis: nec enim homo præſupponitur, ut verum ſubiectum, in quo Deus operetur, aut cui præſtet gratis rationalit. cum hac non

Solutio quædam reijcitur.

non intellecta, nequeat intelligi homo. Quod si his superaddatur M. P. loqui de operatione Dei per gratuitam communicationē;*cum subiectum gratiæ debeat præsupponi realiter ante illam, manifestè sequitur efficaciam identificatam cum ipsa volitione, non habere pro subiecto volitionem, sed voluntatem, in qua recipitur, & in qua Deus illam operatur, & infundit. Cum igitur negari nequeat cum omni proprietate verificari Deum operari in voluntate nostra, sumpta pro potentia, volitionem efficacem, ipsique voluntati eam præbere, & donare; esto talis volitio sit auxilium, per quod Deus facit, ut voluntas faciat, nulla ratio adest, ut per ly *voluntati* non intelligatur à M. P. voluntas in ratione potentiæ.

* Sic cap. 14. probans cor novum dari per gratiam.

Non fit grat. actualis homini, nisi iuxta aliq: potent.

14 Sed dices. Si per ly *voluntati* intelligeretur potentia volitiva, sensus M.P. esset dicere*Deum præbere vires efficacissimas non solum, ut voluntas faciat, sed etiam, ut velit:* ergò admisso, quod loquatur de viribus efficacissimis pręcisse ad facere mandata, per ly *voluntati* non intelligitur potentia volitiva. Prob. añs. Voluntatem denominari efficaciter volentem est accipere à Deo volitionem efficacem; qui enim accipit à Deo formam, accipit etiam effectum formalem illius: ergò si Deum præbere voluntati vires efficacissimas est præbere volitionem efficacem, & robustam, Deus præbendo tales vires faceret, ut voluntas non solum faceret, sed etiam vellet. Respond. Deum donando voluntati volitionem efficacem facere voluntatē velle; sed non velle, quod sit adiutorium *quo*, ut voluntas velit, sed adiutorium, ut voluntas faciat; cum talis volitio solum sit prævia ordine naturæ ad facere, non ad velle. M. P. in testimonio adducto non loquitur de illo dono gratiæ, per quod voluntas, tanquam à forma denominatur volens sed quod se habet, ut auxilium *quo*, & adiutor. ad facere. Unde vssus est illa dictione *vires efficacissimas*, quę non munus causę formalis, sed effectivę, expresse denotant. Quapropter sensus M. P. (admisso per vires efficacissimas intelligere volitionem efficacem) est: *Deus præbendo voluntati volitionem efficacem facit, quod voluntas sit efficaciter volens per illam ut formam; & simul se habeat, ut virtus efficacissima, ut faciat Dei mandata.*

Motivum pro opin. contraria.

Respond.

2. Concl. *Dato, quod per vires efficacissimas intelligatur à M.P. volitio efficax, imperansque observationem mandatorum, non propter hoc excluditur gratia prædeterminans intrinseca voluntati ad talem observationem.* Ab hac conclus. dissentiunt Illust. Castell, & Illust. Palanco, & M. Manso; diverso tamen motivo. Illust. quidem Castell, eo quod prædictum testimonium exponit etiam de gratia prædeterminanti ad velle intellecta per ly *vires efficacissimas*; quia nimirum aliter non percipit gratiam prædeterminantem consistere in motione prævia intrinseca voluntati. Alij vero quia iudicant; quod si per ly *vires efficacissimas* intelligatur volitio efficax; nequeunt Thom. ex tali testimonio probare gratiam prædeterminantem, nec ad velle, nec ad facere imperatum ex velle, in tali motione intrinseca consistere: Non quidem prædeterminationem ad velle; cum de illa solum asserat ibi M. Par. consistere in operatione, *qua causat velle*; non rursùs prædeterminationem ad facere; cum hæc (ut dictum est) consistat in volitione efficaci. 15

2. Concl.

AA. in contra.

Conclusio facile probabitur, si recolantur memoriæ dicta in anteced. Primum est; gratiam, qua Deus operatur in nobis velle, esse gratiam operantem; cooperantem vero per quam operatur in nobis, atque nobiscum, actus tam externos, quam internos imperatos ex primo velle libero. Ita M. P. de Grat. & lib. arb. cap. 17. *Ipse, ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.* Cum igitur M. P. in testim. adducto loquatur de gratia, per quam Deus facit nos facere actus virtutum imperatos ex velle, videtur certum loqui de gratia cooperanti. 2. Est, quod esto volitio efficax sit auxilium ad facere, ut pluries asserit M. P. non tamen est unicum auxilium; immo; nec est auxilium prædeter- 16

Probat. 1

terminans ad *facere*, & per quod voluntas immediate subordinatur Deo, ut primo Domino, & primo motori omnis motus, & operationis procedentis, tam à voluntate, quam ab alia potentia: de quo ex professo dub. antecedenti.

17 His prænotatis probat. conclusio, & claritatis gratia sermo sit de actibus voluntatis adimpletivis præceptorum, sed imperatis ex alio actu. Deum facere, ut voluntas eliciat actus virtutum, quibus adimpleat mandata, præstando ei volitionem efficacem, & ardentissimam charitatem; non tollit iuxta M.P. quo minus eam adiuvet per gratiam cooperantem, ut constat ex dictis num. antecedenti. Sed talis gratia cooperans, & est intrinseca voluntati, & est gratia prædeterminans ad tales actus: ergò dato M. Par. &c. Prima pars min. latè probata est à nobis tract. antec. dub. 8. tùm Auth. tùm ratione. Præsertim ex D. Th. 1. 2. q. 110. art. 1. & quæst. 111. art. 2. ubi gratiam auxiliantem ut sic asserit; *esse gratuitum effectum divinæ voluntatis.* Et insuper: *Gratiam cooperantem esse gratuitam Dei motionem ad actus imperatos.* Et a. 3. ait: *Gratiâ auxiliantem diviſſam in prævenientem, & ſubſequentem eſſe effectu temporale divinæ dilectionis.* Quo nihil clarius. Quod autem talis gratia sit nedum præveniens facere, sed etiam grat. prędeterminans ad illud, etiam probatum relinquimus dub. 3. §. 5. cum eius influxus sit immediate in ipsam voluntatem eam movendo, & adiuvando adhoc, ut eliciat actus imperatos: ita ut non solum verificetur actum existere, quia Deus illum per gratiam cooperantem producit; sed etiam voluntatem ipsum producere, quia per talem gratiam à Deo adiuvatur. Ex quibus constat min. quoad utramque partem. Quapropter necesse est Adversarijs probare, & gratiam cooperantem non esse prædeterminant. & rursùs illam non consistere in aliquo creato, sed in actione Dei increata; ut ex tali testimonio excludatur prædeterminatio in motione prævia consistens.

1. Ratio probat.

18 Probat. 2. Eatenus volitio efficax, & robusta, est iuxta M. Par. Donum gratiæ, per quod Deus facit nos facere Dei mandata, quatenus est vis *efficaciſſima* ad facere; sed hoc nequit convenire tali volitioni independenter à gratia prædeterminanti ei superaddita: ergò dato &c. Probat. min. 1. Volitionem imperantem denominari vim *efficaciſſimam* ad facere est eam connecti omnino infallibiliter per modum causæ cum ipso facere; cum attingat ad superlativum gradum efficaciæ, & efficientiæ. Sed talis connexio nequit convenire volitioni, quantumvis efficaci, sine additione gratiæ prædeterminantis eam efficaciſsimam reddentis: ergò. Min. constat. Quia nulla intentio creata quantumvis efficax, connectitur metaphysicè cum actu imperato, sed ad summum per se loquendo. Ita ex communi Theolog. sensu de quo dub. antecedenti, n. 53. Ratio est 1. Quia tribuere volitioni increatæ talem connexionem est voluntarium. 2. Quia illud est proprium volitionis divinę summe efficacis, tam effectivè, quâ affectivè; cui nemo resistere valet. 3. Quia nulla intentio creata potest facere tibi debitam Dei cooperationem ex eius misericordia provenient. ad actum imperatum. *Sufficiant hęc in re adeo clara.

Probata min. 1.

2. Ratio.

* Iuxta illud, & miseric. subsequetur me.

19 2. Probat. eadem minor. Voluntatem *vi efficaciſsima* moveri, ut faciat actus imperatos, est eam *indeclinabiliter, & inſuperabiliter agi*, ut illos eliciat iuxta locutionem M. P. de Correct. & grat. c. 12. sed nullla volitio creata, qua vis efficacia gaudeat, potest sic agere voluntatem, ut eliciat, nisi addatur ulterior gatia ab intrinseco efficax; ut constat ex dictis; & ulterius roborari potest exemplo ignis applicati passo dispositio; & exemplo visionis Dei cum amore; quibus solum attribuitur stricta connexio ex natura rei: ergò, ut talis volitio reddatur vis efficaciſsima, & per quam Deus facit, ut voluntas faciat, requiritur ei superaddi gratiam prædeterminantem ad facere. Unde in ipsis verbis positis à M.P. includitur necess. ulterior gratia ab intrinseco efficax reddens volitionem imperantem, & si non efficacem, *efficacia* sibi propria; benè tamen *efficaciſsimam*, in-

Secundo.

invictam, *& irresistibilem*. Explicatur hoc. Certum est in Doctina M.P. 1. ad Simplic. quæst. 2. Deum vocare electos vocatione congrua; hoc est infrustrabili. Quòd si à pluribus Thom. quæras: An illa sit gratia ab intrinseco efficax? Respondent tale complexum duo includere, scilicet, *vocationem*, & *congruitatem*, gratia prædeterminans, esto non sit vocatio; cum hæc ad gratiam excitantem pertineat; est tamen id, quo vocatio redditur congrua: hoc est infrustrabilis, & metaphysicè connexa cum actu, ad quem excitat. Sic docet Mag. Lemos lib. 4. p. 1. tract. 7. cap. 22. de vocatione efficacissima Div. Pauli, ut loquitur M.P. de grat. & lib. arb. cap. 5. Nam esto vocatio in actu intellectus, & voluntatis excitantibus consistat; illa redditur efficacissima per gratiam prædeterminantem. Quibus exemplis manet firmata prob. concluſ.

In sent. Societat. congruit: est per respectũ ad scient mediam.

De hoc tract. de grat. adiuvant. dub. 6. §. 3.

20

Sed ut dicta magis percipiantur, sic objicio. In capite iam citato agit expresse M. P. tam de gratia efficaci, per quam Deus facit *ut velimus*, quam de gratia, per quam facit, *ut faciamus*; sed nulla ex his ponit in aliqua motione prævia: ergò gratia ab intrinseco efficax non consistit &c. Prob. min. Gratia, per quam Deus facit, ut velimus, est operatio Dei causans, & præparans nostrum velle; sic enim habet M. P. *Ille facit, ut velimus; de quo dictum est: Deus est qui operatur in nobis velle.* Et rursus: *Paratur voluntas à Domino.* Ubi nulla fit mentio motionis prævie receptæ in voluntate. Deindè loquens de gratia, per quam facit, ut faciamus, docet esse volitionem efficacem, & robustam, per quam cor nostrum fit Deo obediens; ex quo sequitur, ut mandata Dei faciamus. Quam Doctr. repetit cap. 21. & locis adductis dub. anteced. ergò nec gratia efficax ad velle; nec gratia efficax ad actus imperatos ex velle, est motio aliqua intrinseca; sed operatio Dei causans velle, & volitio efficax imperans facere.

Instabis contra dicta.

21

Nego min. & illius 1. prob. Est etiam expressum in Mag. Par. de Præd. SS. cap. 10. gratiam Dei, per quam auxiliatur prædestinatos, esse effectum prædestinationis, proindeque in aliquo prædicato divino non posse consistere. Sic enim habet: *Quo circa prædestinatio, quæ ut dixi, est in bono, est gratiæ præparatio; gratia vero ipsius prædestinationis effectus.* Rursus lib. de Grat. Christ. cap. 13. loquens de gratia efficaci tàm ad facere, quàm ad diligere; affirmat *Deum iliam interiùs, atque occultè ineffabili suavitate nostris cordibus infundere.* Quæ loquutio de operatione increata verificari nequit. Nec obstat M. P. loco citato non facere mentionem de aliquo dono intrinseco, & prævio ad velle. Non inquam obstat: Nam si affirmat Deum facere, ut velimus operando in nobis velle per gratiã operantem, sicuti & facere per gratiam cooperantem; quid aliud desiderari potest iuxta immediatè dicta? Ex quibus in forma facilis est solutio. Ad id quod additur de gratia ad facere, Resp. Quòd Deus facit, ut faciamus; dando nobis volitionem efficacem, quæ sit vis efficacissima ad actus imperatos; sive vis metaphysicè connexa cum illis; hoc autem non habet ulla volitio creata; nisi Deus addat gratiam prædeterminantem, à qua redditur efficacissima; sicuti, & vocatio in gratia excitanti essentialiter consistens; non redditur efficacacissima, & congrua, nisi per gratia prædeterm. iuxta adducta ex M. Lemos.

Resp. ad 1. minor. prob.

Sic S.D. 1 p. quæst. 23. art. 2. ad 4.

Ad 2. part. min.

22

3. Concluſ. *In verbis relatis non loquitur M. P. de auxilio gratiæ, per quod Deus facit, ut velimus, sed per quod facit, ut faciamus actus adimpletivos præcepti imperatos ex 1. velle.* In hoc dicto convenio cum AA. iam citatis; in oppositum reclamante Illust. Castell, sed enim ita mihi verior apparet, ut ex ipsa lectione textus videatur constare. Ibi enim expressè distinguit S.P. inter velle, & facere mandata Dei, pro quo adducit iliud Ecclesiast. 15. *Si volueris, conservavis mandata: Nam esto sit certum, quod si volumus servare mandata, illa servamus; quia tamen præparatur voluntas à Domino; ab illo petendum est, ut tantum velimus, quantum sufficit, ut volendo faciamus.* En expressè, ubi distinguit

Tertia concluſ.

inter

inter velle efficaciter servare mandata, & inter illorum observationem sequutam ad velle. Postquæ immediatè subdit: *Certum est nos velle, cum volumus, sed ille facit, ut velimus, de quo dictum est. Deus est, qui operatur in nobis velle. Certum est nos facere, cum facimus, sed ille facit, ut faciamus præbendo vires efficaciſsimas voluntati.* Postquæ addit: *Cum dicit: faciam, ut faciatis; quid aliud dicit, nisi aufferam à vobis cordurum, unde non faciebatis; & dabo cor obediens, unde faciatis.* Nunc sic: Si M. P. loqueretur de gratia, per quam Deus facit, ut velimus, loqueretur etiam de gratia aufferente cordurum, unde *nolebamus*, & donante cor obediens; unde *volentes bonum* essemus. Atqui non sic loquitur; sed cum his vocibus: *Unde non faciebatis iuditia mea; & unde illa faciatis*: ergò loquitur de gratia ad actus præceptos imperatos ex velle efficaci. Quæ huic obstare valent §. ultim. adducentur. Ut autem dicta firmentur.

De hoc iterum §. ultim.

§. III.

Vera intelligentia testim. M. P.

23 PEr ly *præbendo vires efficaciſsimas intelligit M. Par. gratiam Dei cooperantem, quæ præveniendo facere, efficaciſsimè determinat voluntatem ad illud.* Hanc concluſ. ultra Rat. statuo propter Auth. M. Lemos, lib. 4. part. 1. tract. 8. cap. 8. à num. 120. ubi ait: *Se velle omnes advertere, quod M. Par. in prædictis verbis loquatur de gratia cooperante.* Cum ergò iste Sapient. Mag. in penetranda mente M. Par. circa efficaciam gratiæ sit inter Theologos sui, & nostri temporis nulli secundus, ideo libenter (manibus, & pedibus, ut inquiunt) in eius sententiam feror. Probat. Gratia operans iuxta Doctr. M. P. cap. sequenti est illa; per quam Deus operatur, ut velimus bonum, volitione, inquam, quæ sit prima in voluntate, & intentio finis, per quam incipit in nobis opus bonum: *cooperans vero est, per quam Deus facit, ut perficiamus rectam intentionem, ponendo media necessaria ad illius consequutionem. Sed M. Par. non loquitur de gratia, per quam Deus facit, ut velimus; sed de gratia, per quam Deus facit, ut faciamus; ut probatum relinquimus §. 2. à n. 13. siquidem de gratia, per quam Deus facit, ut velimus, egerat, & probaverat in verbis anteced. ex illo Paul. *Deus est, qui operatur in nobis velle*: ergò loquitur de gratia cooperante, per quam Deus facit, ut opere impleamus id, quod per prius efficaciter volumus. Confirm. hæc ratio. Magn. Par. cap. immediatè sequenti inferendo ex his, quæ in antecedenti docuerat, sic incipit: *Qui ergò* (nota illationem) *vult facere Dei mandatum, & non potest, iam quidem habet voluntatem, sed adhuc parvam, & invalidam; poterit autem; cum magnam habuerit, & robustam.* En iterum distinctionem inter velle facere Dei mandata, & ipsum facere. Sed quia velle facere, volitione etiam robusta, & facere, provenit à gratia Dei; asserit velle provenire nobis ex gratia Dei operante: facere autem, cum iam volumus, provenire ex gratia Dei cooperante; sic enim habet: *Ut velimus, operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens.* Ex quibus sic argum. Idem prorsus sunt hæc duo: *Deum facere, ut velimus, & facere, ut faciamus, ac ista duo: Deum operari, ut velimus, & operari, ut faciendo perficiamus, quod volumus*; sed in his verbis loquitur expresse de gratia operanti, & cooperanti, ut est evidens: ergò in verbis antecedentibus loquitur etiam de gratia operanti, & cooperanti; operanti, dum ait: *Sed ille facit, ut velimus: *cooperanti, dum ait: *ille facit, ut faciamus &c.**

Sic pro omnibus M Lem.

Probat.

* Sic etiam conf. 2. epist Pel. cap. 10.

Confirm.

Munia huius gratiæ cooperantis iuxta Doctr. D. Thom. 1. 2. 24
quæst. 111. art. 2. & 3. & quæst. 27. de verit. a. 5. ad 1. sunt plura. Primum est adiuvare voluntatem eam confirmando in recta intentione finis; item *præbere facultatem exterius operandi*: * in quo iuxta eundem quæst. 27. de verit. art. 5. ad 1. *intelligitur remotio impedientium operationem externam.* Et insuper ipsam movere, ut procedat ad electionem, & exequutionem

* Sic loq. S. Bern. loc. citato.

nem mediorum, quæ requiruntur, ut finem prævolitum consequatur. Quidquid igitur necessarium est post intentionem finis, ut primo effic. concepti ad hoc; ut talis finis in re habeatur, est effectus gratiæ cooperantis; sive illud sit actus externus, sive actus electionis, sive ipsa continuatio primæ intentionis. Unde quamvis huiusmodi gratia subsequatur ad velle, est tamen verè præveniens ad facere; cum respectu huius comparetur, ut causa, iuxta D. Thom. ubi supra. Nec solum est præveniens ad facere, sed etiam prædeterminans ad illud; cum iuxta eundem S. Doct. sit gratuita Dei motio adiuvans hominis voluntatem, eam interius confirmando in bono, ut ad actum perveniat. De quo plura dub. 3. Hinc constat talem gratiam non esse moraliter tantum influentem; cum sit efficacissima; nec esse operationem increatam Dei, aut actum voluntatis; cum sit gratuita Dei motio supponens pro priori rectam intentionem finis, & adiuvans ad illius continuationem, ut voluntas re ipsa faciat. Ex quibus omnibus infertur, quod dum Magn. Par. dicit: *Deus facit, ut faciamus præbendo vires efficacissimas voluntati*, voluit dicere: *Deus facit, ut faciamus, præbendo voluntati gratiam cooperantem, quæ est auxilium efficacissimum, reddens voluntatem omnino determinatam, ut faciat Dei mandata.*

§. IV.

Solvuntur aliquæ instantiæ.

25 Prima. ARgues 1. Gratia cooperans non præbet vires voluntati, ut faciat; cum supponat voluntatem, & actu intendentem finem, & cum potestate proxima ad elicientiam actuum, qui requiruntur pro consequutione finis: ergò per ly *dare vires* efficacissimas nequit intelligi gratia cooperans. Resp. 1. Resp. 1. Hoc argumentum probare per ly *vires* efficacissimas non intelligi volitionem efficacem finis; cum iuxta doctrinam M. Manso tom. 5. quæst. 5. num. 45. prope finem; imperium voluntatis non constituat libertatem voluntatis, ut obedientis, & exequentis, sed eam supponit potentem exequi, & obedire. Quod si iuxta Illust. Palanco ubi supra, dicatur volitionem efficacem præbere vires ad actus, qui imperantur ex illa, & dare posse ad elicienda opera difficilia; cum continuatio intentionis efficacis finis sit primus effectus gratiæ Dei cooperantis; ut docet D. Thom. esto hæc gratia cooperans non præbeat vires ad talem continuationem; secus tamen ad opera, quæ ex illa, ut continuata, imperantur. Si finis sit extrinsec. dat vires redundantes.

Respond. 2. Iuxta dicta supra, & alibi citata, ly *vires in Phrasi Magn. Par. idem significare, ac opitulationem, & subsidium efficacissimum præstitum voluntati in firmæ.* Unde ut Magn. Par. exprimeret Deum facere, ut faciamus, non tantum excitando, iubendo, & suadendo, ut asserebat Pelag. contra quem ibi ex professo agit; sed verè *effectivè*, & tanquam causa perficiens: usus est his vocibus: *Vires efficacissimas*; hoc est; non tantum per gratiam legis, atque doctrinæ; neque unicè *interius alliciendo, & suadendo, sed physicè immutando voluntatem, ut faciat, per veram subministrationem spiritus, & vigoris.* Ita SS. M. Lemos lib. 4. part. 2. tract. 4. cap. 16. num. 203. prope finem. Cur autem M. P. prædictas vires appellavit *efficacissimas*; cum sufficeret eas appellare efficaces. Videtur mihi in causa fuisse; quod cum in executione finis prævoliti, & in actibus pertinentibus ad lineam executivam, appareant plures difficultates, vel saltim plus urgeant, ac dum finis est prævolitus; & quanto maior est difficultas, requiratur maior gratia efficax; ideo usus est hac voce *efficacissima virtute* loquens de gratia cooperante, dum autem loquitur de gratia operanti, per quam facit, ut velimus; illam ommisit. Cui accedit in confirmat. huius Doctr. quod loquendo de vocatione, qua conversus est D. Paulus eam *efficacissimam* nominat; ob ingentem repugnantiam, & indurationem in corde illius. 26 2. Resp. Cuidam interrog. fit satis.

Ar-

27 Argues 2. M. Par. explicans ibidem, quomodo *Deus faciat ut faciamus*; asserit hoc facere *dando nobis*, (& non refert aliud) *cor carneum, unde faciamus, & aufferendo cor lapideum, unde non faciebamus.* Sed per cor *carneum* iuxta M.Par. intelligitur *cor obediens, & amans iustitiam*: ergò per vires efficaciſsimas non intelligitur gratia cooperans, ſed recta intentio, & ardens amor iuſtitiæ.

2. Instant.

Hæc inſtantia perit, ut ſenſum concluſionis amplius explicemus. Pro quo dicimus *donum gratiæ directè ſignificatum per ly *vires efficaciſsimas* eſſe cor novum, cor obediens, ſive voluntatem perfectam faciendi Dei mandata; ut conſtat ex ipſo M. Par. ſic ſe ipſum exponenti.* Si autem loquamur de illo dono, per quod Deus activè donat nobis prædictum cor obediens, quod faciat nos eius mandata facere; dicimus eſſe gratiam efficacem ab intrinſeco; tam operantem, quam cooperantem.* In primis per gratiam Dei dari nobis cor novum, & ſpiritum novum, ut faciamus mandata Dei; eſt adeo certum ſecundum fidem, ut M. Par. ſupra cap. 14. appellet *cœcum, & lapideum*, hoc eſt ſine ſenſu, *oppoſitum ſentientem.* Quod vero talis gratia ſit efficax ab intrinſeco: ſuadetur primo, quia eſt gratia, per quam Deus verè, & propriè operatur in nobis cor novum, ita ut per illam faciat ut, & nos faciamus cor novum, & ſpiritum novum: ita expreſſe M.Par. cap. 15. & probat ex illo Ezequiel, cap. 18. *Facite vobis cor novum, & ſpiritum novum.* Hac de cauſa pulchre interrogat, & interrog. Reſpond. *Quomodo dicit: Dabo vobis cor novum, & ſpiritum novum; qui dicit facite vobis cor novum? Niſi quia dat, quodiubet, cum adiuvat, ut faciat, cui iubet.* Sed gratia ſic faciens ut nos faciamus, eſt efficax ab intrinſeco, & non ex libito arbitrij; ut ſæpius probavimus;* & quia aliunde nos faceremus, ut gratia faceret in nobis cor novum: ergò.

Respond. triplici asserto.

2. Probat

Probat. 1.

* De grat. adiuvant. dub. 4. & 5.

28 Quod vero talis gratia ſit operans: Conſtat ex dictis dubio

3. Probat.

1. ubi ex M. Par. & Div. Thom. probavimus effectum illius eſſe bonam voluntatem, quæ ſe habet, ut actus interior, à quo alij actus imperãtur, ut voluntas opere perficiat, quod benè volendo ex gratia Dei incepit. Quod etiam ſit cooperans. Conſtat: Nam effectus primus huius gratiæ iuxta eoſdem SS. DD. eſt confirmare per continuationem voluntatem efficacem in bono intento; neque enim ſine tali continuatione exequetur finis intentus: ergò adhoc ut re ipſa faciamus Dei mandata accipiendo à Deo cor novum, cor obediens, & ſpiritum novum requiritur gratia cooperans. Rurſùs cum ex ſupra adductis ultra gratiam cooperantem ut confirmantem voluntatem in bono, & exterius facultatem benè operandi præſtando; ſit neceſſaria gratuita motio determinans, tum voluntatem ad actus; quibus adimplet præcepta; tum ad actus externos cadentes etiam ſub præcepto; manifeſtè ſequitur requiri diverſas gratias cooperantes licet moraliter in una grat. ut perfectè, & complete efficaci, contineantur. Hinc (non tè numerus perturbet, ſed gratia invitet, & illuſtret) Deus per gratiam operantem operatur in nobis *cor obediens, cor novum, & ſpiritum novum*, & aufert cordurum. Deindè per gratiam cooperantem confirmat, & conſervat *cor obediens*, ſive voluntatem in bono. Et tandem inſtante præcepto movet per gratiam cooperantem voluntatem, ut eliciat actus internos præceptos, & ſimul actus externos. Sicque re ipſa facit, ut faciamus præoperando omnes actus, quotquot in facere continentur.

Prob. eſſe cooper.

29 Arguitur 3. Iuxta Magn. Parent. non ſolum Deus dando nobis cor obediens facit, ut faciamus, ſed addit; *in his verbis faciam, ut faciatis.* Ezech. 36. *Nihil aliud importari.* Sic enim habet; cum dicit faciam &c. Quid aliud dicit. *niſi aufferam à vobis cor lapideum &c.* ergò unicum auxilium gratiæ, per quod facit Deus nos facere, eſt

3. Inſtant.

volitio efficax imperans facere. Resp. Similem instantiam fuisse à nobis propositam, & solutam dub. ant. num. 54. ubi diximus, quòd cum M. P. de Correct. & grat. cap. 8. asseruit *Christum Dominum non aliud rogasse pro fide Divi Petri, nisi ut haberet voluntatem invictissimam credendi*; per ly *aliud* non intendit excludere gratiam intrinsecam prædeterminantem ad velle; sed solum intendit finem orationis fuisse talem volitionem, & ad quam ordinatur motio prævia eius voluntatem applicans, & determinans, ut ad terminum ultimum divinæ operationis. Conformiter ad hæc Resp. Quod cum gratia cooperans sit motio de se ordinata ad confitmandam rectam intentionem voluntatis (aliter enim non imperabuntur ex illa reliqui actus) ideò dixit M. P. *Nihil aliud importare Deum facere ut faciamus, quam dare nobis cor obediens*: sed tamen adiutum, & confirmatum per gratiam cooperantem. Quia, & si talis gratia præveniat rectam intentionem ut confirmatam, & ab illa distiuguatur; respicit tamen ut finem proprium, & terminum, propter quem dispensatur, continuatiouem, & permanentiam volitionis efficacis præconceptæ.

Resp.

§. V.

Animadversio pro aliquibus, quæ dictis obstare videntur.

31 DIximus in anteced. Ill. Castell acriter contendere per ly *vires efficacissimas* intelligi gratiam prædeterminantem non solum ad facere, sed etiam ad velle liberum imperans alios actus spectantes ad facere. In cuius probationem addit, quod si oppositum teneatur, ex prædicto testim. non probabitur prædictam gratiam esse intrinsecam voluntati, ut tuentur Thom. contra M. Palanco agentes de gratia ab intrinseco efficaci, per quam Deus operatur in nobis velle. Sed venia tanti Doctor. cuius ingenio, claritate, atque eruditione (ut eius scripta indicant) Schola Thomistica illustrata maximè gloriatur; non adeò solidè in hoc puncto procedit, ut ab antea dictis recedere valeamus. Et quidem, ut supra vidimus, & fundavimus cum M. Lemos, constat per ly *vires efficacissimas* significari volitionem robustam, & efficacem faciendi mandata Dei, sive ut ait Magn. Par. *Cor novum, cor obediens, & Spiritum novum*, quem etiam iuxta eundem Sanct. Doct. iubemur nos facere, quod probat ex Ezech. test. cap. 18. Unde non est necesse ulteriorem addere probationem. Quapropter sequens assertum: *Vires efficacissimæ, quas Deus præbet voluntati nostræ, ut faciamus, sunt gratia prædeterminans, tum ad facere, tum etiam ad velle*, est falsum.

Dictum Ill. Castell.

1. Assertum est falsum.

Si autem cum omni distinctione loquatur, videlicet: *Deum has vires efficacissimas præbere voluntati, ut faciat eius mandata.* Et sub hac expresione inquiratur, An in illa contineatur gratia prædeterminans per quam Deus præbeat voluntati, efficiatque in illa prædictas vires? Respond. talem gratiam contineri. Assumptum probatur ex Magn. Par. cap. 14. eiusdem libri, ubi præcipuè incipit impugnare Pelag. & fœliciter prosequitur usque ad caput 18. ibi enim probat ex Ezech. cap. 18. & 36. *Deum per gratiam suam nobis datam, & quam propter nomen suum largitur*, dare cor robustum, & spiritum novum, auferreque cor lapideum, ut homines faciant Dei mandata. Sic enim ait: *Quis ita sit cæcus, ut non videat istam gratiam non dari secundum merita bonæ voluntatis.* Et propè finem: *Cum ergo ipse semper sit sanctus; sanctificatur tamen in eis, quibus largitur gratiam suam, auferendo ab eis cor lapideum.* Et cap. 15. ubi adducit testimon. eiusdem Proph. *Per gratiam Dei fit, ut homo sit bonæ voluntatis, qui prius fuit malæ voluntatis. Per hanc etiam fit, ut voluntas bona, quæ iam esse cæpit, augeatur, etiam magna fiat, ut possit implere divina mandata.* Sed iuxta Thom.

32 Alter sensus testim. M. P.

Probatur

hoc

hoc non fit à Deo, nisi præbeat gratiam ab intrinseco efficacem : ergò in hoc quòd est Deum præbere nobis vires efficacissimas, hoc est cor novum, cor obediens, ut faciamus Dei mandata; continetur gratia ab intrinseco efficax, non quæ sit vis efficacissima : sed per quam Deus has vires præbeat, & faciat. Res fit clara sequenti exemplo. Velle efficax, quòd Deus operatur in nobis, ut velimus, non est gratia prædeterminans, nec hæc continetur in illo; attamen Deũ operari in nobis velle: prædictam gratiam, per quam illud operatur in nobis, actu dicit, & complectitur : igitur aliud sunt *vires &c.* præstitæ; aliud vero superaddit, hoc quod est, *Deum gratia sua eas præbere.*

Aliud est donum, quòd Deus facit, ut faciamus; aliud gratia, qua hoc facit.

33 Explicat.

Nec solum in dicta propositione continetur gratia ab intrinseco efficax, per quam Deus præbet voluntati vires efficacissimas, hoc est cor novum, voluntatem robustam, & perfectam charitatem, quæ propriè dicitur gratia operans iuxta dicta dub. 1. & 2. sed etiam continetur gratia ab inttinseco efficax, quæ est cooperans. Ratio est : quia cor novum, & obediens à nobis etiam liberè factum, & cadens sub præcepto, ut ait Magn. Par. licet quoad primum sui esse sit effectus gratiæ operantis; ut confirmatum, & continuatum, & insuper, ut in actu 2. movens ad actus exteriores, est effectus gratiæ cooperantis : ut expresse docet Sanct. Par. & Angel. Doct. ubi supra. Aliter enim tale cor obediens non est virtus efficacissima ad facere, nec per illud fit, *ut homo invictissimè velit bonum, & invictissimè nolit illud deserere*, ut loquitur Sanct. Par. de Corrept. & grat. cap. 12. in fine. Atqui gratia cooperans, etiam qua talis, est ab intrinseco efficax, & adiutorium præveniens ad effectus recensitos, ut probatum relinquimus : ergò in his vocibus Mag. Par.* Deus præbet volũtati, ut faciat, vires efficacissimas,* continetur iuxta nostrum modum dicendi gratia intrinsecè efficax; non una tantum, sed in plures distributa.

Si dicas 1. cum prædict. Illust. Hæc non sufficere pro Thomist. sentent. sed ultra requiri probare esse gratiam intrinsecam voluntati, & non in actione Dei increata consistentem, ut vult Mag. Palanco. Resp. In contextu testimon. Sanct. Par. hoc etiam probari : Nam si vires efficacissimæ ad faciendum Dei mandata; hoc est *cor novum, obediens*, ut faciamus; provenit à gratia Dei, quam Deus dat nobis, & quam largitur nobis, ut auferat cor lapideum, ut loquitur Sanct. Par. in anteced. relatus, rectè probatur esse intrinsecã voluntati, & non in actione Dei increata consistere. Quòd enim nobis datur à Deo, & ab ipso largitur, est quid intrinsecum, & à Deo ut effectus proveniens. Quid enim addit *præbere* supra *largiri gratiam, eamque dare*: ut primum requirat eam esse intrinsecè inhærentem; non vero secundum? Si dicas 2. Hæc adhuc non sufficere; sed requiri ulterius probare in his verbis *vires efficacissimæ* contineri gratiam intrinsecam ad velle; ut contendunt Thomist.

34 Instab. 1. Respond. Instab. 2.

Resp. Gratiam prædeterminantem ad velle consistere in motione prævia intrinseca voluntati; probari à Thomist. Tùm Author. Magn. Par. & Doct. Angel. pluribus in locis : Tum etiam efficacissimis rationibus, quas proposuimus tractatu anteced. dub. 8. & sequent. De hoc enim puncto parum exagitatum est à nostris AA. usque ad hæc tempora, in quorum suffragium ex proprijs plura addidimus. Quid ergò obest, ut ex illis verbis *præbet vires efficacissimas* non probetur gratiam operantem velle consistere in motione prævia intrinseca distincta à Dei actione, & ipso velle; si aliunde satis abundè, solidèque probatur? Rursus. Aliud est Deum gratia sua præbere vires efficacissimas: aliud sunt ipsæ vires : cum ergò in primo contineatur gratia operans, & cooperans eas efficacissimas reddens iuxta superius dicta, salvatur quod prębentur vires, & etiam maxima efficacia virium: ergò si iuxta Adv. ly *præbere vires &c.* dicit gratiam intrinsecam; hęc eadem continetur in test. ut à nobis exponitur.

35 Respond.

36 Ad ea, quæ in ſui fav. adducit Reſp.

Ex his conſtat ad ea, quæ ibidem obijcit. Non enim dixit Mag. Par. *Deum facere ut faciamus &c.* præciſè ob difficultatem in obſervantia mandatorum; ſed quia hæc per ſe fieri nequeunt niſi præcedente voluntate efficaci, robuſta, quam appellat cor novum, obediens, & ſpiritum novum imperantē obſervationem. Et licet illa etiam ſit difficilis, non requirit aliam volitionem reflexam illam imperantem, ut eſt de ſe certum. Sicuti eſt certum non debere præcedere aliam formationem novi cordis, ut illud & nos faciamus. Nec item obſtat diſplicentiam peccati cadere etiam ſub præcepto. Nam hæc ponitur ibi in textu Ezech. ut effectus imperatus ex intentione efficaci obſervandi mandata. Etenim etiam nobis præcipitur, ut faciamus nobis cor novum, & ſpiritum uovum; ut probat Mag. Par. cap. 15. & tamen non licet inferre, ut faciamus hoc mandatum debere præcedere aliam formationem novi cordis.

37 Nota.

Ne autem ob latè dicta aliqua confuſio legentibus ingeratur: placet illa breviter explicata tradere. Sermo enim poteſt fieri, vel de hoc *quod eſt Deum præbere voluntati vires efficaciſsimas*; vel ſolum *de viribus efficaciſsim. præſtitis voluntati*. De 1. dicimus per illud ſignificari gratiam efficacem, per quam Deus præbet, ſive efficit tales vires. Et quia huiuſmodi vires præſtitę ſunt volitio efficax, & robuſta; in eiſdem continetur gratia efficax donans talem volitionem; quæ poteſt dici gratia operans diſpenſata ad 1. eſſe illius. Si autem ſermo ſit de 2. dicimus per ly *vires* ſignificari volitionem fortem, & robuſtam ut continuatam; & quia hæc nequit dici efficaciſsima niſi continuata per gratiam cooperantem, ideò in eis talis gratia comprehenditur. Unde diſcrimen in hoc modo nicendi præ alio immediatè adducto conſiſtit in eo quòd iuxta illū *in viribus efficaciſsimis præſtitis* continetur prima gratia ab intrinſeco efficax, quæ ſunt velle; in noſtro autem continetur in ly *præbere* utique per gratiam operantem; *& in viribus efficaciſsimis* continetur gratia cooperans, quæ eſt predetarminans ad facere. Et illas conſiſtentes in volitione forti reddit efficacisimas.

Et hæc de hoc dub. applicand. litteræ Magiſtr. ubi præced.

TRAC-

TRACTATVS
DE POTENTIA GRATIÆ IUXTA SENSUM M. P.
DUBIUM I.
AN GRATIA, QVAM DEVS OCculté humanis cordibus infundit eorum duritiam auferendo, sit gratia ab intrinseco efficax iuxta sensum M. P?

N. 1. MAg.P.lib.de Præd. SS.c.8.postquam varijs testim.S. Script. probavit fidem Christianam esse donum gratiæ Dei; neminemque venire ad Christum, *nisi audierit, & didicerit à Patre*, ut dicitur Ioan.c.6.(in quibus verbis expressè docetur, credere in Christum esse opus gratiæ Dei) sic subdit: *Gratia ista secreta est: gratiâ vero esse; quis ambigat?* Hæc itaque gratia, *quæ occultè humanis cordibus divina largitate tribuitur, à nullo duro corde respuitur. Ideò quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur.* Hæc verba, quæ divinæ gratiæ potentiam, efficaciam, & energiâ mirificè exprimunt; iure petunt, ut mentem M.P. exponamus. Quod non aliter fiet, nisi comperiamus, de qua gratia loquatur: *An de gratia sanct. cogit. & affect. moraliter inspiranti; An vero de gratia physicè immutanti corda hominũ, & per efficaciam ipsi intrinsecam donante venire ad Christum, credendo in ipsum?*

In margine sic habet: Divinæ gratiæ potentia, & energ.

Assumpt. Theologis cognum.

§. I.
Quædam expositio præf. testim. reijcitur.

SAp.M.Manso N.Univ.Theol.Moder.tom.2.cuius titulus est *Augustinus gratiæ vindex*, q. 8.postquam stabilivit ante gratiam prædeterminantem ad 1.velle liberum, dari consensum quendam purè negativum à voluntate cum sola vocatione morali provenientem, & qui est 1.usus auxilij sufficiens: cũ §.4. sibi opponeret prædictum testimonium, in quo videtur duritiam cordis solum per gratiam efficacem ab excitanti distinctam auferri, proindequè nullum dari cõsensum ante illam. *Resp. Dividendo grat.(quam inconiuncto appellat *Physico moralem*) in duas gratias iuxta

2

* Solut. 2.

Doctr.Trid. in excitantem, quæ moralis est; & constituitur per vocationem sanctam;& in adiuvantem ; quæ physica est , & efficax ab intrinseco, effectivaq nostri velle.Supp.hac dist. dicit P.Aug. debere intelligi de gratia sanctæ vocationis; & non de gratia physicè prædetermin. quia iuxta Trid. vocatio sancta sola est , quæ invenit voluntatem contrad.&ideo sola est , quæ consensu negat. *primitus* aufert duritiam cordis.

3 Plura(Deo volente)dicemus alibi contra huiusmodi consensum negativum ; unde pro præsenti instituto pauca proponã insistendo M.P. test. probãdo non loqui de tali consensu; proindequè nec de gratia,ut moraliter tantum influenti. Primo sic.Gratia,de qua asserit M. P. primitus auferre duritiam cordis nostri,est iuxta ipsum gratia illa , per quam quis audit,& didicit àPatre. Sed huiusmodi gratia est,per quã causat consensum positivum voluntatis ad credendum in Christum: ergò gratia, de qua loquitur M.P.non est gratia moralis,& habens pro effectu consensum purè negativum. Mai.est innegabilis; cum ante verba relata sic prȩmittat: *Multos videmus venire adChristum,sed ubi, & quomodo audierint ; & didicerint, non videmus.Gratia ista secreta est; hæc itaque gratia,quæ occultè &c.* Min.vero prob. 1. ex D.Th.S.P.fidelissimo Discip.sup.Ioann.6. lect.5. ubi affirmat in verbisIoann.duo poni:*Unum, scilicèt,quod pertinet ad donumDei;cum dicit : Audivit ,scilicèt , Deo revelante; aliud,quod pertinet ad liberum arbitriũ;* cum dicit: *Et didicit,scilicèt,per assensum: & ista duo necessaria sunt in omni doctrina fidei*: ergò. Sed ne violenter exponaturD.Thom.de assensu,vel de consensu purè negativo , oportet ea, quæ ibi addit S.D.referre: *Tripliciter enim*(inquit)*homo venit adChristum*; 1. *per fidei cognitionẽ*,2.*per affectum amoris*, 3 *per operis imitationem. Et ad hæc omnia oportet, quod homo audiat,& discat àDeo; cum non solum sit M.qui nos docet,ut credamus; sed etiam, ut diligamus,& rectè operemur. Qui ergò addiscendo venit ad Christum per fidei cognitionem,oportet audire Deum loquentem, & addiscere per affectum præbendo assensum,ut dictũ est. Qui venit adChristum per amoris affectum,debet addiscere capiẽdoVerbumDei cum fervore amoris. Qui tandem venit adChristum per operis imitationem , oportet, quod addiscat capiendo perfectè verbaDei per rectam operationem.* Ex quibus omnibus constat iuxtaDoctr.S.D. hominẽ addiscere à Deo importare, vel affectum liberũ credendiDeo revelanti;vel fervorem amoris , vel tandem se exercere per rectitudinem operationum. Sed hæc verba: *Assensus liber,& affectus ad credendũ&c.de se significant aliquid positivum*:ergò hominẽ addiscereàPat.&c.

Nec solum loco citato exponit S. 4
D. hominem addiscere àDeo importare affectum credendi, & assensum, per quem liberè credit;verum etiam alijs in locis, ubi versat eadem verba Ioann.id ipsum expresse afirmat.Etenim in 1.2.q.113.a.3.in arg.sed cont. probat requiri motum lib.arb.ad iustificationem seq.discursu. Ioan.6.dicitur.*Omnis,qui audit à Patre,& didicit,venit ad me ; sed discere non est sine motu lib. arb. addiscens enim consentit docenti:ergò ad iustificationẽ requiritur motus lib.arb.* Et 2.2.q.2.art.3.probat necessitatem fidei in homine ad consequut.Beat.hoc modo: *Nequit homo pervenire ad Beatit. nisi addiscat à Deo Doctore:sed homo addiscit à Deo, fitquè particeps disciplinę Dei credendo:ergò homo indiget credere ad beat. consequutionem.* Rursùs: *Addiscere àDeo* iuxta D. Th.sup.Ioan.ubi supra *est capere Verbum Dei*: Si autem verbum Dei excitat,ut credamus,non capitur ànobis, nisi credendo;quemadmodum,si nos vocat, ut diligamus, non suscipitur à nobis nisi diligendo. Ratio etiam id ipsum convincit:qui enim addiscit à Deo, fitDiscipulusDei,&in eiusScho la(quę iuxtaM.P.ubi supra,valdè remota est à sensibus carnis)Cœlestem Doct.aure percipit,& corde suscipit.

Roborat. alijs test. S.Doct.

Christus habetCathed. in Cœlis, & Scholam in terris iuxtaAugust.

Schola Christi.

Hinc satis constat ; (si dicta 5
sincerè, & non contentiosè, pensentur;) *addiscere* àDeo,ut CœlestiMag. vel *ut credamus* , vel *ut ipsum diligamus* , vel *ut per opera studiosa proficiamus* ; dicere actus liberos positivos ex parte nostra iuxta diversitatem Doctrinæ ; quam nobis Deus proponit. Unde asserere hominem per puram non resistẽtiam vocationi Dei,sive per purũ nihil, quod est ca-

Quis sit Discipul. Christi: iuxta D. Thom.

rens

1.Impugnat.

Min.probat. 1. ex D.Thom

Confirm. ex eodem

rentia alterius purè nihili *addiscere à Patre, & suscipere in se Verbum Dei* superni Magistri, fieri *què discipulum* eius, videtur prorsus alienum à D. Th. qui tam exactè penetravit, quid sit *addiscere* à Spiritu Sancto, quem, ut testatur S. Vincentius habuit à pueritia sua, ut Magistrum. Sed placet premere illud S.D. *Qui enim addiscit à Deo, capit Verbum Dei*; ut appareat consonantia suæ Doctrinæ cum Sacris litteris, & insuper constet *addiscere* à Deo revelante nihil aliud esse, quam in ipsum credere. D. Paul. ad Thes. 2. agens gratias Deo pro illorum fide, sic loquitur: *Quoniam cum accepissetis Verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed ut Verbum Dei.* En quod D. Th. appellat *capere Verbum* Dei, & de quo affirmat significare actum credendi; D. Paulus appellat suscipere *ipsum Verbum* credendo illud. Hoc idem suadetur ex illo Marc. 4. *Hi sunt qui audiunt Verbum, & suscipiunt, & fructificant.* Sufficiat pro pluribus illud Ioannis 1. *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis &c.* super quem ait ibi S. Doct. *Ut ergò ostendat, quid est recipere Christum, subiungit: his qui credunt in nomine eius: quasi dicat: hoc est recipere eum, in eum credere; quia per Fidem Christus inhabitat in cordibus nostris.* In idem evidenter facit illud Ioannis 3. *Testimonium eius nemo accipit; qui autem acceperit testimonium eius, signavit, quia Deus verax est*: Ubi hæc habet S. Doct. *Accipere eius testimonium est credere in Deum.* Hic obiter advertendum parum solidè contendere Mag. Manso suum consensum negativum contineri in illis verbis Trident. sess. 6. cap. 5. *Inspirationem illam recipiens &c.* cum iuxta immediatè adducta *recipere Verbum Dei, eiusque revelationem; sit in ipsum credere; proindequè recipere Dei inspirationem excitantem nos ad pœnitentiam, & dilectionem, erit pœnitere, & Deum super omnia diligere.*

Doctrin. Angel. D est eruta ex testim. Sac. Scriptur.

Contra consensû negativ.

6 Satis solidè (meo videri) manet probatum hominem addiscere à Deo importare consensum positivum; & non puram negationem dissensus etiam negativi. Sed ad maius robur Doctr. traditæ placet eam confirmare Author. sui Mag. scilicèt, M. Par. ex his quæ docet cap. citato triplici discursu. Primo sic. Gratia, per quam Deus aufert duritiam cordis, est gratia illa per quam homo audit, & addiscit à Patre, ut asserit expresse M. Par. sed huiusmodi gratia est illa per quam homo credit in Christum: ergò gratia auferens duritiam cordis est gratia non tantum moraliter influens causando consensum negativum, sed gratia effectiva, & physicè operans velle, & credere. Prob. min. Gratia illa est, per quam homo venit ad Christum; ut constat ex Ioann. 6. *Omnis qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me.* Sed gratia per quam homo venit ad Christum, est gratia faciens hominem credere in illum; id attestante M. P. per hæc verba: *Quid est ad me venire, nisi credere in me?* ergò. 2. Hominem audire, & addiscere à Patre, nihil aliud est, quam accipere donum, quo credat in Christum; sed hominem habere à Deo gratiam tantum excitantem, & insuper consensum purè negativum, non est accipere à Deo donum, quo credant in Christum, nisi tantum remotè: ergò hominem audire, & discere à Patre, non dicit præcisse gratiam moralem, & consensum purè negativum illi præstitum. Maior est expresse tradita ibi à M.P. sic aiente: *Ergò audire, ac discere à Patre, ut veniat ad Christum, nihil aliud est, quam donum accipere à Patre, quo credat in Christum.* Quodnam autem sit hoc donum, postea explicat dicens: *Fides igitur inchoata, & perfecta Dei donum est.* Et item: *Quid est ad me venire; nisi credere in me?*

2. Prob. minor ex M.P.

Primo.

Secundo.

7 3. & principaliter. Gratia, per quã Deus aufert duritiam cordis iuxta M. P. est gratia illa, de qua dicitur Ezech. 11. v. 19. *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum*, ut est evid. sic enim subdit: *Quando ergò Pater intus auditur, & docet, ut veniatur ad Filium; aufert cor lapideum &c. sicut Propheta prædicante promisit.* Sed talis gratia non est tantum moraliter alliciens, multoque minus est gratia causans consensum purè negativum: ergò gratia auferens duritiam cordis &c. Minor constat 1. Nam

Tertio.

gratia auferens cor lapideum, & dans cor carneum, est iuxta M.P. lib. de Grat. & lib. arb. cap. 16. *Gratia donans nobis cor obediens, unde mandata Dei faciamus.* Imò iuxta eundem S. P. ibidem: *Est gratia præbens vires efficaciſsimas* voluntati: de quo plura Dub. præced. Sed gratia donans nobis cor obediens, ut faciamus Dei mandata, & vires efficaciſsimas, ut faciamus, dum inſtat præceptum, eſt gratia non *purè moraliter* influens, & habens pro effectu conſenſumpurè negativum: Ut tuetur Adv. & de ſe cõſtat: ergò 2. ex hoc ipſo arguendo ad hominem contra prædictum Mag. ſiquidem, ut vidimus Dub. antecedenti, illa verba M. Par. de lib. arb. cap. 16. *Deus facit, ut faciamus præbendo &c.* Explicat de volitione efficaci, & robuſta imperanti facere; in illa enim reſidet vis efficaciſsima, per quam Deus facit, ut faciamus, id quod per prius efficaciter volumus. Sed gratia, per quam Deus præbendo vires efficaciſsimas facit, ut faciamus eſt iuxta M. Par. gratia deſcripta ab Ezech. illis verbis *aufferam cor lapideum, & dabo vobis* cor carneum; ut eſt evidens legenti ipſum: ergò ſi hæc eadem eſt gratia, de qua in præſenti aſſerit S. P. auferre *primitus duritiam cordis*; utpotè citans eundem textum Ezech. nequit, niſi aperta in conſeq. & oppoſitione cum M.P. accipi pro gratia morali, & cuius effectus ſit conſenſus purè negativus.

§. II.

Reijcitur 2. & quædam ſolutio impugnatur.

8 EAtenus gratia purè moralis auferret duritiam cordis, ut ait M. Par. quatenùs ex illa pro priori ad gratiam adiuvantem provenit in voluntate conſenſus negativus; ſed totum hoc eſt prorſus inſufficiens ad auferendum duritiam cordis: ergò. Probat. min. 1. Tunc aufertur à nobis duritia cordis, quando aufertur cor lapideum, & datur nobis cor carneum, cor novum & ſpiritus novus, ut dicitur Ezech. 36. ſed ex vi conſenſus negativi non datur nobis cor carneum &c. cum huiuſmodi cor iuxta M. Par. de Grat. & liber. arbit. cap. 16. ſit *cor obediens efficaciter* imperans obſervationem mandatorum Dei: ergò. 2. Dicere hominem per purum nihil accipere à Deo *cor novum liberum, & ſpiritum novum*, eſt impropriſsimè dictum, maximè in re gravi Theologica. 3. Duritia cordis ad credendum (de qua ibi expreſſe loquitur S. Auguſt.) eſt obſtinatio voluntatis repugnantis fidei; ſed huiuſmodi obſtinatio non aufertur, uſque dum voluntas velit efficaciter, & poſitivè conſentire fidei, ut eſt de ſe certum: ergò. Explicatur: Conſenſus negativus eſt pura carentia reſiſtentiæ; duritia vero eſt poſitiva reſiſtentia, & peccatum infidelitatis; ſed hæc non aufertur, niſi poſitivè volendo credere: ergò nec talis duritia. Unde eſto talis conſenſus negativus non addat duritiam in voluntate; non tamen expellit duritiam, quam in ipſa invenit; tum propter dicta; tum quia duritia aufertur per mollificationem, & obedientiam cordis; quemadmodum duritia ad pœnitendum (de qua Paulus ad Rom. 2.) aufertur per contritionem; cuius proprium munus, etiam attenta vocis ſignificatione, eſt auferre duritiam voluntatis, eam quaſi in partes dividendo, ut notat S. Doct. in 4. diſt. 17. quæſt. 2. art. 1. quæſt. 1. 4. & urgent. Ablatio cordis lapidei, & donatio cordis carnei per gratiam Dei contenta in textu Ezech. Eſt iuxta M. Par. ad quam Nos ex præcepto tenemur, & quam Deus iubet nobis, ut faciamus: Sed hæc conſiſtit in bona voluntate, & ita magna, ut poſsit implere Dei mandata, ſive ſint circa fidem, ſive circa dilect. quæ omnia non habentur niſi per gratiam Dei adiuvantem: ergò de hac gratia &c. Conſeq. patet: Et præmiſſæ ſunt M. Par. de Grat. & lib. arb. cap. 15. *Meminerimus Deum dicere: dabo vobis cor novum, & ſpiritum novum; qui dicit: facite vobis cor novum, & ſpiritum novum. Quare iubet; ſi ipſe daturus eſt? Niſi: quia dat, quod iubet; cum adiuvat, ut faciat.*

2. Impugnat. præd. expoſit.

Probat. min. 1.

Secundo.

Tertio.

Explicat.

Quarto.

Prob S P ex Pſalm. 94. Nolite &c.

ciat, cui iubet. Et infra: *Per gratiam Dei voluntas bona, quæ iam cæpit, augetur, & sit tam magna, ut possit implere Divina mandata. Sic quippè adiuvatur, ut faciat, quod iubetur.*

9 Dices: Hæc omnia solum probare duritiam cordis, & omnem voluntatem pravam auferri perfectè complete, sive immed. per bonam, & obedientem voluntatem, quæ est effectus gratiæ adiuvantis; cum prædictæ voluntates sint oppositæ inter se contrarietate formali immediata. Cum hoc tamen rectè cohæret duritiam cordis auferri per gratiam purè moralem, & per consensum negativum ex illa provenientem, dispositivè, & mediatè. S. P. non loquitur de ablatione duritiæ in primo sensu accepta, sed in secundo, ut patet ex illa particula *primitus*, quæ idem significat, *ac per prius*. Nam etsi utraque gratia sit necessaria, ut duritia excludatur à voluntate; præcedit tamen gratia sanctæ vocationis gratiam adiuvantem, & similiter consensus negativus volitionem bonam positivam. Hæc solutio deficit 1. Quia eodem motivo, imo potiori, potest dici M.P. ibi loqui solùm de motibus bitis illuminationis, & affectionis: & hanc esse gratiam edoctam ibi à M. Par. quod quis credet? Sequela probat. Nam si sermo sit de his, quę disponunt ad auferendam duritiam cordis, ante gratiam sanctæ vocationis, ut causantem consensum liberum negativum, præcedunt motus subiti supernaturales, & cœlestes delectationes; quæ titulo actus positivi verius disponunt voluntatem ad volitionem liberam positivam excludentem formaliter cordis duritiam. 2. Nam eo affirmat *solam gratiam sanctæ vocationis auferre primitus duritiam cordis, quia sola illa invenit voluntatem contradicentem, & nolentem*: Ex quo rectè deducitur gratiam adiuvantem iuxta ipsum M. non invenire voluntatem hoc modo affectam. Igitur per solam gratiam vocationis excluditur adæquatè duritia cordis, & non tantum dispositivè.

Respond.

Reijcit. 1.

10 Deindè probo M. Par. non loqui de gratia tantum dispositivè auferente duritiam cordis: quare esto solut. veram Doctr. contineret, non est ad propositum præs. quæst. 1. Quia sequeretur illum omisisse pręcipuam gratiam, illam, scilicèt, quæ immediatè causat rectitudinem volitionis, à qua formaliter duritia cordis excluditur: unde non possemus ex verbis illius scire, à qua gratia Dei proveniat cor hominis fieri obediens Deo, & ad illum veniat per fidem. 2. Quia loquitur de gratia illa, per quam homo *trahitur à Patre, audit, & addiscit à Patre; & de gratia, per quam homo fit filius promissionis, & vas misericordiæ*; ita ibi: quæ omnia proprijssimè verificantur de gratia adiuvante, & in rè causante obedientiam in voluntate, & non solum aliquam dispositionem purè negativam ad illam. 3. Quia loquitur de gratia, *quam Deus occultè sua largitate humanis cordibus infundit, & à nullo duro corde respuitur*; sed gratia tantum moraliter influens suadendo, & alliciẽdo hac pręrogativa non gaudet; cum sępè ab homine respuatur: ergò. His accedit quod, ut communiter advertunt nostri AA. gratia moraliter suadens, & alliciens, non est gratia occulta, atque secreta cordibus humanis infussa; cum enim in sancta cogitatione, & affectione consistat; cadit sub experientia: qua de causa eam contraponit S. Prosper. gratiæ, qua Deus interius operatur in nobis: sic enim ait: *Non hæc consilio tantum, hortatuque benigno, suadens, atque docens, quasi normam legis habeat, gratia facit; sed intus mentem mutans, atque reformans &c.*

Reijc. 2. quia non

est ad mẽtem M.P.

Secundo.

Tertio.

11 4. Et, ni fallor, efficacissimè, ex sublimi, mirabilique Doctr. M. P. de Gratia Christi, cap. 13. & 14. ubi agit, & ponit duplicem modum, quo Deus docet hominem. 1. Ostendendo tantum veritatem, & donando scire, quod faciat. 2. Ita, ut non tantum ostendat veritatem, sed etiam impertiat charitatem donando, & quid agant scire, & quod sciunt agere. Isto 2. modo omnes secundum propositum Dei vocati, sunt docibiles Dei, ut scriptum est in Prophetis. Qui autem 1. modo docentur à Deo, solum docentur secund. legem, non secundum spiritum. Hinc subdit eum, qui

Quarto.

Mirab. Doctr. M. Par. scitu dignissima.

qui novit, quod debet fieri, & non facit, non addiscere à Deo secundum gratiam, sed secundum legem: non secundum spiritum, sed secundum litteram. Quisquis enim discit secundum spiritum, agit omnino, quidquid agendum didicerit. De hoc 2. modo docendi ex parte Dei, & addiscendi ex parte hominis ait S. P. cap. 14. dicitur Ioannis 6. *Omnis, qui audivit à Patre meo, & didicit*, venit ad me. *Quapropter, quisquis non venit, profectò nec didicit.*

12 Quam Doctr. sic amplificat M. Par. *Ac per hoc, quando Deus docet non per legis litteram, sed per spiritus gratiam; ita docet ut, quod quisque didicerit, non tantum cognoscendo videat; sed etiam volendo appetat, agendoque perficiat, & isto divino docēdi modo etiam ipsa voluntas, & operatio, non sola volendi, & operandi possibilitas adiuvatur.** Omnis enim, qui didicit à Patre, non solum potest *venire, sed venit; ubi iam, & possibilitatis profectus, & voluntatis affectus, & actionis effectus est.* En prostrarum errorem Pelagij concedentis solum adiutorium *possibilitatis* esse à Deo, non autem requiri ulterius adiutorium *voluntatis, & actionis.* Si autem quæras: An gratia qua Deus modo dicto adiuvat liberum arbitrium, & per quam hominem divinitus docet; possit dici Doctrina? Respond. M. Par. cap. 13. in princip. *Hæc gratia, si doctrina dicenda est, certè sic dicatur, ut altius, & interius eam Deus cum ineffabili suavitate credatur infundere.* Quo nihil efficacius, ut gratia, qua Deus efficaciter donat nobis velle, & est adiutorium voluntatis; sit quid intrinsecum, & à Deo effectivè proveniens.*

Prosequitur.

Cuidam interrog. Respond. M. Par.

* Nota obiter, ut gratia adiuvans nō sit actio Dei.

13 Hac ergò Catholica Doctrina prælucente, redeamus ad testim. M. Par. in epigraphe dubij positum. Nemo dubitare valet mirabilem consonantiam, vel potius identitatem. Doctrinę hic, & ibi traditæ: sicuti ex eodem textu Evang. Ioannis S.P. probare fidem, qua venitur ad Filium, esse ex gratia Dei; nec aliud esse addiscere à Patre, & venire ad Filium, quam in ipsum credere. Nec pariter dub. licet in testim. in præs. relato describi ab ipso Scholam Patris à sensibus carnis valdè remotam, eiusque Divinum Magisterium, in quo addiscunt, & proficiunt, quos Pater intus docet per suam gratiam: de qua Schola agit etiam loco citato de Præd. SS. *Qui enim non credunt* (etsi vocati) inquit S. P. *intus non audiunt, neque discunt*: hoc est, *istis non datur, ut credant*, ita ibi. Nunc arguo sic. Gratia, quæ occultè humanis cordibus divina largitate tribuitur &c. est illa gratia iuxta S. P. per quam quis audit à Patre, & didicit, & venit ad Filium; sed hæc gratia est iuxta eundem S. P. gratia, quæ est adiutorium voluntatis, & actionis: ergò gratia de qua loquitur M. P. &c. Maior est certa; nam postquam dixit *per gratiam Dei hominem addiscere à Patre, & credere*; subdit: *Hæc itaque gratia, quæ occultè &c.*

Formatus impugn.

Omnia sunt M.P.

Minor autem, esto constet ex antea dictis cap. 13. & 14. de Gratia Christi, sic prob. Gratia per quam homo *audit*, & discit à Patre, est gratia, per quam fit, *ut quod quisque discit, omninò facit*; & per quam, *non tantum cognoscendo videat, sed etiam volendo appetat, agendoque perficiat*; & per quam; *non possibilitas, sed ipsa voluntas, & operatio adiuvatur*: sed hæc est gratia efficax adiuvans, & donans positivè bonam voluntatem, fidem, & rectam operationem: ergò. Aliter prob. min. Gratia secundum quam homo discit à Patre, & venit ad Filium, est gratia, per quam *Deus docet hominem divinitus; secundum spiritum, non secundum litteram*; sed per huiusmodi gratiam *Deus iuxta M. P. donat homini bonam voluntatem operationem, fidem &c.* ergò gratia secundum quam homo *audit, & discit* à Patre est gratia efficax habens pro effectu, & bonam voluntatem, fidem, & operationem. Ubi rogo in tota hac Doctr. M. Par. continetur per gratiam ibi edoctam, & terminum illius; gratia purè moraliter alliciens; & cuius terminus sit consensus purè negativus disponens negativè ad fidem, & bonam voluntatem? Quæ omnia iuxta M. citatum

Alitèr Prob. min.

Præmissæ sunt M.P.

Consonant. ad alibi dicta

pro-

proveniat ab ulteriori gratia *effectiva*, & adiuvante *ut quo*.

§. III.

Etsi gratia, de qua in præs. sit gratia vocationis ad fidem, nihil favet expositioni traditæ.

13 Motivum in favoré proponit. per recur. ad aliatestim

CUm sit certum gratiam, per quam Deus donat fidem, de qua dicitur à nullo duro corde respui; esse gratiam vocationis; & sub hoc nomine alibi probet M.P. ab illa provenire initium, & augmentum fidei; ut videre est quæst. 2. ad Simplic. & epist. 107. ad Vitalem. & de Prædest. SS. cap. 16. & 19. manifestè sequitur ob identitatem Doctrinæ, eandem intelligentiam debere omnibus testim. de hoc agentibus adscribi. Hoc suppositio nihil certius apud M. Par. quam fidem, ideo esse donum Dei, quia nisi adsit vocatio nequit homo credere. Cum ergò vocatio consistat in sancta cogitatione, & inspiratione propriori ad gratiam adiuvantem; per hanc gratiam verificatur Deum nobis donare fidem: ideòque dum in præsenti testimon. hanc eandem gratiam docet à nullo duro corde respui, & per illam primitus duritiam cordis auferri; solum loquitur de gratia excitanti, quæ dispositivè aufert duritiam cordis, & moraliter influit in consensum salutarem.

14 Utrobique agit S. P. de gratia, & prob.

Fatemur locis citatis M.Par. probare bonam voluntatem credendi, & ipsam fidem, esse donum ex gratia Dei proveniens. Concedimus etiam *gratiam secretam, & occultè infussam in cordibus nostris* per quam fit, ut homo audiendo, & addiscendo à Patre, veniat ad Christum, ut loquitur in præs. S.P. alijs in locis appellari vocationem. Sed tamen cum iuxta eundem S. P. epist. 107. ad Vitalem, & de Prædest. SS. cap. 16. & 19. sit duplex vocatio: una communis consentientibus, & non consentientibus; credentibus, & non credentibus; altera specialis, quæ non datur nisi credentibus, & per quã facit Deus, ut ex nolẽtibus credere fiãt volentes, & ex repugnantibus consentientes; certum est vocationem, per quam homines trahuntur à Patre, ut credendo veniãt ad Filium, esse vocationem specialem. Hanc appellat S. P. quæst. 2. ad Simplic. *Vocationem congruam effectricè bonæ voluntatis, & quam omnis vocatus sequitur.* Epist. vero ad Vitalem appellat *altam, atque secretam.* Et de Prædest. cap. 16. & 19. addit illam *esse vocationem secundum propositum, & electionem Dei.* Et ideo per illam sic Deum vocare prædestinatos, *ut eos faciat membra unici Filij sui.* Eadem verba ponit in præs. testim. dicens: *Sic quippè facit filios promissionis, & vasa misericordiæ, quæ præparavit in Gloriam.* Ex his constat utrobique loqui de eadem gratia cum sola diversitate nominis, *scilicèt, vocationis.* Attamen, vocationis *congruæ, altæ, atque secretæ, & secundum propositum, & electionem Dei.*

15 Sed exhoc ipso impugnatur opin contrar.

Nunc subsumo. Sed vocatio Dei ad fidem prærogativis iam descriptis prædita, non dicit solam gratiam excitantem, & causantem purè consensum negativum disponentem negativè ad velle credere: ergò gratia, de qua loquitur M. Par. in præsenti non est &c. Minor prob. 1. Vocatio Dei, *ut congrua* iuxta M. P. est effectrix bonæ voluntatis, & cum illa connexa; cum omni sic vocatus eam sequatur. Rursus: *Est vocatio applicans mentem ad credendum, & coniungens illam cum fide.* Ita ibi idem S. P. Sed vocatio effectiva bonæ voluntatis connexa, & applicans voluntatem, & intellectum ad credendum, non est purè moraliter alliciens ad fidem, & tantum negativè disponens ad illam: ergò. Aliter. Gratia ita effectiva bonæ voluntatis ad credendum, ut simul applicet voluntatem est gratia prævia effectivè ad fidem, non determinabilis à voluntate, sed potius illam determinans. His enim attributis describit S. Doct. q. 3. de potentia, art. 7. concursum prævium Dei ad omnem operationẽ creatam. Sed gratia, quæ unicè moraliter suadet voluntatem credendi, est gratia non *effectivè* causans voluntatem, nec determinat voluntatem ad illam, sed potius ab illa deter-

Vocat. uè congrua.

2. Probat. min. efficac. apud Thom.

In quo adducit illud omnis qui audit, & didicit &c.

terminatur ob sui indifferentiam: ergò.

16 Tertio.

Deindè vocatio *alta*, *atque secreta*, per quam Deus vocat homines, ut eos faciat membra unici filij sui, est iuxta M.Par. de Prædest.cap. 16. *Per quam Deus prorsus agit, & per agit, ut credant.* Sed vocatio consistens in gratia excitanti præcisivè ab adiuvante, & causante consensum negativum disponentem ad fidem, non est vocatio, qua prorsus agitur, & per agitur, ut homines credant; ut de se est certum: Tum quia disponere negativè ad fidem, non est efficere fidem, minusque *per agere*; quod significat idem, *ac perfectè agere.* Tum quia causa indirectè, esto positivè(quanto magis negativè)disponens, non est causa peragens effectum, ad quem disponit. Sed sic se habet gratia excitans simul cum consensu negativo ante gratiam adiuvantem relatè ad fidem, & alios actus salutares: ergò. Hoc ipsum urgeri potest ex illa dictione *prorsus*, quæ iuxta Calepin.significat idem ac omnino;vel idem,ampliativè,ac *verè* hoc *est propriè*.Cum ergò iuxta sent. S. Doct.1.2. quæst.79.art.1.& quæst. 80. art. 1. causa indirecta, & suadens, non sit causa propriè effectiva; sequitur loquutionem M.P. non adaptari vocationi, ut in sola gratia excitanti consistenti.

Vocatio ut alta, & secreta.

17 Urgetur.

Urgetur: Vocatio alta,atque secreta,de qua differit M.P.est gratia adiuv. *ut quo* ad credendum: ergò non est purè gratia excitans, & per quam medio consensu negativo disponit ad fidem. Añs. probat. Adiutorium *quo* ad fidem, est gratia per quam agitur, ut homo credat,& non fit nisi credens: ita constat exDoctr. M. Par. de Correct. & Gratia agens de adiutorio *quo* ad perseverandũ,& cap.14. de Gratia Christi,& cap. 47. agens de adiutorio *quo voluntatis, & actionis.* Sed huiusmodi est vocatio congrua, alta, atque secreta;cum sic definiatur à M. Par. *Per quam efficitur,prorsus agitur, & per agitur, ut homo credat, & qua fit credens*: ergò. Quod si his probat: aliqua evasione occurratur; nihil firmum manet nobis pro dignoscendo adiutorium *quo*, ut difert ab adiutorio *possibilitat*:Nec item firmiter procedemus ad suadendam necessit.gratię adiuvantis strictè talis ad aliquid prout differt ab excitanti; siquidem *si efficere fidem prorsus agere, & per agere fidem, & hominem fieri credentem* salvatur ex vi solius gratiæ excitantis, quatenùs medio consensu in nihilo consistenti, disponitur ad fidem donandam ex vi promissionis Dei adiuvandi, cum qui consentit purè negativè: Ostendantur,quęso,testimonia magis exprimentia termin. proprios gratiæ adiuvantis *ut quo*, ut convincamur ex illis ponere gratiam strictè adiuvantem,sive prædeterminantem (ut ponit A. citatus) pro elicientia actus fidei, & aliorum salutarium. Omittimus pronunc afferre Doctr. M. Par. cap.13.& 14. deGrat.Christi: ubi loquitur de eadem gratia, & vocatione ad fidem, quam tamen affirmat esse adiutorium *quo*; quia satis clara, & ponderata manet §. antecedent.

§. IV.

Solvuntur aliquæ instantiæ.

18 Prima.

ARgues 1. Gratia, à qua sumitur exordium nostræ iustificationis, est illa gratia per quam aufertur primitus duritia cordis; sed talis est gratia vocationis, prout præscindit à gratia adiuvanti: ergò per illam aufertur primitus duritia cordis. Maior constat; nam ex una parte iustificatio nostra supponit peccatum obdurans cor; & ex alia; quod se habet ut *initium* ad aliquid, se habet primitus ad illud.Min.1.traditur à Trident. sess. 6. cap.5.his verbis: *Exordium nostræ iustificationis sumendum est à Dei prævenienti gratia per Christum; hoc est ab eius vocatione &c.* Quod autem nomine *vocationis* intelligat Concil. solam gratiam excitantem, constat: nam ibidem eam appellat *inspirationem, & illuminationem* abijcibilem à voluntate; unde subdit: *Ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, nec ipse homo nihil omnino agat inspirationem illam recipiens: quippè*

eam

eam abijcere poteſt. Sed gratia *illuminationis, & inſpirationis* eſt gratia excitans ab adiuvanti diſtincta, & moraliter influens : ergò. Confirm. Ablatio duritiæ cordis ſolum attribuitur illi gratiæ, quæ eam invenit in corde; ſecùs autem gratiæ illam non invenienti : ſed gratia excitans invenit cor durum ; gratia autem prædeterminans non invenit ; cum ſupponat voluntatem affectam , & piè affectam ad bonum per motus ſubitos ; & inſuper liberè conſentientem ſaltim negativè Dei vocationi: ergò.

Confirm.

19 Reſp. 1.

Cum iuxta Dei providentiam infirmitati liberi arbitrij conſonam, ante converſionem liberam peccatoris, per quam diſponitur ad iuſtificationem, præcedant plures motus ſubiti ſuperni tam ex parte intellectus , quam voluntatis incipientes emollire cor , videtur certum ex vi illorum *primitus*, hoc eſt *per prius* ordine executionis, auferri duritiã cordis; eſtò non formal. nec in re , benè tamen diſpoſitivè poſitivè. Sed hoc, eſto verum ſit , quid refert ad veram , & germanam intelligentiam teſtim. M. Par. pro qua decertamus? Aut quis ſolidè affirmabit: gratiam de qua ibi loquitur M. Par. eſſe gratiam ſubitæ illuminationis , & affectionis nullo habito reſpectu ad illius efficaciam , & connexionem cum conſenſu? Nam in illo non ſolum attribuit gratiæ Dei *primitus* auferre duritiam cordis, *ſed etiam quod ſit gratia à nullo corde duro repulſa, & per quam homo fit filius promiſſionis; addiſcit à Patre; & per quam venit ad Chriſtum.* Quæ longe exulant à gratia ſubitæ illuminationis , & affectionis. Quare , ut oportune arguatur; inniti debet textui M. Par. iuxta dicta in anteced. aut conſequent. ab illo, vel alijs locis, ubi eandem tradit Doctrinam fere eiſdem textibus Sacræ Scripturæ confirmatam.

20 Reſp. 2.

Deindè falſum eſt nomine *vocationis* , à qua ſumitur exordium noſtræ iuſtificationis , intelligi à Trident. ſolam gratiam excitantem ; ut efficaciſsimè probat Sap. Mag. Lemos lib. 4. part. 1. tract. 7. cap. 19. Siquidem expreſſe affirmat Concilium talem vocationem eſſe *prævenientem gratiam Dei , per quam diſponuntur ad ſuam ipſorum iuſtificationem ; diſponuntur autem iuxta Concil. dum excitati , & adiuti divina gratia liberè moventur in Deo &c.* Igitur vocatio, quæ eſt exordium iuſtificationis, utramque grat. includit, ſcilicèt, excitantem , & adiuvantem. Quod maximè roboratur ex Concil. Mogunt. quod refert Ripalda, diſp. 106. ubi cap. 7. ait: *Iuſtificat. initium provenit à gratia Dei ; qua excitati , & adiuti , eidem gratiæ conſentientes , & cooperantes diſponuntur* : ergò tale initium utramque gratiam excitantem , & adiuvantem includit. Unde in hominibus , quos Deus vocat per gratiam excitantem, & non per gratiam adiuvantem ei adiunctam, non datur exordium iuſtificationis, de quo loquitur Concil. eſto detur libertas, ut conſenquantur iuſtitiam; Quare diſtinguendo inter vocationem , prout eſt præciſſe poteſtas , ut peccatores iuſtificentur ; & inter illam , à qua ſumit exordium illorum iuſtificatio ; (quę ſi non datur, non datur exordium illius) facile percipietur , quænam vocatio ſit ſola gratia excitans ; quænam vero utramque gratiam includat. Quando autem Concilium deſcribit eam nomine *illuminationis , & inſpirationis*; accipit illam inadęquatè, prout conſtituit libertatem ad conſequutionem iuſtitiæ; non vero adæquatè, & prout cauſat in homine actu ſe movere ad ipſam eidem gratiæ aſſentiendo , & cooperando ; ut ex ipſius Concilij contextu conſtat. Sic enim poſt verba ſupraddicta habet : *Neque tamen homo ſine gratia Dei liberè coram illo ſe movere ad iuſtitiam poſsit &c.* Quænam, rogo, eſt hæc gratia addita grat. illuminationis , & inſpirationis? Vide dub. 1. de Gratia adiuvante. Ex his informa , neg. min. ad probationem diſting. Exordium iuſtificat. ſumitur à vocatione , per quam fit, ut liberè moveantur in Deum actu credendo ſperando; & ipſum diligendo, concedo: per quam ſunt potentes credere, ſperare &c. nego. Solum ad primum requiritur gratia adiuvans ſupra excitantem ; ut conſtat ex Concil. c. 6.

Ad

21 Ad idem Resp.2.disting.eandem proposit. sumitur à vocatione,prout est vocatio *specialis,alta,atque secreta*, concedo. Prout est vocatio quoad sufficientiam, & communis etiam his, qui non iustificantur, nego. Et solum de prima intelligitur textus Concilij.Cum ergò iuxta supra dicta vocatio efficax, *alta*, *& secreta*: *Secundum Dei propositum &c.* duo dicat, & *sanctam cogitationem*, *& gratiam prædeterminantem*; hac deficiente, sancta cogitatio erit *vocatio*, sed incongrua, & non efficax, *alta*, *atque secundum propositum*; proindeque non erit *effectrix* bonæ voluntatis; nec prorsus *agens*, *& per agens*, ut credamus. Ad Confirm.Respond. Illam esse prorsus inefficacem; aliàs gratia iustificans non auferret peccatum; nec fides infidelitatem &c. Cum nec gratia cum peccato, aut fides cum infidelitate coniungatur. Quare non invenire cor durum,quia illius duritiam excludit dando bonam voluntatem, & cor novum, nihil officit, sed potius proficit, ut gratia efficax ab intrinseco sit, quæ per prius aufert duritiam cordis; & ideo à nullo corde respuitur. Nec obest prob. ibi addita. Siquidem, cum duritia cordis. sive sit ad credendum, sive ad diligendum, & observandum Dei mandata; sit efficax, & liberè inducta, non aufertur re ipsa nisi per affectus liberos, & efficaces oppositos. Quare affectus subiti solum aliqualter emolliunt cor, eius tamen duritiam non auferunt. Quod explicari valet in duritia ad pœnitendum, & obstinatione in quocumque peccato. *

a Solutio

Ad confirm.

* Patet in his qui sanct. inspir. resistunt.

22 Instabis 2. Gratia ab intrinseco efficax nequit esse gratia, per quam *primitus* aufertur duritia cordis, ut loquitur M. Par. ergò est gratia in sancta cogitatione,& affectione consistens. Probat. añs. Talis gratia nequit esse, per quam *primitus*, sive *per prius* dispositivè aufertur duritia cordis; hoc enim proprium est gratiæ excitantis. Aliunde nequit esse gratia, per quam aufertur formaliter, & complete; cum hoc fiat per bonam, & efficacem voluntatem illi directè oppositam; ergò. Confirm. Duritia cordis potest dupliciter accipi, vel in ordine ad velle bonum; vel ad faciendum Dei mandata; sed neutra aufertur per gratiam prædeterminantem in prævia motione consistentem iuxta Doctr. M. Par. ergò. Prima pars min. probat. ex S.P.lib.2. de Peccat. merit. cap.17. *Nolunt homines facere quod iustum est, sive quia latet, sive, quia non delectat. Quod autem appareat, quod latebat; & suave fiat, quod non delectabat,gratiæ Dei est,qua adiuvat hominum voluntates.* En causam duritiæ, ut homines nolint facere bonum; quæ iuxta adducta aufertur sancta cogitatione, & affectione. Quoad 2. probat. Duritia cordis ad faciendum Dei mandata aufertur per volitionem efficacem, & robustam ea exequendi, sive per cor novum, *carneum*, *& obediens*, ut vidimus ex M.Par. dub. anteced.sed hęc longe exulat à motione prævia, quam adstruunt Thom. ergò.

a Instantia.

Confirm.

23 Respond. Gratiam efficaciter determinantem voluntatem, ut velit credere, & velit rectè, honesteque operari, auferre duritiam cordis effectivè, *ut quo*, & per veram immutationem physicam se tenentem ex parte illius. Undè nec propriè dispositivè, physicè, aut moraliter; nec iterum ex parte obiecti suadendo, alliciendo &c. illam aufert; sed modo dicto per veram subministrationem spiritus, & vigoris operando intra voluntatem. Et quidem; cum ablatio cordis duri, sive lapidei, sit effectus sequutus ad format. cordis novi, & novi spiritus; sicuti expulsio formæ est effectus subsequutus ad positionem formæ contrariæ; eodem modo discurrendum de influxu gratiæ prædeterminantis ad ablationem duritiæ cordis, ac ad novi cordis gratiosam donationem. Talis autem gratia non dicitur disponere ad novum cor, sed effectivè *ut quo* illud donare per physicam determinationem, & immutationem voluntatis: idemque similiter dicendum relatè ad ablationem duritiæ. Solutio habetur ex Doctr. M. Par. ibi. Nam quantum ad pręcedentiam novi cordis respectu ablationis cordis duri, cons-

Solutio.

Fund. in M.P.

constat ex textu Ezech. *Dabo vobis cor novum, & auferam &c.* Quoad modum auferendi duritiam ait: *Quando ergò Pater intus auditur, & docet, ut veniatur ad filium, aufert cor lapideum.* Quid autem sit intus audire Patrem? Audi illum ibi: *Qui credunt intus audiunt, atque discunt; ideſt dantur illis, ut credant.* Et item: *Sic audire, & discere, nihil aliud est, quam accipere donum, quo credant in Christū.* En quomodo talis gratia prius aufert duritiam, scilicèt, donando, & causando re ipsa voluntatem credendi, & ipsum credere.

24 Ad confirm. quoad 1. p. tom. 2. q. 12.

Ad confirm. admisso M. P. ibi loqui de affectione omnino indeliberata; oppositum enim tenet cum alijs M. Manso. * Respond. Solum inferri huiusmodi affectionem, & sanctam cogitationem adiuvare, ut homo velit bonum, & à se excludat nolle: non tamen quod ulterior gratia, scilicèt, per quam operatur, & donat verè effectivè benè velle, non sit necessaria. Cum pro huiusmodi gratia sic operante, & causante in nobis omnem bonam voluntatem per subministrationem spiritus sint innumera testim. ex M. P. Et quidem negari nequit non omnes homines prævenios sancta cogitatione, & subitis affectionibus ad bonum, ipsos delectantibus, multoties resistere, & obduratos manere. Unde constat talem gratiam se sola non sufficere. Respond. 2. M. Par. loqui de delectatione *victrice*, sive in re coniuncta cum bona voluntate faciendi quod iustū est; sic enim eam appellat cap. seq. Ad hanc autem iuxta Thomist. requiritur superadditio gratiæ prædeterminantis, à qua sortitur munus *victricis*; sicuti ab eadem gratia iuxta eosdem vocatio Dei redditur congrua, & effectrix bonæ voluntatis, de quo alibi. Ad 2. part. Respond. talem duritiam auferri formaliter per volitionem efficacem, & robustam; ut autem Deus nobis donet hanc voluntatem præ requiritur gratia operans in gratuita motione prævia consistens. Ut autem hæc volitio sit efficacissima, & re ipsa coniungatur cum mandatorum observantia; requiritur gratia cooperans in simili motione consistens, de quo plura dub. antecedent.

Ad 2 partem.

25 3. Instant

Instabis 3. Gratia, per quam Deus præparat bonam voluntatem hominis, est per quam Deus per prius aufert duritiam cordis; sed talis gratia est vocatio, ut moraliter influens simul cū consensu neg. ad quē consequitur velle, & gratia adiuvans ad illud: ergò gratia auferens primitus &c. Maior constat: Quia habere voluntatem præparatam à Domino est habere cor præparatum, sive dispositum, ut Deus in eo operetur velle, & perficere: sed cor sic præparatum est cor iam molle, & à quo iam aufertur duritia cordis: ergò. Min. vero etiam probat. ex M. Par. in Enchirid. cap. 32. ubi ait: *Totum debere tribui Deo, qui bonam hominis voluntatem præparat adiuvandum, & adiuvat præparatam*; ubi gratia præparans bonam voluntatem præcedit gratiam adiuvantem; quæ est gratia physicè effectiva; proindeque in sola vocatione morali valet consistere. Rursùs. Quia gratia præparans bonam voluntatem est gratia disponens ad illam; quod solum vocationi morali convenire valet: nam gratia adiuvans perficit, & consummat opus. Confirm. Gratia, per quam homo aperit ostium cordis sui Deo pulsanti, aufert duritiam cordis; cor enim durum est cor clausum Deo. Sed per consensum negativum præstitum Deo pulsanti homo aperit Ostium cordis Deo: ergò. Min. probat. ex illo Apocal. 3. *Ecce ego sto ad Ostium, & pulso; si quis audierit vocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum &c.* Super quæ S. Doct. *Deus postquam pulsat gratia excitante expectat, ut aperiatur sibi.* Utique ut intret in cor nostrum, ut ibi dicitur: ergò cum per hunc introit. intelligamur gratia effectiva velle; hæc pendet à consensu negativo præstito vocationi morali, per quam aperitur ianua cordis nostri.

De grat. præpar.

Confirm.

26 Respond.

Tractat. de Gratia excitanti, dub. 11. exprofesso probavimus gratiam parantem, aut præparantem bonam voluntatem, esse in sensu M. Par. & aliorum PP. exponentium testim. Sacræ Scripturæ, gratiam ope-

operantem, & re ipsa donantem velle bonum: ubi etiam fundamenta in contra etiam disolvimus non curantes de simplici apprehensione circa significat. huius vocis *præparatio*. Nunc autem sic breviter confirmo idem assumptum. Pro quo sciendum M. Par. lib. 2. contra 2. epist. Pelag. cap. 9. referre eos sentire: *Studium virtutis, bonum propositum, & cupiditatem boni, esto imperfectam, præcedere in nobis gratiam Dei; & ideo hanc solum adiuvare, ut bonum quod volumus, perficere valeamus.* Quapropter solum concedebant adiutorium gratiæ Dei ad benè operandum; non vero ad velle operari bonum. Sic etiam refert de Gratia, & lib. arb. cap. 14. per hæc verba: *Dicunt enim gratiam Dei, & si non detur secundum merita bonorum operum, quia per ipsam benè operamur; tamen secundum merita bonæ voluntatis dari; quia præcedit bona voluntas orantis, quam præcedit bona voluntas credentis.* Quem errorem M.P. cap. 8. pluribus testim. Sacræ Script. reijcit. Præsertim: quia si sine gratia Dei incipit cupiditas boni &c. Cui tanquam ex debito veniat gratiæ adiutorium; gratia Dei non gratis donabitur, sed secundum meritum; * quod etiam Pelagius damnari timendo Ecclesiasticis Gestis damnavit. * Hoc posito cap. citato obijcit sibi fundam. re Pelag. ex illo Proverb. 16. *Hominis est præparare cor, & à Domino responsio linguæ.* Cumque per hanc præparationem non aliud intelligi valeat, quam desiderium, studium, propositumque virtutis; videtur illud haberi à nobis sine gratia. De quo arg. ait M. Par. *Non benè intelligendo* (scilicèt, testimon. adductum) *falluntur, ut existiment cor præparare; hoc est inchoare bonum, sine adiutorio gratiæ Dei ad hominem pertinere.*

Fundatur ex M.P.

Quid sentiunt Hæretic.

Argum. Hæretic.

27 Audiamus ab ore eius expositionem textus, & ex illa convincentis falsam intelligentiam datam à Pelagianis. Ideo quippè scriptum est: *Hominis est præparare cor, & à Domino responsio linguæ; quia homo præparat cor: non tamen sine adiutorio Dei, qui tangit cor, homo præparat cor. In responsione autem linguæ, ideſt, in eo quod præparato cordi lingua Divina respondet, nihil operis habet homo, sed totum est à Domino Deo.* En ubi S. P. asserit præparationem cordis non haberi in homine nisi per adiutorium gratiæ, qua tangit cor; quamvis etiam talis præparatio ab homine proveniat. Quare discrimen inter illa duo, quæ continentur in textu, est huiusmodi; * quia nimirum, præparatio cordis fit ab homine, & à Deo adiuvante illum, ut præparet cor; Responsum autem linguæ fit à solo Deo. * Probat S. P. hanc exposit. *Nam sicut scriptum est: Hominis est præparare &c. ita etiam dictum est: aperi os tuum, & implebo illud.* Et tamen nos aperimus os illius adiumento, & opere nostro; implet autem Dominus illud sine *opere nostro.* Hinc patet rectè componi * hominis esse præparare cor, & talem præparationem fieri à nobis per adiutorium Dei. *

Respond. M.P.

Psalm. 80

28 Prosequitur M. Par. ad eandē expositionem comproband. *Quid est præparare cor; nisi voluntatem parare; & tamen in eisdem litteris legitur: præparatur voluntas à Domino.* * *Ecce Dominus admonet, ut præparemus voluntatem, & tamen, ut hoc faciat homo, adiuvat Deus, quia præparatur voluntas à Domino.* Ex quibus concludit etiam cupiditatem boni esse ex gratia Dei, sine qua, nec perficitur, nec inchoatur bonum. Ex qua Doctr. deducuntur aliquæ considerat. ut per præparationem bonæ voluntatis in Sacra Scriptura intimata, & à M. Par. explicata, non intelligatur aliquis consensus purè negativus suo modo disponens ad bonam voluntatem donandam per gratiam adiuvantem. 1. Si Deum præparare voluntatem hominis dicit donare ei consensum purè negativum præstitum vocationi; non vero voluntatem bonam, aut bonum desiderium: *Hominem præparare suum cor* erit facere eundem consensum disponentem suo modo ad bonam voluntat. positivam, sive ad desiderium virtutis postmodum habendum. Patet hoc; tum ex eodem verbo *præparo.* Tum quia iuxta M. Par. *quid est hom: præparare cor, nisi voluntatem parare?* Sed dicere; hominem prępara-

Prosequitur assumpt.

* Proverb. 8.

1. Ponder in favoré nostrum.

re

re cor suum, quia consentit purè negativè Dei vocationi; non verò, quia positivè vult benè, & virtuosè operari, longe abest à mente M.P. ergò pariter dicere, & Deum præparare bonam hominis voluntatem &c. Minor prob. 1. Quia cum prædictũ testimon. adducerent Pelag. ut probarent bonum propositum, studium virtutis &c. haberi à nobis sine gratia Dei; eos sine dubio ex hoc capit. refelleret, dũ ait: *Sic intelligẽdo falli*; si in dicto textu sciret S.P. non contineri aliquẽ actum positivum bonum, sed purum nihil, quod sit carentia alterius nihil. Quare non ait: *Absit, ut sic intelligatur quoad studiũ virt. &c.* Fateor enim test im. ex Script. adductum ab hæreticis, ut ex illo probent aliquem errorem, posse dupliciter solvi à Catholic. primo admittendo in illo contineri id, de quo est quæstio, & probando ex hoc nihil efficaciter concludi. Secundo: Negando in illo fieri mentionem de tali subiecto, sed illius intelligentiam esse prorsus aliam. Nemo autem dubitabit in hoc 2. apparet perfectiorem modum reijciẽdi hæreticorum argumenta; tuendo pro viribus germanum sensum Scripturæ; & non permittendo in oppositum adulterari. Hoc maximè spectat ad Doctores Ecclesiæ, inter quos eminet P. Augustin. veluti Sol inter alia luminaria. In primo modo solvendi argument. militatur pro falsitate antecedentis. In secundo pro inefficacia consequentiæ.

29 Quod ut Tyronnibus appareat, formo argum. ab Hæreticis propositum:* Hominem præparare cor, ut dicitur in text. prov. est concipere bonum propositum, studium virtutis, & boni imperfecti cupiditatem; sed hoc fit sine adiutorio Dei; alioquin non ei præciperetur, nec in eus potestate esset: ergò absque gratia Dei adest homini &c. * Huic Respond. M. Par. negando min. eamque refutando, ex Doctrina supra tradita. Si autem maior est falsa, & contra mentem Sacræ Scripturę; cum in illo non studium virtutis, non ipsum desiderium; sed solum consensus purè negativ. importatur; & hęc

Confirm. & explic.

in telligentia est de mente Aug. cur non reijcit. mai. ut falsam? Cur etiam non reijcitur, ut detorquens, & depravans Sacr. Scripturam? Sic enim radicitus enervatur error; dum falsitas in principijs, quibus arg. innititur, & malitiæ conseq. simul manifestè ostenditur. Si ergò M.P. hulus solutio nis nentiquam meminit; cur dicemus esse de mente illius præparationem cordis, sive voluntatis, fieri per gratiam excitantem causantem consensum negativum antecedentem gratiã adiuvantem, per quam donat *bonam voluntatem, studium virtutis, bonum propositum &c?*

2. Ponder. Præparatio cordis, sive præparatio bonæ voluntatis ibi contenta taliter fit ab homine, ut ad illam præcedat adiutorium gratię Dei; ita M.P. sed gratia adiuvans iuxta Doctr. arguentis difert à gratia purè excitanti; solumque dispensatur ad velle positivè bonum: ergò præparatio ibi contenta est positivè bona voluntas. Nec valet dicere loqui de gratia adiuvanti communiter accepta. Non, inquam, valet 1. Nam videtur voluntarium. 2. Quia exemplum ibi adductum de apertione oris, quę etsi fiat à nobis, & præcipiatur fieri; fit tamen Dei adiumento propriè accepto: oppositum suadet. 3. & urget. Præparatio ibi contenta est illa quæ in Sac. litteris nobis commendatur, & præcipitur. Sic M.P. *Ecce Dominus admonet, ut præparemus voluntatem*; sed hæc est præparatio in bona voluntate consistens: ergò. Probat. min. Talis præparatio, quam ex Sacris litteris tenemur ponere, habetur 1. Regum cap. 8. *Præparate corda vestra Domino.* Et Amòs 4. *Præpara te in occursum Dei tui Israel.* Sed hæc est præparatio in bona voluntate, & aliquali amore Dei consistens. ergò. Ita D. Thom. 1. 2. quæst. 109. art. 2. 4. & 6. & quæst. 111. art. 2. asserens *hominem præparare cor per motum voluntatis in bonum.* Sed quia hic motus est principaliter à gratia; *dicitur voluntatem præparari à Domino.*

Quod si ob hæc dicatur in 1. textu loquente de præpar. cordis, prout

30 secunda

31

ab homine contineri bonam voluntatem; secùs autem in 2. Contra est 1. Hominē præparare cor est præparare suam voluntatem: ergò si 1. dicit in homine voluntat. bonam positivè; etiam 2. Ergò nequit stare Deum prę-parare cor, & bonam hominis voluntam, & talem præparationem nō fieri per donationem bonæ voluntatis. 2. Quòd homo præparet suum cor per bonam voluntatem provenit, ut à causa adiuvante à Deo ut præparant e illius voluntatem: ergò hæc præparatio ex parte Dei non fit sola vocatione morali, & consensu negativo. Antec. traditur à M. P. supra dicente: *Ecce Dominus admonet, ut præparemus voluntatem; & tamen ut hoc faciat homo, adiuvat Deus: quia præparatur voluntas à Domino.* Consequent. probat. Repugnat aliquid positivè bonum, & salutare in homine provenire à Deo, ut tantum moraliter, aut per aliquid purè negativum, illud operanti; vel quòd assignetur tanquam causa eius quod in homine, & ab homine verè efficitur sit positivè bonum, & id quòd ex parte Dei similem, & perfectiorem influxum non dicit: ergò si Deum præparare voluntatem hominis est Deum esse causam adiuvantem hominem, ut præparet suam voluntatem nequit homo, ut dicitur in 1. testim. præparare suam voluntatem per positivam, & salutarem volitionem boni; & quòd præparatio ex parte Dei fiat sola suasione morali, aut solo consensu negativo præstito homini, ut prædictæ suasioni consentiat. Aliter enim debebat dicere M. P. *Ecce admonemur, ut homo præparet cor*; & tamen, ut hoc faciat *homo adiuvat Deus, quia adiuvatur à Domino non faciente illum benè velle, & operari.*

Quædam Resp. impugn. 1.

Secundo.

His accedit: præparationem, quam Deus præcipit homini, & de cuius existentia pluries loquitur Sacra Scriptur. exprimere volitionem positivam boni, & piū desiderium placendi Deo; & his similia, & hoc iuxta mentem M. P. Sic enim constat ex illo Psalm. 9. *Desiderium pauperum exaudivit Dominus: præparationem cordis eorum audit auris tua.* Et illud 56. *Paratum cor meum Deus.* In quibus iuxta M. ibi continetur Sanctorum patientia, & fortitudo ad tolerandas alacriter passiones pro Christo. Et Psalmo 118. *Paratus sum, & non sum turbatus.* Super quæ ait S. Prosp. *Ostendit se fortem esse factum ad custodienda mandata per Dei gratiam.* Hinc constat *parare bonam voluntatem* non esse purè negat. se disponere ad bonum; sed etiā positivè velle, & diligere bonum; quamvis hoc idem bonum, quod datur à Deo præparante, sit dispositio ad ulterius, & supremum bonum: per quod tollitur æquivocatio de ly *præparare*: sic iustus benè operando se præparat ad vitam æternam, & his similia.

32

Tertio.

Concludo assumpt. duplici testim. 1. habetur de Prædestinat. Sanctor. cap. 5. ubi ait: *Multi audiunt verbum veritatis; alij credunt; alij contradicunt. Volunt isti; nolunt autem illi. Sed cum alijs præparetur voluntas à Domino; alijs non: discernendum est utique, quid veniat de eius misericordia; quid de iudicio.* Hæc enim verba refert S. Prosper. in Resp. ad excerpta Genuen. dub. 4. & postquam ea probavit; sic illa exponit de mente Sanct. Par. *Nec dubium est, cum verbum veritatis prædicatur, alios voluntate credere, alios non credere; sed cum illorum corda aperuerit Deus; illorum non aperuerit: discernendum, quid veniat de eius misericordia; quid de iudicio.* In quibus videtur ut expressum iuxta S. Prosper. Deum præparare voluntatem in his, qui credunt; esse Deum aperire cor eorum, ut credant. Sed hæc apertio iuxta infra dicenda ex S. P. consistit in donando gratiam, per quam homo reipsa fit credens: ergò præparatio voluntatis ad fidem v.g in sensu Aug. est Deum operari, & donare volutatem credendi.

33

Primum testim.

Magn. Par. cap. 16. de grat. & lib. arbit. docens ad observenda Dei mandata requiri voluntatem fortem, & robustam; & hanc debere poscì à Deo, ut hoc exequamur, ait: *Sed quoniam præparatur voluntas à Domino; ab illo petendum est, ut tantum velimus, quantum sufficit, ut volendo faciamus.* Nunc sic. Negari nequit M. P. Divino ingenio præd. designare rationē propriam, & quasi à priori per intra-

34

Secund.

neam causam, cur ad servanda Dei mandata exoremus Deum pro largitione voluntatis fortis, & sufficientis ad talem observationem; nec tantum designare causam indirectam, re notam, & dispositivam? Sed non aliam assignat nisi præparari voluntatem à Domino, ut constat ex illo; *sed quia &c.* ergò Deum præparare voluntatē est Deum propriè donare volūtatem, & non influere dispositionem negativam ad velle, & credere. Aliter enim sensus M.P. esset. * Quia Deus causat móraliter dispositionem purè negat. ad velle bonum; ab illo petendum est, ut Deus donet nobis voluntatem fortem, & robustam, ut servemus eius mandata. * Quod non credam.

37 Ad Conf. Resp. neg. min. aperte falsam. Constat hoc ex M.P. de Præd. SS. c. 20. ubi explicat, in quo consistat apertio ostij, sive cordis ad suscipiēdum Evang. ut ex hoc probēt initium fidei in homine esse donum Dei; quod est assumptum prædicti cap. *Orationi instantes* (ait Paul. ad Col. 4.) *orantes simul, & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium verbi sui ad loquendum misteriū Christi &c. Quomodo* (ait S.P.) *aperitur ostium verbi, nisi cum aperitur sensus audientis, ut credat; & initio fideiatur, ut ea quæ ad salutarem Doctr. ædificandam prædicatur admittat: ne per infidelit. ea quæ dicuntur, improbet, ac repellat?* En apertio cordis, iuxta adducta, habetur, dum ponitur init. fidei, sive fides inchoata. Rursùs: Exponens ibi illud 1. ad Cor. 16. *Ostium enim mihi apertum est Magnum* sic ait: *Quid hic aliud potest intelligi, nisi prædicato ibi per eū Evang. credidisse multos iuxta illud: Nemo venit ad me, nisi, cui datum fuerit à Patre meo. Ostium ergò apertum est in eis, quibus datum est*; utique ut crederent, & credēdo veniant ad Christum. Et post pauca: *Sed redeamus ad ostij apertionē, qua initium fidei audiētium significavit Apost. Quid est enim orantes simul, & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium verbi; nisi apertissima demostratio, etiam ipsum initium fidei esse donum Dei? Non enim orando peteretur, nisi ab ipso tribui crederetur.* Quod confirmat ex *Lydia* purpuratia, cuius Dominus aperuit cor, ut intenderet his, quæ dicebantur à Paulo: *Sic enim vocabatur* (ait) *ut crederet.* Nec obstat testim. S. D. solum enim probat post gratiam excitantem requiri aliam pro apertione cordis, & hanc dicimus esse gratiam adiuvātem, per quam disponimur, ut Christus per gratiam iustificantem intret, & inhabitet amicabiliter corda nostra.

Ad conf. 3. Instant.

Hoc initium est fides inchoata, ut differt ab augm. ita de Præd. cap. 2. & 21.

Ioann 6.

Act. 16.

Ad test. S. Doct.

§. V.

Gratia, de qua loquitur M. P. est gratia ab intrinseco efficax.

ITa commun. N.AA. deduciturque efficacissimè ex hucusque dictis, quæ placet compendiosè redigere, ut veritas concl. magis appareat. Gratia, de qua loquitur M. P. *Est gratia per quam homo addiscit à Patre, per quam venit ad Christum, per quam trahitur ad eum.* Ita S. Parens ibidem. Sed huiusmodi gratia est gratia ab intrinseco efficax: ergò. Prob. min. 1. Cōsid. grat. ut per illā homo *addiscit.* Gratia, per quam homo addiscit à Patre, est grat. efficacissima; ita D. Th. super Ioan. 6. lect. 5. ubi ait: *Attractio Patris est efficacissima: quia omnis, qui audivit à Patre, & didicit, venit ad me,* sed gratia efficacissima nequit esse intrinsecè indifferens, & solum à determinatione lib. arb. ei extrinseca efficax: ergò. Rursùs. Grat. per quam homo addiscit à Patre est grat. Doctr. secundum quam Deus docet secund. spir. eos, qui sunt vocati secundū Dei propositū: *Donans eis, & scire, quid agat, & agere;* sed gratia ex se donans voluntati velle bonum, & illud operari, nequit esse efficax ab actu, quem donat; aliàs esset efficax ab effectu; quod frequenter reijcitur: ergò est gratia ab intrinsec. efficax. Ulterius. Talis gratia per quam homo addiscit à Patre, est adiutorium quo voluntatis, & actionis: ita cap. 14. de grat. Christ. Sed tale adiutorium est prævium, & ab intrinsec. efficax. De quo egimus dub. 4. de grat. adiuv. ergò. Quod etiam gratia sub munere trahentis sit ab intrinseco efficax, præter superius adducta ex D. Th. traditur ab ipso ibi litt. G. his verbis; *Sic ergò trahuntur homines à filio admirabili delectatione, & amore veritatis. Sed quia non solum revelatio exterior, & obiectum virtutem trahendi habent,*

38 Prob. ex dictis.

Grat. quæ quis discit à P.

Grat. ut trahens.

sed etiam interior instinctus impellens, & movens ad credendum; ideò multos trahit Pater ad filium per instinctum divinæ operationis moventis interius cor hominis ad credendum. Instinctus autem efficax divinæ operationis movens cor, & superadditus cœlestibus affectionibus delectationis, & amoris obiectivè, & moraliter moventibus, est motio ab intrinseco efficax, & physicè immutans corda. Deindè: Nam iuxta P.Aug.ita Deus trahit per gratiam suam,ut nulla possit assignari ratio ex parte lib. arb. cur hunc trahat,alium vero non. Sed si gratia qua trahit homines Deus ad seipsum esset tantum efficax ab exrrinseco, scil.ex determinatione lib.arb. posset assignari ratio;cur ex duobus æquali vocatione vocatis unus traheretur efficaciter,& veniret ad Christum;alter vero non:ergò.Sed de his alibi.

38 2.Prob. discursu ex verbis eiusdem testim.deduct. Gratia de se irresistibilis est gratia ab intrinsec. efficax; sed talis est gratia à M.P. edocta: ergò.Pr.min.Gratia impediēs pro priori sui resistentiam, est gratia irresistibilis;sed gratia illa est huiusmodi:ergò.Pr.min. Resistere gratiæ est duritia cordis;sed gratia edocta ā M.P.est auferens perprius duritiam cordis:ergò.Urg.hoc.Gratia à M.P.ibi tradita, duo habet; *auferre duritiam cordis;& non respui à corde*;ita tamen,ut illud sit causa istius:sic enim ait:*hæc itaque gratia ànullo duro corde respuitur;ideò quippe datur,ut duritia cordis primitus auferatur.* Notentur ly *ideò,& primitus,*& dicta manifesta fient.Nunc sic.Gratia ita auferens duritiā cordis,ut in hoc non dependeat ab eo quod non respuatur à corde, sive ab eo quod acceptetur ab illo;est gratia efficax ab intrinseco ; si enim esset talis ab extrinseco , in sui efficacia penderet ab illius non resistentia;sive acceptatione,ut est certum.Sed gratia tradita à M.P. ita aufert duritiam cordis; ut in hoc non pendeat ab eo quod non respuatur à corde:ergò.Pr. min. iuxta M.P.gratia hæc ita aufert duritiam cordis,ut non respui à corde sit effectus illius,ut constat ex dictis;sed causa qua talis non pendet à suo effectu : ergò efficacia talis gratiæ non pendet ab aliqua determinatione, aut non resistentia lib. arb. proindeque est efficax intrinsecè, & prout descēdit àDeo.Explico hunc discurs. quia mihi efficacis.Gratia ab extrinseco efficax est gratia, cuius efficacia provenit à consensu voluntatis , vel illius non resistentia.Sed talis non est gratia edocta à M. P. ergò est gratia ab intrinsec.efficax.Pr.min. Gratia,cuius efficacia provenit ex eo quod nō resistatur ei à volūtate,est gratia quæ si aufert duritiam cordis, aufert,quia non respuitur , sive non resistitur à voluntate. Atqui gratia edocta à M. P.non est talis ; *sed ideò à nullo corde respuitur , quia per illam duritia cordis primitus aufertur*: ergò.

Secunda ratio.

Utgetur.)

Explic.

Nec dicas 1.his probari gratiam non esse efficacē à non resistentiasui, ut executa;secùs tamen ab eadem nō resistentia, ut per scientiam mediam prævisa.Nō inquam dicas:Nam iuxta hos AA.prævisio non resistentiæ gratiæ est posterior obiectivè ipsa nō resistentia;*ideò enim Deus prævidet non resistentiam gratiæ,quia voluntas ei non resistet*:ergò si ipsa non resistentia nequit esse ratio efficaciæ in gratia;nec pariter previsio illius.Urg.iuxta eosdem AA. *Ideò gratia non respuitur, quia prævisa est non resistentia ex parte voluntatis,& scientia Dei est omninò infallibilis.* Sed hæc causalis longè distat à causali tradita à M. P.quæ est huiusmodi:*Ideò hæc gratia non respuitur,quia per illam duritia primitus, sive per prius ordine causalit.aufertur*:ergò.

39

Prima Resp.impugnatur

Urgetur.

Nec dicas 2.Quòd ut gratia auferat duritiam cordis , & ab illo non respuatur, sufficit dari ex intentione efficaci consensus , estò sit intrinsecè indifferens. Etenim benè valet : *Hoc auxilium confertur à Deo ex præfinitione efficaci consensus : ergò à voluntate non respuitur per dissensum.* Nō inquā dicas 1. Nam talis prædefinitio , utpotè causa purè mediata consensus, nullam prębet efficaciam auxilijs,sed solum habet determinare voluntatē Divinam, ut conferat auxilia iā prævisa efficacia pręinefficacibus.Nunc sic : Quod non est causa,ut gratia sit efficax,non est causa,ut auferat duritiam cordis ; sed sic se habet prædefinitio intētiva innitens scientiæ mediæ:

40

Secunda impug.1.

diæ : ergò nequit esse causa,ut auferat duritiam cordis. 2. Etsi auxilium prævisſum efficax conferretur à Deo ex intent.inefficaci consensus eodem modo illum inferret , & duritiam cordis auferret,ac collatum ex intentione efficaci ; quamvis Deus non esset ita benevolus circa consentientem : ita prædicti AA. ergò nulla specialis efficacia ponitur in gratia ex vi talis prædefinitionis, ut auferat duritiam cordis , & ab illo non respuatur. Ex dictis colliges 1. aliam expositionem eiusdem testim. etsi obiter datam,tomo 1. q.7.à num.10. non esse congruentē. *Ait enim per talem gratiam intelligi à M. Par. delectationem deliberatam , sive volitionem efficacem, per quam voluntas liberè consentit obiecto invitanti. Nam etsi ante illam existat delectatio indeliberata,quæ incipit emollire cor ; non tamen plenè aufert duritiam ; sed hæc aufertur *complete* per volitionem liberam. Rursùs: Cum volitio efficax,& robusta præstet vires ad operandum; ablatio duritiæ cordis per talem volitionem est *prima* dupliciter; & quia solum *completè* aufertur ex vi talis delectationis deliberatæ ; & quia duritia quæ potest convenire voluntati ad opera salutaria , etiam aufertur per illam.*Hæc expositio deficit 1.Nam etsi volitio efficax supernaturalis sit donum gratiæ Dei , & per eam formaliter auferatur duritia cordis,non est tamen propriè , & in rigore gratia Dei auxiliantis ad actus salutares. Omnis enim gratia efficax , aut est gratia operans,si sit ad primum velle liberum;vel est gratia cooperans , si sit ad facere imperatum ex velle.Sed tam gratia operans,quam cooperans nequit consistere in aliquo actu à voluntate elicito,sed in gratuita motione Dei, ut docet S. D. 1.2. q.111. a.2.ergò cumM.P.loquatur de gratia propriè dicta, & per quam Deus auxiliatur homines trahendo eos , ut credant,nequit nomine gratiæ volitionem liberam à voluntate elicitam intelligere. 2.Nam loquitur de gratia *occultè infusa cordibus nostris , & nobis secretissima , & quæ est Cœlestis Doctrina ineffabili suavitate infusa*, ut

Secundo.

Illatio 1.

Alia exp.

Probat. 1

De quo in antec.

Secundo.

exM.P.constat;sed talis non est voli tio libera à nobis volita,& experientia nota: ergò.

Deficit 2.Nam M.P.loquitur in præs.de illa gratia,à qua provenit, quod velle credere sit donum gratiæ Dei.Hoc enim est quod intendit probare ex testim. Ioannis latè ponderato. Unde sic ibi infert : *Fides igitur,& inchoata,& perfecta,Dei donum est.*Sed gratia , à qua provenit quod sit donumDei velle credere , non est ipsa volitio credendi, ut est certum: ergò nomine gratiæ non intelligit volitionem liberam&c.Colliges 2.ex abunde dictis novam rationem probantem * gratiā ab intrinseco efficacem donantem credere, & velle credere,esse gratiā sanantem.*Ratio est; quia gratia auferens infirmitatem est gratia sanans ; sed duritia cordis ad credendum v. g. est gravis infirmitas animæ, utpotè dura, & obstinata voluntas in malo : ergò si hæc aufertur per gratiam &c.Rursùs: Gratia dans cor novum , & spiritum novum , ut homo habens prius cor lapideum,veniat ad Christum, est gratia sanans: *Qui enim interius renovatur , sanatur* aitS.Bern.deGrat.& lib.arb.Sed talis est gratia donans homini venire ad Christum per fidem iuxtaM.P.ergò. Similia docet S.P.de pecc.mer. c.19. agens de victoria vitij superbię , quę ab sdubio fit per actus humilitatis ei cont.*Hoc vitium(ait,)nisi adiuvāte gratia operetur,*ad iustitiam nemo convertitur : nisi operante gratia sanetur; iustitia pace nemo fruitur. Cuius autem gratia vincitur , & sanatur nisi illius, cui dicitur:Converte nosDeus sanitatum nostrarum.* 3. Colliges veram intelligentiam plurium testim. Sac. Script. præsertimPsalm.118.in quibus etiam iustificati , rectè , plenèque scientes mandata Dei,& semitas viarum eius, per quas ambulare debent ad vitam æternam capessendam ; assiduè petunt , atque instanter deprecantur edoceri ab illo. Colliges,inquā; quia petunt addiscere, & non tantum audire iudicia , & iustificationem eius. Desiderant doceri non solum secundum legem,sed etiam secundum spiritum.Hoc enim divino docendi modo testeM.P.datur hominibus,& sci-

Secundo.

Illatio 2.

Probat.

Illatio 3.

re quid agant,& agere, quod sciunt: Nec solum possibilitas,sed volunt.& actio adiuvatur ; quod solum contingit, quando benè volunt, & operantur. Sic David Psalm. 142. *Doce me facere voluntatem tuam.* Non enim ei satis erat illam purè scire,nisi eam sciret adimplere.*Et hæc de hoc dub.&c*

DUBIUM II.

AN SUB GRATIA PER QUAM Deus regit liberum arbitrium, contineatur gratia ab intrinseco efficax?

§. I.

RATIO DUBIT. ET UTILITAS QUÆSITI.

N.1 MAgn. Par. serm. 2. de verbis Apost.cap.6.loquens de homine sano,&innocenti;qualis fuit Adamus ante lapsum ; asserit *illum tunc regi à Deo per gratiam suam, quem Rectorem libero reliquit arbitrio, dum eius præceptis inobediens extitit.*Et serm. 11. de verb. Apost. adducens illa verba Psalm. 74. *Venite, adoremus, & prosternamur ei*, contra Pelag. asserentem hominem posse per lib. arb. se ipsum rectum facere ; sic habet : *Factus est 1. homo rectus ; non se fecit rectum. Quid autem se fecerit, notum est ; cadens à manu figuli, fractus est. Regebat enim eum ipse, qui fecerat, voluit deserere, à quo factus erat &c.* De hoc regimine gratiæ sæpè loquitur Hypognost. lib.3. c.11. ubi gratiæ attribuit *domare liberum arbitrium, ut deposita feritate humilietur, & ad obediendum Deo corrigatur.*Cōstat etiam ex Psalm. 5. *Dirige Deus meus in conspectu tuo viam meam.* Et Psalm. 89. *Opera manuum nostrarum dirige super nos.* Idem alibi. Ex his, & alijs testim. infra adducendis,constat gratiam Dei, nedum *movere, adiuvare, & excitare* lib. arb. sed etiam ipsum *regere*, ut salutariter operetur. Vnde convincitur error Pelag. negantis *hominem regi Dei auxilio.* Ita S. Hieron.Epist.ad Ctesiph.Accipe nunc discur.exD.Th.adGal.5.lec. 4. *Spiritus hominis est de se inanis, & mutabilis:ergò nequit rectè stare,& permanere in bono,nisi regatur à Spiritu S.*

Prob. regimen ex Script. & PP.

Ex Div. Thom.

Hinc iam pulsat animum scire; An Deus non solum per gratiam sanctæ vocationis, & inspirationis secundum quam suadet homini, ut rectè operetur, illum regat, sive dirigat ; sed etiam hoc ipsum verificetur, dum per gratiam prædeterminantem illum determinat ad rectam operationem ? Ratio dubitandi est. Quæstio.

Nam munus dirigendi videtur pertinere ad genus causæ moralis ; dirigere enim aliquem ad rectam operationem, est proponere ei rationes moventes, & allicientes ad rectè operandum ; sed hoc minimè spectat ad gratiam prædeterminantem : ergò. Urget.hoc. Homo ut est dirigibilis à Deo in sui recta operatione, est agens morale, utpotè respiciens finem honestum : ergo directio conveniens ipsi à Deo, est de linea morali. Sed physica prædeterminatio non est motio de linea motali, ut constat : ergò gratia prædeterminans non est gratia, per quam Deus dirigit hominem ad rectè operandum. 2. Implicat directio propriè talis, quæ non possit percipi ab ipso, qui dirigitur; sicuti implicat directionem activam sortiri suum effectū, nisi prævia cognitione sui.Sed gratia prædeterm.non per-

2

Ratio pro Part. neg.

Urget. 1.

Secundo.

percipitur ab homine: nec insuper extrahit à voluntate liberum consensum mediante cognitione sui: ergò non propriè dirigit liberum arbitrium. Mai. constat. Nam dirigere aliquam actionem, est prorsus idem ac ipsam regulare, sive mensurare: regula autem respectu agentis rationalis non regulat in actu 2. nisi media cognitione sui. Aliter regularet illum modo inanimato.

3 Quod si res ita se habeat, & propter motiva adducta fortè ab aliquo Thom. concedatur gratiam prædeterminantem non esse propriè gratiam regentem liberum arbitrium; magna ex parte redduntur inefficacia aliqua fundam. quibus Thom. existentiam illius probare conantur. Quod sic suadetur. Si gratia prædeterm. non est propriè gratia regens liberum arbitrium ad rectè operandum, non est propriè gratia dirigens, & ordinans ipsum ad consecutionem finis proprij, consistentis in operari secundum rectam rationem. Quid enim est aliud regere hominem, quam ipsum dirigere, sive ordinare ad consequutionem sui finis? ergò si sine gratia prædeterminanti salvatur homines propriè dirigi, sive ordinari à Deo ad consequutionem sui finis: à fortiori sine gratia prædeterminanti salvatur perfectissima providentia in Deo respectu hominis, & respectu operationum illius. Hæc conseq. constat. Nam providentia (teste Boetio) *est ratio rerum ordinis in finem in mente divina existens, qua cuncta disponit.* Sed unum ex præcipuis fundamentis, quibus Thomistæ probant existentiam gratiæ prædeterminantis, est perfectissima providentia, quam Deus exercet circa actus nostros liberos: ergò semel concesso gratiam ab intrinseco efficacem non esse regentem, enervantur fuudamenta pro existentia illius.

Pars negativa nequit tueri à Thom

Prob. 1.

4 2. Deum propriè regere, sive dirigere, per gratiam suam, liberum arbitrium hominis, est illud esse propriè subiectum, & subditum Deo in suis operatiouibus; qui enim regit alterum, se habet ut superior respectu illius. Tum quia Deum regere, est idem, ac Deum gubernare. Deus autem ut gubernans hominem, dicit superioritatem ex parte ipsius, & veram inferioritatem ex parte hominis: ergò si absque gratia prædeterminanti salvatur Deum regere per gratiam suum liberum arbitrium hominis, absque gratia prædeterm. salvatur cum proprietate tale liberum arbitrium esse subiectum Deo in suis operationibus. En ubi corruit alterum fundamentum Thom. pro existentia gratiæ prædeterm. 3. Deum regere hominis liberũ arbitrium est idem, ac illud gubernare in suis operationibus: ergò si gratia prędeterm. non est gratia propriè regens liberum arbitrium, non est gratia, per quam Deus gubernat illius operationes. Sed Deum gubornare operationes hominis, est Deum exercere supremum, & immediatum dominium supra illas: ergò absque gratia prædeterminanti subsistit integrè supremum, & immediatum dominium Dei supra actus liberos creaturæ rationalis. Ut quid ergò tot clamores in favorem supremi dominij Dei circa nostros actus liberos; si per gratiam prædeterminantem Deus non exercet propriè illorum gubernium? *Ex his manifestè constat utilitas quæsiti.*

Secundo.

Tertio.

§. II.

Munus gratiæ regentis iuxta Magn. Par. & D. Thom. propriè convenit gratiæ prædeterminanti si hæc admittatur.

5 SUpponimus ut certum ex doctrina Sanct. Doct. in 2. dist. 41. q. 1. a. 1. munus directionis lib. arb. convenire gratiæ excitanti; sive hæc accipiatur pro cognitione suadenti rectam operationem, sive pro cognitione legis illam præcipientis. Ratio huius est. Nam illius est dirigere liberum arbitrium hominis, cuius est illud ordinare in finem; sed cognitio suasiva, & ostensiva boni honesti, similiterque cognitio præceptiva rectæ operationis, ordinant hominem ad operandum secundum rectam rationem; in

Munus direct. convenit cognit.

quo conſiſtit finis proprius illius: ergò munus dirigendi liber. arbit. convenit recenſitis in antecedenti. Totus diſcurſ. eſt D. Thom. ubi ſupra. Addit tamen omnia enumerata diſcriminari in modo directionis: *Cognitio enim fidei dirigit rectam intentionem, oſtendendo finem ultimum, ſcilicet, Deum; cognitio autem legis imperando, & docendo, qualis debeat eſſe actus proportionatus fini ultimo.* Hinc inferes omnem cognitionem practicam ſuaſivam, aut imperantem honeſtatem operationis, eſſe directivam liber. arbit. propter rationem ex D. Thom. aſsignatam. An autem motus ſubiti ſanctæ affectionis, quibus homo diſponitur ad conſenſum liberum ſalutarem, poſsint etiam dici gratia, per quam Deus dirigat illum ad prædictum conſenſum? Aliquam difficultatem ingerit, etſi levem. Sed iuxta doctrinam D. Thom. ubi ſupra. Reſpondet. affirmativè: *Nam ordinare in finem contingit dupliciter, vel oſtendendo finem, vel inclinando in finem; oſtendere finem, rationis eſt, ſed inclinare, eſt voluntatis; quia amor, in quo actus voluntatis exprimitur, eſt quaſi quoddam pondus animæ.* Hucuſque S. Doct. Cum igitur prædicti motus ſanctæ affectionis habeant inclinare voluntatem ad conſenſum perfectum, liberum, & ſalutarem; fit conſequens Deum infund. ſanctas affectiones aliqualiter dirigere liber. arb. ad rectam operationem. Cæterum ratio gratiæ dirigentis maiori cum proprietate convenit gratiæ illuminationis ſuadentis, & præcipientis; ſicuti maiori cum proprietate ipſi convenit ordinare voluntatem in finem, ut de ſe conſtat. Huiuſmodi directio, ſive regimen eſt purè de linea morali; cum gratia excitans, prout includit tam gratiã illuminationis ſuadentis, & præcipientis bonum, quam gratiam ſanctæ affectionis inclinantis ad illud, tantum moraliter, & obiectivè influat in actus liberos, & ſalutares.

Diverſitas indirigendo.

An conveniat motibus voluntatis?

Reſpond. cum diſtinct.

Sic S. D. 2. 2. q. 47. art. 12.

6 Hoc ſuppoſito concl. quam certam exiſtimo apud omnes Thomiſt. tuentes talem gratiam. Probat. I. eſſe de mente Magn. Par. lib. de Grat. & liber. arbit. cap. 16. hæc habet: *Certum eſt nos velle, cum volumus, ſed ille facit, ut velimus bonum, de quo dictum eſt: præparatur voluntas à Domino; & à Domino greſſus hominis dirigentur, & viam eius volet.* Et item: *Deus eſt, qui operatur in nobis velle.* Sed gratia per quam Deus facit, ut velimus, eſt gratia ab intrinſeco efficax iuxta Thomiſtas: ergò talis gratia, nedùm eſt per quam Deus præparat, operatur in nobis velle, ſed etiam per quam dirigit hominem, ut velit. Deinde: Lib. de Prædeſt. SS. cap. 20. ut probet Deum per gratiam ſuam inclinare corda hominum, ut velint, & modo mirabili, atque inefabili operari in nobis velle ad obtinendum Regnum Cœleſte; inter plura teſtimonia ibi adducta; refert ſequentia: *A Domino greſſus hominis dirigentur* ex Pſalm. 36. Et: *A Domino greſſus viri diriguntur.* Proverb. 20. Et item: *Omnis vir videtur ſibi met ipſi iuſtus, dirigit autem corda Dominus.* Ibidem cap. 21. Cum ergò ſit certum apud Thom. ibi loqui M. Par. de Gratia prædeterminanti, per quam Deus operatur in nobis velle; huiuſmodi gratia eſt per quam dirigit corda, & regit greſſus viri. Sed placet audire ipſum S. P. ſuper illud Pſalm. 118. verſ. 113. *Greſſus meos dirige ſecundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniquitas*; ubi hæc habet; *quid aliud petit, quam, ut donante Deo diligat Deum? Quid igitur orat; quam ut præcepta, quæ Deus imponit iubendo, implere faciat adiuvando?* ergò iuxta M. Par. dum à Deo poſcimus, ut nos dirigat per gratiam ſuam, petimus, ut donet nobis dilectionem, & ut nos adiuvando faciat adimplere ſua mandata; quæ munia ſunt propriſsima gratiæ prædeterm. Hoc ipſum ſuadetur efficaciſsimè ex eodem S. P. ſerm. 43. de Verb. Dom. cap. 3. ubi adeo neceſſarium exiſtimat regimen Dei, ut homo vitet peccatum; ut ita affirmet: *Si Deus non regit hominem, homo cadit. Tam periculoſa eſt lucta inter carnem, & ſpiritum, ut ſi dimiſſerit Rector, ruina ſequatur.* Et Serm. 13. de Verbis Apoſt. cap. 10. *Niſi ille regat, cadis, niſi*

Prob. ex teſtim. M. Par.

Secundo.

Confirm.

Urgetur.

nisi ille regat, laces. Nunc sic: Gratia ex cuius præcisse absentia sequitur per infallibilem consequentiam hominē peccare, est gratia ab intrinseco efficax, in cuius carentia iuxta Thomistas consistit permissio peccati. Sed iuxtà immediatè adducta sic se habet absentia directionis, & regiminis Dei circa hominem: ergò per talem gratiam verè Deus illum dirigit, regit, atque gubernat.

Suppoſit. libert. & præcept.

7 Alia plura possent adduci ex S.P. sed citata sufficiant. Favet etiam expresse S. Doct. qui exponens illa verba Pauli 2. ad Corinth. cap. ult. *Oramus autem, ut vos nihil mali faciatis*; hæc habet lect. 2. *Notandum est* (sec. Aug. in Glossa) quod ad vitand. *peccatum necessaria sunt duo, scilicèt, liber. arb. & gratia Dei. Sic enim illud non esset necessarium. non darentur præcepta, nec prohibitiones. Gratia etiam est necessaria; quia nisi Deus omnes regeret per gratiam suam, non posset homo stare. Et ideo Apost. orat Deum pro gratia obtinenda &c.* Quo nihil efficacius; si notetur esse de mente Apostoli illum loqui unicè de gratia efficaci, ut tuentur Thom. edocti à M. Par. lib. de Gratia Christi, c. 15. diligenter advert. non dixisse Apost. *Oramus nequid mali possitis facere; sed ne faciatis, quod ad adiutor. quo voluntatis, actionis pertinet.* Rursùs: Illa verba Psalm. 36. *Apud Dominum gressus hominis dirigentur: sic exponit. Homo directus à Domino volet viam eius, scilicèt, Dei; quia Deus sic dirigit hominem, quod non cogit eum; sed facit eum eligere bonum iuxta illud Deus est qui operatur in nobis velle.* Sed directio faciens hominem eligere bonum, & per quam Deus operatur velle, pertinet ad gratiam efficacem: ergò huiusmodi gratia &c.

Prob. esse de mente S. Doct. 1

Secundo.

8 Ulterius: Gratia gubernans liberum arbitrium est gratia illud regens; sed Deus per gratiam intrinsecè efficacem determinantem liberum arbitrium ad rectè agendum illud gubernat: ergò, & illud regit. Minor est D. Thom. 1. part. quæst. 103. art. 5. dicentis: *Quædam sunt per se agentia tanquam habentia dominium sui actus, & ita gubernantur à Deo, non solum per hoc quod moventur ab ipso Deo in eis interius operante; sed etiam per hoc quod ab eo inducuntur ad bonum, & retrahuntur à malo per per præcepta, prohibitiones, & pœnas.* In his verbis attribuit Deo gubernium, & regimen liberi arbitrij ratione utriusque gratiæ, scilicèt, excitantis media propositione præmij alliciantis, & pœnæ retrahentis; & gratiæ interius moventis, & operantis in nobis actus liberos. Videatur in solut. ad 3. ubi ait: *Quod, etsi creatura rationalis se ipsam dirigat, & gubernet, indiget tamen gubernari à Deo secundum intellectum, & voluntatem.* Nunc sic: Quia homo se ipsum determinat ad proprios actus, se ipsum cōplete dirigit, & gubernat. Sed Deus per gratiam prædeterminantem perfectiori modo facit, ut homo se determinet, quam faciat ipse homo: ergò ratione illius hominem perfectissimè regit, & gubernat.

Tertio.

9 Probat. insuper ratione ducta ex D. Thom. ubi supra: Deum gubernare, sive regere creaturam rationalem, est ipsam per media convenientia ad finem sibi proprium perducere: ergò grat. per quam Deus hominem perducit ad finem ei proprium, est gratia per quam Deus hominem regit, & gubernat; eoque perfectius; quo perfectius ipsum ad talem finem perducit. Sed Deus per gratiam prædeterminantem perducit hominem ad finem sibi proprium; determinando efficaciter illum ad salutariter agendum: ergò per talem gratiam perfectissimè dirigit, & gubernat liberum hominis arbitrium. Confirm. Gratia illa, quæ est propriissimè effectus Divinæ providentiæ, quam Deus exercet circa hominem, ut salutariter agat, & vitam æternam consequatur; est propriissimè gratia qua Deus ipsum regit: Cum munus Divinæ providentiæ sit regere ea, quæ ipsi subduntur ordinando illa in finem. Sed gratia prædeterminans est effectus propriissimus providentiæ Dei, per quam disponit, & determinat ut homo salutariter agat, & vitam consequatur æternam: ergò est propriissimè gratia regens liberum hominis arbitrium. Hac ratione S. D. 1. p. q. 105. agit

4. Probat. ratione ex illius Doctr. de deducta.

Confir. 1.

10 agit de motione Divina; quia est, iuxta ipsum effectus gubern.

Explicatur hoc ex Doctrina eiusdem in 4. dist. 49. quæst. 1. art. 2. quæst. ultima ubi redit rationem cur beatitudo supernaturalis consistens in visione, & amore Dei; dicitur Regnum Cœleste, & qui talem felicitatem consequuntur, cum Deo regnare dicantur. * Ratio talis est. Nomen regni à regendo dicitur; actus proprius providentiæ est regere illa, quæ ipsi subduntur; undè illi, qui perfectissimè Dei providentiæ subduntur, perfectissimè à Deo reguntur. Cum autem providentiæ sit ordinare in finem, & huiusmodi ordinatio conveniat non solum his, qui sunt in via, & tendunt in illum, sed etiam his, qui ipsum finem assequuntur, & in eo conservantur; manifestum est Beatos Divinæ providentiæ perfectè subijci, & à Deo perfectè regi, & gubernari: ideòque Collegium eorum, qui iam in fine stabiliti sunt, Regnum Dei dicitur. Sed quia Beati taliter reguntur à Deo, ut etiam sint providentes sibi metipsis, & alia sint eis subiecta; ideo etiam regnare cum Deo dicuntur Apocal. 5.* Ex quibus sic infero: ergò gratia illa, per quam liberum hominis arbitrium perfectè subditur Deo; & per quam Deus perfectè dominatur ei, est per quam cum omni proprietate ipsum regit. Sed per gratiam ab intrinseco efficacem liberum hominis arbitrium perfectè subditur Deo, ut dominanti, & applicanti ad actus salutares: ergò est cum proprietate gratia Regens. Imo, ut iuxta adducta ex D. Thom. loquatur; est gratia constituens homines regentes se ipsos, & Reges suorum actuum; cum eis tribuat, ut provideant de suis operationibus se determinando ad earum elicientiam liberam; propter quam sunt Domini.

Confir. 1. ex Mirab. Doctr. D. Thom.

11 Hinc inferes quoties in sacra pagina poscì à Deo (pro quo sunt plura testimonia) illius directionem, & regimen circa nostras operationes, exorari etiam gratiâ efficacem, per quam donat nobis rectè operari, & omnes viæ nostræ sunt rectæ coram ipso. Hoc enim petit Ecclesia dum sic clamat: *Dirigat corda nostra Domine tua miserationis operatio:* Et Rursùs: *Largire supplicibus tuis, ut cogitemus te inspirante, qua recta sunt, & tè gubernante eadem faciamus.* Et: *Dirigere digneris corda, & corpora nostra in lege tua.* En ubi, post gratiam excitantem sanctæ cogitationis, gratiam facientem, ut faciamus, quę resta cognoscimus; gratiam gubernantem appellat. Alia plura ex Script. SS. PP. & ratione superaddi poterant ad sacram eruditionem; sed dicta pro Scholastico more sufficiant. Psalmo 22. dicitur: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit (quoad rectè vivere, scilicèt, & salvari.)* En regimen ad cuius præsentiam omnia bona conferuntur homini: quod proprium est gratiæ prædeterminantis. Proverb. 21. *Cor Regis in manu Domini &c.* ergò gratia, per quam corda nostra sunt in manu Dei Supremi Domini flectentis illa in bonum est gratia Dei, ut Supremi Regis. Conformiter ad hucusque dicta duplex directio datur in Deo circa actus liberos nostræ voluntatis; una præceptiva, ostensiva, & suasiva boni; altera interius motiva, & immutativa voluntatis de malo in bonum. 1. Est moralis, & resistibilis, 2. est physicè effectiva, & irresistibilis, utpotè indeclinabiliter, & insuperabiliter agens voluntatem eam perducendo ad proprium finem. 1. est gratia Dei ut Legislatoris, & Doctoris; 2. est gratia Dei, ut primi motoris, primi agentis, & Supremi Domini. In prima exprimit Deus Dominium iurisdictionis, in secunda Dominium proprietatis supra actus salutares, qui sunt dona ipsius. Per primam directionem homo ordinatur quoad sufficientiam ad rectè agendum; per secundam vero ordinatur quoad efficaciam. 1. Est illa, de qua dicitur: *Deus legifer noster*, & Rursùs: *Ego Dominus docens te ut illa*; 2. vero, de qua dicitur: *Dominus regit me, & nihil mihi deerit*; & Rursùs: *Dirigat corda nostra tuæ miserationis operatio.* Cum prima directione stat hominem peccare; cum secunda autem minimè. 1. Est talis quoad specificat. & ex parte obiecti; 2. quoad exer-

Illatio cõfirmãs dicta.

Duplex directio lib. arb. ex parte Dei.

exercitium,&ex parte ſubiecti agentis de quo S. Doct. 1.2. quæſt.9. art. 1. Nec huiuſmodi directio dicitur phyſica; quia ſolum ad eſſe phyſicum actus moveat; ſed propter modum regendi; ſcilicèt, non ſuadendo,aut oſtendendo, ſed per realem, & ſubiectivam immutationem voluntatis ad actus ſalutares.*Unde de gratia prædeterminanti poteſt dici illud D. Proſp. *Dirigit enim,non confilio, hortatuque benigno, ſuadens, atque docens, quaſi normam legis habeat; ſed intus mentem mutans, atque reformans virtute creandi.*

* Deus dupl. movet vol 1 p.q 105.art 4

Carm. de ingratis.

§. III.

Solvuntur aliquæ inſtantiæ.

12 Primo.

ARguit 1. Phyſica prædeterminatio requiritur ad omnem operationem cauſæ ſecundæ, tam cognoſcitivę, quam non cognoſcitivæ; ut per illam gubernetur à Deo Supremo Domino: ergò directio propria, & peculiaris creaturæ rationalis qua talis non requirit, aut habetur ex vi talis prædeterminationis. Vel aliter. Per illam motionem regitur creatura libera in quantum talis, per quam repugnat regi creaturam non liberam; ſed talis eſt motio moralis ſuadens, & alliciens ad rectè agendum;è contra vero ſe habet phyſica præmotio applicans cauſam in actu 1. ad actum ſecundum: ergò loquendo in ſenſu formali de directione liberi arbitrij qua talis; hæc minimè convenit motioni prædeterminanti. Simili argument. probari poteſt prædefinitionē efficacem, ſecundum quam Deus ab æterno decrevit omnia merita noſtra, non requiri, ut ipſe Deus perfectiſsimè de illis provideat; ſiquidem omnes actiones cauſæ creatæ, tam liberæ,quam neceſſariæ, petuntad ſui exiſtentiam produci à Deo efficaciter volente, & ordinante earum paſsivam productionem. Unde quemadmodum prædefinitio efficax ordinans hominem ad finem ſupernaturalem beatitud. conſequendum per actus liberos ſupernaturales, eſt providentia ſpecialis circa illum, & exacta titulo agentis liberi; ita prædeterminatio ad actus liberos, & meritorios; per quam Deus non ſolum facit, ut homo faciat, ſed ut liberè, & meritoriè faciat, eſt directio ſpecialis, & ſoli creaturæ liberę potens convenire. Etſi enim prædeterminatio ad actionem cauſæ neceſſariæ, & prædeterminatio ad actionem cauſæ liberę in ratione communi conveniant; differunt tamen inter ſe. Prima enim non ſolum continet ſubſtantiam actus,ſed etiam neceſsitatem illius; 2.vero continet, & ſubſtantiam actus, & eius libertatem; cum non ſolum determinet voluntatem ut agat,ſed ut liberè agat propter ſui efficaciam, quam participat à Divina voluntate. Hinc colliges,quod quemadmodum prædeterminatio ad actum ſupernaturalem eſt intrinſecè ſupernaturalis,& quaſi ſpecie differens à motione prævia pro actu naturali; ſic prædeterminatio ad actum liberum differt eodem modo à prædeterminatione ad actum neceſſarium: cū illa ſit de genere motus ſumentis ſpeciem ab actu, quem per ſe reſpicit ut finem.

Reſpond.

Illatio.

Argum. 2. & difficilius. M. Par. lib. de Geſtis. Pelagij cap.3. referens illius perverſum Dogma, *ſcilicèt, homines regi propria voluntate ſine Deo*; illud ſic reijcit. *Proculdubio plus eſt agi, quam regi; qui enim regitur, aliquid agit; qui vero agitur, agere aliquid ipſe vix intelligitur. Et tamen tantum præſtat voluntatibus noſtris gratia ſalvatoris, ut non dubitet Apoſt. dicit*: *Quotquot ſpiritu Dei aguntur, hi ſunt Filij Dei.* Ex quo teſtimonio ab illuſt. Caſtell, diſp.3. quæſt.4. ſeſſ. 6. à n.1118. & ab alijs ſequens diſcurſus formatur*Plus eſt agi ſpiritu Dei, quam regi ab ipſo; cum ſit pervium, eum qui regitur, aliquid agere; & intellectu difficile, eum qui agitur, aliquid agere. Sed iuxta Apoſt *Spiritu Dei aguntur filij eius, ut agant*: ergò ſpiritu ſapientiæ, & non viribus propriæ voluntatis, reguntur Filij Dei. Conſeq. patet à maiori ad minus.*

13

2 Inſtant ex M.P.

Ex his videntur deduci aliqua contra noſtram concluſionem.

14

Si

Ponderat testimon. contra concl. 1.

Si enim plus est agi à Deo, quam regi; & homines aguntur à Deo per gratiam ab intrinseco efficacem, ut communiter tuenturThom.exponentes verba Apost. (inter quos M. Lemos. lib.4. part. 2. tract. 4. cap. 26. num.216. dixit: *Pro gratia efficaci ex ipso Deo nihil potest dici manifestius*) per talem gratiam propriè non reguntur: aliter enim idem omnino esset agi à Deo, quam regi ab ipso.

Secundo.

2. Gratia illa cum qua facile percipitur hominem ex se agere, est gratia indifferens, & moraliter alliciens voluntatem; sed iuxta M. Par. talis est gratia per quam regit homines: ergò talis gratia est tantum moraliter influens excit. suadendo, & illuminando.

Tertio.

3. Si argument. Augustini est à maiori ad minus, scilicèt, probare homines regi spiritu Dei, quia ab ipso aguntur: ergò gratia regens est gratia moraliter influens illuminãdo excit. & hortando; non vero gratia physicè determinans voluntatem ad agendum. Ideoque M. Par. intulit contra Pelag. homines regi *spiritu sapientiæ*: qui spiritus ad grat. illum. spectat.

1 C

Propter hæc motiva video Illust. Castell ubi supra maximè inclinatum ut sentiat *gratiam regentem* liberum, arbitrium esse tantum gratiam illuminationis, & purè moraliter in actus nostros influentem; gratiam vero, per quam *agit*, ut agamus, esse *gratiam* ab intrinseco efficacem, & *physicè* determinativam voluntatis ad agendum. Hac enim distinctione videtur sibi ex testimon. M.P. efficacissimè probari grat. adiuvant. esse in re ab excitanti distinctam; si enim plus est *agi* gratia Dei, quam ab ipsa *regi*; cum per gratiam excitantem. & constituentem libertatem ad agendum, regantur homines à Deo; necesse est ponere aliam gratiam, per quam ab ipso agantur ut agant. Unde num. 1153. impugnat P. Suarez dicentem: *Idem esse hominem agi à Deo, ac regi ab illo.* Hoc tamen discrimen nequit nobis placere propter testimon. M. Par. & D. Thom. attribuentia gratiæ efficaci, sive motioni, per quam Deus operatur in nobis velle; imò, & operatur in omni causa operante, munus motionis regentis, dirigentis, & gubernantis liberum arbitrium. Et ut à num. 2. ponderatum relinquimus, *si gratia regens* inregra subsistit absque gratia ab intrinseco efficaci; magna ex parte corruunt motiva probantia huiusmodi gratiæ existentiam.

Castell ponit discrimen inter agi, & regi.

Impugn. 1

Secundo.

Ulterius. Unum ex præcipuis argumentum, quibus nititur prædictus A. ut probet nomine *spiritus Dei agentis* intelligi gratiam prædeterminantem, est; quia *iuxta M. Par. serm. 43. de Verbis Dom. Talis spiritus agens connectitur cum nostro agere*: Et tunc (inquit) *benè agis, si à bono agaris.* Et lib. 6. contra Iulian. cap. 5. *Quicumque spiritu Dei aguntur, ipsi facta carnis mortificant spiritu.* Sed similis connexio datur, & ponitur à M. Par. inter spiritum Dei *regentis*, & *nostrum rectè agere*, ut videre est supra §. 2. in 2. probat. cui adstipulatur testim. S. Doct. & sacræ pag. ergò absque efficaci fundamento, & non sine in conseq. attribuitur gratiæ prædeterminanti munus *gratiæ agentis*, gratiæ vero excitanti munus *gratiæ regentis.*

16

Ut autem veritas concl. subsistat; & ostendatur testim. M. Par. ei minimè officere; notandum *agere* voluntat. ex terminis convenire etiã gratiæ moraliter tantum moventi liberum arbitrium ad actus salutares. Constat ex M. Par. lib. de Spiritu, & litt. cap. 34. dicenti: *Visorum suasionibus agit Deus, ut velimus, & credamus, sive extrinsecus per Evangelicas exortationes, sivè intrinsecus ubi nullus hominum habet in sua potestate, quid ei veniat in mentem.* Gratia autem suadens absdubio est gratia moralis. Ratio id ipsum probat. Nam *agere* aliquem, teste Calepino, est idem, ac illum *inducere* ad operandum; cumque gratia moraliter suadens, & alliciens de se inducat voluntatem ad rectè operari, etiam per eandem gratiam quodam modo agitur, ut rectè operetur. Rursùs. Agere aliquam causam ad operandum est ipsam movere, ut operetur. Sed munus gratię moventis voluntatem, nt salutariter operetur, convenit tum gratię excitanti; tum etiam gratiæ adiuvãti ab illa realiter distinctę:

Pro solut. notand.

Secundo. Quid fit Deum strictè agere nos ad oper.

ergò. 2. Notandum Deum ; *agere* causam aliquam ad operandum, si cum omni rigore accipiatur, significare motionem intrinsecè efficacem, sive connexam cum tali operatione. Ratio est 1. Nam *agere* teste Calepino etiã significat *impellere* aliquem ad operandum ; impulsus, autem, & impetus, præsertim intra ordinem gratiæ, motionem efficacem designat. 2. Nam causam aliquam operari, ut se ipsam agentem ad operandum est illã se ipsam determinare, ut operetur ; è contra vero causa, quę non operatur ex propria determinatione, dicitur operari, ut mota, & acta ab alio; ita D. Thom. 1. 2. quæst. 1. a. 2. Ob quam rationem asserit ibi; *quod, etsi omne agens operetur propter finem ; agens liberum operatur, ut se agens, & se ducens ad finem : agens vero irrationale, quasi ab alio actum, vel ductum ad finem.* Sed agens ut rationale operatur ex determinatione Dei 1. agentis: ergò gratia *agens* voluntatem, si cum rigore accipiatur, est gratia intrinsecè efficaciter determinans voluntatem ad agendum. 3. Nam *agere* voluntatem ad salutariter operandum convenit cum rigore Deo ex vi illius gratiæ, vi cuius Deus dicitur *Actor* nostrorum actuum; etenim ly *Actor* deducitur ex ly *agere*. Sed Deus propriè constituitur Actor nostrarum operationum per motionem prævium physicè determinantem voluntatem ad earum elicientiam ; ex vi enim concursus purè moralis non est propriè, & directè causa per se operandi, ut alibi probatum est : ergò Deum per gratiam suam strictè agere voluntatem nostram, ut agat, est illam per gratiam intrinsecè efficacem determinare ad operandum.

Probat. 1.

Secundo.

Tertio.

17 In hac 2. acceptione sumitur ly *agi à gratia Dei voluntatem nostram* à M. Par. de Correct. & Grat. cap. 12. dicenti : *Subventum est infirmitati voluntatis humanæ, ut Divinâ gratia indeclinabiliter, & insuperabiliter ageretur.* Et etiam Serm. 13. de Verbis Apost. dum ait : *Tunc benè agis, si à bono agaris ; spiritus enim Dei, qui te agit agẽtibus adiutor est:* *Ratio est: Quia est agi à Deo connexum cum nostra operatione. Similiterque in eodem sensu accipitur illud Apost. *Quotquot spiritu Dei aguntur &c.* iuxta doctrinam M. Par. ubi supra ; siquidem ita asserit homines *agi à spiritu Dei*, ut vix intelligatur *quod homines sic acti aliquid agant* ; si autem talis motio esset moralis, & intrinsecè indifferens, non esset difficile, imò potius esset facilè intellig. quod voluntas sic acta aliquid ageret. Favet etiam D. Thom. in expositione Apost. lect. 3. asserens *per talia verba significari voluntatem hominis moveri à spiritu Dei, quasi cogentè ipsam, & non solum dirigi à Spirit. Sanct. tanquam ab interius illuminanti.* Gratiã autem ita agens voluntatem, ut sit quasi spiritus cogens illam, merito est gratia intrinsecè efficax. Utraque acceptio constat ex S. P. serm. 13. de Verbis Apost. *Aguntur spiritu Dei exhortante, illuminante, & adiuvante.*

Prob. etiã ex M. P.

*. Serm. 43. de Verb. Dom. c. 4 eadem habet.

Ad Rom. 8.

Restat, ut dicamus aliquid circa ly *regere* ; & videamus, an sit discrimen ex parte obiecti inter voluntatem *agi* à spiritu Dei, & *regi* ab ipso ? Sed hoc facile iuxta superius dicta deciditur. Siquidem Deum per gratiam suam regere liberum arbitrium ; verificatur de ipso, non solum dum homini suadet, & præcipit rectam operationem, & ad illam moraliter allicit proponendo ipsi varia motiva : sed etiam, & præcipuè ; dum ipsum sic excitatum efficaciter determinat ad rectè agendum. Ex quo constat, quod sicut datur ex parte Dei duplex modus *agendi* voluntatem, ut *agat*; scilicèt, & moraliter per exhortationem excit. & illuminationem, & modus *agendi illam physicè* per spiritum adiuvantem, & quasi cogentem propter sui efficaciam voluntatem, ut rectè velit ; ita similiter datur duplex modus dirigendi, sive regendi, vel gubernandi liberum arbitrium ex parte Dei. scil. moraliter, & physicè iuxta superius fundata, & explicata. Cuius dist. ratio oritur ex duplici modo, quo homo subditur Divinæ providentiæ (cuius proprius actus est regere) videlicèt, subijcitur Deo, ut illuminanti excit. & docenti, quod

18 An sit dist. inter agi, & regi.

Respond.

opor-

oporteat ei facere: Et insuper subijcitur eidem providentiæ, ut efficaciter disponenti,& ordinanti elicientiam actuum salutarium. Hinc constat relatè ad Dei providentiam nullam dari diversitatem ex parte obiecti inter *agere* voluntatē creatam, & ipsam *regere*: Si enim illam *agit* spiritu *exhortante*, *illuminante*, *& instigante*; eodem modo illam *regit*; si autem eam agit *spiritu adiuvante*, *impellente*, *inclinante*, connexoque cum agere voluntatis; eodem modo prorsus illam *regit*, atque *gubernat*.

19 Sed restat scire, cur dixit M. Par. plus esse voluntatem *agi*, quam *regi*. Ad quod Respond. M.Par. loqui de *agi*,& *regi* ex terminis loquendo,& attenta freq. accept. huius vocis *agi*; non autem de *agi*, & *regi restrictè* à Dei providentiam, ut agentem, & regentem liberum arbitrium. Etenim respectivè ad creaturas, quæ operantur motæ ad alijs plus efficaciæ exprimitur per ly *agi*, quam per ly *regi*. Undè communiter utimur hoc nomine *regere* ad explicandum directionem, per quam unus homo alterum gubernat; non autem utimur hac voce *agere*: hac enim solum utimur, ut explicemus motionem rerum irrationalium. Sic dicimus *Prælatos regere suos subditos*,& *Regem suos vassallos &c.* Non autem agere illos. Quod sic illustro ex D.Thom.ad Roman.8. lect.3. ubi exponens illa verba *qui spiritu Dei aguntur*; quia ab illo, ut directore; & ductore moventur: Subdit*qui enim ducitur ex proprijs suos motus operatur. Non autem qui agitur, undè deBrutis dicitur quod aguntur, & non agunt. Quare(inquit)aliquid plus continetur dum dicitur,qui spiritu Dei agun tur. Quia, scilicèt, ex superiori instinctu moventur ad agendum. Nec tamen ob hoc destruitur libertas; eoquod sic agit voluntatem,ut faciat eam liberè operari.* Hoc enim discrimen sufficiens erat ad intentum M. Par. contra Pelag. quasi diceret: Attenta expositione huius vocis *agere* plus efficaciæ importatur in illa, quam in hac voce *regere*: Sed absque prę iudicio libertatis,& activitatis in volūtate creata hęc *agitur spiritu Dei*: ergò etiam regitur ab ipso. Cum quo tamen stat nullam adesse diversitatem ex parte obiecti inter *agi* à Deo, & *regi* ab ipso. Non aliter, ac si quis contra Pelag. negantem gratiam efficacem ad velle, sic argueret. Plus est *compelli*, & *impelli* voluntatem, ut velit,quam determinari ad ipsum velle. Sed per gratiam Dei compelluntur, & impelluntur homines, ut benè velint, iuxta illud Lucæ 14. *Compelle eos intrare*: ergò etiam per gratiam Dei determinatur voluntas hominum,ut benè velint. Attamen si fiat discusio, non de comm.accept. vocum, sed de ipsis rebus, & relatè tantum ad gratiam Dei moventem liberum arbitrium; idem continetur in his vocibus: *Determinare*, *movere*, *& flectere voluntatem ad bonum*, ac in his: *Eam compellere*, *impellere*; *& transferre mirabili impetu*, *ut bonum velit*.

Qualis sit dist. inter illa iuxta M.Par.

Confirm. ex S.D.

Ex his facile solvuntur ponderat. adductæ in 2. instant. Ad 1. Respond. *Voluntatem agi* esse plus *quam regi* quoad expressionem maioris efficaciæ; secùs tamen quoad rem significatam. Ita M.Lemos, ubi supra num. 415. Unde M. Par. non dixit *eum qui agitur*, nihil agere, sed *vix intelligi*, *ut aliquid agat*; in qua locutione exprimit se rigorem significationis attendere; non aliter, ac si quis diceret: *Qui compellitur*, *vix intelligitur*, *ut voluntarie agat*. Ad 2. Respond. Cum gratia regenti tantum moraliter facile percipi hominem aliquid agere; sed non ita facile cum gratia regenti physicè, & operanti in eo velle. Ad 3.Dicatur arg. M.P. esse à maiori ad minus quoad expressionem, & iuxta frequentem acceptionem de ly *agere*, *& regere*, quatenùs una causa creata agit, vel regit aliam. Si autem fiat restrictio ad spiritum Dei omnia moventis, & in omni causa operantis; in eo sensu quo *agit*, *regit*, *& gubernat*. Ad ult. Resp. *Spiritum Divinæ sapientiæ* non dicere solum illuminationem, & exhortationem ad rectè agere, sed etiam *motionem certam*, *securam*, *amantem bonum*, *& omnia innovantem*. Unde Sapient. 7. dicitur: *Est enim*

20

Ad 1. ponderat.

Ad 2. & 3.

Ad ult. Respond.

enim in illa spiritus certus, securus, amans bonum, omnia innovans &c. & fortiter, suaviterque disponens omnia.

§. IV.

Sine gratia intrinsecè efficaci non salvatur Deum propriè dirigere hominem in elicientia actuum supernaturalium.

21 AD perfectam providentiam Dei circa actus nostros liberos requiri volitionem efficacem; Notand. secundum quam Deus eos efficaciter determinet, & illorum existentiam præintendat; probant satis nostri Thomistæ tract. de Provident. In illa iuxta D. Thom. 1. p. quæst. 22. art. 3. & quæst. 103. art. 6. duo est considerare; & ordinationem rerum ad finem: & executionem huius ordinis. Primum est ab æterno, secundum est in tempore: primum spectat ad ordinem intentivum, & fit à solo Deo absque interventu causæ secundæ; secundum pertinet ad ordinem executivum, in quem influunt causæ secundæ; diciturque gubernatio rerum à Deo provisarum. Non est præsentis instituti agere de actu providentiæ, prout hęc est ordinatio rerum in finem in mente Dei existens; sed de actu, quasi externo in regimine, & gubernatione temporali consistens. Cum autem sit certum actus nostros liberos salutares non posse à nobis elici, nisi Deo gubernante, & ut supremo, potentique Rectore, in eos influenti; dubitari potest. An possit subsistere perfectum regimen, & gubernium illo- Quæstio. rum; si Deus non moveat liberum arbitrium per gratiam ab intrinseco efficacem ipsum determinantem ad eorum elicientiam? Conclusio est negativa, quam breviter, & intra terminos regiminis, & gubernat. probabimus.

22 Secluſa gratia prædeterminanti solum remanet concursus simultaneus ex parte Dei, & gratia Probatur. quæ præveniat solum excitando ab intrinseco indifferens, & determinabilis pro libito voluntatis creatæ; sed per nullum horum verificatur Deum propriè regere, & gubernare liberum arbitrium in suis actibus: ergò. Minor quoad 1. partem loquendo de concursu simultaneo in actu 2. sive per modum actualis influxus. Prob. 1. Nam concursus directivus, & gubernativus est concursus in causam, & non solum in effectum; ut videre est in gubernatione morali; secundum quam unus homo alterum dirigit, & ducit, prout sibi videtur: & pariter in dirigente rem inanimatam, v. g. sagittam; cuius motio, & impulsus immediatè tangit sagittam eam movendo, ut scopum attingat. 2. Nam ita docetur à D. Thom. 1. p. quæst. 103. art. 5. dicenti: *Gubernatio est mutatio gubernatorum à gubernante, omnis autem motus est actus mobilis à movente*: ergò cum sit innegabile Deum gubernare omnem causam, pariter est innegabile concursum gubernativum esse immutativum illius; proindequè directè tangentem causam. Nunc sic. Sed concursus ille simultaneus non est in causam, sed in solum effectum; imò est ipsa actio creaturæ iuxta Author. tuentes illum: ergò. 2. Probat. ex hoc ipso: Deum gubernare actus voluntatis est eos in debitum finem perducere; sed ipse actus voluntatis nequit se ipsum ad debitum finem perducere: ergò. 3. Nequit Deus gubernare liberum arbitrium per illum influxum, qui existit ex libito, & determinatione ipsius arbitrij; nam operari ex determinatione alterius potiori ratione dicitur rectum, quam regens. Sed concursus simultaneus est huiusmodi: ergò.

Prob. min. de concursu simult.

Loquendo etiam de oblatione talis concursus, sive de omnipotentia indifferenter præparata. Probat. min. 1. Exemplo adducto à M. Lemos, lib. 3. tract. 1. part. 1. cap. 26. num. 154. *Si enim dux exercitus hanc legem* sibi imponeret; scilicet, *agredi simul cum militibus agredientibus, & fugere cum fugientibus; quis dicer et* ex vi huius præparationis exercitum gubernare: Et hoc; esto suaderet, & præciperet eos strenuè pugnaret. Aut quis assereret; quod si Nauta Navigium, quocumque à ventis du-

23 Idem de oblation. illius.

duceretur, sequeretur clavo, simul cum ventis transfetans; quis, inquam, illum esse Navis gubernatorem assereret? ergò Deũ offerre suam omnipotentiam ad simultaneè influendum cum libero arbitrio in actum, ad quem se determinaverit ipsi cooperando, non est Deum gubernare creaturam rationalem. 2. Concursus ille, qui spectat ad signum libertatis in voluntate creata, & cum quo stat hominem actu deviare à recto fine, non est concursus, quo Deus eius actiones gubernat, sive regit regimine, de quo dicitur *Dominus regit me* &c. & quod à Deo exposcimus in orat. supra designatis. Sed talis est oblatio concursus simultanei, sive præparatio omnipotentiæ: ergò.

Secundo.

24 2. Pars minoris, scilicèt, gratiã excitantem suadendo, illuminando &c. (quam solum prævenientem internam fatentur aliqui AA.) nõ esse sufficientem, ut Deus per illam gubernet liberum arbitrium in suis actibus, probat. 1. Si admittatur solum influere moraliter, & obiectivè, ut plures tenent. Gratia, quę tantum indirectè, & secundum quid facit, ut voluntas rectè operetur, non est gratia propriè gubernans liberum arbitrium: munus enim Supremi Gubernatoris in Deo respectu omnium bonorum est munus causæ supremę strictè, & rigorosè talis. Sed gratia tantum moraliter influens est huiusmodi iuxta expressam Doctrinam D. Thom. 1.2. quæst. 80. art. 1. & quæst. 3. de malo, art. 3. ergò. Hoc idem urgeri potest exemplo Diaboli suadentis, imo, & præcipientis homini peccare; quin propter hoc sit propriè, & directè ipsi causa peccandi, ut alibi ponderatum relinquimus. 2. Probat. admisso etiam influxu physicè effectivo. Nequit esse gratia propriè gubernans liberum arbitrium in suis actus salutaribus, illa gratia, à qua non provenit, quod existat potius consensus salutaris, quam illius omissio; sed talis est gratia excitans; cum de se sit indifferenter coniungibilis cum consensu, & illius omissione: ergò. Nec prodest recursus ad prævisionẽ efficaciæ in illa. Nam hæc prævisio non est ei intrinseca. Rursùs: Non est de linea gratiæ; nec per illam physicè influit. 3. Nequit dici gratia propriè regens, atque gubernans liberum arbitrium in suis operationibus, quæ propriè non dominatur ei; cum regere, & gubernare sit actus dominij, & respectivè ad Deum sit exercitium supremi dominij. Sed per gratiam excitantem non propriè dominatur Deus libero arbitrio. Tùm quia non determinat illud; tum quia ipso propriè non utitur ad operandum; cum usus activus, in quo explicatur facultas dominij iuxta illius definit. sit activa applicatio rei ad opus. Tùm quia talis gratia determinatur à libero arbitrio, ut actu influat in consensum salutarem: ergò per illam Deus non propriè regit, aut gubernat actus salutares liberi arbitrij. Deniquè gratia subiecta quoad usum libero arbitrio non regit ipsum, ut benè operetur; cum regere sit munus superioritatis, non subiectionis. Sed gratia excitans tam illuminationis, quam affectionis, subijcitur quoad rectum usum libero arbitrio iuxta horum AA. Doctrinam: ergò.

Prob. de gratia excitanti, si purè moraliter influit.

Idem esto influat physicè.

Quædam Respond. reijcit. ex tripl. cap.

S.D. 1.2. q. 16. art. 1.

§. V.

Solvuntur argumenta.

25 SEd, ut dicta magis firmentur, oppones 1. Gratia illuminans, & docens qualiter homo rectè operari debeat; est gratia dirigens illum ad rectè operandum. Tum quia hac ratione intellectus dirigit voluntatem; & fides dirigit rectam intentionem finis. Tum quia, qui alterum propriè instruit de agendis, dicitur propriè dirigere ipsum. Sed gratia illuminationis, & Doctrinę pertinet ad gratiam excitantem: ergò ex vi huius gratiæ, & absque recursu ad gratiam intrinsecè efficacem, Deus propriè dirigit actus liberi arbitrij. 2. Lex est propriè regula, & mensura actuum human. ut docet S.D. 1.2. q. 90. art. 1. ergò cognitio legis propriè regit; cum regula dicatur à regendo. 3. Actus regendi in Deo

1. Argum.

Secundò.

Tertiùm

Deo est actus suæ providentiæ: ergò id, in quo exprimit Deus munus providentiæ, exprimit munus regendi liberum arbitrium. Sed præveniendo ipsum per gratiam illuminationis, & affectionis, & simul per cognitionem legis, exercet munus providentiæ in ordine ad finem sibi proportionatum; conferendo, scilicèt, media necessaria, & utilia ad illius consequutionem: ergò per hæc omnia propriè regit liberum arbitrium. 4. Determinare quoad exercitium per motionem intrinsecè efficacem non auget perfectionem regiminis; ut videre est in voluntate, quę, etsi modo dicto determinaret intellectum ad credendū, non diceretur illum regere aut gubernare, sed è contra: ergò secluſa gratia intrinsecè efficaci &c.

Quantum

27

Aliqua ex adductis solum probant Deū per gratiam illuminationis quo vis modo allicientem voluntatem ad rectè agendum dirigere ipsam; quod à nullo negari valet; attamen huiusmodi directionem esse sufficientem, ut Deus integre, & perfectè, regat, gubernetque liberum arbitrium in suis operationibus, minimè probant. Ratio est 1. Nam illud regimen, quod non adstruit in Deo rationem primi motoris, & Supremi Domini nostrorū actuum non adstruit regimen proprium, & condecens Deum. De ratione autem primi motoris, & primi, ac Supremi Domini est, ut nullus motus tam physicus, quam intentionalis, existat sine immediata eius motione, sive determinatione; quæ subsistere non valent, si liberum arbitrium cum sola gratia ex se indifferēti prę ventū à se ipso determinatur ad rectè operandum. 2. Munus proprium integrumque Dei in ratione regentis liberum arbitrium est, ut nihil fiat sine eius efficaci imperio; cum regat, & gubernet, ut supremus, & summus imperator. Quod autem fit à Deo moraliter allicienti, & per gratiam à voluntate creata determinabilem non fit ipso imperante. Sic deducitur ex illo Hieremiæ Thren. *Quis est qui dixit, ut fieret Domino non iubente?* Et ex M. P. sentent. 58. apud Sanct. Prosp. *Nihil fit inmundo, quod non de interiori, atque intelligibili Aula summi imperatoris iubeatur, aut permittatur fieri.* Et 3. de Trinit. cap. 4. Ex his constat ad primum, & secundum. Etsi enim instruere aliquem de agendis, & ipsi præscribere modum, & mensuram, secundumquam oporteat agere, sit propriè illum dirigere; attamen hæc directio, est imperfecta, insufficiens, & non decens Deum, si actus existant sine ulteriori regimine, propter superius dicta.

Ostendit. quid ex eis prob.

Ad 1. & 2.

28

Ad 3. Respond. (omissis pluribus, quæ satis opportune poterant dici) disting. añs. est actus providentiæ, ut subijcientis sibi liberum arbitrium in actu agere, conced. añs. Non sic subijcientis, sed solum in potestate ad agendum. Subdistinguo est regere arbitrium quoad sufficientiam, concedo. Quoad efficaciam ad rectè agere, neg. añs. & distinguo consequens eodem modo. Liberum arbitrium creatum subordinatur immediatè Divinæ providentiæ non solum in posse benè agere; sed etiam, & præcipuè, in actuali exercitio benè agendi; cum Dei providentia iuxta D. Thom. 1. p. quæst. 22. art. 2. tantum se extendat, quantum se extendit eius causalitas. Unde actus, qui sic non subijcitur, non existit est regimine Dei; quamvis potestas ad illum ex eius providentia, & dispositione existat. In casu autem existentiæ actus liberi sine gratia prędeterminanti, liberum hominis arbitrium non subordinatur immediatè Deo quoad actu agere, cum ab illo non determinetur; sed solum quoad posse. Unde regimen Dei sisteret in conferendo sufficienriam; non vero in perducendo cum effectu ad finem rectę operationis.

Ad 3.

29

Ad 4. neg. maiorem. Quod enim auget, vel potius positivè adstruit in Deo dominium in nostros actus liberos, adstruit in ipso perfectum regimen; eoque perfectius regitur à Deo cor nostrum, quo magis ei subijcitur. Rursùs. Si regere Alterius actiones est illas rectas facere, & efficaciter ordinare illas

Ad 4.

in finem sibi proprium: illa motio erit maiori cum proprietate regens, quæ infallibiliter causat rectitudinem in operationibus, easque ordinat efficaciter in bonum finem. Hac ratione S.D. 1.p.q. 105. a. 4. postquam initio quæst. dixit: *Immutationem rerum creatarum à Deo esse effectum gubernationis*, in dicto art. probavit Deum immutare voluntatem non solum *ex parte obiecti*, sed etiam *interius*, *& ex parte agentis* eam inclinando ad bonum; quæ motio est physica, & contraposita motioni per gratiam excitantem. Nec est verum voluntatem, si sit recta, non regere intellectum; cum sit expressum in D.Th. in 2.d. 44. q. 1.a. 1. charitatem dirigere omnes actus virtutum: diciturque earum Regina ob imperium super illas. Quòd si aliqua difficultas in hoc apparet, est propter communem modum concipiendi desumptum ex humanis; ubi solis sapiẽtibus regimen, & gubernium attribuitur: secus tamen si attendatur ad finem regiminis, & gubernationis, scil. promovere res ad finem debitum. Sed hoc omisso; cum gratia ab intrinseco efficax regat in virtute Dei summè provisoris ordinantis per sapientiam existentiam actunm humanorum; illa activa ordinatio, quæ per essentiam est in mente Dei, participatur à gratia efficaci.

29 5. Oppones. Per gratiã de se indifferentem, prævisam tamen efficacem per scientiam mediam, Deus infallibiliter donat homini consensum salutarem: ergò per illam regit efficaciter ipsum. Resp. 1. dist. añs. Donat immediatè, & in se ipso, neg. añs. Mediatè, & in causa, conc. añs. Donare enim est actus proprius dominij. Cũ ergò Deus ductus tali præscientia nõ exerceat immediatum dominium supra consensum, sed tantum supra gratiam prævisam efficacem pro suo libito collatam; non est strictè donans immed. consensum, sed mediatè. Hoc autem non sufficit ad regimen divinum; cum omnia immediatè ei subdi debeant, ut ordinanti ipsorum existentiam. Resp. 2. dist. añs. Donat determinatus à libero arbitrio, conced. añs. Determinans, & activè subijciens liberum arbitrium in consentiendo, neg. añs. & conseq. Influere enim ex libito alterius potius est regi, quam regere; & præsertim respectu Dei, qui regit, ut Supremus Dominus. Instabis: Deus donat immediatè creaturæ bonum illud, quod immediatè operatur in illa; sed supposita prævisione &c. Deus immediatè operatur, & efficit consensum in voluntate: ergò. Resp. dissing. maior. Quod operatur immediatè ex propria determinatione, conc. mai. Ex determinatione creaturæ, nego maior. & cum eadem minor. dist. neg. conseq. Aliter enim non verificatur illud Magn. Par. *Deus magis habet in sua potestate voluntates hominum, quam ipsimet suas.* Nec illud: *Cor Regis in manu Domini, quocumque voluerit, flectet illud.* Quia solum flectet, *quocumque præscierit, ad quod voluntas se inclinabit, & velit.*

Quartum arg. Resp. 1. Secundo. Dices.

30 Argues 6. Deus ita regit hominem, atque gubernat, ut illum relinquat in manu consilij sui; sed qui operatur prædeterminatus ab alio, & prout unicè alteri placet, non relinquitur in manu consilij sui: ergò homo per gratiam prædeterminãtem non regitur. Urgetur 1. Regimen Dei circa hominem tale est, ut homo se ipsum possit regere; cum sit Dominus suorum actuum: ergò taliter regitur, ut possit à seipso, & pro suo libito determinari. Sed per gratiam intrinsecè efficacem determinatur à Deo, & pro libito ipsius: ergò non relinquitur locus, ut se ipsum gubernet. 2. Implicat hominem propriè dirigi illa motione, quàm nec percipere potest, nec ad eam attẽdere, ut conformandose cum illa rectè operetur: hæc enim inspectio est propria cuiusvis regulæ. Sed talis est gratia prædeterminans: ergò. Aliter. Homo non regitur modo inanimato; sed ad prædeterminat homo se habet inanimatè: ergo.

Urget. 1. Secundo.

31 Ad 1. Resp. ex D. Th. 1. p.q. 22. a. 2. Et q. 3. de Pot. a. 7. hominem relinqui in manu consilij est illum agere ex electione, & medio consilio, præferendo unũ alteri. Hoc non tollit prædeterm. cum per illam Deus moveat prius intellectũ, ut iudicet, quid oporteat facere; & postea movet voluntatẽ,

Solutio.

ut

Ad urg. ut sequatur tale iudicium. Ad 1.urg. Resp.ex ipso 1.p.q. 103. a. 5. Hominem esse dominum suorum actuum; sed secundum, & subordinatum Deo ut primo Domino.Unde seipsum gubernat ; quia operatur cum perfecta cognitione finis , & eorum quæ sunt ad finem;sed tamen , ut sic cognoscat finem,&ut voluntas eius amet finem ita propositum , indiget moveri
Ad 2. à Deo.Ad 2.Resp. Illud tenere in directione morali, sive regula obiectiva;non in directione physica, & regulante effectivè, hoc est activè rectificante, ut est gratia intrinsecè efficax. Et licet voluntas ad illam passivè se habeat,non tamen,ut quid inanimè ; cum per illam moveatur , ut se moveat , & vivat. Voluntas igitur mota à Deo non vivit vita formaliter tali ; vivit tamen inchoativè ; cum illa motio sit initium vivendi per actum. *Et hæc de hoc dub. applic.ubi præced.*

DUBIUM III.

AN IVXTA MAGN. PAR. LIBER; arbit. creat. subijciatur proprie gratiæ Dei; & An hæc subiectio subsistat sine gratia prædeterminanti?

§. I.

STATUITUR SUBIECTIO ARBITRII GRATIÆ DEI COMMUNITER SUMPTA.

N.1 MAg. P. Epist. 89. ad Hilarium inter plura argum. quibus refutat,&anathematizat errorem Pelagij aientis: *Suffiere homini liberum arbitrium ad Dominica præcepta implenda,etiam si Dei gratia,& Spiritus Sancti dono , ad opera bona non adiuvetur* ; hæc apponit : *Desinant ergo sic insanire , & ad hoc intelligant se habere liberum arbitrium; sed ut pia vocatione invocent Dominum. Hæc enim voluntas libera tanto erit liberior,quanto sanior ; tanto autem sanior , quantanto divinæ misericordiæ , gratiæque subiectior.* Et paulo post adducens illud Psalm. 118. *Itinera mea dirige secundum verbum tuum : & nè dominetur mei omnis iniquitas* , ait : *Precatur , non pollicetur ; optat plenissimam libertatem , non iactat propriam voluntatem.* Sed oratio facta alteri ut dirigenti , & gubernanti , denotat inferioritatem , & subiectionem: ita S.D.2.2. q.83. a. 3. ergò dubitat nequit esse de mente M.P.subiectionem lib. arb. adDei gratiam,per quã adiuvat ,ut iustè , pièque vivamus.

Prob. ex M.P.1.

Secundo.

Favet etiam expressè S. Prosper. in Epist. ad August. de Reliq. Pelag. hæresis , in qua referens errorem Massilienssium asserit: *Eos sentire , quod voluntas hominis divinæ gratiæ pariat opem ; non gratia subijciat sibi humanam voluntatem.* Quod dictum impugnans lib. 1. de vocat. gentium cap. 25. ait : *Numquid illa virtus gratiæ , quæ sibi , quos voluit, subdit ; convertere eos , qui inconvertibiles permansere , non potuit ?* En expressam subiectionem liberi arbitrij ad gratiam Dei , & subiectionem gratiæ ad liberum arbitrium expressè repulsam. Rursus suadetur idem assumptum duplici discursu : *Gratia auferens duritiam cordis , eamque indeclinabiliter superans , est gratia subij-*

3

Ex Sancto Prospero.

Prob. ex dictis 1.

ciens sibi liberum arbitrium; à quo enim quis superatus est, illius & servus est, ut dicitur Epistol. 2. Petri cap. 2. Sed iuxta M. Par. de Præd. SS. cap. 8. & de Correct. c. 12. *Gratia Dei est auferens duritiã cordis eam indeclinabiliter, & insuperabiliter agens*: ergò est subijciens sibi liberum arbitr. 2. Gratia regens, atque gubernans liberum arbitrium in suis actibus, est gratia subijciens sibi liberum arbitrium; cum regere, & gubernare sit superioris ad inferiorem, seu subditum. Sed iuxta adducta dub. anteced. ex Magn. Par. & *D.* Thom. gratia Dei est regens, atque gubernans liberum arbitrium in suis actibus: ergò &c. Ob hæc, & alia testimon. M. Par. sæpè appellat Pelag. negantes veram Dei gratiam ad iustè agendum: *Præsumptores, & elatores liberi arbitrij: ideoque præcipitatores, & destructores illius.* Unde cap. 5. de Prædestin. SS. inquit: *Videtis nè; nihil agere Apost. nisi, ut humilietur homo, & exaltetur Deus solus.*

Secundo.

Suppositа igitur subiectione arbitrij creati ad gratiam auxiliantem (de illa enim expressè loquuntur testimonia relata; gratiam enim habitualem iuxta plures non negavit Pelag.) prima difficultas decidenda sistit: *An, scilicet, gratia auxilians liberum arbitrium ad salutariter agendum verè, & strictè illud sibi subijciat, subordinet, & dominetur; An vero è contra res se habeat?* Dixi *strictè, & propriè*; si enim subiectio largè, & impropriè accipiatur pro dependentia unius causæ ab alia in operando; vel quia una causa nequit sine altera operari; non inconvenit dicere gratiam auxiliantem subijci libero arbitrio quoad sui influxum in actus salutares. Nec dubium gratiam auxiliantem quoad actus omnino indeliberatos, uti sunt motus gratiæ excitantis, quibus disponitur voluntas ad actus liberos perfectos, & efficaces; non subdi dominio voluntatis; cum non procedant ex electione, & determinatione illius. Quapropter dubium sistit de subiectione gratiæ in ordine ad actus liberos à voluntate simul cum ipsa gratia activè procedentes. Nec pariter dubium est de subiectione gratiæ auxiliantis ad voluntatem creatam, vel è contra, quoad illius esse entitativ. sed solum quoad actualem influxum in actus recen sitos, quæ dicitur subiectio, aut subordinatio quoad usum: quem admodum frequenter distinguitur dominium rei, & dominium usus eiusdem rei. Ut autem à facilioribus incipiamus.

3

Prima difficultas.

Sermo est de subiect: stricta, & quoad usum.

§. II.

Gratia prædeterminans nullatenus subijcitur libero arbitrio, sed potius subijcit, & dominatur illi.

CONclusio suppositа existentia gratiæ prędeterminant. (quam modo supponimus) est meo videri certa: & quoad 1. part. probat. 1. Gratia, quæ nullatenus influit ex determinatione, sive electione voluntatis, nullatenus subijcitur ipsi; sed talis est gratia prædeterminans: ergò. Prob. min. Gtatia, quę prævenit ordine connex. & causalitatis determin. & electionem voluntatis, non influit ex eius determinatione, & electione. Sed talis est gratia prædicta, ut ex eius constitutione essentiali constat: ergò. 2. Gratia illa, qua non utitur activè liberum arbitrium, non subijcitur ei quoad usum; sed liberum arbitrium non utitur gratia prædeterminanti: ergò. Prob. min. ex Div. Thom. 1. 2. quæst. 16. art. 1. dicenti: *Usus rei importat applicationem illius rei ad operationem. Unde, & operatio, ad quam applicamus rem aliquam dicitur usus eius* (hæc verba intellige de usu passivo; priora de usu activo) *sicut equitare est usus equi.* Ex qua doctrina probat voluntatem in nobis activè uti alijs potentijs; quia eas movet, applicat, & determinat ad operandum. Sed liberum arbitrium non applicat, movet, aut determinat gratiam prædeterminantem ad influendum, sed potius oppositum de illa verificatur: ergò. 3

4

Prob. 1. pars 1.

Secundo.

3. Principium ita influens in actum cum volũtate, ut non accipiat ab ipsa, quod

Tertio.

quod influit in actum, non subditur ei quoad sui usum. Sed talis est gratia prædeterm. ergò. Prob. min. Gratia prędeterminans influit in actum ratione suæ efficaciæ; nihil enim aliud est efficacia, quam efficientia; sed gratia prædeterminans nullam efficaciam accipit à libero arbitrio, sed ei intrinsecè ex participatione efficaciæ Divinæ voluntatis convenit: ergò.

Urgetur. Urgeo. Gratia, quæ non accipit à voluntate quod faciat, sed potius ipsa facit, ut voluntas faciat, non subditur voluntati in facere; sed talis est gratia prædeterminans, ut omnibus est notum: ergò.

6 2. Pars eadem facilitate, & soliditate, prob. Gratia verè movens, & applicans voluntatem ad operandum est gratia subijciens sibi voluntatem in eius operationibus: Cum movens in quantum tale sit superius mobili; sed talis est gratia ab intrinseco efficax: ergò. 2. Dominium est facultas utendi; uti autem activè est applicare aliquam rem ad operationem: ergò illa gratia, quæ propriè per vim sibi intrinsecam applicat voluntatem ad operandum, illa utitur, & dominatur: ergò cum hæc habeat gratia prædeterm. absdubio subijcit sibi, & dominatur voluntati. 3. & urgentius. Gratia donans irresistibiliter voluntati, quod rectè operetur, subijcit sibi, & dominatur voluntati; donare enim est actus dominij. Sed gratia prædererminans est huiusmodi: ergò. 4. Id, quod per essentiam convenit efficaci volitioni Dei, eiusque omnipotentiæ in ordine ad liberum nostrum arbitrium, convenit gratiæ prædeterminanti per participationem; utpotè impressio divinæ efficaciæ, & supremæ potestatis Dei; sed Deus ratione suæ efficacissimæ voluntatis, & omnipotentiæ subijcit sibi; estque Supremus Dominus nostri arbitrij in ordine ad actus salutares: ergò gratia prædeterminans &c.

2 Pars prob. 1.

Secundo.

Tertio.

Quarto.

§. III.

Occurritur aliquibus instant.

COntra dicta oppones 1. Gratia prædeterminans, utpotè motio intrinsecè recepta in voluntate, ei subijcitur, ab eaque est dependens quoad suum esse: ergò etiã quoad operari. Conseq. constat: Nam operari sequitur ad esse. 2. In gratia prædeterminanti duplex munus distinguitur, & admittitur, iuxta communem sensum Thom. scilicèt, munus determinandi voluntatem ad agendum, & munus simul coefficiendi cum voluntate actum. Nunc sic: Eo talis gratia non subijcitur voluntati quoad sui influxum, quia prævenit ordine causalitatis determinationem, & electionem voluntatis; sed hæc ratio solum probat gratiam prędeterminantẽ non subijci voluntati sub munere prævie concurrentis; secùs tamen sub munere simultaneè influentis, ut de se constat: ergò. 3. Influxus actualis gratiæ prædeterminantis voluntatem ad agendum est ipse actus voluntatis; cum influxus actualis principij agentis sit ipsa actio, per quam agit. Sed actus voluntatis cadit sub dominio ipsius: ergò, & influxus actualis gratiæ prædeterminantis. Sed hoc est illam subijci voluntati, quoad sui usum: ergò. 4. Et urgentius. Motio illa, quæ non influit in operationem causæ secundæ, nisi modificata, & determinata à causa 2. ei subijcitur in operando; sed talis est motio prævia Dei, quæ in ordine ad actus salutares dicitur gratia prædeterminans: ergò. Maior videtur certa, & exemplo causarum universalium respectivè ad causas particulares probari potest: Min. vero traditur à D. Thom. quæst. 5. de Verit. art. 9. ad 10. *Causa 1. plus dicitur influere, quam 2. Sed tamen effectus causæ 2. magis assimilatur causæ 2. quia per eam quodammodo determinatur actus causæ primæ ad hunc effectum.* Idem docet quæst. 1. de Potent.

7 1. Instant.

Secunda.

Tertia.

Quarta, & difficilior.

a.4.ad 3.ubi siue restrictione per ly *quodammodo* affirmat *influentiam causæ 1. determinari, & specificari per causam 2.* Videatur etiam 3. contra Genr.cap. 66. n. 5. ubi eandem doctrinam tradit : ergò.

7 Prima instant.prob.etiam(si quid probat)gratiam habitualem in anima receptam subordinari ei quoad effectum formalem iustificandi, quod est absurdum. Rursus : subiectio, de qua in præsenti,est talis per ordinem ad voluntatem, ut agentem; cum dominium sit facultas activa utendi: unde subiectio in deductione formæ, sive receptione passiva cõsistens non est ad propositum.Uiterius adhuc loquendo de hac subiectione in receptione consistenti; illa non convenit gratiæ efficaci formaliter qua tali, & ut est impressio divinæ efficaciæ, sed sub ratione communi accidentis entitativi, aut modalis. 2. instant. nullius est momenti; siquidem concursus simultaneus duplicis causæ in eundem effectum non est subordinatio unius ad alteram in agendo; cum non sit concursus in causam, sed in effectum. Unde esto prædeterminatio sub munere coefficientis non subordinet sibi voluntatem, pariter nec voluntas gratiam prædeterminantem. Revera tamen coefficientia voluntatis subordinatur gratiæ prædeterminanti influenti simul; esto hanc subordinationem non dicat sub illa expressione, & prout à nobis concipitur cum hac limitatione simultatis in eodem signo respectu actionis. Ad 3. neg. mai. Nam gratia prædeterminans influit, quia movet, & applicat voluntarem, ut operetur; cumque per suam entitatem moveat, & applicet, per suam entitatem influit. Unde actus à voluntate procedens, esto sit causalitas respectu voluntatis,est tamen terminus respectu prædeterminationis.Nec prob. urget. Illa enim vim habere potest in principio activo per modum virtutis; secus in principio activo efficaci prævie determinati virtutem.Hinc libenter, & cum veritate fatentur Thom.non esse in potestate voluntatis,quod prædeterminatio influat in actum;est tamen in eius potestate ponere actũ prędeterm. Quia esto prędeterminatio sit requisita ad illius existentiam; cum potestas voluntatis sit potestas secunda, & Deo subordinata, non petit se extendere ad omnia requisita pro existentia actus.

Ad 1 inst. Resp.

Ad 2.

Ad 3.

8 Ad 4. optimè Resp. M. Lemos lib.3.p.1.tract.1.c.46. n. 461. Ex cuius doctr. Resp. 1. Influentiam causæ 1. determinari à causa 2. dupliciter posse concipi : uno modo propriè, & in genere causæ effectivæ:alio modo impropriè, hoc est, obiectivè, seu occasionaliter.Ad 1.requiritur Deum præparare suam omnipotentiam per decretum indifferenter se habens ad exercitia voluntatis, cuius tendentia sit huiusmodi: *Decerno concurrere cum voluntate creata ad illud exercitium, ad quod pro suo libito se determinaverit*, uti ponitur ab AA. & explicatur in illo, qui offert alteri suum concursum, & adiutorium ad quodcumque ille voluerit. 2. autem determinatio nihil horum petit; sed integra subsistit, etiamsi Deus efficaciter decernat, & in tempore prædeterminet voluntatem ad unum actum prę alio; dummodo determinet iuxta modum proprium operandi ex parte voluntatis. Qui enim providet unicuique iuxta modum suum, scilicet, determin. per modum naturæ, si sit causa naturalis;vel ut liberè,& seipsam determin.& si sit causa libera. Quando sic movet causam liberam,dicitur determinari ab illa obiectivè, & occasionaliter. Nam cum Deus in Thesauro suæ omnipotentiæ contineat infinitas præmotiones; alias pro causis naturalibus, alias pro causis liberis; & adhuc respectu harum; alias pro actibus naturalibus, alias pro actibus supernaturalibus magis, vel minus iuxta maiorem, vel minorem intensionem illorum; dum secundum ordinem suæ sapientiæ largitur prædeterminationem ad actum efficaciter prædefinitum, & præcontentum in voluntate iuxta suam activitatem,& modum ipsius; dicitur ab illa modo dicto determinari:hoc est, operatur in ipsa iuxta modum proprium illius, & servata proportione

Ad 4. Resp.1.

Sic expli solu. huius SS.M

ne

ne ad illa principia, quibus constituitur in actu primo potens se determinare. Primus modus determinandi influentiam Divinam arguit dominum ex parte voluntatis creatæ supra Omnipotentiam; è contra autem secundus modus.

9 Melius tamen Respond. 2. Et magis, meo videri, ad mentem S. D. dicendo: actionem Dei, eiusque influentiam posse considerari; vel activè, ut se tenet ex parte Dei; vel terminativè quoad effectum illius. Cum igitur D. Thom. asserit Dei influentiam determinari, & specificari à causa 2. loquitur de illa tantum in secunda acceptione. Ratio huius traditur ab ipso S. D. loco citato ex contra Gent. Terminus enim formalis actionis Divinę est ratio univers. entis: Nam eius causalitas, utpotè universalissima, quia 1. ita producit ex parte rationis *quæ* omnia prædicata rerum ad extra, ut illa producat sub ratione universalissima entis: causæ autē creatę, utpotè particulares, licet in quolibet effectu omnia prædicata producant, & etiam rationem entis; illa tamen producunt sub ratione determinata, scilicèt, sub ratione *corporis sublunaris*, sub ratione *viventis*, sub ratione *specifica* hominis, vel *sub ratione equi*. Cumque ratio univers. entis determinetur, & habeat esse specificum, per esse *corporis*, per esse *hominis*, vel *equi*; ideo causę 2. respicientes pro ratione formali *sub qua* suæ activitatis esse determinatum, & specificum, esse corporeum humanū, vel *equinum*, dicuntur determinare, & specificare influentiam Divinam habentem pro ratione formali sub *qua* rationē universalissimam, & indeterminatam entis. Audiatur D. Th. ibidē: *Secundum ordinem causarum est ordo effectuum; primum autem in omnibus effectibus est esse. Igitur esse est prò prius effectus primi agentis. Secunda autem agentia, quæ sunt, quasi particulantes, & determinantes actionem primi agentis agunt, sicut proprios effectus* (notate verba sequentia) *alias perfectiones, qua determinant esse.* Videatur Mag. à S. Thom. tom. 1. in 1. p. quæst. 8. art. 2. à num. 15.

Resp. 2. & magis ad mentem S. Doct.

Fundatur in ipso S. Doct.

§. V.

Asserere vim determinativam, & dominativam circa actus salutares residere in sola voluntate, non vero in gratia sufficienti, deprimit huius dignitatem, & causalitat.

10 AUthores tuentes habitus supernaturales non esse totam rationem adhuc per modum virtutis proximæ agendi actum supernaturalem; sed potentiam voluntatis, vel intellectus, elevatam per habitum, vel gratiam sufficientem; per virtutem sibi innatam influere immediatè partialiter in actum supernaturalem etiam liberum, subtiliter distingunt inter hæc duo, scilicèt, *efficere determinationem voluntatis, quæ est actus illius, & determinare voluntatem, & eius actum* 2. Enim supra pro 1. primum addit potestatem cohibendi existentiam actus, & posse denominari vivens, & se movens per ipsum actum; & insuper, quod omissio actus procedat ab illa, tanquam à principio. Cum autem habitus supernaturalis, vel gratia sufficiens, non possit cohibere existentiam actus supernaturalis, nec denominari vivens, & se movens per actum, multoque minus possit esse principium, & causa omissionis agendi supernaturaliter (quin potius hæc omnia proprius verificantur de ipsa volunt.) ideo negant habit. & gratię elevāti voluntatem vim determinativam, & dominativam circa actus supernaturales. Undè quamvis voluntas non sine gratia, sed cum illa, habeat prædictam virtutem determinativam, sola tamen voluntas determinat, tùm actum, tùm gratiam sufficientem, ut influat in illum; ita ut ly *sola* appellet non supra voluntatem, quasi sit in statu solitudinis, sed supra vim, seu munus determinādi. Quemadmodum iuxta omnes sola volunt. dicitur amās aut eligens. Nam licèt, ut sic denominetur, requiratur necessario gratia elevans, ratio tamē amantis, & eligentis *solum* volūtati tribuitur, non vero gratiæ.

Opinio contrar. explicat.

Inter plura motiva, quibus Th. impugnāt huiusmodi concurs. partialē, princip. loc. obtinet illud, quod defu-

11 Fundam. Procōd.

mitur ex libertate, & dominio voluntatis supra actus supernaturales, probando voluntatem v. g. ratione habitus, vel gratiæ sufficientis habere libertatem, & dominium supra illos; ita ut gratia sufficiens nequeat influere determinata à voluntate, ut partialiter coefficienti cum ipsa. Argum. sic formatur à M. Boliv. tract. de Visione dub. 4. §. 3. & ab Illust. Castell. disp. 2. q. 1. §. 6. Ex duabus causis partialibus concurrentibus ad eundem effectum, illa principalius, & perfectius influit, quæ alteram determinat ad operandum, & quæ simul habet potestatem dominativam supra illam; ut videre est in voluntate determinanti habitus virtutum acquisit. vel potētias executivas ad operandum: ergò si voluntas, & gratia sufficiens ipsam elevans, ita partialiter influunt in actus supernaturales, ut gratia determinetur à voluntate, perfectius, & principalius influet voluntas, quam ipsa gratia. Quod opponitur Sacræ Scripturæ, & SS. PP. attribuentibus gratiæ primatum in ordine ad actus salutares.

12 Solutio. Huic argum. Resp. frequenter cum Ripalda tom. 2. disp. 125. sect. 6. n. 28. vim determinandi arguere specialem modum causandi in volunt. non verè principalitatem in causando, quia illa stante, gratia est, quæ dat ei *vires ordinis superioris*, elevatque voluntatem, inclinando illam in bonum. Ob hanc rationem D. Thom. in 2. d. 26. q. 1. a. 5. dicit de gratia: *Ideò ipsa sola dicitur operari; non quòd sine libero arbitrio operetur, sed quia est principalior causa.* Maior autem argum. supra positi tenet verum, quando cætera sunt paria; non vero si cætera sunt imparia, uti accidit respectu voluntatis determinantis habitum supernaturalem, & omnia alia comprincipia gratiæ supernaturalia. Hoc idem à simili explicat Ripalda. Nam voluntas elevata per gratiam est solum, quæ vitaliter influit in actus supernaturales; non vero gratia, aut habitus supernaturalis; cum vitales non sint. Ex hoc autem non attribuitur voluntati aliquis primatus in genere causæ efficientis præ causa non vitaliter influenti; ut constat in Deo præcipuo A. actus voluntatis; quem vitaliter non producit; eo quòd influere vitaliter, præter concursum effectivum, addit concursum causæ materialis principio 1. repugnantem. Cum ergò vis determinandi, & libertas ad actus, supra concursum effectivum superaddat posse esse etiam principium omissionis actus, quod absdubiò de se imperfectionem dicit; nullus principatus in causando attribuitur voluntati, ex quo in ea solum resideat vis determinandi habitus infusos, & alia comprincipia supernaturalia.

13 Impugn. 1. quoad test. S. D. Hæc solut. deficit 1. quia ei nullatenus favet test. S. D. Verba enim illius sunt: *Si gratia operans accipiatur, prout causat actum voluntatis, verum est, quòd motus ipse voluntatis non est à gratia sine libero arbitrio, & tamen quia se habet gratia ut principale, quia inclinat in talem actum per modum naturæ; ideò ipsa sola talem actum dicitur operari; non quod sine libero arbitrio operetur, sed quia est principalior causa.* Ubi assignat pro principalitate causalitatis ex parte gratiæ modum specialem influendi, scil. inclinando, & movendo voluntatem ad primum motum liberum voluntatis; ita ut ad illum non se moveat; sicuti se movet ad actum exteriorem imperatum: ob quam rationem gratia movens ad illum dicitur gratia cooperans; de quo expressis terminis 1. 2. quæst. 111. art. 2. de quo tract. anr. dub. 2.

14 Secundo quoad exempl. adduct. Deficit 2. quia falsum est *virtutem determinativam solum addere supra concursum effectivum aliquid imperfectionis*: & item: *habitus elevantes voluntatem non influere vitaliter, aut nullo modo esse vitales.* De hoc 2. nostri AA. tract. de visione circa influxum luminis gloriæ probantes oppositum. Videatur M. Boliv. tract. de Visione dub. 4. §. 5. qua de causa in præsenti illius probat. omittimus. Sed omitti non debet, falsò affirmari Deum non influere vitaliter in actus nostræ voluntatis. Omnes enim Catholicè fatemur Deum non vivere per actus nostræ voluntatis; at verò non producere illos actu vitaliter, mihi videtur planè falsum. Sequitur enim

De hoc agam tract. de Iustif.

Deus vital. produc. actus volunt. creatæ.

Deum

Deũ illos producere mortuo modo, aut saltim se habẽs inanimatè. Quod si hoc admittatur ; quomodo erit verum *Deum omnia operari secundum consilium voluntatis suæ* : Et Rursùs: *Omnia fieri ab ipso volente, & summa sapientia omnia gubernante* ? Quod si dicatur ad hoc sufficere, quod volens, & vivens, conferat gratiam sufficientem, & etiam vivens præparet suam omnipotent.

15 Contra est 1. ergò in collatione libertatis ad supernaturaliter
Probat. 2. agendum Deus se habet, ut vitaliter agens; in ipso autem agere supernaturaliter, quod est maius donum, maiusque beneficium se habet, ut inanimatè operans. Quod si absurdum reputavit S. Hieron. dictũ Pelagij
Arguo à paritate. asserentis *Deum post collatam nobis arbitrij libertatem*, dormitare in bono usu illius; dicere Deum non producere vitaliter actus nostræ voluntatis, aut est dicere illum dormitare, aut se habere, ut quodam inanimè, quod non minorem falsitatem
Tertio. videtur continere. 3. Dum benè agimus, Deus immediatè nos gubernat, custodit, & immediatè dirigit nos ad vitam æternam : ergò si dum hæc omnia exequitur, non se habet vitaliter ; erit gubernans inanimatè se habens: & qui custodit Israèl, dum perfectius illum custodit, non se habebit, ut vivens actu. Quod si dicas hoc contingere ; quia actus nostræ voluntatis est ipsa actio omnipotentiæ, quæ non influit vitaliter in ipsam volitionem, cum hęc non sit vita actualis illius ; & aliunde non præcedat alia actio vitalis ex parte Dei, nisi scientia dirigens, & decretum præparandi omnipotentiam. Si hoc, inquam dicatur; fatemur consequenter affirmari; Deum, ut actu producentem nostra merita in se ipsis non vivere ; cum nulla actio sit, quæ sit vita actualis in signo productionis, aut ex imperio Dei virtualiter procedat. Attamen, licèt consequentia sit bona; falsitas consequentis est motivum efficacissimum, ad neg. añs. ponendo Deum post collationem sufficientiæ ad salutariter agendum determinare voluntatem per gratiam suam liberè dispensatam ; & item agere per actionẽ increatã; quæ vel est imperium vitale sub munere exequentis, vel ex illo immediatè procedit actio Divina, ut productiva ad extra; si omnipotentia ponitur attributũ adæquatè distinctum à scient. Dei: de quo alibi. Denique : Nam si dum *rectè operamur, vivimusque vita supernaturali, Deus non facit, nec producit vitaliter, & ut vivens, nostra bona opera.* Cur impugnat auxilia fluida per modum actus primi ad actus supernaturales in absentia habituum ; ex quo hoc est adstruere qualitates emortuas cum ipse affirmet de omnipotentia, ut productiva immediatè omnium actuum liberorum nostræ voluntatis, non esse vitaliter productivam; sequè habere, ut principium inanimè. Unde non percipio, qua ratione asserat Deum esse præcipuè Authorem nostræ volitionis ? Agens enim se habens inanimatè, nec est Author vitæ in actu 2. nec agens præcipuum facta comparatione ad agens, quod agendo vivit, & vivendo agit, qualis est nostra voluntas.

§. V.

Probat. voluntat. influere principalius.

SEd, ut efficacia argumenti propositi magis appareat; probat. 16
volunt. principalius influere in actus supernaturales, si influit, ut
Ratio. determinans gratiam elevantem ipsam. Principium ita influens in actum, ut activè subordinet sibi in agendo alterum comprincipium, perfectius, & principalius influit, quam principium subordinatum: Subordinatio enim ex terminis dicit inferioritatem ad alter. proindequè subordinatio in agendo dicit inferioritatem, minoremque perfectionem in agendo. Sed voluntatem determinare, & dominari in gratiam sufficientem est eam activè sibi subordinare quoad influxum in actus supernaturales : ergò perfectius, & principalius influit in illos, quam ipsa gratia. Urgetur. Ex duplici causa partialiter influenti ; illa, quæ ex
Urgetur. sua natura influit, ut alteri subdita, & su-

subordinata in influendo, minus principaliter influit, quam concausa, cui subordinatur; sed si gratia elevans voluntatem unicè determinatur ab illa, hoc modo influit in actum supernaturalem; cum ei ab intrinseco conveniat esse virtutem partialem, & in ordine ad actus liberos salutares unicè determinabilem à voluntate: ergò &c. Ratio omnium est: Nam subiectio ex terminis dicit inferioritatem respectu eius, cui subijcitur: qua ratione probat D. Thom. Christum, ut hominem esse subiectum Deo Patri triplici subiectione. 1. *Secundum bonitatem, & perfectionem sibi convenientem, utpotè participatam à Deo summè bono.* 2. *In quantum illius humanitas subiacebat Divinis ordinationibus; sicuti omnis creatura hoc modo deservit Deo.* 3. *In quantum propria voluntate obediebat eius mandatis.* Ita 3. p. quæst. 20. art. 1. Unde consequenter art. 2. ibi docet: Christum Dom. secundum naturam human. esse sibi subiectum, servum, & minorem se ipso, secundum naturam Divinam. Insuperque docet: in homine propter diversitatem potentiarum, quarum una est superior altera, dari subiectionem, & dominium, in quantum appetibilis, & concupiscibilis obediunt rationi. Si ergò conceditur gratiam elevantem voluntatem subdi, seu subijci ipsi, tanquam unicè determinanti, & habenti dominium supra illam; cum hoc conveniat gratiæ sufficienti ex natura sua; pariter concedi debet voluntatem esse superiorem in influendo, & gratiam esse inferiorem: & hoc, non ex aliqua suppositione libera ipsi gratiæ, sed ex natura sua. Hinc constat, quod etsi subordinatio omnipotentiæ in influendo, quam admittunt aliqui AA. respectu nostræ voluntatis; possit denudari ab imperfectione, & componi cum illa Deum principalius influere; secùs tamen cum subordinatione, & subiectione gratiæ elevantis; quia nimirum illa ortum ducit ex libera oblatione, & benignitate Dei; hæc autem provenit ex ipsa natura gratiæ elevantis ad actus liberos supernaturales.

Fundatur in D. Th.

17 Dices 1. Hæc probare de subordinatione unius causæ ad alteram determinantem illam per aliquam actionem prævium; sicuti se habet intellectus imperans voluntatem, eamque dirigens ad agendum; & ipsa voluntas, quatenùs imperat, & prævie dominatur alijs potentijs applicando eas ad proprias operationes. In subordinatione autem, quę conceditur gratiæ, quatenùs à voluntate determinatur, ut influat in actus supernaturales, nihil horum invenitur; cum eadem actio indivisibilis ab utraque procedat; esto diverso modo utrãque necess. denominet, scilicèt, voluntatem determinantem; & gratiam efficienter causantẽ actum, qui est libera determinatio, & usus voluntatis; uti eadem actio denominat voluntatem viventem, non vero omnipotent. Sed contra est 1. Nam admisso habitum infusum esse totam rationem agendi per modum virtutis proximæ, absdubio subordinat sibi voluntatem in agendo, & Rursùs perfectius influit effectivè, quam ipsa voluntas; & tamen unica, & indivisibilis actio correspondet utrique: ergò ad superioritatem, & principalitatem in efficiendo actum supernaturalem, parum obest voluntatem non dominari, aut activè determinare grat. elevantem ipsam per aliquid prævium ad actum supernaturalem. 2. Nam id quod sufficit, ut actus supernaturalis plus dependeat à voluntate, quam à gratia, sufficit etiam, ut voluntas plus, & principalius influat in ipsum, quam gratia. Sed non obstante unitate, & simultate actionis, verificatur actum supernaturalem plus dependere à voluntate, quam à gratia; cum ab illa pendeat, ut efficienti, & determinanti existentiam sui, à gratia vero, ut solum coefficienti: ergò.

1 Solutio

Impugn. 1.

Sec.

18 Dices 2. Concursum determinativum, in quo voluntas superat gratiam, duplici capite non arguere in ipsa principalitatem in influentia respectu actus supernaturalis. 1. Quia talis concursus non spectat ad genus causæ efficientis, sed formalis; cum libertas in actu sit denominatio extrinseca proveniens à voluntate cum potestate agendi, & simul cum po-

2. Solutio & illius fundam.

tes-

testate non agendi, sive omittendi actum; unde quod actus reducatur in voluntatem, ut unicè liberam, & determinativam, non arguit plus efficientiæ in ordine ad ipsum. 2. Quia talis concursus formaliter sumptus supra coefficientiam partialem solum addit in voluntate esse principium suo modo influens in carentiam actus, ita ut talis omisio sit exercitium voluntais. Hoc autem nec dicit efficientiam in actum, nec aliquam perfectionem ex parte voluntatis, sed potius imperfectionem repugnantem habitui supernaturali, qui unicè potest influere in exercitia bona positivè. Quod enim gratia influat unicè in bonum; voluntas vero in bonum, & malum; nec deprimit influxum gratiæ, nec elevat influxum voluntatis.

1. Fundament.

19 Hæc solutio P. Ripalda ubi supra, quæ continet fere unicum fundamentum suæ opinionis, deficit 1. Quia iuxta plures ex Authoribus Societatis, quos refert, & sequitur P. Aranda, tom. in 1.2. lib. 4. disp. 15. sect. 2. libertas in actibus, qui sunt liberi, non solum est intrinseca, sed essentialis. Unde primum caput, cui innititur solutio, non plenè satisfacit argumento posito. Deindè nam libertatem esse saltim modum intrinsecum in actu libero tuentur omnes Thomist. de quo Bolivar tom. 2. tract. de Bonitate, dub. 7. pro quo adest efficax testimonium D. Thomæ quæst. 24. de verit. art. 4. ad 4. ubi affirmat *in actu inveniri duplicem modum, scilicèt, modum rectitudinis, & modum libertatis, primum desumitur ex habitu determinante voluntatem ad rectè agendum, secundus vero ex ordine ad intellectum, ut liberè iudicantem.* * Hic autē modus in actu supernaturali sine dubio est supernaturalis, dicitque specialem perfectionem in ipso: ergò si voluntas secundum vim sibi innatam est unicè determinativa, & unicè libera, & cui actus sub ratione liberi, ut terminus proprius correspondet; in tali modo concurrendi resplendet excessus de linea perfectionis, & de linea efficientis: licèt non executiva, benè tamen determinativa, seu impetativa iuxta Doctr. S. Doct. 1. p. q. 82. art. 4.

Impug. 1

* Nota, tum patitatē, tum ly ex ordine.

Deficit 2. Falsum enim est potestatem determinandi habitum infusum non dicere in voluntate perfectiorem activitatem circa actum supernaturalem, ad quem determinat. Quod sic probatur: Voluntas, ut determinans habitum supernaturalem, sive gratiam sufficientem, est voluntas, ut movens illum activè quoad exercitium, ut influat in actum supernaturalem; sed sic movere activè aliquod principium ad operandum ex sui ratione formali dicit activitatem, tùm circa id quod movet, tùm circa operationem, ad quam movet: ergò in voluntate munus determinandi, & potestativè utendi habitu supernaturali, est munus, & ratio principij activi: ergò est munus addens activitatem: ergò etiam perfectionem. *Mai. est S. Doct. 1. 2. quæst. 9. art. 1. ubi explicat, quid sit movere quoad exercitium. Minor const. Tùm quia unumquodque movet, inquantum est in actu; & unumquodque agit, in quantum est in actu. Tum quia id, quod movetur ab alio se habet qua tale passivè ad suum movens. Tum quia sic movens dat, & facit, quod principium motum se habeat activè exercitè in ordine ad suum actum: ergò sic movere est munus proprijsimum de linea principij activi, & non munus causæ formalis. Confirm. Dominium, quod conceditur voluntati, est formalissimè potestas utēdi habitu supernaturali; sed uti habitu supernaturali est applicare illum ad operandum: ergò est formalissimè potestas applicandi illum ad supernaturaliter operandum. Sed hæc potestas applicativa exprimit activitatem: præsertim: quia ut notat Ripalda ubi supra num. 34. hic usus est strictè talis; quia rationalis, moralis &c. ergò est potestas verè activa. Urgetur. Causa formalis causat per sui communicationem intrinsecam, si sit causa formalis intrinseca: extrinsecam vero, si sit purè extrinsecè denominans. Sed gratia sufficiens non subditur voluntati quoad influxū in actus supernaturales per purā coniunctionem cum illa,

2 O Secundo.

* Activitas sequit ad actualit. & ad hanc perfect.

Confirm.

Urgetur.

alias

alias semper ab ipsa determinaretur ad influendum : ergò. Unde licet admisso libertatem in actu esse denominationem extrinsecam, voluntas determinans tùm existentiam actus salutaris, tùm gratiam sufficientem, duplicem concursum exerceat, scilicèt, efficientem, & formalem ratione potestatis non agendi ; in ratione tamen, sive munere dominantis, & potestativè utentis gratia sufficienti, dicit, & exprimit veram activitatem, licèt conotet concursum etiam per modum causæ formalis, ut actus denominetur liber.

§. VI.

Solvitur instantia quædam, & prosequitur assumptum.

21 Arguo in favorem P. Rip. & Aliorum.

SI influxui effectivo partiali, quem habet voluntas in actum supernaturalem, adiungatur potestas omittendi actum supernaturalem, & sic apprehendatur ; statim apprehenditur, ut influens liberè in talem actum, & cum potestate utendi se ipsa, & cæteris comprincipijs influentibus in eundem actum. Ratio est manifesta ; nam iam apprehenditur, ut principium indifferens ad actum, & omissionem. Sed in influxu partiali cum gratia sufficienti non apparet in volunt. excessus ad efficiendum ; ut est certum. Id autem, quod denuo additur, & apprehenditur in illa est potestas omittendi, quæ non influit in actum supernaturalem, nec est potestas veræ activitatis, vel efficientiæ : ergò ponere voluntatem, & gratiam effectivè partialiter efficere, & solum voluntatem gaudere potestate determinandi habitum supernaturalem, non est ponere aliquem excessum causalitatis, & influxus supra influxum, quem exercet habitus. * Sed si hæc sunt vera, cur dicitur gratiam subdi, & subordinari in ratione principij efficientis voluntati? Nam æquale formaliter non subordinatur; nec subijcitur alteri sibi coæquali : ergò si inefficiendo, & causando actum supernaturalè nullatenus excedit voluntas gratiam, gratia formaliter in ratione efficientis non ei subditur : quod expresse negatur. Rursùs. Dominari alteri ex se dicit superioritatem ad illum : ergò dominari alteri, ut partialiter coefficienti dicit superioritatem respectu illius, ut sic coefficientis. Sed dominium, quod unicè conceditur voluntati, est ut dominetur gratiæ, quatenùs hæc partialiter efficit actum supernaturalem ; cum gratia alium usum non habeat : ergò necessario debet concedi voluntatem esse superiorem gratia, ut agente supernaturaliter. Sed aliunde hæc superioritas nequit concedi voluntati, ut non agenti : ergò ut agenti : ergò illa est in agendo superior gratia, & gratia in causando inferior.

Respond.

Obiect. in efficacia.

Ex his probo potestatem in volunt. omittendi actum supernaturalē non se habere de formali in recto, ut gratia subijciatur voluntati, & ut hæc gaudeat potestate dominativa. Subiecto gratię ad volunt. est talis quoad usum, sive influxum in actus supernaturales : ergò quod non se habet de formali ad talem influxum, non se habet de formali ad dominium voluntatis supra illam. Sed quod voluntas possit omittere actum supernaturalem, non se habet de formali adhuc inadæquatè, ut gratia influat in illum. Tùm quia exercitium huius potestatis directè opponitur tali influxui. Tùm quia stante præcepto dilectionis potestas omittendi illam est potestas destruendi habitum charitatis ; proindequè non potest se habere de formali, ut influat, & influendo conservetur. Tùm quia habitum subijci voluntati in usu libero est subijci in illo, ut supernaturaliter meritorio ; & quatenùs voluntas meritoriè operatur, proindequè hoc convenit ipsi, ut est potentia obedientialis. Sed ratio potestatis ad omissionem est adæquatè naturali ; etsi omissio sit peccaminosa, potentia ad illam non est propriè naturalis ; sed potius defectibilitas in tali ordine : ergò licet posse omittere sit conditio exacta, ut habitus influus determinetur à voluntate, non se habet de formali adhuc inadæquatè: ergò 22

ergò ad hoc, ut voluntas habeat potestatem dominativam supra habitum, aliquid additur in recto supra efficientiam partialem, & potestatem omittendi; proindequè aliquis excessus activitatis, & maioris influxus.

23 Hinc constat voluntatem, ut habentem potestatem dominativam supra habitum infussum, dicere positivè perfectiorem modum causandi actum supernaturalem, ad quem determinat; quàm dicat voluntas, ut præcisse est vis effectiva partialis in eundem actum, si sit indeliberatus, vel ut præscindit à libero, & indeliberato. Ratio est: Nam potestas dominativa est intranea activitati potentiæ: unde dicitur *facultas*; * hoc est potestas plenè expedita in ratione talis: ergò ex sui ratione elevat, & addit perfectionem activitatis. * Rursùs. Modus agendi liberè est perfectior modus agendi, quam modus agendi indeliberatè; quia est modus agendi se movendo; unde causę non liberę, potius aguntur, quam agant; ideòque ex tali perfectione in causando probatur Deũ liberè agere. * Ad quod aspiciens M. Par. 5. de Civit. Dei cap. 9. *Dixit causas corporeas non facere, sed fieri; creaturas vero intellectuales fieri à Deo, & etiam facere; solum vero Deum non fieri, sed facere.* Ex quibus constat libertatem exaltare, dicerequè superioritatem in ratione agendi. Igitur falso dicitur solum addere supra vim effectivam actus posse illum omittere. Unde posse liberè agere non solum addit supra posse agere, potentiam non agendi, verum, & maiorem perfectionem intrinsecam in agendo. Nec inconvenit potentiam agendi conjunctam cum potestate non agendi dicere maiorem perfectionem activitatis; esto posse non agere non sit activitas, aut perfectio. 1. Nam hæc coniunctio potestatum in voluntate arguit illam habere pro obiecto universalem rationem boni; per oppositum autem potentiæ unicè determinatę ad agendum respiciunt pro obiecto quodam bonum particulare. 2. Qui esto talis maior activitas non proveniat per se à potest. non agendi, benè tamen occasionaliter; uti contingit in actu virtutis elicito in præsentia tentationis. 3. Nam taliter coniungitur posse non agere cum posse agere, ut illud sit impedibile quoad usum, & subditum ipsi potent. agendi. Posse autem agere quod sic potest cohibere posse non agere pro suo libito, maiorem activitatem dicit, quam posse simpliciter agere.

Probat. excessus in agendo.

S.D. 1 p. q. 83. art. 3.

S.D. 1.2. q. 1. a. 2.

Ita 1. p q. 19. art. 10

Cuidam taceitæ obiect fit satis.

Primo.

Secundo.

Tertio.

24 Per quæ constat ad instantiam positam initio huius §. esto enim additio potestatis omittendi actum supernaturalem non sit formaliter additio perfectionis, & activitatis supra virtutem partialem ad ipsum; benè tamen arguitivè; eo quod prædictę virtuti attribuitur iuxta Adversar. potestas dominativa supra habitum partialiter influentem, semel, atque apprehendatur voluntas potens etiam non agere. Constat etiam; quod si libertas, prout hæc dicit virtutē determinandi ad actus salutares non constituitur per habitum infussum; sed solum verificatur de voluntate, quod sit determinativa existentiæ illorum; consequenter attribuitur voluntati secundum vim innatam, & partialiter causantem vera superioritas supra ordinem gratiæ. Nam talis libertas in voluntate non est præcisse superioritas consistens in posse ad actum, & eius omisionem; quæ superioritas est carentia coartationis ad unum extremum tantum; sed est superioritas activitatis, & principij activè utentis, & facientis, ut alterum comprincipium partialiter faciat. Videatur M. Gonet tract. de Voluntar. disp. 2. art. 1. ubi plura afert pro perfectione libertatis formaliter, sive ex sua ratione formali.

Amplior solut. ad instant.

Instabis 2. Dominium concessum voluntati supra habitus infussos in nullo alio consistit, quam in dominio supra actus supernaturales ex ipsis procedentes; sed in hoc nulla apparet imperfectio ex parte habituum; cum prædicti actus adæquatè differant ab illis, sintque tantum extrinsecè perfectiones ipsorum: ergò. Nego mai. 1. Quia habere dominium supra aliquam facultatem, vel potentiam; nihil aliud est, quam

25 2. Instant in favorē.

Respond.

Dominiũ voluntat. supra habitum. Probat. 1

quam habere dominium supra actionẽ, vel illius concursum, prout ab illa egredientem. Ideo enim homo dicitur habere dominium suarum potentiarum, quia habet dominium supra actiones, & concursum illarum, non autem, quia habeat dominium supra entitatem ipsarum; cum eas à Deo acceperit sine proprio libito: ergò ea proprietate, qua voluntas dominatur actui, ut procedenti ab habitu infuso, dominatur

Secundo.

etiam supra ipsum habitum. 2. Ea ratione voluntas dominatur habitui infuso, qua iste subordinatur voluntati; sed iuxta Advers. concedi debet habitum infusum subordinari voluntati non solum in actuali concursu, sed etiam in ratione virtutis productivæ actus supernaturalis: ergò. Probat. min. 1. Quia talis subordinatio, si convenit habitui, convenit ipsi ab intrinseco, & ex natura sua, & non ex aliqua suppositione contingenti; sicuti, & voluntatem esse unicè liberam, & cum potestate dominativa, convenit ipsi per se, & independenter ab aliquo contingenti. Sed quod convenit habitui infuso secundum sui naturam, convenit ipsi, ut est virtus productiva actus supernaturalis: ergò. 2. Habitus infusus, sicut, & quælibet virtus proximè operativa; specificatur à suis actibus, & ab ipsis, tanquam à fine proprio accipit suam perfectionem: ergò si in actibus subordinatur, etiam in esse virtutis productivæ; cum eundem ordinem servent inter se principia specificata, ac specificantia, sive fines ipsorum. Quare si non obstante superioritate actus in ordine, hic verè subditur voluntati, ut, unicè determinanti, idem concedi debet de ipso habitu formaliter in esse principij productivi; licèt non in esse entis facta comparatione ad existentiam; hoc est quoad sui infusionem.

26

Alter recursus.

Nec prodest dicere talem subiectionem habitus voluntatis, & potestatem dominativam supra habitum, convenientem voluntati, non convenire ipsi solitarie sumptæ, sed ut elevatæ per gratiam; cum solum pro casu elevationis possit complete & expedite operari supernaturaliter. In hac autem subiectione nullum apparet inconveniens, benè vero si talis subiectio conveniret voluntati secundum sui naturam, & non elevatæ ad ordinem gratiæ. Non, inquam, prodest propter animadversa num. 5. quæ modò placet instaurare ex D. Thom. 1. p. quæst. 31. art. 3. ubi docet: *Quod hæc dictio solus potest accipi, vel Cathegorematicè, vel synca thegorematicæ; primo modo ponit absolutè rem significatam circa aliquod suppositum, ut albus circa hominem, cum dicitur homo albus: 2. modo importat ordinem prædicati ad subiectum, quatenùs excludit omne aliud suppositum à consortio prædicati: sicut cum dicitur; solus sortes scribit non datur intelligi, quod sortes sit solitarius, sed quod nullus sit ei consors in scribendo, quamvis cum eo multis existentibus.* Ex qua Doctrina asserit hanc esse veram: *Solus Deus est æternus; & similiter: solus Pater generat, si* ly *solus accipiatur synca thegorematicè, quia esto nec Deus, nec Pater sit solitarius, nullum aliud suppositum præter Patrem generat.*

Præcluditur. Not. ex S.D.

Ex qua mirabili Doctrina detegitur æquivocatio, secundumquam cludere intendi inconveniens à nobis ponderatum; licèt enim in sent. contrar. hæc propositio: *Sola voluntas subordinat, & dominatur habitui infusso, & gratiæ; sit falsa, si dictio sola accipiatur Cathegorematicè cum talis subordinatio conveniat ei, ut existenti cum gratia: est tamen vera, si accipiatur sint Cathegorematicè prout excludit aliud à consortio prædicati; quod sic evidenter convincitur*: Nam hæc propositio: *Habitus elevans voluntatem subordinat, & dominatur adhuc partialiter tùm voluntati, tùm existentiæ actus supernaturalis* est iuxta Advers. manifestè falsa. Hac igitur æquivocatione detecta, sequitur inconveniens adductum. Nam esto virtus partialis innata voluntatis non dominetur habitibus infusis, nisi associata ipsis; non tamen associata ipsis, ut *dominantibus*, sed potius, ut *dominatis ab ipsa*; sicuti virtus partialis conveniens habitui ad actum sub ratione supernaturalis, es-

27

Aplicatur pro presenti.

to non conveniat ipsi quoad actual: influxum, nisi associetur voluntati, quam elevat illius virtutem complendo, non habet illum à voluntate: ergò si virtus determinandi, & dominandi verificatur solum de voluntate, licèt non de voluntate existente sola; facta comparatione inter has virtutes partiales; quænam erit perfectior in causando? Nos iuxta dicta probavimus esse illam, quæ unicè dominatur alteri.

§. VII.

Habitus supernaturalis, sive auxilium physicè elevans, est in se virtus determinativa actus supernat.

28

Probat. ex D. Th. 1.

CUm libertas consistat in virtute determinandi existentiam actus, qui est determinatio formalis voluntatis, & non solum in efficientia illius; si probetur habitum infusum (idem de gratia elevanti) præbere voluntati virtutem determinativam actus supernaturalis; probabitur voluntatem non sibi subordinare, & subijcere habitum infusum. Assumptum probat. 1. ex D. Thom. in 2. ad Anib. dist. 25. art. 4. ubi inquirens: *An sit eadem libertas, qua quis est liber ad bonum, & malum?* Respond. *Quod liberum arbitrium habet quamdam libertatem, quæ sequitur naturam potentiæ: & hæc libertas se extendit ad bonum, & ad malum. Habet vero aliam libertatem ex habitu ipsam perficiente: quia habitus iustitiæ facit libertatem ad bonum. Eadem est potentia boni, & mali; non autem idem habitus: & ideo loquendo de prima libertate, eadem est respectu utriusque; non autem loquendo de secunda.* En traditam à S. Doct. Doctrinam Thom. distinguentium duplicem libertatem, sive duplex principium liberum; unum per modum potentiæ; alterum per modum virtutis, & habitus; primum solum est voluntas; secundum vero est habitus perficiens voluntatem ad rectè agendum. Vide etiam solutum à D. Thom. argum. intendens probare charitatem v. g. non esse in se principium liberum, aut ullatenùs esse facultatem liberam; quia videlicet solum est potens influere in actum amoris, non autem in eius omissionem. Vide, inquam, solutum. Cum tale argum. solum probet non esse principium liberum per modum potentiæ, secus per modum habitus. Vide etiam non dixisse S. D. liberum arbitrium solum habere ex habitu *aliam potestatem agendi*, ut fatentur Adversi. sed *aliam libertatem*; & rursùs: Aliam libertatem in eo sensu acceptam, in quo accipitur libertas se habens per modum *potentiæ*. Cumque hæc sit vera, & formaliter talis, idem fatendum de libertate per modum habitus.

1. Ponderatio.

Secunda.

Tertia.

Audiamus iterum ipsum 1. 2. quæst. 108. a. 1. ubi cum statuisset legem novam, non solum præcipere, & prohibere actus interiores, sed etiam aliquos actus exteriores: sibi objicit 2. *Lex nova est lex Spiritus*: ad Rom. 8. *Sed ubi spiritus Domini ibi libertas* 2. ad Corinth. 3. *ergò lex nova est lex libertatis. Non est autem libertas, ubi homo obligatur ad aliqua exteriora facienda, vel vitanda*: ergò lex nova &c. Cui Respond. *Dicendum quod secundum Philosophum: liber est, qui sui causa est. Ille ergò libere aliquid agit, qui ex se ipso agit: quod autem homo agit ex habitu suæ naturæ convenienti, ex se ipso agit, quia habitus inclinat in modum naturæ. Si vero habitus esset naturæ repugnans, homo tunc non ageret, secundum quod est ipse, sed secundum aliquam corruptionem sibi supervenientem. Quia igitur gratia Spirit. Sanct. est sicut interius habitus nobis infusus inclinans nos ad rectè operandum, facit nos liberè operari, ea quæ conveniunt gratiæ; & vitare, ea quæ gratiæ repugnant. Sic igitur lex nova dicitur dupliciter lex libertatis: uno modo quia non cogit nos ad facienda, vel vitanda, nisi necessaria. Secundo, quia præcepta, vel prohibitiones facit nos liberè implere, in quantum ex interiori instinctu gratiæ ea implemus.*

29

2. Testim.

Ex quibus verbis reijcitur, ut falsa illa propositio, qua communiter probant aliqui AA. habitum infusum non esse totam rationem agendi; * quia videlicèt voluntas in

30

Prima reflex.

tali

tali casu non esset causa *per se* actus supernaturalis, nec illum à se ipso operaretur.* Siquidem testante D. Thom. quia habitus infussus disponit convenienter voluntat. secundum modum suæ naturæ, quod procedit ab illa ratione habitus infussi, causatur ab ipsa *per se*. 2. habetur: habitum infussum, & gratiam Spiritus Sancti, ita inclinare ad rectè operandum, ut faciat *voluntatem liberè operari*. Quæ propositio denotat libertatem actuum supernaturalium formaliter desumi à gratia Spiritus Sancti; proindequè eam esse in se liberam *per modum virtutis*, etsi non *per modum potentiæ*. Ratio est: Nam si actus solum corresponderet gratię elevanti voluntatem sub ratione supernaturalis; non vero sub ratione liberi; ut affirmant tuentes concursus partiales; esto gratia faceret, ut voluntas eliceret actum in re liberum, non tamèn faceret, ut ipsa *liberè operaretur*; cum libertas actus tantum identicè procederet à gratia. Quemadmodum, estò in eorum opinione voluntas *faciat actum in re supernaturalē* procedentem à gratia, non tamen illa facit, hominem supernaturaliter operari. Et similiter, quia iuxta ipsos, actus sub ratione vitalis non correspondet, ut effectus proprius gratiæ, hæc propositio rigorose accepta est falsa: *Gratia elevans voluntatem facit, non solum actum vitalem, sed etiam, quod ipsa vitaliter agat.* Et rursùs hæc: *Voluntas in tantum vitaliter agit, in quantum agit ex interiori instinctu gratiæ.* Ex quibus omnibus, meo videri, efficaciter deducitur gratiam elevantem voluntatem esse in se, & subiectivè liberam ut *quo*, & per modum *virtutis*; proindequè causare actus supernaturales ea ratione, qua sunt liberi.

* Vide numer. seq.

2. & pręcipua pro nunc.

31 Sed, ut dicta amplius roborentur, & mens D. Thom. circa pręsens assumptum magis appareat, audiamus illum 1.2. q.114. art.4. asser. *Meritum vitæ æternæ principaliter attribui charitati, ut imperanti actus aliarum virtutum; eo quod actus humanus habet rationem meriti ex duobus. Primo ex Divina ordinatione; 2. ex parte liberi arbitrij, in quantum, scilicèt, homo habet præ cæteris creaturis, ut per se agat voluntarie agens.* Et postquam ex 1. cap. probavit meritum principaliter attribui charitati, subdit: *Similiter etiam manifestum est, quod id, quod ex amore facimus, maximè voluntarie facimus. Unde etiam secundum quod ad rationē meriti requiritur, quod sit voluntarium, principaliter meritum charitati tribuitur.* Ex qua Doctrin. arguo 1. contra AA. tuentes actum supernaturalem partialiter procedentem à voluntate, & charitate, v.g. sub ratione supernaturali correspondere charitati, & sub ratione vitalis virtuti innatæ voluntatis. * Actus supernaturalis sub ratione voluntarij est actus sub ratione vitalis affectivè; cum voluntarium qua tale sit à principio intrinseco cum cognitione finis, in quo formalissimè vitalitas affectiva, sive appetitiva consistit. Sed actus supernatutalis sub ratione voluntarij inspicitur formaliter, & causatur à charitate: ergò charitas respicit pro termino formali, sive ut rationem formalem *sub qua* rationem vitalitatis in actu dilectionis. Probat. min. Actus supernaturalis sub ratione voluntarij principaliter attribuitur charitati, iuxta D. Thom. Sed id, quod tantum identicè, & *ut quod* producitur à charitate, & à voluntate *formaliter, & ut ratio sub qua* non attribuitur principaliter charitati; sed potius voluntati: ergò. Arguo 2. & probo etiam. Charitatem esse in se principium liberum. Principium, cui attribuitur principaliter, quod actus salutaris sit liber, est principium liberum; quomodo enim erit causa principalis, ut actus sit liber; quod in se caret omni libertate? Sicuti nequit dici causa potissima, ut actus sit supernaturalis; quod in se supernaturale non est. Sed iuxta D. Thom. sic se habet charitas ad actum salutarem, quatenùs liber est: ergò.

3. Testim

Ex illo arguo 1.

* Sic voco ob identitatem cū illa.

Secundo.

32 Nec valet dicere D. Thom. loqui de charitate contrapositivè ad alias virtutes, non vero ad voluntatem, ut 1. egenti ipsum constabit. Unde licèt charitas augeat voluntarietatem in alijs actibus, dum illos imperat; quia iuxta S. Doct. *Quod ex*

Resp. 1.

amo-

amore facimus, voluntarie facimus; illa tamen per se, & secundum sibi intrinseca correspondet libertati voluntatis elevatæ per habitus supernaturales. Non, inquam, valet. Nam ex Doctrin. solut. clarè infertur voluntarietatem repertam in actu charitatis per se correspondere habitui; & non voluntati secundum virtutem sibi intrinsecam. Ratio est. Meritum vitæ æternæ principaliter attribui charitati est iuxta D. Thom. rationem meriti convenire actui dilectionis ratione sui, & alijs actibus, quatenùs imperantur ex charitate: quia propter unumquodque tale, & illud magis. Sed hoc contingit iuxta eundem S. Doct. propter voluntarietatem, & libertatem actus meritorij: ergò habitus charitatis est id, à quo provenit, ut causa per se, & formaliter se habenti, quod actus dilectionis sit voluntarius, & liber: ergò libertas illius non voluntati, ut partialiter influenti cum habitu, sed potius habitui, ut principio libero correspondet.

Impugnatur.

§. VIII.

Quid dicendum de potestate utendi habitibus supernaturalibus?

33 SEmel autem statuto habitus supernaturales (idem de gratia elevanti) communicatos voluntati esse in se liberos intrinsecè per modum virtutis, licèt non per modum potentiæ: Ruit fundamentum AA. ex quo moventur, tùm adtuendum vim determinativam, & dominativam arbitrij unicè convenire voluntati secundum vim sibi intrinsecam pro casu elevationis ad ordinem gratiæ: tùm etiam ad asserendum habitus infusos propriè, & directè subordinari quoad eorum usum voluntati. Ratio primi est: Nam libertas ex terminis est facultas, sive virtus ad determinandum existentiam unius præ alio: ergò quod in se gaudet libertate *ut quo*, & per modum virtutis, præbet facultatem, & vim determinandi unum præ alio. Ratio 2. est, quia talis subordinatio ponitur propter determinabilitatem passivam ex parte habitus respectu voluntatis: ergò semel concesso &c. Rursùs; id quod alteri præbet dominium ad determinationem actus, nequit alteri subordinari in tali determinatione. Sed si habitus infusus est intrinsecè liber per modum virtutis, præbet voluntati, nedum efficientiam, verum etiam dominium, ut determinet existentiam actus supernaturalis: ergò.

Utilitas Doctr. antea traditæ.

Hoc stabilito transeamus circa modum, & qualitatem usus, qui attribuitur voluntati, dum elicit actus supernaturales. Pro quo notandum ex D. Thom. 1.2. quæst. 1. & 2. usum, qui dicitur actus proprius voluntatis subsequutus ad electionem, & qui immediatè regulatur per imperium rationis; distingui realiter, realiterque ordine causalitatis præcedere actum executivum mediorum, & adeptionē finis. Siquidem per talem actum voluntas movet quoad exercitium, & ultimatè applicat potentias exequutivas ad positionem mediorum, quæ fuerunt præelecta. Cum autem motio activa, & applicatio activa potentię ad operandum, ab eius operatione realiter differat, eamque realiter ordine causalitatis præcedat; prædictus usus differt modo dicto ab actu, ad quem voluntas applicat. Hoc videre est in usu activo voluntatis applicantis potentiam visivam ad videndum, & etiam intellectum ad considerandum, & his similia. Notandum tamen ex D. Th. ibi; quod etiam operatio, quæ fit ex imperio voluntatis moventis, dicitur *usus*; attamen in tali locutione *usus* sumitur *largè*; non tamen *strictè*; qua ratione dicitur *usus passivus*; ille verò, de quo supra, *usus activus*, & prout est actus specialis ab electione, & consensu distinctus. Unde merito Aliqui distinguunt inter *uti*, & *usum*, ita ut primum spectet privativè ad voluntatem; eo quod significat idem, ac *movere*, seu *applicare*; secundum verò; ad operationem cuiusvis potentiæ. Hinc visio est usus potentiæ visivæ; hęc tamen non utitur,

34 Resolvitur quæstum.

Quid, & quotuplex sit usus?

Animadversio Aliquorū.

sed voluntas, quæ ipsam applicat ad videndum.

45 Certum est voluntatem, per se loquendo, non uti habitibus supernaturalibus usu, qui sit actus realiter distinctus ab actu, quem simul efficit cum ipsis habitibus. Ratio est: Nam talis actus, qui esset applicatio activa habitus supernaturalis; vel esset actus elicitus à voluntate solis viribus naturæ; vel viribus gratiæ: quatenus esset volitio reflexa directè, & signatè tendens in elicientiam actus supernaturalis ex habitu procedentis, & huius tendentiæ v. g. *Volo elicere actum dilectionis, spei &c?* 1. repugnat; cum actus naturalis nequeat imperare actum supernaturalem; de quo Thomistæ tract. de Visione, quos sequitur, & illustrat Sapientis. Magist. & meus Præceptor Illust. Montalvan disp. 1. dub. 2. §. 6. 2. autem nihil refert ad propositum; cum subordinatio, quæ tunc contingeret, esset accidentalis habitibus; & insuper esset talis ad voluntatem, ut formaliter se exercentem intra ordinem gratiæ, tam ex parte principij talis usus, quam formaliter ex parte eiusdem usus. Sic contingit, quando voluntas ex intentione charitatis, aut pœnitentiæ, imperat actus aliarum virtutum supernaturalium. Tunc enim per unũ actum potest dici utens activè alijs virtutibus, eas applicando, & determinando ad proprios actus. Attamen; sicut quando omnes actus aliarum virtutum imperantur à charitate, & actus fidei procedit ex pia affectione (in quo casu concedi potest voluntatem uti activè habitibus supernaturalis) nulla ponitur subiectio gratiæ ad voluntatem secundum sibi intrinseca, sed ad ipsam, ut elevatam, & ut supernaturaliter operantem per alia principia supernaturalia; quia inter actus supernaturales datur etiam excessus perfectionis, & efficaciæ in imperando; ita similiter debet dici pro casu volitionis reflexæ supernaturalis elicitæ medio auxilio fluido, vel eodem habitu, per quam voluntas applicaret, & se ipsam, & habitum supernaturalem ad operandum.

Non datur usus activus, qui est prævius.

Ex quo legitimè deducitur usum concessum voluntati in ordine directo respectu habituum supernaturalium non esse illum, qui dicitur strictè usus activus, & per quem potentia executiva applicatur ad operandum. Cum iuxta superius dicta, & in D. Thom. fundata, talis usus realiter differat, & præcedat ut causa operationẽ, ad quam applicat; sicuti iuxta eiusdem Sanct. Doct. 3. contra Gent. cap. 149. *Motio moventis præcedit ratione, & natura motum mobilis.* Hinc ulterius deducitur talem usum non fieri per aliquod imperium voluntatis; vi cuius habitus supernaturalis determinetur ad elicientiam actus supernaturalis; siquidem tale imperium oportebat esse actum voluntatis realiter distinctum ab actu imperato. Quapropter, sicuti tantum communiter dicitur voluntatem elevatam per habitum charitatis *seipsum movere, & applicare* ad actum dilectionis, ita pariter dicendum uti eodem habitu. 46

Illatio ex dictis.

Actus igitur dilectionis v. g. est propriè usus passivus, sive, ut proprius loquar, usus formalis habitus charitatis, & etiam voluntatis ut potentis ratione habitus diligere Deum super omnia. Ratio est: Nàm operatio procedens ab aliquo principio operativo dicitur, & est usus formalis, sive passivus eiusdem; ut *equitare* dicitur usus equi, & *percutere* Baculi, & *cognoscere verum* usus intellectus. In hac enim lata acceptione, quæcumque potentia, vel habitus, dum se exercet per suam operationem, dicitur utens iuxta S. D. ubi supra: Et 1. 2. quæst. 109. art. 1. Sed talis est habitus charitatis, vel etiam voluntas ut per illum elevata; cum unico, & indivisibili concursu influant, & ex illis unicum principium proximum dilectionis constituatur: ergò. Sed tamen, quia habitus, estò sit virtus proxima adæquata, non vero se habet per modum potentiæ, & ut principium *quòd*, sed ut *quo* elevans ipsam, & dans ei quòd possit diligere; ideò non habitus, sed voluntas per ipsum constituta in actu 1. dicitur uti habitu, & non è 47

Qnalis usus admittitur.

con-

contra; similiterque dicitur illam se determinare, ut diligat Deum. Quare in hoc nullus apparet excessus in voluntate, sed solum additio alicuius denominationis. Etenim in tali modo utendi, & determinandi oportet distinguere, & id quòd est ratio adæquata utriusque; & id, quòd se habet, ut subiectum denominationis, 1. dicit perfectionem, & activitatem; 2. vero nullam superaddit de ordine superno, sed solum connotat in potentia, posse se exercere permissionem. Cum igitur 1. adæquatè proveniat ab habitu; nihil superioritatis attribuitur voluntati, quia solum ipsa denominetur utens suo modo, & determinans, & diligens liberè Deum super omnia.

38 Hinc si admittitur ab aliquibus Thom. aliqualis subiectio habitus infusi quòad usum respectu voluntatis; intelligendi sunt per ordinem ad illā contideratam, non secundum vim sibi intrinsecam, sed ut perfectam, & actuatam ulteriori gratia intrinsecè efficaci. In hac subiectione nec apparet aliquod inconveniens, & longè distamus à modo dicendi pronunc impugnato. Ratio 1. est: Nàm ex tali modo subordin. solum sequitur gratiam sufficientem subordinari gratiæ intrinsecè efficaci, à qua applicatur, & determinatur ut influat, in quo nullum est inconveniens, sed solum apparet excessus unius gratiæ ad alteram gratiam. Ratio 2. est: Nàm ut vidimus in anteced. in modo dicendi Aliorum voluntas est, quæ unicè determinat habitum, sive gratiam, absque eo quod addatur ipsi nova gratia; nec à gratia habet voluntas vim determinativam quoad usum. Quare subordinatio ex parte habitus infusi, & gratiæ sufficientis, ad voluntatem est ad illam secundum vim sibi innatam, ut partialiter concurrentem; quod deprimit dignitatem gratiæ.

Nota.

39 Hanc subiectionem sic edoctam ab Ill. Alvarez disp. 86. impugnat, etsi breviter P. Ripalda hoc discursu. Sicut voluntas est indifferens ad agere, & non agere; ita similiter habitus infusus. Rursus, sicut voluntas indiget determinari ad agendū, ità etiam habitus; & quemadmodū voluntas prædeterminata trahit secum operationem habitus; ita habitus prædeterminatus: ergò nulla est ratio, cur voluntas utatur habitu; & non è contrà; si talis usus voluntatis sit, quatenus à Deo per gratiam suam prius determinatur. Urget sic. Potentia, quæ determinat prædeterminata ab alia causa, non dicitur propriè determinans, aut utens, sed solum quæ 1. determinat: unde, etsi intellectus determinet speciem intelligibilem ad assensum fidei; quia tamen 1. determinans est voluntas ratione piæ affectionis; hæc dicitur solum determinare, & uti potestativè specie, & habitu fidei ad credendum: ergò posita gratia prædeterminante, non voluntas, sed gratia prædeterminans dici debet utens voluntate, & habitu infusso ad agendum supernaturaliter.

Instabis. Urgetur.

Sed hæc levia sunt. Sicut enim quis inefficacitèr argueret probando non esse ullam rationem, ut *sola voluntas denominetur diligens, vivens, & meritoriè operans; quandoquidem etiam habitus charitatis est principium influès immediatè in dilectionem, & insuper principium vitæ*: inefficaciter, inquam, argueret; quia videlicet non distingueret inter principium vitale per modum potentiæ, & principium per modum virtutis dantis potentiæ, qnod vitaliter influat; ita similiter dicendum ad argumentum propositum ob eandem rationem. Nec indifferentia, qua gaudet voluntas, est eadem adæquatè cum indifferentia habitus; illa enim est per modum principij influentis in agere, & non agere; indifferentia vero habitus est influxiva in agere, & permittens in voluntate non agere. Nec rursùs est duplex prædeterminatio pro utroque, sed unica, & indivisibilis adhuc virtualiter; cum voluntas, & habitus non sint duæ causæ, aut duæ virtutes, sed unica causa constituta per habitum adæquatè virtuosa ad agendum. Quia tamen voluntas est quæ, ut quod influit, & operatur; illa dicitur determinari à Deo, & sic determinata utitur habitu; non per aliquod impe-

40 Respons.

rium prævium, sed modo explicato in antec. Urgentia solum probat voluntatem non esse primum determinans; hoc enim est Deus; secùs tamen non esse determinans secundum, & in suo ordine; uti dicitur etiam relatè ad actus ordinis naturæ.

Ad urget

§. XI.

Statuitur primatus gratiæ ad actus salutares, & ex illo probatur stricta subiectio voluntatis quoad agere; & ex hoc gratia ab intrinseco efficax.

41 ETsi omnia merita in nobis à gratia, & libero arbitrio procedant; ita ut uno ex illis deficiēte ratio meriti deficiat; iuxta illud S. Bernard. *Tolle liberum arbitrium, & non erit, quod salvetur. Tolle gratiam, & non erit unde salvetur*: Omnes tamen Theolog. firmiter tuentur gratiam principalius influere; eique primatum in causando quemcumque actum supernaturalem attribuunt. Quæ positio non solum est vera de gratia sanctificanti; quia se habet, ut forma merita dignificans præbens eis ius, & condignitatem ad vitam æternam; sed etiam de gratia auxilianti, quatenùs præbet vires, & sufficientiam physicam ad salutariter agendum. Sub hac etiam continētur habitus infusi, & reliqua dona à Spiritu Sancto iustis infusa: Omnia enim sunt perfectiones animę ad hoc, ut iustè, & salutariter agat. Plura testim. SS. PP. & Conc. pro hoc adduci poterāt expresse affirmantia: *Omnia merita provenire à gratia Dei, ab illius inspiratione, illuminatione, & operatione, & sine gratia Dei nihil boni fieri à nobis.* Huiusmodi principalitatem adeò extollunt SS. PP. ut videatur soli gratię tribui nostra merita. Sic inter alios S. Prosper. lib. de Ingratis: *Percurrat Apostolus orbem: Prædicet, hortetur, plantet, riget, increpet, instet. Ut tamen his studijs Auditor promoveatur, non Doctor, neque discipulus; sed gratia sola efficit; inque graves adolet plantaria fructus.* Huic consonat illud Pauli: *Abundantius omnibus laboravi, non ego, sed gratia Dei mecum*, quæ ultima verba sic versant plures PP. Græci: *Sed gratia Dei, quę est mecum.* Non quia liberum arbitrium non propriè cooperetur, ut deliravit Lutherus; sed quia gratia principalius agit, & non nisi ratione gratiæ liberum arbitrium operatur.

Probat. 1. pars.

1. ad Cor. 15.

Sufficiat in re adeò certa testimonium Zozimi Papæ, quod refert, & approbat Cœlestinus Papa in epist. ad Galliæ Episcop. *Nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis voluntatis humanæ singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium.* Similia tradit Senonense in præfat. dicens: *Gratiam Dei primo, & principalius, quam liberum arbitrium, influere in actus meritorios.* Videantur S. Prosp. contra Collatorem in fine, ubi utitur hac voce *primatus*. S. Hieronym. in Hierem. cap. 18. & nostri AA. circa influxum luminis gloriæ in visionem; ubi plura invenientur. Ex his constat gratiam facta comparatione cum libero arbitrio (quod revera non est liberum ad salutariter agendum, nisi per gratiam) obtinere primatum non solum ordine dignitatis; quia est intra ordinem supernaturalem; sed etiam ordine causalitatis, sive influxus in actus ab utroque procedentes. Quod facile convincetur; si eorum verba tantisper considerentur. Constat etiam huiusmodi primatum, excessum, & principalitatem, convenire ipsi non solum quoad posse salutariter agere, sive ut liberum arbitrium sit expedite, integre, & completè potens iustè operari; sed etiam quoad actu iustè agere, & actu mereri vitam æternam. Ad 1. comparatur gratia, ut causa formalis; ad 2. vero comparatur, ut causa efficiens. Sed quia aliqui AA. ingeniosè contēdunt optimè stare gratiam esse principaliorem in efficiendo, quamvis influat ex determinatione arbitrij, & similiter quamvis gratia nullam vim determinativam in se habeat; oportet duo probare. 1. *Talem primatum non subsistere, si gratia Dei non determinet voluntatem.* 2. *Talem pri-*

42 Probat. 2.

primatum excludere à gratia veram subiectionem ad liberum arbitrium, etiam quoad usum. Primum sic breviter suadetur. Primatus gratiæ est ita concurrere cum liber. arbitr. ad actus salutares, ut non solū propriè faciat illos, sed etiam faciat, quod voluntas eosdem salutariter operetur. Sic M. Par. de Prædest. SS. cap. 11. de Grat. & lib. arb. cap. 16. & super Ioann. tract. 72. de Bono persev. cap. 13. Arausic. cap. 9. & alibi. Sed si gratia influeret ex determinatione liberi arbitrij in actus liberos salutares; hoc minimè subsisteret, sed potius oppositum verificaretur: ergò primatus, & excellentia gratiæ ad salutariter agendum non subsistit, si gratia Dei non determinat illorum elicientiam. Min. probat. Ex duplici causa simul coefficienti eundem effectum, illa facit, ut altera faciat, quæ alteram determinat, ut faciat; secùs vero, quæ ex alterius determinatione, & libito facit; nam hæc, & convenit cum altera in influxu effectivo, & eam excedit in influxu determinativo: ergò.

1. Assertum probat.

2. Assertum probat. 1. ex dictis. Principium ita influens principaliter cum voluntate in actus salutares, ut ratione illius voluntas sit libera ad eorum elicientiam, nequit verè subijci voluntati; sed ita se habet gratia respectu voluntatis nostræ; ut ex dictis, & adductis ex D. Thom. & Magn. Par. probatum relinquimus: ergò primatus gratiæ non stat cum vera subiectione ad voluntatem quoad usum. Maior est certa apud Adversⁿ. qui talem subiectionem statuunt, ex quo in voluntate, non autem in gratia, cognoscunt vim physicè determinativam, & dominativam circa usum habituum supernaturalium. Si enim voluntas ratione gratiæ est domina ad actus supernaturales, nequit graria famulari voluntati in usu talis dominij. Prob. 2. ex testimon. Magn. Par. ob cuius expositionem præsentem quæstionem excitavimus. Sic enim habet: *Voluntas tanto erit liberior, quanto sanior: tanto autem sanior, quanto divinæ gratiæ, misericordiæque subiectior.* In primis videtur certum loqui Magn. Par. de subiectione strictè sumpta. 1. Quia hæc cedit in gratiæ exaltationem. 2. Quia eodem modo loquitur de illa, ac de de sanitate, sed loquitur de sanitate spirituali voluntatis ratione gratiæ proprie sumpta: ergò pariter dicendum de subiectione. 3. Quia si loqueretur de subiectione communiter sumpta pro dependentia unius ab alio in operando, æquè posset dicere Magn. Par. *Voluntas nostra eò sanior, & liberior, quò magis subijcit sibi Dei gratiam, & misericordiam*: quod est absurdum. Sequela constat; cum gratia nequeat sine voluntate operari. 4. Quia loquitur de subiectione, quam profitemur ad Dei misericordiam in bonis operibus. Subiectio autem voluntatis nostræ ad Dei misericordiam est propriè talis, sicuti, & infirmitas secundum quam ad illam confugimus.

Prob. 2.

Prob. subiectio voluntatis 1. & 2.

Tertio.

Quarto.

45

Quod etiam loquatur de subiectione non solum quoad posse benè operari, sed etiam, & præcipuè de subiectione quoad actu agere, quæ dicitur talis quoad usum suadetur 1. Loquitur de illa subiectione secundum quam pia voluntate invocamus Dei adiutorium ad Dominica præcepta implenda; ut patet ex verbis antecedentibus, in quibus refert, & refutat insaniam Pelagij negantis talem invocationem. Sed adiutorium, quod piè invocamus ad Dei præcepta implenda est præcipuè ad actu agere; cum Nos solum agendo Dei præcepta impleamur: ergò loquitur de subiectione ad Dei gratiam quoad actu agere. 2. Magn. Par. loquitur de illa subiectione ad gratiam adiuvantem contentam in illis verbis Davidⁱ: *Gressus meos dirige &c.* sed in his petit Propheta gratiam dantem actu agere, ut ex se constat, & docet Sanct. Par. sic exponens illa: *Quid aliud petit, quam ut donante Deum diligat? Quid igitur orat, quam ut præcepta, quem Deus imponit iubendo, implere faciat adiuvando?* Tertio. Sermo est

Hæc subiect est quoad usum, seu actu agere.

Psal. 11

Sic etiam exponit S. Prosp.

est de subiectione per quam voluntas nostra est,& redditur sanior; sed per gratiam dantem solum posse non redditur sanior. Tùm quia cum illa stat incidere in infirmitatē peccati, &manere in pristina,quam commisserat. Tùm quia voluntas eo est sanior, quo plus à Christo Domino spirituali,ac Cœlesti Medico liberatur; sed hoc proprijssimè tenet verum, quando donat nobis posse benè operari,& ipsum benè operari: ergò.

46 Hęc intelligentia videtur mihi concedēda, etiam gratia sit tātum sit efficax ab extrinseco. Ratio est. Voluntas resistens gratiæ, & Dei misericordiam contemnens, non subijcitur in gradu comparativo gratiæ, & misericordiæ; non enim subijcitur gratiæ, qui abijcit gratiam, & qui cooperando ei non servit: ergò hæc maior subiectio excludit à voluntate *abiectionem, resistentiam, & contemptum gratiæ.* Sed gratia quatenùs est præcisse sufficiens, non excludit hæc recensita; sed potius eis coexistere valet, ut est certum apud omnes:ergò loquitur M. Par. de Gratia formaliter qua efficaci, & de Divina Misericordia, ut donante actu benè agere.

47 Ex his meo videri solidè in M.P. fund. deducitur necessitas gratiæ prædeterminantis ad actus salutares. Siquidem gratia, cui voluntas creata verè subijcitur in actu agere, & non solum in posse,nequit esse gratia efficax ab extrinseco ex determinatione liberi arbitrij: ergò est gratia intrinsecè efficax. Añs. probat.1. Gratia, cui voluntas in actu agere liberè, & salutariter propriè subijcitur, est gratia,quæ propriè dominatur voluntati:ergò, quæ propriè illam determinat, & ipsa activè utitur: ergò,quæ propriè applicat voluntatem, secùs vero gratia applicabilis, determinabilis, sive utilis passivè à voluntate. Añs.constat: Nam subiectio dicitur relativè ad Dominium; cumque Dominium conveniens gratiæ respectu voluntatis nō sit iurisdictionis in potestate præceptiva, aut punitiva consistens; restat, ut sit Dominium proprietatis per modum determinantis, & applicantis illam ad proprios usus, & bona opera. Secundo probat.añs.Gratia, cui propriè subijcitur voluntas quoad posse agere, est gratia ratione sui, & independenter ab eius libertate donans prævie talem potestatem: ergò pariter gratia, cui propriè subijcitur voluntas in actu agere prout superadditum ad posse &c.

Probatur grat. intrinſ.efficax.

Placet concludere subiectionem nostræ voluntatis ad gratiam efficacem, proindequè ab ipsa prævie moveri, & determinari, ut rectè agat.Sic prob.ex epist.Cœlestini I.ad Galliar. Episcop. ubi affirmat: *Quod nemo, nisi per gratiam bene utatur libero arbitrio.* Quæ verba si attentè considerentur, maximè probant totum assertū,& assumptum. In primis gratia hæc nequit esse sub ratione gratiæ præcisse sufficientis; cum ab illa voluntas solum accipiat libertatem, & posse benè uti; unde sermo est de gratia, quatenùs efficax est. Rursùs, non asserit Pontifex bonum usum libertatis esse ex gratia, *aut effectum gratiæ*; sed quod per gratiam *voluntas utitur libertate;* cumque uti activè sit determinare, & applicare aliquod principium operationis ad operandum; ex prædictis verbis deducitur, quod ratione gratiæ, & in virtute illius, voluntas applicat, & determinat se ipsam ad agendum; proindequè gratia Dei est utens activè nostra libertate. Ex quo ulterius deducitur gratiam Dei esse quæ subijcit sibi libertatem voluntatis quoad usum, & non econverso. Explicatur efficacia huius rationis. Licet voluntas, & gratia sufficiens sint causa nostræ determinationis liberæ,quæ est ipse actus supernaturalis; non concedunt AA. hanc propositionem *per gratiam Dei determinatur libertas, & sufficientia voluntatis.* Verum enim est iuxta ipsos determinationem voluntatis, esse à gratia; attamen falsum existimant dicere *voluntatem determinari per gratiam.* Quin potius asserunt gratiamDei determinari per voluntatē: ergò cum uti sit determinare, & applicare principium activū ad

48 Argum. pro grat. prædet.

ad operandum, si per gratiam Dei voluntas *utitur libertate* ad rectè operandum; gratia Dei est, quæ determinat, & applicat illam ad agendum. At non gratia sufficiens; nec gratia quæ est efficax à determinat. voluntatis: ergò gratia prædeterminans. Rursus. Si per gratiam Dei benè utimur libertate: ergò per gratiam dominamur quoad usum libertate voluntatis: ergò voluntas ut libera non subijcit sibi gratiam quoad usum, ut contenduntAdv. sed potiùs è contra, gratia subijcit, & dominatur utendo potestate, qua gaudet voluntas ad benè agendum.

§. X.

Argumenta probantia dominium voluntatis supra habitum infussum, & gratiam.

49 OBijcies 1. ex D. Thom. 1. 2. q. 71. a. 4. dicente: *Homo utitur habitu, cum voluerit. Unde simul habitu in homine existente, potest non uti habitu, aut agere contrarium actum.* Et q. 78. a. 2. *Uti habitu subiacet voluntati habentis, & idò potest contingere, quod habens habitum prorumpat in actum contrarium.* Quę doctrina traditur generaliter pro omni virtute. Ex quo sic arg. Facultas utendi habitu infusso ad actus supernaturales est potestas dominativa supra illos, ut constat ex definitione dominij: ergò si homo pro sua voluntate est potens uti habitibus infusis, habet ratione suæ voluntatis dominium supra ipsos. Rursus: Habitum subiacere vlountati habentis est subordinari ipsi; sed iuxta D. Thom. omnis habitus virtutis subiacet voluntati habentis: ergò. Sed expressis terminis hoc docet S. D. 1. p. q. 62. a. 3. per hæc verba: *Inclinatio gratiæ non imponit necessitatem, sed habens gratiam potest ea non uti, & peccare.* Et in exp. 1. ad Corinth. 15. lect. 1. ad illa verba: *Gratia eius in me vacua non fuit*: ait: *Ostendit Paulus quomodo usus sit gratia ista, quia ad bonum. Et ideò dicit in me vacua non fuit, id est otiosa, quia in usus est ad id, ad quod data est sibi.* Idem docet 2. ad Corinth. cap. 6. ad illa verba, *exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* Ubi tradit usum gratiæ esse subiectum libero arbitrio, ideòque Paulum exhortari fideles ad ipsum.

Primum ex D.Th.

Ad 1. est.

50 Confirm. Ex Concilio Senonensi in præfat. column. 2. ubi agens de gratia, per quam Apost. (ut dicit ipse ad Corinth. 15.) *Abundantius omnibus laboravi*, sic ait: *Undè rectè confitetur Apostolum Divinæ gratiæ fuisse cooperatum; & in reliquis fidelibus nequaquam fore vacuam, si sic ea utantur, ut non frustra eam videantur suscepisse.* Similia tradit Theophil. ad illud Ioannis 6. *Nemo potest venire ad me &c.* Ex his ulterius probari potest non dari gratiam ab intrinseco efficacem sub hac forma. Talis gratia ad hoc ponitur à Th. ut determinet, & applicet voluntat. ad salutariter agendum; sed si voluntas est quæ utitur gratia; ipsa est, quæ determinat, & applicat gratiam ad operandum; cum iuxta D. Thom. 1. 2. q. 16. a. 2. *uti sit applicare aliquod principium actionis ad actionem*: ergò voluntati attribuitur dominium gratiæ, & determinatio, sive applicatio omnium principiorum influentium in actus supernaturales.

Confirm. ex Senon.

Ponderat contra grat. prædetermin.

51 Obijcit: 2. Eò gratia habitualis, & habitus infusi, subiacent quo ad usum libero arbitrio, ut constat ex adductis, quia in eius potestate est, quod operentur, vel non operentur; sed in potestate illius etiam est, quod influat, aut non, gratia actualis; imò potius voluntas, & habitus pendent in suo operari ab influxu gratiæ actualis: ergò talis gratia subiacet &c. Confirm. 1. Eò habitus subditur voluntati quòad usum quia eadem realiter est actio utriusque. Sed actio, sive actualis influxus gratiæ actualis, est realiter indistinctus ab actione voluntatis, & habitus infusi: ergò. 2. Auxilium gratiæ est donum datum abitrio qua libero; sed donum datum arbitrio qua libero subiacet virtuti arbitrij: Nam munera non ob aliud dantur, nisi ob usum donatarij, ut eis uti, vel non uti queat. Ait enim Poeta:

Secunda pro gratia sufficient.

Confir. 1.

Secundo

Quò mihi divitiæ, ſi non conceditur uti.
Dicat & arbitrium:
Quò Deus omnipotens, ſi non conceſſeris uti;
Munera largiris?

52 3. Ideò gratia habitualis ſubiacet quoad uſum libero arbitrio, quia eius inclinatio non imponit neceſsitatem ad agendum, ita Sanct. Doct. 1. 2. q. 62. a. 3. ad 2. ſed nulla gratia actualis etiam efficax imponit voluntati neceſsitatem ad agendum: ergò. 4. Talis ſubiectio poteſt denudari ab imperfectione oppoſita perfectioni gratiæ, & componi cum eo quod ſubiectio arbitrij ad gratiam ſit maior: ergò. Añs. quoad 2. part. prob. facilè: Nam prima ſubiectio ſolum eſt quoad actualem concurſum gratiæ: voluntas vero ſubijcitur gratiæ quoad poſſe ſimpliciter agere. Maior autem eſt ſubiectio quoad poſſe ſimpliciter, quam ea, quæ tantum eſt quoad actualiter agere. Quoad primam vero partem prob. In primis talis ſubiectio, & determinatio non eſt quoad exiſtentiam gratiæ; illa enim à Deo infunditur nobis ſine nobis. Deinde non eſt ſubiectio quoad uſum reſpectu voluntatis determinantis gratiam aliqua determinatione prævia, ſed ſimultanea, & indiſtincta ab actione gratiæ. Rurſus: Talis determinatio non elicitur à voluntate ſolis viribus naturæ. Et tandem non eſt determinatio imperans, aut merens gratiam, & actionem ipſius, ſed purè phyſica. Horum omnium contradictoria docebant Semi-Pelag. & ideò à Concil. Araniſican. & SS. PP. damnantur, ut deprimenres, vel potiùs deſtruentes rationem gratiæ. 5. De ratione agentis liberi eſt determinare ſe ipſum, & omnia alia comprincipia requiſita ad agendum: cum huiuſmodi comprincipia ſint indifferentia ad agere, & non agere voluntatis, proindèque ab ipſa determinabilia, cum ex ſe ipſis determinari nequeant. Sed dominium conceſſum ſupra gratiam non conſiſtit in alio, quam in determinando ipſam ad agendum; ergò tale dominium, nec plùs iuſto exaltat vires voluntatis, nec deprimit dignitatem gratiæ. Sic inter alios P. Ripalda.

Tertio.

Quarto.

Quinto.

§. XI.

Reſpondetur argumentis ſupra poſitis.

QUamvis ex dictis ſatis conſtet ſolutio ad obiecta; maioris tamen claritatis gratia, oportet illa ſolvere ſingulatim, & in forma. Conceſſo enim iuxta Doctr. D. Thom. hominem poſſe uti, & non uti habitibus infuſis. Diſting. mai. 1. diſcurſus. Facultas utendi habitibus infuſis per verum imperium, & uſum activum, conced. mai. Facultas utendi per uſum paſsivum, & formalem, ſubdiſtinguo. Si talis facultas conveniat voluntati ratione ſui, conced. mai. Si conveniat voluntati ratione ipſius habitus, nego maiorem: & cum eadem minoris diſtinctione, neg. conſeq. Duo enim continet ſolutio. Primo. Poteſtatem dominativam unius cauſæ ſupra aliam requirere facultatem utendi per uſum activum propriè dictum, & habentem rationē imperij actu moventis; & applicantis ad agendum. 2. Facultatem utendi uſu tantum largè accepto arguere ſuperioritatem, & aliquale dominium; dum modo principium *quo* volūtas ſic utitur, non ſit virtus præſtans voluntati poſſe operari. De hac diſtinctione uſus diximus ſupra §. 9. Quod autem facultas utendi primo modo requiratur ad veram, & propriam ſubiectionem in principio, quo quis utitur; ultra dicta ſuadetur ſic. Dominium liberum, de quo in præſenti, eſt facultas utendi ſumpto uſu promotione, & applicatione quoad exercitium; talis autem motio eſt efficax, & ſe tenens ex parte agentis per ſe primo conveniens voluntati; quia eſt primum movens quoad exercitium; & intellectui per actum imperium ex illius participatione, quæ Doctrina deducitur ex D. Th. 1. 2. quæſt. 9. art. 1. & 1. p. quæſt. 82. art. 4. Secundum etiam conſtat 1.

53 Ad 1.

Quia

Quia si charitas v.g. præstans voluntati totam virtutem agendi, & determinandi actum dilectionis subordinatur illi, ut contradistinctæ ab ipsa charitate; cum subiectio dicatur relativè ad dominium, oporteret in voluntate ponere duplex dominium circa dilectionem: ne idem subijciatur eidem. 2. Nam cum dominium habeatur ratione libertatis; si libertas ad dilectionem secundum id quod activitatis, & perfectionis est, convenit voluntati ratione charitatis voluntas dominaretur charitati; quod tunc repugnat.

54 Primus modus utendi habitibus infusis non convenit voluntati, ut diximus §. 9. & ibidem advertimus. Admissa eius possibilitate per alium actum reflexum; vel si mavis, per imperium unius virtutis circa actus alterius virtutis; hoc nihil refert ad propositum. Quapropter solum remanet secundus modus utendi; qui tamen non est propriè usus activus, & constitutivus dominij; cum voluntas nequeat sic movere, & applicare quoad exercitium habitum infusum, si unica, & indivisibilis operatio ab utroque procedit. Sed tamen cum adhuc respectu huiusmodi usus tota ratio agendi, & determinandi sit ipse habitus supernaturalis, quamvis solum voluntas sit *ut quod agens, & determinans*; fit consequens habitum infusum (idem de gratia sufficienti;) non subijci propriè voluntati ut contradistinctæ ab illo. Eadem distinctio, & doctrina applicari debet omnibus testimonijs in contra adductis.

Applicat. Doctrin. data

55 Dices 1. Solutio data solum excludit subiectionem habitus infusi ad voluntatem quoad suum esse, & in ratione virtutis; secùs vero quoad usum, de quo est litigium. Ratio est: Nam, etsi voluntas ab habitu accipiat vim determinandi, non tamen actu determinare existentiam actus supernaturalis; cum de se permittat in voluntate omissionem actus: ergò quod habitus supernaturalis actu influat in actum, provenit à voluntate. Sed actualis influxus est usus habitus: ergò de primo ad ultimum non evitatur subiectio habitus voluntati quoad usum.

Instab. 1.

56 Respond. Iuxta dicta §. 9. prædictam subordinationem præcisse quoad actualē formal: usum acceptā, provenire à gratia prædeterminanti subijciente, tùm voluntatem, tùm habitum ipsam elevantem. Id enim, quod efficaciter reducit causam de potentia in actum dando ei, quod actu operetur, verè illam subordinat in usu actuali suæ potestatis. Cumque huiusmodi sit unicè gratia prædeterminans: illa, & Deus ratione ipsius exercent suum dominium utendo activè voluntate, ut elevata ad operandum supernaturaliter. Solutio est D. Thom. sic exponentis illa verba Pauli 1. ad Corinth. cap. 15. *Gratia eius in me vacua non fuit. Hic ostendit usus efficaciam; quia non à se ipso, sed ex instinctu, & adiutorio Spiritus Sancti; & ex gratia Dei, quæ movet voluntatem, operatus est. Deus enim non solum infundit gratiam, qua operà nostra meritoria fiunt, sed etiam movet ad benè utendum gratia infusa, & hæc vocatur gratia cooperans.* Ubi S. D. duplicem gratiam describit; unam dans posse ad merendum, & benè utendum; alteram dantem efficaciam boni usus, & rectæ operationis: hæc dicitur *instinctus* movens voluntatem; illa dicitur gratia infusa, qua utitur voluntas. Prima dicitur operans; 2. vero cooperans. Cum igitur movere quoad exercitium, & ex parte agentis, sit determinare, & applicare, proindequè uti activè principio moto; manifestum fit actualem usum gratiæ sufficientis attribui Deo ratione ulterioris gratiæ, & intrinsecè efficacis. Hinc constat voluntatem ratione gratiæ sufficientis habere potestatem determinandi actum supernaturalem, sive Dominium in actu primo super eius existentiam; & ratione gratiæ prædeterminantis habere exercitium huius potestatis, sive Dominium in actu 2.

Respond. Fundatur ius. D.

57 Dices 2. Iuxta supra dicta; solum facultas utendi per usum activum habentem rationem motionis quoad exercitium arguit Dominium propriè dictum supra principium

Instab. 2.

quo

quo voluntas utitur. Sed quamvis voluntas partialiter influat in actum ſupernaturalem, non utitur modo relato habitu infuſſo ; cum nullus ſit actus prævius à ſola voluntate procedens, & per quem habitus quoad exercitium applicetur ad agendum: ergò ex tali modo influendi in voluntate male arguitur eam propriè dominari habitibus, & hos propriè ei ſubijci quoad uſum. Reſp. Reſpond. Talem ſubiectionem debere concedi ab ipſis iuxta eorum Doctrinam ex triplici capite deſumptam. 1. Quia adſtruendo concurſum partialem in habitu ſupernaturali, negant ei ullam veram libertatem per modum principij. Quapropter virtutem dominativam, determinativam, & poteſtatem utendi, attribuunt unicè voluntati, dum modo hęc ſit elevata per gratiam. 2. Quia apud ipſos idem eſt ſubijci habitum quoad uſum voluntati, ac operationem ex illo procedentem ſubdi Dominio voluntatis. 3. Cum iuxta D. Thom. 1. 2. quæſt. 9. art. 1. Quod ſe habet in potentia ad agere, & non agere, indigeat moveri motione quoad exercitium, adhoc ut determinate agat: fatentur etiam voluntatem ita ſe ipſam movere quoad exercitium, quoties liberè agit ; ut ab alia cauſa nullatenùs prævie phyſicè moveatur. Unde illa diſtinctio tradita à Th. de duplici modo ſe movendi, ſcilicèt, *elicitivè*, & *applicativè* non ex toto eis placet. Quod ſi res ſic ſe habent, non reſtat aliud dominans immediatum ; niſi ſolum voluntas.

58 Ex his dictis deducitur debere poni etiam in eorum opinione ſtrictam ſubiectionem gratiæ, & habitus infuſi ad voluntatem, ut contra diſtinctam à gratia, & ſecundum virtutem partialem conſideratam. Ratio eſt 1. Nam ea ratione, qua voluntas dominatur actui prout ex habitu procedenti, dominatur, & ipſi habitui in ratione virtutis ad illum, à quo ſumit ſuam ſpeciem, & reſpicit, ut finem intrinſecum. Quare licèt finis ſubordinationis ſit ſolum uſus, ſive operatio ; ipſe habitus verè ſubordinatur ; eſtò non propter ſe, ſed propter uſum. 2. Nam dum

Probat. etiam Dominium ſupra habitum 1.

Secundo.

concurrunt duo principia indifferentia ad agere, & non agere ; neceſſe eſt unum ex eis verè, & propriè quoad exercitium alterum determinare, & movere, ut in actu operatur; vel quod ab aliquo tertio ſic moveantur *iuxta illud cauſa contingens, quæ indiffererenter ſe habet ad plura, oportet, quod ab aliquo determinetur ad agendum.** Cum ergò habitus non determinet voluntatem, nec ambo à Deo iuxta ſententiam ipſorum, neceſſe eſt, ut voluntati attribuant huiuſmodi dominium, uſum activum, & ſuperioritatem, tam circa actum, quam circa habitum infuſſum, & reliqua comprincipia, inter quæ numeratur omnipotentia indifferenter prępparata iuxta illorum Doctrsnam.

* S. D. 1. 2. quæſt. 9. art. 3.

Ad Auth. Senon. Reſpond. 59 hanc propoſitionem: *Gratiam non fore vacuam, ſi eam habentes rectè illa utantur* ; poſſe duplicem ſenſum facere: primo ita, ut bonus uſus gratiæ non ſit effectus alterius gratiæ ; vel ita ut ſit effectus illius. Auth. oppoſiti contendunt uſum gratiæ ſufficientis non requirere ulteriorem gratiã; ſed in poteſtate arbitrij exiſtere, illa uti, vel non : è contra veto Thom. Cum enim ſit novum donum Dei, novumque beneficium, oportet ut à Deo nova gratia donetur ; proindequè gratia, quæ ſit applicatio, & determinatio gratiæ ſufficientis. Quando ergò Concilium Senon. profert: *Gratiam non recipi in vacuum, ſi fideles ea benè utanitur, non excludit ulteriorem gratiam pro tali bono uſu, ſed eam* docet Decret. 15. his verbis: *Voluntas humana miſericordiæ prævenientis auxilio ſuffulta, & interiori occultoquè ſecretionis inſpirationis affatu contacta, ſe convertit in Deum.* Nam in illis verbis *miſericordiæ &c.* gratia ſufficiens continetur ; & in illis : *Interiori, & ſecreta inſpiratione, & contactu*, gratia efficax, quæ occultè abſque illa experientia, & perceptione nobis à Deo infunditur, illamquè eſſe prævenientem probatur; cum ſit cauſa, ut voluntas ſe convertat in Deum ; de quo Palanco, quæſt. 10. num. 45. Conſequenter adhęc, & expoſitionem D. Thom. traditam à num. 51. ſequens propoſitio : *Iuxta PP. &*

Ad teſtim. ex Concil.

Quædam propoſit. explicat. *D. Thom. in poteſtate arbitrij eſt uti gratia habituali, gratia ſufficienti, habitibus infuſis &c.* diſtingui debet ſic. Uti uſu, qui ſit effectus gratiæ Dei moventis, & applicantis gratiam, & ſimul voluntatem ad bene utendum, conced. Uſu, qui non ſit effectus talis gratiæ, nego. Ad quid enim neceſſaria foret oratio pro bono uſu donorum Dei, ſi ulterior gratia movens voluntatem non requiritur? Audiamus S. Proſper. epiſt. ad Demetriadem. *A Deo ſemper petendum eſt, ut eius donis fideliter utaris.* De quo plura Illuſt. Caſtell diſp. 2. quæſt. 3.

Explicat. alia propoſit. Rursùs illa propoſitio: *Voluntas utitur gratia ſufficienti*; ſic debet diſtingui; utitur gratia ſufficienti, ſi ſit adiuta nova gratia, concedo. Si non ſit adiuta, nego. Unde eſto in illa ſit facultas utendi uſu communiter ſumpto; eſt tamen facultas ſecundi utentis, & ſecundi Dominij; quapropter indiget Dei adiutorio primo, & immediatè activè utentis, & applicantis voluntatem cum ſufficientia ad agendum, ut in actu 2. agat.

60 Ad 2. argum. & ad 1. confir. Ad 2. Reſpond. Falſum eſſe gratiam habitualem ſubijci libero arbitrio; cum potius arbitrium conſtituatur liberum ratione gratiæ. Aliud enim eſt voluntatem poſſe non operari ex gratia, aliud gratiam ei ſubijci. Primum eſt verum; quia gratia habitualis non neceſſitat ad operandum. 2. eſt falſum; cum radix operandi non ſubijciatur, ſed potius conſtituat, & præbeat eſſe operanti per illam. Unde in duobus primis probation. negandum eſt ſuppoſitum.

Ad 2. Ad 2. Poeticè ſuffultam, diſting. mai. eſt donum datum arbitrio qua libero ratione ipſius doni gratiæ, conced. mai. Libero ratione ſui, & non ratione gratiæ, neg. mai. Non enim iuxta Auguſt. de Correct. cap. 7. *Voluntas libertate conſequitur gratiam, ſed gratia libertatem.* Cum igitur libertas *ſit virtus determinandi, & dominandi*; nequit donum gratiæ ſufficientis ſubordinari voluntati, quam liberam conſtituit; aliter enim eſſet ſimul Ancilla, & Domina, per

Ad tertiã. quæ conſtat etiam ad 3. quæ falſum ſupponit, ut dictum relinquimus.

Ad 4. plura continentem Reſpond. 1. Ea, quæ adducit pro maioritate ſubiectionis voluntatis ad gratiam, non ſatis conſequenter dici. D. Thom. in 2. diſt. 37. quæſt. 2. art. 2. referens ſolur. aliquorum aſſerentium actionem peccati, in quantum actio eſt, non eſſe à Deo, ut primo agenti ipſam; quin ex hoc ſequatur creaturam eſſe primum principium illius; quia videlicet virtus productiva eſſet à Deo participata; ſic eam reijcit. *Sed hoc inconvenienter dicitur, ut quod à ſe non habet eſſe, à ſe agere poſſit. Undè cuius eſſentia ab alio eſt, neceſſe eſt quod virtus, & operatio ab alio ſit. Et præterea quamvis per hanc reſponſionem vitaretur, quod voluntas eſſe primum ſimpliciter, non tamen quod eſſet primum agens.* Ex quibus ſic argum. hæc conſeq. eſt recta iuxta S. Doct. *Voluntas accipit à Deo, ut cauſa prima poſſe producere actionem peccati: ergò etiam accipit ab illo, ut cauſa prima, & prius agente ipſam actionem*: ergò ſimiliter hæc: *Voluntas quoad poſſe ſupernaturaliter agere ſubijcitur gratiæ: ergò etiam quoad actu agere.* Non enim percipio diſpatitatem ſtando rationi ab Ang. Mag. traditæ. Rursùs probo voluntat. in opinione contraria dicendam eſſe non ſolum *unicam cauſam determinativam* habitus infuſi, & actus ſupernaturalis, ut ipſi concedunt, ſed etiam *cauſam primam*, & per conſequens *primum dominum*. Ratio eſt, quia ſi talis actus non cauſaretur immediatè à Deo, ſed ſolum virtus, voluntas eſſet *primũ agens*: *ergò ſi talis actus non determinatur immediatè à Deo, ſed ſolum collatio gratiæ dantis poſſe; voluntas erit *primum determinans*, & *primus Dominus*. Hinc diſtinctio tradita inter *unicam cauſam determinativam*, & inter *primum determinans*; vi cuius conceſſo 1. negatur 2. Reijcitur efficaciter ex Doctrina S. Doct. cum ex ſolutione ab ipſo reiecta, non intulerit: *Quod ſequeretur voluntatem eſſe unicum agens, ſed primum agens, & primum principium*, & ſic incideretur in errorem Manichæorum ponentium duo prima principia.

61 Ad 4 Reſpond. 1. Oſtendit. eius ineffic. * Sic S.D.

Deindè Reſpond. negando ſub:

62 Secundo;

2. Resp. subiectionem quoad *posse* esse maiorem simpliciter loquendo. Ratio est: Quia illa subiectio est maior, quæ est æstimabilior dominanti; illa autem est æstimabilior; quæ est in potioribus bonis: cumque actu benè salutariter agere, sit quid melius, quam posse; ut cum D. Thom. 1.2. quæst. 71. art. 3. tenent Theologi, maior est subiectio gratiæ sufficientis ad voluntatem, quam econverso. Huic accedit Doctr. M. Par. cap. 26. de Gratia Christi, ubi Pelag. asserentem scire quid agere voleamus esse in nobis ex gratia Dei; non autem quod benè velimus: sic reijcit: *Cum utrumque sit donum Dei, sed unum minus, alterum maius: non super laudem iustificatoris nostri iustitiam nostram extollat, ut quod minus est divino tribuat adiutorio; quod autem maius, humano usurpet arbitrio.* Ex quibus sic infero: ergò cum supernaturaliter agere sit perfectius, quam posse partiale ex habitu infuso proveniens; cur in posse quod est quid minus, gratia subijcit sibi voluntatē; & in 2. quod est maius, voluntas subijcit, & dominatur gratiæ?

63 Nec prodest dicere gratiam non subijci voluntati quoad sui existentiam, sive infusionem. Quia etiam voluntas quoad sui existentiam gratiæ non subditur. Deinde: Nam finis illius est principiare actus meritorios, & ad hoc datur, ut expressè asserit Sanct. Doct. 1. p. q. 23. a. 5. ad 1. ergò subordinatur in fine proprio sui. Cumque ordo agentium sit secundum ordinem finium, erit gratia inferior in agendo. Vide à num. 25. Ad id, quod addit de subiectione per determinationem non præviam, sed purè committantem influxum habitus. Respond. Hoc non dici consequenter ad eorum Doctr. 1. Nam iuxta ipsos taliter determinat, ut sit movens, & applicans ipsum habitum ad actionem; talis autem motio realiter præcedit motum, ad quem determinat, ut docet S. D. 3. contra Gent. cap. 149. 2. Quia si est determinatio committans non subijcit propriè habitum in influendo; ex vi enim concursus simultanei, non rectè probatur subordinatio unius causæ ad alteram in operando: ergò si talis motio est ipse actus indivisum, & simul natura ab habitu procedens, solis vocibus dicitur voluntatem movere, & applic. quoad exercitium, & uti activè tali habitu. Nec dicas. Quod in Thom. sententia voluntas dicitur etiam determinans habitum, & non per actum prævium. Non, inquam, dicas. Nam si est sermo de primo actu libero; solum dicitur se determinans elicitivè, & non applicativè; hoc enim modo à solo Deo determinatur per gratiam prædeterminantem. Si sermo est de secundo actu; cum adhunc se moveat ex primo; & hic sit à voluntate ratione gratiæ sufficientis, ut dantis posse se determinare, & ratione gratiæ prædeterminantis, ut applicantis; totum reducitur ad ordinem gratiæ.

Determ. committens non ponit subiect.

Ad aliud ibi additum Respond. 1. Quod illa determinatio esto non eliciatur solis viribus naturæ; non tamen sub tali munere elicitur à voluntate ratione gratiæ; nam causa partialis non agit *per*, aut, *ratione alterius concausæ*, ut arguunt Thom. impugnantes prædictum concursum. Et hoc est sufficiens inconveniens; cum prout sic sit salutaris, & iuxta Adversar. constituat inadæquatè rationem meriti. Respond. 2. Quod talis determinatio in sentent. Adversar. licèt non efficiatur solis viribus naturæ solitudine inefficiendo, benè tamen indeterminando; cum voluntas, non vero gratia elevans, sit causa unicè determinativa, proindeque unicè domina circa actualem influxum gratiæ. Hoc reputamus inconveniens, scilicèt, quod gratia nullatenùs dominetur determinando, nec faciat formaliter, ut liberè faciamus. Ad ultimum dicatur de ratione agentis liberi *secundi* esse determinare *secundo*; & de ratione primi liberi esse determinare primo. Sed adhuc: determinare *secundo* est de ratione liberi *secundi* ratione illius, per quod constituitur liberum, & huiusmodi est gratia sufficiens ad supernaturaliter operandum; cum voluntas non libertate consequatur gratiam, sed gratiam libertatem.

64

Ad aliud ibidem.

Ad ultim.

Sed

65 Sed dices: Quod est determinabile à voluntate, nequit esse ei ratio determinandi adhuc per modum actus 1. sicut quod est passivè mobile, nequit esse activè movens: ergò si gratia elevans voluntatem est determinabilis ab ipsa, licet ratione gratiæ prædeterminantis, nequit esse voluntati ratio, aut virtus determinandi. Respond. Solutionem huius instantiæ haberi manifestè in ipsa voluntate se ipsam determinante dū liberè operatur cum sit virtus determinativa, & simul à se determinabilis. Quia igitur habitus infusus sapit naturam voluntatis; potest ipsam in hoc imitari, sicuti eam in libertate imitatur. Est enim considerare in gratia elevanti, sicuti, & in voluntate, & id quod dicit de actualitate, & activitate, & id quod dicit de potentialitate; cum sit actus permixtus potentiæ. Secundum id quod dicit de actualitate, est voluntati virtus determinativa; secundum id quod habet de potentialitate, est determinabilis à voluntate, prius tamen determinata, & actuata per gratiam prædeterminantem.

Instabis. Resp.

66 Si instes 2. Iuxta D. Thom. primo contra Gent. cap. 68. *Dominium voluntatis, per quod est in eius potestate velle, & non velle excludit determinationem virtutis ad unum* Sed huiusmodi est gratia intrinsecè efficax: ergò voluntatem per illam prius determinari opponitur dominio illius. Urgetur. Ex eodem S. D. in 2. dist. 39. quæst. 1. art. 1. dicente: *Quod voluntas indif. exeat in hunc actum præ alio, non est ab aliquo determinante, sed ab ipsa volunt*: Sed in tali exitu per actum supernaturalem exprimitur eius Dominium: ergò hoc subsistit sine gratia prædeterminante.

2. Instab. Urgetur.

Respond Ad 1. Respond. Ly *determinationem virtutis accipi à S. D. substantivè*; hoc est volunt. operari per virtutem determinatam ad unum, uti accidit in causis naturalibus. Causa enim libera, & dominatione prædita, dicit facultatem ad utrumlibet. Gratia prædeterminans solum est *determinatio virtutis adiectivè*, unde voluntatis adæquatè sumpta remanet cum illa indifferens ad plura indifferentia potestatis, & sufficientiæ. Ad urget. Respond. Eam minimè favere opin. contrar. pro quo sciendum S. Doct. ibi probare *in actu voluntatis posse inveniri sæpè rationem peccati*, eo quod ille est in potestate voluntatis, à qua procedit. Ad cuius explicat: ait: *Actum dupliciter posse esse ab aliquo; uno modo quoad substantiam; alio modo etiam secundum determinationem agentis ad illum. Et hoc 2. requiritur, ut sit in eius potestate.* Hinc ponit discrimen inter voluntatem, & causas naturales; quia nimirum actus illius est à voluntate tam secundum substantia, quam secundum determinationem, & non ab alio determinante: *Actus vero illarum, esto secundum substantiam procedant ab eis; non tamen secundum determinationem: nam hæc tribuitur ei, qui agenti talem naturam dedit, per quam ad hunc actum determinatum est.* Hinc constat, quod iuxta Doctrinam Ang. Mag. Dupliciter potest actio causæ 2. esse à Deo determinante illam: uno modo determinatione donante naturam, sive formam constit. determinatam ad unum. Alio modo determinatione purè applicante causam ad actu agendum. Si huiusmodi causa sit indifferens ad plura; talis modus determinans non tollit, quod actus sit ab illa, & quoad substantiam, & quoad determinationem actus, proindeque non tollit, quod sit in eius potestate. Si autem determinatio sit respectu causæ naturalis, tunc actus solum est ab illa quoad substantiam, sed non quoad determinationem, & ideo non est in eius potestate. Quando igitur S. D. ait: *Voluntatem indifferentem ad plura exire in unum actum præ alio, non esse ab alio determinante*, loquitur de determinatione donante formam, sive naturam obligatam ad unum; non tamen excludit determinationem consistentem in applicatione, & motione effectivè reducente illam adhunc actum præ alio. Ratio est: Nam in eo sensu negat volūtatem quoad hunc actum præ alio determinari ab alio, in quo eam concedit agenti producenti causam naturalem: sed hæc ponitur, & consistit in eo quod causæ dedit

Ad urg.

na-

naturam determinatam ad agendum, ut patet in textu S. Doct. ergò hanc negat voluntati titulo libertatis. Hæc Doctrina de duplici determinatione habetur etiam apud S. Doct. quæst. 3. de potent. art. 7. ad 13. *Dicendum, quod voluntas dicitur habere Dominium sui actus non per exclusionem causæ primæ: Sed quia causa prima non ita agit in voluntate, ut eam determinet ex necessitate, sicut determinat naturam, & ideo determinatio actus relinquitur in potestate voluntatis, & rationis.* Non enim negat Deum determinare voluntatem sed unicè ex necessitate; qualitet determinat naturam. Et ideo non solum Deus, sed etiam illa determinat suos actus.

Roborat. ex S. D.

67 Instab: ex D. Hier. epist. ad Dam. de Filio prodigo, dicente: *Deus dedit homini mentis propriæ libertatem, ut viveret non ex imperio Dei, sed ex obsequio suo, idest non ex necessitate, sed ex voluntate.* Et item ex Nisseno aiente: *Libertas est virtus spontanea nullius imperio mancipata, nullius iugo subiecta.* Sed si vera sunt dicta in antecedentibus de subiectione, homo operaretur ex Dei imperio, eique esset subiectus: ergò. Respond. S. Hieron. loqui de imperio necessitante, qualiter operantur Bruta, & agentia naturalia, quia solo Dei imperio reguntur, & nullatenùs ex se ipsis moventur ad operandum. Quod satis explicuit dicens: *Idest non ex necessitate*; si enim omne imperium Dei libertatem destrueret; sufficeret dicere non *ex imperio*. Nisenus solum excludit subiectionem ad aliam creaturam, non vero ad imperium Dei; cum asserat lusionem simul cum præscientia facere prædefinitionem. Iussio autem Dei est Divinum imperium. Pro alijs testim. habenda est præ oculis expositio S. D. 3. contra Gent. c. 90. ubi Dam. *Negantem Deum prædeterminare ea, quæ sunt in nostra potestate*: Exponit de *prædeterminatione necessitante*. Ex quo datur intelligi actus liberos prædeterm. à Deo causante eorum libertatem. In hoc, inquam, sensu exponi debent, si forte sunt testim. PP. negantium Deum determinare, aut prædefinire actus liberè elicitos à voluntate.

Instab. 3.

Solutio.

De qua Illust. Palanc. q. 9. à num. 9.

Et hæc de hoc dub. applic. ubi præcedens.

***

TRACTATVS DE INDEPENDENTIA GRATIÆ PRÆDETERM. A LIBERTATE CREATA.

DUBIUM I.

AN GRAT. PRÆDETERMINANS sit acquisibilis', aut impedibilis à nostra voluntate?

§. I.

NOTANTUR ALIQUA, ET REFERUNTUR Sententiæ.

N. 1. Suppon. 1

DEum per gratiam suam physicè prædeterminare voluntatem creatã ad actus liberos salutares satis, superque constat ex dictis tract. de Gratia adiuvant.* ubi ex Concil. Trident. & M. Par. probavimus illum prævenire nostram voluntatem per gratiam strictè adiuvãtem distinctam à gratia excitanti; insuperque, præter adiutorium gratiæ *sine quo*, vi cuius constituitur homo cum potestate ad rectè volendum, & agendum, indigere ulteriori adiutorio gratiæ, per quod Deus faciat, ut volũtas actu benè velit, & benè operetur. Hoc enim adiutorium, utpotè realiter distinctum ab adiutorio *sine quo*, & aliunde realiter prævenies actum salutarem, tanquam causa illius; nec potest tantum moraliter, aut resistibiliter movere voluntatem; nec insuper consistere valet in ipso consensu salutari, ut à Deo simultaneè concurrente. Quapropter jure optimo dic

* Dub. 2. & 3.

dicitur *gratia physicè prædeterminans*, sive *gratia ab intrinseco efficax* insuperabiliter determinans voluntatem ad velle, & operari. Idem constat ex ibi dictis dub. 5. ubi ex SS. PP. & D. Thom. probatum relinquimus gratiam, per quam Deus efficit, ut velimus, & operemur (cuius existentiam plura testim. Sacræ Scripturæ, Concil. & SS. PP. aperte proclamant) nullatenùs posse convenire gratiæ de se indifferenti, & tantum modo ab extrinseco efficaci ex præscientia boni usus liberi arbitrij, aut ex coniunctione cum prædefinitione consensus; multoquè minus huiusmodi gratiam posse adaptari consensui simultaneo Dei in omnem nostram operationem. Ex quibus liquido deducitur gratiam, per quam Deus facit, ut velimus, & benè agamus, postquam sumus liberi ad benè velle, & benè agere; esse gratiam ab intrinseco connexam cum velle, & agere: proindequè nec moraliter movere voluntatem, nec se tenere ex parte actus 1. sed per modum physicè prædeterminationis reducentis illam de actu 1. ad actum 2.

2 Præter hæc sunt alia motiva probantia necessitatem gratiæ prædeterminantis ad actus salutaris, qualia sunt ratio *supremi dominij*. Convenientis Deo supra omnem nostram operationem: *Necessitas orationis* ad salutariter agendum post constitutionem libertatis: *Discretio consentientis* præ non consentiente à Deo principaliter proveniens, & alia huiusmodi. quę omnia adeò solidè, & nervosè inveniuntur proposita apud Nost. Thom. ut vix eis aliquid claritatis, aut energiæ superaddi valeat. Ledesma. Ex antiquis supereminet Illust. Alvarez, tom. integro de Auxil. Venerab. M. Lemos, lib. 3. & 4. suæ panopliç. Ex modernis promeruerunt palmam in pulvere Scholastico RR. à PP. Salm. S. Thom. Illust. Godoy. M. Gonet. M. Ferre. M. Bolivar. M. Mausolie. M. Reginald. & Illust. Castell. Unde præsens tract. ad hoc solum dirigitur, ut supposita existentia gratiæ ab intrinseco efficacis, aliqua dubia decidantur circa eius in impedibilitatem. Sunt enim aliqui ex Thom. non rectè percipientes cohærentiam libertatis cum gratia intrinsecè efficaci; si non est aliquatenùs impedibilis, aut acquisibilis à nostra voluntate. Supponimus gratiam prædeterminantem non esse effectivè physicè in nostra potestate. Ratio est: Nam huiusmodi gratia unicè procedit effectivè à Deo pro sua libertate donante illam, iuxta illud: *Spiritus ubi vult spirat*: & rursùs: *Gratiam, & gloriam dabit Dominus*: & *Deus est qui operatur in nobis velle pro bona voluntate sua*. Sic S. P. de Bon. persev. cap. 14. Et ratio est: Nam si voluntas posset sic acquirere gratiam prædeterminantem, hoc consequeretur mediante aliquo actu positivo ab ipsa elicitivè procedenti: Nunc rogo: talis actus, vel procedit à voluntate physicè à Deo prædeterminata, vel non? Si primum; iam aliqua gratia prædeterminans non est effectivè in nostra potestate; cumque aliunde talis actus positivus sit liber, & salutaris, salvaretur tùm libertas, tùm imputabilitas in omissione alicuius actus præcepti, absque eo, quod voluntas sit potens effectivè acquirere gratiam prædeterminantem. Si 2. omnia fundamenta, quibus probant Thomistæ necessitatem gratiæ prædeterminantis ad salutariter agendum, redduntur inefficacia; ut cuicumque tantisper consideranti patebit. Quin obstet gratiam prædetermin. activè acceptam poni ab Aliquibus in ipsa operatione libera voluntatis. Non inquam obstat; tùm quia hæc opinio fere recessit ab Scholis. Tùm, quia iuxta ipsos gratia prædeterminans consistit in operatione voluntatis, ut procedenti à Deo pro aliquo priori naturæ ad influxum voluntatis, sub qua consideratione unicè effectivè à Deo procedit. Eadem certitudine tuendum est gratiam efficacem ad primum actum salutarem non posse dependere à nostra voluntate effectivè meritorie. Tùm quia aliàs gratia non esset gratia, sed debita, tanquam merces. Tùm quia ita tuentur omnes Catholici ex Doct. M. Par. in epist. 107. ad Vitalem, ubi affirmat quæst. inter Catholicos,

Suppos. 1 Ioann 3. Psalm. 83 AdPhil. 2

Suppos. 3

&

& Pelag. consistere in hoc: *An scilicet gratia detur nobis, quia volumus, vel potius per gratiam efficiatur, ut velimus? An vero gratia prædeterminans ad actum subsequentem primum actum liberum supernaturalem, possit de potentia absoluta cadere sub merito prioris?* Alterius loci est examinare.

Hinc apparet, voluntatem creatam solum posse acquirere indirectè gratiam prædeterminantem, non vero directè, si fortè sit acquisibilis. Ratio est. Nam acquisitio directa solum fieri potest medio influxu per se concurrenti ad existentiam rei acquisitæ, aut physicè effectivè, aut effectivè meritoriè, aut impetratoriè. Causa enim removens prohibens, & similiter causa tantum dispositivè influens in effectum, solum indirectè est causa illius iuxta Div. Thom. quæst. 3. de Malo art. 5. Quapropter solum potest dici voluntatem creatam posse acquirere existentiam gratiæ prædeterminantis indirectè, quatenus prę-venta Dei vocatione, vel removet à se omne impedimentum ad gratiæ efficacis receptionem, vel quatenus se disponit ad illam. Nam cum Deus, quatenus est in se, sit paratus dare gratiam efficacem ad salutariter agendum; nec aliquem deserat, nisi prius deseratur ab illo; fit consequens, ut si homo benè utatur auxilijs sufficientibus, aut saltim non ponat impedimentum dissentiendo Deo vocāti, atque excitanti, accipiet gratiam efficaciter adiuvantem ad salutariter operandum.

3 Sensus dubij.

Motivum præcipuum adstruendi huiusmodi impedibilitatem, & indirectam acquisibilitatem; nititur in eo, quod sine illa difficilè apparet omissionem actus præcepti esse homini imputabilem. Qui enim inculpabiliter, & pro priori ad exercitium suæ libertatis, caret aliquo requisito adimpletionē prę̄cepti, proindeque nec directè, nec indirectè illud acquirere potest; nequit ipsi imputari ad culpam non adimpletio præcepti, sed talis est gratia efficax: ergò omissio actus præcepti nequit homini imputari ad culpam, nisi per ipsum liberè stet non habere gratiam efficacem ad actum adimpletivum præcepti. Vel aliter. Nequit homo iustè increpari pro omissione actus præcepti, si ab ipso potest iustè Resp. cur omiserit actū præceptum; sed ita accideret, si gratia efficax esset omninò inacquisibilis, aut inimpedibilis à voluntate creata: ergò ad iustam increpationem &c. Min. probat. Deo hominem increpanti pro omissione actus præcepti posset sic Resp. *Omisi illum, quia non dedisti mihi gratiam efficacem necessario requisitam, & per me non stetit, nec ullo modo potui vitare defectum talis gratiæ*; sed hæc Resp. apparet ex omnibus iusta: ergò.

4 Fundam. pro parte affirm.

Aliter proponitur.

Pro parte negativa stat sequens ratio satis efficax. Nequit homo impedire existentiam gratiæ efficacis necessario requisitæ ad adimpletionem præcepti, si quoties homo peccat, supponitur illa impedita pro priori ad omissionem actus præcepti; sed sic contingit: ergò gratia efficax non est impedibilis à voluntate creata. Prob. min. Quoties homo peccat, intelligitur pro priori in Deo permissio peccati, ut est certum; sed Deum permittere homini peccatum, est denegare ipsi gratiam efficacem ad vitationem peccati; quæ quidem denegatio est impeditio existentiæ illius: ergò quoties homo peccat, &c. Sed ut certa ab incertis separemus, supponendum est non requiri ad iustam increpationem hominis, quod ipsi deficiat gratia efficax propter aliud peccatum præcedens, & in cuius pœnam Deus decernat negationem gratiæ efficacis. Ratio est: Nam defectus gratiæ efficacis tum in Adamo, tum in Angelis, ad vitationem peccati non duxit ortum ex alio priori peccato. Deindè, quia homini renato per Baptismum sæpè negat Deus gratiam efficacem ad vitandum peccatum; sed defectus talis gratiæ nequit oriri ex aliqua culpa: cum omne peccatum sit ei remissum etiam quoad pœnam spiritualem: ergò.

5 Fundam. pro parte negativ.

Quædam suppositi.

Ex quibus constat recursum ad peccatum originale, in cuius pœnam Deus potest denegare, & multoties denegat gratiam efficacem ad vi-

6 Quidam recursus reijcitur.

vitationem peccati, esse prorsus insufficientem ad eius imputabilitatem. Constat 1. in exemplis adductis, quandoquidem neque in Adamo, aut in Angelis, ullum peccatum originale præcesserit. Constat etiam in homine renato per Sacramentum Baptismi, cuius peccatum originale quoad omnem rationem culpæ, & vim demeritoriam fuit perfectè remissum. 2. Nam quod in pœnam peccati originalis denegatur à Deo, nequit imputari hominem ad culpam personalem, ut prob. D. Thom. in 2. dist. 39. q. 1. a. 2. & 2. 2. q. 10. a. 1. & super Epist. ad Rom. c. 10. lect. 3. ubi excusat à peccato infidelitatis homines, quibus in pœnã peccati originalis denegata est prædicatio Evangelij; proindeque auxilium gratiæ ad credẽdum. Qua ratione SS. Alexander VIII. die 7. Decemb. anno 1690. sequentem propositionem damnavit: *In statu naturæ lapsæ ad peccatum mortale, & demeritum, sufficit illa libertas, qua voluntarium, & liberum fuit in causa sua, vel peccato originali, ut voluntate Adami, peccantis.*

7 Imò etiam, ut rectè edocet post alios Illustrissim. Castell, & Palanco; etiamsi gratia efficax denegetur à Deo in pœnam peccati personalis, non propterea adstruitur motivum sufficiens ad iustam increpationem pro peccato subsequenti. Ratio est 1. Nam aliàs etiam posset homini imputari ad culpam omissio actus præcepti, & si careat gratia sufficienti ad adimpletionem illius: quandoquidem Deus potest denegare gratiam sufficientem in pœnam præcedentis peccati demerentis omnem pœnam possibilem: unde qui incideret in dementiam, Deo iustè illam infligenti propter peccatũ præcedens, esset reus culpæ, tum eliciendo actus de se prohibitos, tum omittendo actus cadentes sub præcepto; quod concedere est absurdum. 2. & à priori. Nam apponenti causam solum est voluntarius, & imputabilis effectus, quando iste est prævisus, & per se consequens ad causam; sed defectus gratiæ efficacis non consequitur per se ad præcedens peccatum, sed est pœna arbitraria à Deo pro suo libito inflicta; & aliunde nequit prævideri ut certo infligenda à Deo: cum multoties Deus post innumera peccata largiatur homini gratiam efficacem, ut convertatur ad ipsum: ergò etiam si gratia efficax denegetur à Deo &c. Deniquè: Nam homo non est minus increpabilis à Deo pro primo peccato, quam pro secundo. Si ergò non impedit iustam increpationem pro primo, quod defectus gratiæ efficacis non sit pœna alterius peccati; quomodo poterit iuvare ad iustam increpationem pro secundo, quod defectus gratiæ efficacis ad eius vitationem sit pœna præc. peccati? His prænotatis, varij sunt modi dicendi inter Thom. pro impedibilitate gratiæ efficacis, quos sigillatim proponemus, & mentem nostram aperiemus.

Amplia tur impugnatio.

Prob. 1.

Secundo.

Ultimo.

§. II.

Primus modus impedibilitatis gratiæ efficacis, & rationes illum impugnantes discutiuntur.

8 ILlust. Alvarez disp. 102. Mag. à S. Thom. tom. 1. in 1. p. disp. 10. a. 5. & tom. 2. disp. 5. a. 6. M. Gonet disp. 5. de Volunt. a. 6. & Alij doctè propugnant denegationem auxilij efficacis semper ortum ducere ex aliqua culpa, licet non præcedenti, benè tamen committanti. Pro qno advertũt denegationem gratiæ efficacis posse sumi dupliciter, vel activè prout se tenet ex parte Dei, vel passivè, prout se tenet ex parte hominis. 1. modo semper est pura negatio, & vocatur permissio peccati. 2. modo est privatio gratiæ. Hoc supposito dicunt: quod estò carentia gratiæ efficacis sub prima consideratione sit omninò independens à peccato, & unicè referatur in simplicem voluntatem Dei, qui cuius vult, miseretur, & quem vult indurat. Sub secunda tamen consideratione consequitur ad ipsum peccatum in genere causæ materialis, & dispositivæ. Quam doctrinam roborat Magist. Gonet exemplo mutuæ causalitatis inter illuminationem aeris,

AA referuntur.

Explicatur eorũ sententia.

ris, & remotionem tenebrarum: licet enim hæc duo sint simul tempore, mutuo tamen se præcedunt in diverso genere causæ; quandoquidem ex parte Solis prius est aerem illuminare, quam tenebras ab eo removere; ex parte autem aeris prius habet purgari à tenebris, quam lumen recipere, ut docet D. Thom. 1. 2. quæst. 113. art. 8. ad 1. ideòque asserit remissionem culpæ subsequi in genere causæ formalis, ad infusionem gratiæ, eam tamen præcedere in genere causæ materialis. Igitur stare poterit subsequi peccatum in genere causæ permissivæ ad carentiam gratiæ efficacis; & ipsum peccatum præcedere illam in genere causæ materialis. Hac ergò mutua prioritate rectè percipitur hominem voluntariè se privare gratia efficaci ad vitationem primi peccati, & insuper, posse saltim negativè, & indirectè, illius existentiam acquirere. Cum enim Deus sit paratus huiusmodi gratiã conferre homini non ponenti obicem peccati: si homo, qui peccat, ut potuit, vitaret peccatum obstans receptioni gratiæ efficacis, accepisset illam à Deo.

9 Sed, ut hic modus dicendi melius percipiatur, oportet, sensum AA. illum tuentium magis explicare: quod non aliter fiet, nisi insistendo distinctioni inter *carentiam gratiæ efficacis, ut se tenet activè ex parte Dei, & inter ipsam, ut se tenet passivè ex parte hominis.* Cum enim prioritas, & posterioritas in diverso genere causæ, nequeant convenire eidem rei sub eadem ratione, sive formalitate; necesse est, ut AA. qui inter carentiam gratiæ efficacis ad vitationem peccati, & inter ipsum peccatum, constituunt mutuam causalitatem in diverso genere causæ: distinguant in ipsa carentia gratiæ duplicem rationem distinctam; ita ut sub una præcedat peccatum per modum causæ permissivæ, & sub alia consequatur ad peccatum in genere causæ dispositivæ. Istæ autem diversæ formalitates (meo videri) satis insinuantur in illis vocibus: *Activè ex parte Dei, & passivè ex parte hominis.* Etenim gratia efficax consistens in motione prævia intrinsecè recepta in voluntate, duo habet, scilicet: & *se tenere ex parte Dei* tanquam eius causalitas; per quam *activè* determinat, & influit effectivè in actum voluntatis, quod pertinet ad genus causæ efficientis: & simul habet titulo accidentis; esto modalis fluidi, & incompleti; recipi, & sustentari ab ipsa voluntate; sub qua formalitate exprimit dependentiam ab illa in genere causæ materialis. Vel clarius, & brevius. Gratia efficax potest considerari, vel ut insussa à Deo, eam gratuitò donanti; vel ut recepta in voluntate. Primo modo facit voluntatem ab ipsa activè dependere; secundo autem modo dicit dependentiam illius ab ipsa voluntate.

Illum explico, & confirmo

10 Videatur Magist. Serna tom. 3. in 1. 2. inter opera Mag. Ferre dub. ultim. tractat. de Iustification. ubi mira perspicuitate, & soliditate hanc distinctionem accommodat gratiæ habituali; ut salvet illam in genere causæ efficientis præcedere actum charitatis, & simul subsequi ad ipsam in genere causæ dispositivæ. Unde quemadmodum in hac sententia hæc propositio est vera: *Homo recipit gratiam, quia disponitur ad illam per actum charitatis*; hæc autem est falsa: *Deus infundit homini gratiam habitualem, quia se disponit ad illam per actum charitatis*: ita similiter in sententia horum AA. hæc propositio est falsa: *Deus non largitur, aut non infundit homini gratiam efficacem ad vitationem peccati, quia homo peccat*: hæc tamen est vera: *Homo non recipit gratiam efficacem ad vitationem peccati, quia peccat.* Unde semper subsistit verum in hac sententia illud Apostoli: *Deus cuius vult miseretur, & quem vult, indurat.* Similiterque subsistit verum: *Deum unicè pro sua libertate, nullaque ratione habita ex parte peccatoris, permittere homini, & Angelis peccatum.* Nam cum Deum non infundere gratiam efficacem sit prorsus idem, ac permittere peccatum, & indurare voluntatem; si non infusio talis gratiæ est omninò independens

Sic sentio tract. de Iustific.

Ad Rom. 9.

à peccato, pariter permissio peccati; & induratio. Quod si consequenter ad hanc doctrinam velis relinquere absque ulla responsione illam interrogationem M.P. scilicèt: *Quare hunc trahat, & illam non trahat*, poteris id optimè exequi utendo distinctione data. Nam cum Deum trahere, vel non trahere homines ad se ipsum per gratiam efficacem, exprimat in illo munus donantis, vel non donantis gratiam efficacem; si ut superius manet explicatum, peccatum non impedit, quod Deus donet gratiã ad illius vitationem, sed solum impedit illius receptionem in voluntate: profecto nulla ratio asignari potest ex parte hominis; cur Deus hunc trahat, illum vero non trahat. Hæc advertenda duxim. pro vera intelligentia sensus, in quo præd. Thom. loquuntur. Quod si res ita se habet, non erit inanis labor noster, & propter explicationem traditam (si forte alicui placuerit defendere) sufficienter occurret aliquibus ponderationibus, quibus com muniter impugnari solet prædictus modus dicendi. Huic accedit testimon. D. Th. 3. contra Gent. cap. 159. ubi explicans modum, quo per hominem stat non habere gratiam efficacem necessariam ad vitationem peccati (ut volunt isti AA.) ait: *In potestate hominis est impedire, aut non impedire receptionem gratiæ* non dixit S.D. *impedire donationem, aut infusionem gratiæ efficacis; sed eius receptionem*

12 Hunc modum dicendi satis luculenter impugnant Illust. Castell, tom. de lib. arb. disp. 2. q. 5. sect. 4. & Illust. Palanco, tom. de Providentia, quæst. 18. §. 4. 1. Ratio ab ipsis adducta est: Si denegatio gratiæ efficacis, ut se tenet *passivè* ex parte hominis, penderet in genere causæ dispositivæ à carentia actus præcepti, pariter existentia gratiæ efficacis, ut se tenet *passivè* ex parte hominis, dependeret in genere causæ dispositivæ à consensu existente sub præcepto; sed hoc est expresse contra D. Thom. contra Gent. loco citat. *Dicentem hominem per motum lib. arbitrij non posse advocare ad se gratiam, quamvis illius receptionem possit impedire*: ergò de negatio gratiæ efficacis, ut se tenet ex parte hominis &c.

1. Ratio impugnans modum relatum.

Mai. probat. 1. Mai. probat. 1. Nam si non obstante quod denegatio prædeterminationis sit pro priori ad carentiam consensus sub una formalitate, potest sub alia esse posterior in genere causæ dispositivę; cur etii existentia prædeterm. sit prior consensu in genere causæ effectivæ, non poterit esse posterior illo in genere causæ dispositivę? 2. Prob. Denegatio gratiæ efficacis passivæ sumpta dependet dispositivè à carentia consensus: ergò si non existeret carentia consensus, deficeret denegatio gratiæ efficacis *passivè* sumpta; sed voluntas habet in sua potestate medio consensu, quod non existat carentia consensus: ergò habet in sua potestate, quod per consensum deficiat denegatio gratiæ efficacis *passivè* sumpta. Sed denegationem gratiæ efficacis passivè sumptam deficere, est existere in homine gratiam efficacem: ergò voluntas per consensum est potens acquirere gratiam efficacem. Non ergò datur ulla ratio discriminis in hoc modo dicendi; ut voluntas non possit acquirere gratiam efficacem per actum positivum ab illa procedentem, si potest per peccatum gratiam efficacem impedire.

Secundo.

3. Prob. ab Illust. Palanco. Si voluntas non potest per actum prædeterminatum acquirere prædeterminationem ad ipsum, nec potest per omissionem talis actus impedire existentiam prædeterminationis: ergò ab oppositò consequentis; si voluntas per omissionem &c. Ans. prob. Ideo non posset voluntas per actum observativum peccati acquirere prædeterminationem ad illum, quia hæc existit in signo omnino anteriori ad actum; sed hoc ipsum dicendũ est de carentia prędetermin. respectivè ad transgressionẽ præcepti: ergò. Prob. min. Duo exercitia libertatis directè, & formaliter opposita pertinent ad idem signum naturæ; sed ita se habent transgressio præcepti, & adimpletio illius: ergò pertinent ad idem signum naturæ: ergò si signum, in quo existit prædeterminatio, est omninò prius ad signum adimpletionis præcepti, etiam signum, in quo de-

13 Tertio.

desicit prædeterminatio, est omninò prius ad signum transgressionis præcepti; siquidem in eodem signo naturæ, in quo existit forma, quando existit, in eodem signo deficit, quando deficit.

13 Ad 1. prob. Resp. M. Gonet neg. sequelam: Nam sicut homo claudendo oculos impedit illuminationem Solis, non tamen per illorum apertionem potest acquirere eãdem illuminationem; ita etiam poterit stare hominem per motum lib. arb. posse impedire receptionem gratiæ efficacis, quin eam advocare, aut adquirere possit. Ratio disparitatis est: Nam, ut homo impediat gratiam efficacem, sufficit, quod peccet mortaliter, aut venialiter, quod unicè provenit ex defectibilitate lib. arb. ut 1. causæ in deficiendo. Ut autem ad receptionem gratiæ efficacis se disponat, requiritur elicientia alicuius actus supernaturalis, quem homo nequit elicere nisi virtute gratiæ efficacis per prius moventis, & applicantis voluntatem creatam. Quæ disparitas fundatur in illo D. Aug. *Lib. arb. ad malum sufficit, ad bonum autem parum est, nisi adiuvetur ab omnipotenti bono.* Et in illo D. Thom. 1. 2. q. 111. a. 3. ad 1. *Defectus gratiæ 1. causa est ex nobis, sed collationis gratiæ est ex Deo.* Doctrina huius solut. potest roborari 1. ex eo, quod cum impedire existentiam alicuius formę sit aliqualiter eam destruere: & illam acquirere physicè sit aliqualiter ipsam efficere; & aliunde requiratur plus ad ædificandum, quam ad destruendum; stat optimè voluntatem posse impedire existentiam gratię efficacis, & non posse illam acquirere se disponendo activè ad ipsam. 2. Nã Petrus v. g. potest impedire coexistentiã sui in eodem loco cum Paulo, similiterque potest impedire, ut videatur ab illo, quin possit pro sua libertate acquirere coexistentiam sui cum Paulo, vel ab illo videri. Pro quo alia exempl. adducit Castell disp. 3. q. 6. §. 7. & 8.

Respond. negat. sequelam.

Roborat. solutio data.

14 Sed, ut sistendo intra terminos gratiæ, doctrina solutionis magis roboretur; adest oportunum exemplum in dono perseverantiæ. Hoc enim donum, ut docet D. Th. quæst. 24. de Veritat. art. 13. & ex ipso optimè explicat M. Bolivar, duo importat. Unum *negativum*, scilicèt, non ponere *obicem* gratiæ, seu non peccare usque ad mortem. Alterum vero affirmativum, scilicèt, se *constituere* in statu, in quo deinceps homo non possit peccare. Ad 1. asserit Ang. Doct. hominem habere libertatem, quemadmodum quoties peccat, liberè peccat: Secùs vero ad 2. cum hoc fiat per coniunctionem gratiæ cum morte, quæ coniunctio unicè est in potestate Dei, qui iuxta D. Aug. cap. 17. de Bono perseverantiæ: *Quando vult ipse, huic vitæ dat finem, quæ si dat ante imminentem lapsum, facit hominem perseverare usque in finem.* Ex quo constat hominem posse peccando impedire coniunctionem gratiæ cum morte, in qua consistit perseverantia; non tamen posse illam acquirere, aut cum proprietate se disponere ad ipsam benè operando. Similiterque constat hominem posse impedire donum perseverantiæ quoad effectum positivum, non tamen posse illum acquirere: cum unicè existat pro libertate Dei. Videatur præd. Mag. tract. de Gratia, dub. 14. §. 6. & 7. Ex his omnibus satis efficaciter colligitur non esse in conseq. doctrinæ asserere * hominem posse peccando impedire receptionem gratiæ efficacis, & negare posse illam acquirere rectè operando. *

Explicat.

Vide tom. 3. dicta à nobis circa hoc.

15 Ad 1. prob. mai. Resp. Quod licèt ex ratione communi mutuæ prioritatis non repugnet prędeterm. procedere, & subsequi ad actum prædeterminat. in diverso genere causę; benè tamen attenta natura specifica illius, iuxta quam Deus decernit eam conferre, aut negare homini utẽti lib. arb. Etenim ex pluribus test. S. Script. & SS. PP. per quę voluntas Divina nobis innotescit, constat Deum quantum est ex se velle omnes homines converti ad ipsum, proindequè velle eis conferre grat. efficacẽ ad conversionem, nisi per ipsos non steterit, ponendo obicem peccati: At vero ex eisdem testim. non constat Deum paratum esse ad conferendum nobis gratiam efficacem, ut benè velimus,

Ad 1. probat. mai.

& agamus, si à nobis purificetur hæc conditio : cum hoc aliqualiter favere videatur Pelagio asserenti, *dari nobis gratiam, quia benè volumus.* Huic accedit; quòd Deus in collatione gratiæ efficacis, ostendit suam misericordiam, & liberalitatem ; in denegatione vero ostendit suam iustitiam; cumque hæc aliquam rationem requirat ex parte hominis, secus autem illa: inde fit adesse specialem rationem, ut carentia gratię efficacis sit posterior in aliquo genere causæ transgressione præcepti ; non tamen existentia illius respectivè ad eius adimpletionem.

16 2. Prob. mai. instari potest in impeditione doni perseverantiæ quoad effectum positivum provenienti à transgressione præcepti ante mortem, utendo ferè eadem forma arguendi, quam brevitatis causa omittimus, & cuicumque faciliter occurret. Deindè Resp. concessa 1. consequent. disting. minor. subsumpt. Voluntas per consensum procedentem ex gratia efficaci habet in sua potestate, quod deficiat carentia consensus, conced. minor. Per consensum non procedentem ex illa, neg. minor. & disting. consequens eodem modo. Sed cum arguens postea subdit. * deficere negationem gratiæ efficacis est hominem habere in se gratiam efficacè : ergò si per consensum homo habet in sua potestate, quod deficiat negatio gratiæ efficacis, habebit in sua potestate quod per consensum existat gratia efficax. * Non, inquam, rectè concludit. Ratio est : Nàm defectus carentiæ gratiæ efficacis, qui est, vel connectitur cum existentia gratiæ efficacis, non est quicumque defectus, sed defectus negationis gratiæ, tam ex parte Dei, quam ex parte hominis. Si enim vel Deus activè deneget gratiam efficacem, vel voluntas se impediat ad eius receptionem, neutiquam existit gratia efficax ; cum ad existentiam cuiuslibet rei sit necesse, quod nullo ex capite adsit impedimentum ad illam. Unde quamvis homo possit impedire denegationem gratiæ efficacis, quatenus hæc suo modo dependet à voluntate ; quia tamen non potest illam impedire, quatenus pendet à Deo illam activè non donante ; minimè sequitur posse acquirere existentiam gratiæ efficacis. Doctr. huius solut. firmari potest ex D. Th. sup. Epist. ad Hebr. cap. 12. lect. 3. ubi affirmat: *Deum quantum est ex se, velle omnibus dare gratiam, nisi ipsi obstaculum apponant* : subdit tamen : *Hoc ipsum, quod est aliquem non apponere obstaculum gratiæ, ex ipsa gratia procedere*; in quibus verbis habes rationam dist. supra traditæ.

Ad 1. probat.

Si iterum inst. Resp

17 Ad 3. prob. cuius efficacia consistit in eo, quod prædeterminatio, & illius carentia pertinent ad idem signum naturæ, similiterque adimpletio præcepti, & eius transgressio. Resp. Illam inniti principio non universaliter vero. Constat hoc in gratia habituali, & illius privatione. Si enim homo iustus eliciat actum charitatis præceptum, gratia, utpotè principium effectivum illius, existit in signo naturæ antec. & tamen pro casu omissionis talis actus, privatio gratię unicè existit pro signo subseq. ad omissionem peccaminosam causantem prędict. privationem ; falsum ergò est universaliter loquendo, * quod in eodem signo naturę, in quo existit forma, quando existit, deficiat forma, quando deficit. * Rursus falsum est etiam exercitia libertatis directè oppositа, pertinere ad idem signum naturæ ; non solum prout signum naturæ dicit causalitatem, sed etiam prout dicit passivam dependentiam ab alio, ut constat in exemplo adducto. Siquidem adimpletio præcepti de actu charitatis, & omissio illius spectant ad diversa signa natutæ, sive potius diversa signa naturæ constituunt; omissio, scilicet, signum causalitatis influentis physicè, & demeritoriè in privationem gratię ; actus vero signum posterioritatis ad gratiam, ut ad principium, à quo effectivè procedit.

Ad 3. probat. maioris.

Aliqua falsa continet.

18 Poterit igitur rectè componi prædeterminationem ad actum esse omninò indepeudentem ab illo, & carentiam prædeterminationis esse dependentem ab omissione actus; proin-

proindeque poterit componi voluntatem per omissionem actus impedire gratiam efficacem, quin per actum prædeterminatum illam acquirere possit. Videatur Castell in præsenti num. 691. ubi aliqua exempla adducit pro eodem assumpto; propter quæ in genere fatetur hanc consequentiam non esse formalem, sed tantum materialem, scilicet: *Gratia prædeterminans est omnino prior, & independens à consensu: ergò carentia illius est omnino prior, & independens à caretnia consensus*: quod si res ita se habet; irritum apparet medium assumptum à Palanco; quod quidem si aliquid probat, universaliter, & ex ratioue formali oppositionis inter duo contradictoria, & inter duo exercitia libertatis directè opposita, probat.

§. III.

Alia ratio examinatur.

19 SEcundo impugn. ab eisdem AA. sequenti ratione: Prædeterminatio ad entitatem actus peccati Adami fuit omninò independens ab eius voluntate, ut fatentur M. à S. Thoma, & Gonet, uegantes prioritatem aliquam actus prædeterminati in ordine ad existentiam prædeterminationis: ergò etiam defectus prædeterminationis ad vitationem peccati fuit omninò independens à peccato. Prob. conseq. 1. Prædeterminatio ad entitatem actus peccati impedit formaliter prædeterminationem ad actum adimpletivum præcepti; cum huiusmodi prædeterminationes sint formaliter, & directè inter se oppositæ; sed entitas actus peccati supponit prædeterminationem ad ipsum: ergò supponit formaliter impeditam prædeterminationem ad actum præceptũ; sed id, quod supponit prædeterminationem formaliter impeditam, nequit eam impedire: ergò actus transgressivus præcepti nequit impedire existentiam prædeterminationis. Urget Palanco. Transgressio præcepti nequit impedire à priori formaliter, aut illativè prædeterminationem ad adimpletionem præcepti: ergò nullo modo impedire valet; impeditio enim à posteriori censetur communiter repugnans. Añs. quoad 1. part. est certum; cum transgressio præcepti solum impediat formaliter id, cui formaliter opponitur, hoc autem solum est observatio præcepti. Quoad 2. vero prob. Illud impedit à priori prædeterminationem, quod infert à priori formam directè, & immediatè excludentem prædeterminationem; sed transgressio præcepti non est huiusmodi; cum talis forma sit prædeterminatio ad actum transgressivum præcepti, quæ quidem prædeterminatio non inferrur à priori ex illo; fatentibus Advers. ergò actus transgressivus præcepti nequit ullo modo impedire à priori prædeterminationem &c.

Arg. 2.

Urgetur.

Hæc ratio, quæ semper mihi efficacissima est, modo aliqualiter displicet ob falsitatem doctrinæ in ea contentæ; si cum proprietate loquamur. Supponit tanquam certum prædeterminationem ad actum trãsgressivum esse impedimentum formale, sive formam directè impedientem prædeterminationem ad actum adimpletivum præcepti. Ex quo infertur (& benè) quod cum actus transgressivus supponat pro priori prædeterminationem ad se ipsum, supponit formaliter etiã impeditam pro priori prædeterminationem ad observationem præcepti. Quis autem impedire valet, quod supponitur pro priori formaliter impeditum? Sentio tamen talem oppositionem, aut impeditionem formalem, esse falsam, & inconsequenter assertam à præd. AA. Ratio est 1. Nàm prædeterm. ad actus inter se oppositos; sed non in ea ratione, qua opponuntur, sed potius in qua inter se conveniunt; nequeunt formaliter opponi; cum contrarietas ex contrarietate termini formalis proveniat; sed prædeterminatio ad actum transgressivum, & prædeterminatio ad actum adimpletivum, sic se habent: ergò. Prob. min. Prædeterminatio ad actum transgressivum iuxta Thom. solum est prædeterminatio ad illum, quatenus entitas physica est, dicens rea-

20

Non placet ratio adducta.

Doct. notanda pro opposit. inter præ determ.

realem perfectionem à Deo productam, non verè est prædeterminatio, quatenùs moraliter malum est; imò neque quatenus substrativè, vel subiectivè, aut fundamentaliter malum est; sed actus transgressivus, & actus adimpletivus solum opponuntur formaliter penès rectitudinem, & malitiam moralem, non vero secundum id, quod entitatis, & perfectionis physicæ in ipsis est: ergò.

21 2. Ita opponuntur inter se, & invicem se impediunt prædeterminatio ad amorē, & prædeterminatio ad odium Dei, sicuti opponuntur amor, & odium illius, ut videtur evidens; atqui odium Dei ratione suæ entitatis, & physicæ perfectionis non opponitur formaliter cum Dei amore, nec illum formaliter excludit: ergò prædeterminatio ad odium &c. Min. expressè traditur ab Illust. Palanco tom. de Provid. q. 20. à num. 143. quod probat: Tum quia aliàs Deus prædeterminans ad odium ut entitas physica est, verè causaliter positivè impediret voluntatem ad amorem præceptum, quod affirmari nequit. Tum quia odium Dei ea ratione, qua directè opponitur, & excludit rectitudinem dilectionis, est malum moraliter. Opponi enim formaliter, & directè rectitudini morali, est formalissimè ipsa malitia moralis, sicuti & opponi formaliter physicæ bonitati est, formaliter esse physicè malum: ergò cum in odio Dei distinguantur à Thomistis diversæ rationes, una scilicet secundum quam est physicè bonum, & alia secundum quam est malum moraliter, nequit ratione perfectionis de linea physica impedire formaliter amorem Dei. Hæc ille. Nec ex hoc inferas (subdit Palanco) posse coniungi odium, & amorem Dei: Nam ut sint inconiungibilia sufficit odium esse substratum malitiæ necessario inconiuugibilis cum rectitudine dilectionis. De quo alibi, & modo pro veritate doctrinæ, quam probandam suscipimus, dicta sufficiant.

Secundo.

22 Hinc inferes gratiam efficacem ad actum adimpletivum præcepti, quatenus est moraliter bonus, nullam habere prædeterminationem ipsi formaliter oppositam, proindeque ipsam formaliter impedientem: cum habere prædeterminationem ad actum peccati, ut malum moraliter est, sit repugnans. Unde talis gratia solum habet pro exclusivo, & impedimento formali sui ipsius carentiam gratiæ efficacis ad ipsum actum: in qua carentia, ut communiter docent Thomistæ, consistit permissio passiva peccati. Hinc inferes ulterius, in quo sensu sit verum id, quod in probationem eiusdem assumpti adducit Illust. Castell, videlicet: *Idem esse Deum prædeterminare actum transgressivum præcepti, ac non determinare eius adimpletionem: proindeque prædeterminationem illius esse impeditionem formalem prædeterminationis ad illius adimpletionem.* Sienim loquatur in sensu formali, falsum dicit. Nam 1. dicit in Deo rationem causæ positivæ influentis, & complacentis in entitate peccati. 2. vero dicit rationem causæ permissivæ, & displicentis in eius malitia. Quod si per ly *non determinare adimpletionem* intendat idem, *ac illam impedire*, dicimus illa duo esse idem *connexivè*, non vero *formaliter*, aut *constitutivè*, ut ex dictis constat.

Illatio ex dictis.

23 His animadversis pro veritate circa modum, quo prædeterminatio ad entitatem peccati impedit prædeterminationem ad actum adimpletivum præcepti, quatenus bonus moraliter est. Rasponderi potest rationi supra positæ conces. añti. neg. 1. conseq. eiusque prob. propter immediatè dicta. Quod si prædeterminatio ad entitatem peccati non impedit formaliter prædeterminationem ad actum adimpletivum præcepti, sed ad summum inchoativè: qualiter ipsa entitas illum impedit; stare poterit quamoptimè eandem impediri per transgressionem præcepti attēta huius indignitate. Quem admodum: quia dissensus solum impeditur logicè per prædeterminationem ad consensum: restat locus, ut impediatur formaliter per consensum, & etiam impediatur inchoativè per illa omnia, quę antecedunt ipsum consensum, uti sunt actualis attentio ad regulam rationis, & rectitudo considerationis.

Resp. directè ration. positę.

Ad

24 Ad urg. Ad urg. Quatenùs in ea supponitur prædeterminationem ad actum honestum impediri formaliter per prædeterminationem ad entitatem peccati, constat ex dictis. Sed quia ulterius in ea intenditur impossibilitas, ut gratia efficax impediatur per actum peccaminosum, eo quod tantum appareat duplex modus illam impediendi supra relatus. Ad hoc Respond. ultra illum duplicem modum restare, alium, scilicèt, per modum dispositionis repugnantis susceptioni formæ. Constat hoc in avertente oculos à Sole illuminante, quæ aversio, nec impedit formaliter illuminationem Solis, cum hoc impedimentum sit ipsa carentia illuminatinec similiter impedit à priori causando effectivè talem carentiam; cum hæc eo modo, quo potest habere causam, oriatur ex eo, quod actio illuminativa non se explicat infundendo lucem in subiecto ab ipso averso. Quapropter solum impedit illam à priori dispositivè, quatenùs receptio luminis requirit in subiecto tanquam dispositionem carentiam aversionis ab illo.

25 Explicat. solut. data. Quod ut melius percipiatur, notanda est differentia inter impeditionem à priori directam, & à priori indirectam. Prima provenit à forma contrarie opposita formæ impeditæ, & causæ positivè efficienti illam. Secunda verò potest duplici modo contingere, aut excludendo dispositionem positivam, quam forma exigit, ad sui introductionem, aut præcisse ponendo aliquod obstaculum formæ; primum constat in calore ut octo impediente formam aquæ, quia, scilicèt, excludit frigiditatem, ut octo requisitam ad introductionem formæ aquæ. Secundum constat in exemplo sequenti. Potest enim contingere donum aliquod solum exigere pro sui susceptione remotionem obicis, non verò aliquam dispositionem positivam ex parte suscipientis, ut videre est in offerente alteri aliquod beneficium, nisi ei ingratus existat, aut aliqualiter indignum se reddat: in quo casu per ingratitudinem, aut aliam iniquitatem, impedit à priori susceptionem beneficij; quin illam impediat in genere causæ formalis, aut in genere causæ effectivè causantis non donationem.

26 Confirm. Nec tibi difficile appareat in his donis, quæ gratuitò, & liberaliter offeruntur, posse tantum exigi ab offerente defectum resistentiæ, aut indignitatis ex parte recipientis, non verò aliquam dispositionem positivè conducentem. Hoc videre est, tùm in exempl. adducto: tùm etiam in Deo statuente dare homini fidem, omniaque requisita ad ipsam, dummodo non resistat exterius prædicanti; etiam si pro priori neget auxilium quo positivè, & directè consentiat Evang. prædicationi. Igitur potest stare gratiam efficacem non dari à Deo dependenter ab actu prædeterminato, ut dispositione, & illam negari propter obicem peccati, sub cuius carentia Deus illam obtulit peccatori: ergò poterit gratia efficax impediri per peccatum à priori per modum dispositionis repugnantis susceptioni gratiæ, licèt non à priori in genere causæ formalis, aut inferentis illativè formam excludentem illam formaliter.

27 Instab. r. instando rationem. Sed dices in favorem 1. probat. adductæ ad AA. citat. Esto prædeterminatio ad entitatem peccati non impediat formaliter gratiam efficacem ad actum præceptum, negari nequit carentiam huius gratiæ, (quæ iuxta solutionem est impedimentum formale ad illam) immediatissimè consequi: quemadmodum ad entitatem peccati sequitur in voluntate omissio actus præcepti: ergò si voluntas per entitatem peccati nequit impedire prædeterminationem ad illam, nec poterit impedire gratiam efficacem ad elicientiam actus præcepti. Prob. conseq. Quoties voluntas nequit impedire aliquid, ex quo immediatè consequitur aliud, quod non est exercitium suæ libertatis, nequit tale subsequutum impedire. Quapropter si actus transgressivus præcepti esset independens à voluntate, pariter, & carentia actus præcepti immediatè subsequuta: ergò si ad existentiam prædeterminationis entitatis peccati sequitur im-

immediatè defectus gratiæ efficacis, si illa est omnino independens à voluntate, pariter, & defectus gratiæ.

28 Respond. Hanc instantiam ad summum probare carentiam gratiæ intrinsecè efficacis activè sumptæ, & prout se tenet ex parte Dei esse independentem à voluntate, secùs autem passivè acceptam, & prout se tenet ex parte hominis. Nec obstat prob. in contra. Siquidem ad gratiam habitualem homini infusam sequitur 1. in genere causæ formalis primo effectus positivus sanctitatis, & postmodum immediatè remissio culpæ: & tamen actus contritionis à gratia, ut sanctificante procedens, potest mediare inter utrumque; disponendo ad remissionem culpæ, non activè sumptam, sed passivè, prout se tenet ex parte hominis. Hæc doctrina, etsi aliquibus non placeat, traditur tamen à M. Bayona, & alijs, qui pro salvanda mutua prioritate inter gratiam sanctificantem, & actum contritionis, non recurrunt ad distinctionem gratiæ habitualis sub munere auxiliantis, & sub munere iustificantis. Vel aliter. Ad gratiam sanctificantem, ut à Deo infusam, immediatè sequitur Deum sanctificare animam, & animam immediatè recipere in se gratiam sanctificantem: Similiterque ad hoc, quod est Deum remittere homini culpam habitualem immediatissimè, sequitur hominem esse mundum à peccato, & tamen, ut eruditè fundat, & applicat M. Serna, loco ubi supra: Quamvis non pendeat ab actu charitatis, quod Deus activè infundat homini gratiam, eique temittat culpam habitualem; benè tamen dependet ab illo, & quod homo sit passivè sanctus per receptionem gratiæ, & insuper, quod sit intrinsecè passivè mundus à peccato.

Respond. Sic sentio tract. de Iustificat.

29 Dices 2. Sicut ad prædeterminationem entitatis peccati, prout se tenet ex parte Dei, consequitur immediatè carentia gratiæ efficacis, prout hæc se tenet ex parte Dei; ita ad illam, ut passivè se tenentem ex parte hominis. non enim apparet ratio discriminis inter utramque prædeterm: sic consideratam. Atqui prædeterminatio ad entitatem peccati passivè sumptam est independens à voluntate hominis, ut fatentur AA. Adversi. ergò carentia gratiæ efficacis passivè sumpta &c. Respond. 1. neg. carentiam gratiæ efficacis, ut activè se tenentem ex parte Dei, esse independentem à voluntate creata; quia prædeterminatio ad entitatem peccati activè sumpta est independens ab illa; sed hoc contingere: quia prout sic est pura negatio, & in illa explicatur dominium Dei in largitione suorum bonorum. Oppositum autem accidit in carentia eiusdem gratiæ passivè sumpta; cum prout sic sit defectus aliqualiter privativus, proindequè in creaturam reducendus. 2. Respond. concess. præm. neg. conseq. Nam ex vi prædeterminationis passivè sumptæ verificatur voluntatem creatam intrinsecè subordinari Deo, ut primo agenti, & primo determinanti; quapropter quod sit passivè determinata ad entitatem peccati, nequit provenire ab ipsa per dependentiam ab exercitio prædeterminato. At vero ex vi defectus gratiæ efficacis passivè sumpti voluntas iam incipit se subtrahere Deo, & initiare suam perditionem; cumque exordium perditionis sit ex nobis, exordium vero omnium bonorum sit ex Deo, ut dicitur Osseæ 3. ideo prædeterminatio ad entitatem peccati etiam passivè sumpta, potest unicè dependere à Deo; secùs vero defectus gratiæ efficaci passivè sumptus. Hæc pro nostra tenuitate excogitata sufficienter ostendunt rationes supra adductas non satis efficaciter probare assumptum, nisi fiat recursus ad alia motiva.

Instab. 2.

Respond. 1.

Secundo.

§. IV.

Aliter impugnatur modus relatus.

30 PRo quo suppono 1. Gratiam efficacem ut activè sumptam ex parte Dei, & passivè sumptam ex parte hominis, nihil aliud importare, nisi eandem gratiam sub duplici consideratione, scilicèt, quatenùs est effectus liberè à Deo procedens; & quatenùs est forma, sive motio intrinsecè afficiens voluntatem, ipsamque determinans ad actualem operationem. Non enim gratia efficax potest se tenere ex parte hominis, quia ab ipso est, sed quia est in ipso, ut determinatio reducens voluntatem de potentia ad actum. 2. Suppono, ut certum, (fatentibus etiam Adversi.) gratiam efficacem ad actum præceptum ne activè, nec passivè acceptam, pendere adhuc dispositivè ab ipso actu prædeterminato; pro quo aliqua infra adducentur refutando opinionem oppositum asserentium. 3. Libenter admittimus ut verum id, quod Adversi. ultro fatentur; scilicèt, denegationem gratiæ activè sumptam non provenire ab homine mediante peccato; cum enim talis denegatio sit permissio peccati ex parte Dei, & in illa explicetur dominium supra sua dona, nequit dependere ab aliquo exercitio voluntatis creatæ. Nam hæc nequit impedire, quod ipsi Deus permittat peccatum, aut quod non exerceat dominium supremum, quod habet supra dona gratiæ. Quapropter difficultas procedit de peccato impediente gratiam efficacem, prout hæc intrinsecè afficit voluntatem ad vitationem illius. Recolantur dicta à num. 7.

Suppono 1.

Secundo.

Tertio.

His suppositis prob. conclus.

31 Voluntas per peccatum nequit impedire gratiam efficacem, ut intrinsecè afficientem, & determinantem ipsam ad rectè operandum; sed denegationem gratiæ efficacis, ut intrinsecè afficientis voluntatem, dependere in aliquo genere causæ à peccato, est voluntatem ratione peccati posse illam prout sic impedire: ergò denegatio gratiæ efficacis sub nulla ratione pendet, aut est impedibilis à voluntate. Mai. in qua est difficultas, probat. Nequit voluntas impedire gratiam efficacem, ut intrinsecè determinantem ipsam voluntatem; nisi impediendo aliquid, à quo dependet in aliquo genere causæ, quod talis gratia intrinsecè afficiat, & determinet voluntatem ad rectè operandum; non enim impediri valet ullus effectus, quin aliqua causa illius, ne influat in ipsum, impediatur; sed voluntas per peccatum nequit impedire aliquid, à quo proveniat in aliquo genere causæ, gratiam efficacem intrinsecè afficere voluntatem &c. ergò. Probat. min. Causæ, à quibus in executionem provenit existentia gratiæ efficacis, ut intrinsecè afficientis, & determinantis voluntatem, tantum possunt esse *causa efficiens. Causa materialis receptiva, causa materialis dispositiva* (causa enim formalis intrinseca, causa exemplaris, & finalis pro præsenti instituto non sunt ad rem) Sed voluntas per peccatum nequit impedire causam efficientem gratiam intrinsecè afficientem voluntatem; ut fatentur Adversi. cum hæc sit omnipotentia simul cum decreto efficaci donante illam. Deindè nequit impedire se ipsam, ut potentem illam recipere à Deo: & tandem non potest impedire causam aliquam, à qua dispositivè dependeat; cum Adv. expressè fateantur gratiam efficacem etiam, ut passivè receptam, non dependere dispositivè ab actu voluntatis, ob quē dispensatur: ergò.

Ratio proponitur.

Confirm. Hæc consequentia est infallibilis: *Omnes causæ, à quibus dependet in executione, quod existat in voluntate gratia efficax illam determinans ad rectè operandum, non sunt impeditæ, ut causent prædictam existentiam: ergò talis gratia existit intrinsecè in voluntate*: ergò etiam ab opposito consequentis: *Gratia efficax non existit intrinsecè in voluntate ratione peccati*: *ergò ratione illius impeditur aliqua causa ab influxu gratiæ, à quo pendet eius existentia.* Sed pro exis-

32 Confirm.

existentia talis gratiæ solum potest excogitari causa effectiva, receptiva, & dispositiva: ergò si nulla ex his per peccatum impediri valet à sua causalitate, ut probatum est, nullatenùs impediri potest per peccatum existentia gratiæ efficacis. Undè quia gratia habitualis pendet, & à Deo, & ab homine tanquam à causa se disponenti ad illius receptionem per actum charitatis libere acceptantem ipsam, homo potens per peccatum, vel pro sua libertate omittere actum charitatis; potest impedire receptionem gratiæ habitualis. Idemque contingit in formis naturalibus pro earum receptione in materia prima. Si ergò existentia gratiæ efficacis, ut intrinsecè afficientis voluntatem, non dependet ab aliquo actu illius; estò peccatum impediat huiusmodi actum, non propterea impedire poterit existentiam talis gratiæ. Urgetur. Transgressio præcepti nequit impedire existentiam gratiæ efficacis in voluntate directè, & immediatè per oppositionem formalem cum illa, ut est certum; hoc enim modo solum impedire potest actum adimpletivum præcepti: ergò solum potest illam impedire, quatenùs directè impedit id, à quo pendet existentia gratiæ, quod est illam impedire mediatè, & indirectè. Sed iuxta Adversarios actus adimpletivus præcepti directè impeditus per transgressionem, non disponit ad existentiam gratiæ, nec hæc ullo modo ab ipso pendet:* ergò transgressio præcepti nequit impedire &c.

Urgetur.

* De hoc Lemos, lib. 4. tract. 2. p. 2. cap. 5.

33 Huic rationi Respond. potest; formam aliquam ultra causas assignatas exigere posse ad sui receptionem dispositionem negativam in carentia contrariæ indispositionis consistentem: proindequè si huiusmodi contraria indispositio adsit, esto omnes aliæ causæ concurrant, defficiet introductio formæ. Quod explicari potest exemplo illuminationis in Sole: Certum enim est ad receptionem luminis in homine, ultra Solem effectivè illud producentem, & hominem illud recipientem, requiri dispositionem ex parte hominis, non quidem positivam, sed negativam consistentem in eo, quod homo voluntarie non avertat oculos à Sole. Quo exemp. utitur D. Thom. 3. contra Gent. cap. 159. ut explicet, qualiter homo se avertendo à Deo per peccatum, impediat susceptionem Divinæ gratiæ. Constat etiam exemplis adductis supra à nu. 18. & denique in gratia habituali, quæ dum non instant præcepta eliciendi actus supernaturales, pendet in sui conservatione à carentia omnis peccati lethalis. Ex quibus apparet primo posse gratiam efficacem non exigere pro sui receptione ullum actum tanquam dispositionem, benè vero carentiam actus mali. Apparet 2. ultra modum impediendi existentiam formæ in subiecto; removendo ab illo dispositionem necessario requisitam pro eius introductione; dari alium modum ipsam impediendi; scilicèt, impediendo defectum contrariæ indispositionis: & hoc modo peccatum impediens sui carentiam impedire valet existentiam gratiæ efficacis passivè sumptæ.

Respond.

34 Hæc solutio, quæ continet præcipuum motivum probabilitatis modi dicendi superius relati; reijcitur primo retorquendo exempla in sui favorem adducta. Si enim hominem non avertere oculos à Sole, per quam non aversionem disponitur negativè, ut illuminetur ab ipso, esset quid posterius proveniens tanquam à causa ab illuminatione Solis, procul dubio homo per aversionem oculorum à Sole non impediret eius illuminationem. Ratio est: Nam defectus non aversionis proveniret ex defectu illuminationis in Sole pro priori; cumque defectus non aversionis sit aversio; pro priori ad illam existeret defectus illuminationis in Sole, proindequè pro priori esset impedita existentia luminis in homine. Similiter si hoc, quod est hominem iustum non impedire conservationem gratiæ habitualis per peccatum, consequeretur ad existentiam gratiæ; nullatenùs homo peccando impediret eius conservationem: cum gratia semel existens impediret destrug-

Impugn. 1.

destructivum sui, scilicèt, peccatum, proindequè inamissibiliter reciperetur in anima. Quapropter, quia in potestate liberi arbitrij est uti, vel non uti gratia habituali, potest gratia semel habita impediri à sui conservatione per peccatum. Idem dicendum de alijs exemplis, in quibus pro introductione formæ requiritur tantum ex parte subiecti dispositio negativa. Tum sic; sed hominem non peccare, in quo consistit dispositio negativa, provenit tanquam à causa ab existentia gratiæ efficacis, ut fatentur Adversarij, & D. Thom. docet super epist. ad Hebreos, cap. 12. lect. 3. & P. August. lib. de Perfectione iustitiæ, cap. ultim. *Ubi anathematizat eos, qui negant hominem indigere gratia Dei ad non peccandum*: ergò repugnat hominem per peccatum impedire existentiam gratiæ efficacis requisitæ ad illius vitationem.

35 Secundo. Reijcitur 2. Homo diligens Deum cum libertate ad actum charitatis præceptum, & eius omissionem, nequit per libertatem ad omissionem dici potens antec: impedire gratiam efficacem: ergò. Probat. añs: In præd. casu carentia omissionis peccaminosæ nequit esse dispositio negativa ad existentiam gratiæ efficacis: ergò ex quo omissio impediat sui carentiam, non impedit aliquid requisitum ad existentiam gratiæ efficacis. Prob. añs. Nequit esse talis carentia dispositio negativa ad existentiam gratiæ efficacis, si illa supponit prædictam gratiam, ut passivè receptam; sed in dicto casu carentia omissionis peccaminosæ consequitur saltim virtualiter ad actum charitatis adimpletivum præcepti (ideò enim homo non peccat omittendo, quia elicit actum charitatis præceptum) qui actus charitatis supponit pro priori existentiam gratiæ efficacis, etiam ut passivè receptæ; cum iuxta Adversarios nullatenùs ad illam dispositivè præcedat: ergò.

36 Urgetur. Urget. & explicat. hoc: In dicto casu, aut gratia efficax passivè sumpta pendet aliquo modo à dispositione negativa, scilicèt, non peccare omittendò, vel non? Si 2. ergò in nullo casu pendet. Tùm quia non est maior ratio in hoc, quam in altero excogitabili. Tùm, & præcipuè; quia in Deo voluntas salvandi homines, & præparatio ex parte sua, ut omnes ad se convertat, instant, & subsistunt pro omni casu, sive rectę operationis, sive transgressionis. Primum nequit dici: ergò nec impedibilitas gratiæ efficacis. Probat. hæc min. Nequit existentia gratiæ passivè sumpta aliquo modo dependere ab omissione peccati, si omissio peccati consequitur ad illam, sed hoc ita contingit: ergò. Probat. min. Tùm casus omissio peccati consequitur ad exercitium positivum adimpletivum præcepti; omnis enim actus infert à priori virtualiter defectum omissionis sui; sed exercitium positivum adimpletivum præcepti iuxta Advers. & veritatem, supponit omnino existentiam gratiæ efficacis passivè sumptæ: ergò. Eandem efficaciam habet hæc probatio, etiam pro casu, pro quo peccatum, quod impeditur per actum adimpletivum præcepti, sit peccatum commissionis; siquidem adimpletio positiva præcepti, infert à priori carentiam omnis peccati tam commissionis, quam omissionis.

§. V.

Aliæ duæ impugnationes.

37 Impugn. 3. REijcitur 3. Probando quod si existentia gratię efficacis nequit procedere dispositivè ab actu ex illa provenienti, ut concedunt Adversar. nec pariter potest dependere à carentia libera peccati tanquam à dispositione negativa. Ideo primum conceditur, quia ex opposito verificaretur *gratiam efficacem in aliquo vero sensu dari nobis, quia benè volumus, similiterque voluntatem creatam libertate consequi gratiam*, quæ duo pugnant cum Doctrina M. Par. epist. 107. ad Vitalem, & lib. de Correct. & Grat. c. 7. & alibi. Sed similia sequuntur, si existētia gratiæ efficacis de-

dependeat à carentia libera peccati tanquam à disposítione negativa: ergò primo concesso in conseq. negatur 2. Mai. constat in gratia iustificanti, de quo, quia *dispositivè pendet ab actu contritionis, verificatur in aliquo vero sensu hominem sanctificari per illam, quia conteritur de peccatis*: Et insuper, *media contritione acquirere gratiam iustificantem.* *Min. vero probat. Si existentia gratiæ efficacis penderet à libera carentia peccati tanquam à dispositione negativa, verificaretur hominem adiuvari à Deo *per gratiam efficacem, quia liberè omittit peccatum.* Verificaretur etiam voluntatem creatam *libertate non peccandi* consequi gratiam: ut constat à simili, tùm in gratia iustificante dependente dispositivè ab actu contritionis; tùm etiam in casu, pro quo gratia efficax penderet dispositivè à consensu libero. Sed hoc concedere est æquale inconveniens. 1. Nàm sicuti provenit ex gratia Dei, quod homo benè operetur, ita ex eius gratia provenit, quod homo vitet peccatum: & quemadmodum libertatem ad benè operandum habet voluntas ex gratia Dei; ita similiter voluntas non habet libertatem ad non peccandum à se ipsa, sed ex gratia Dei, per quam liberatur à servitute peccati, & fit libera libertate iustitiæ: ergò si propter hæc omnia primum reputatur inconveniens, propter ipsa debet etiam reputari 2. Constat 2. Ideo primum reputatur inconveniens, quia ex oppositio sequeretur hominem habere gratiam efficacem non esse solius Dei miserentis, sed etiam hominis *volentis* contra illud Apost. *Non est volentis &c. & cuius vult miseretur &c.* Sed si habere gratiam efficacem penderet à libera vitatione peccati, illam habere non esset solius Dei miserentis, sed etiam *voluntatis non peccantis*: quod concedere est æquale inconveniens, & contra illud: *Quem vult indurat*: ergò. Vel aliter. Sicut Deus miseretur dando gratiam, ita indurat illam denegando: ergò si non habere gratiam penderet à peccato, non induraret Deus, quem vellet, sed eum, qui se indurat.

* Sic Trid. sess. 6. c. 7.

38 Urgetur.

Urgetur hoc: Deum indurare cor hominis iuxta M. Par. *Est denegare ei gratiam efficacem, ut cum hæc abfuerit ab homine, induret illum iniquitas sua*; ita serm. 88. de Tempore. Sed gratiam abesse, est dari in homine carentiam gratiæ efficacis passivè sumptæ: ergò induratio proveniens à Deo, & consistens in huiusmodi carentia, non provenit ab indurationè liberi arbitrij per iniquitatem, sed potiùs è converso: non per causalitatem physicam, sed logicam. Efficacia huius probat. reducitur ad sequentem considerationem: Nam quemadmodum voluntas indiget gratia Dei efficaci, ut benè operetur, ita indiget ipsa, ut nullatenùs peccet, ut constat ex superius dictis; & ex oratione Dominica, per quam petimus non induci in tentationem, manifestè convincitur. *Rursùs, quemadmodum deputandum est gratiæ Dei quod *benè operamur*, ita similiter eidem imputandum est, quod non peccemus, ut fatetur, & docet M. Par. non *minori discretione*, quam *devotione* lib. 2. Confess cap. 7. Similiter; quemadmodum voluntas in benè operando subordinatur Deo, ut primo agenti, & eam gratiosè auxilianti; ita in hoc, quod est non peccare, subordinatur Deo, ut illam gratiosè protegenti, & sua manu potentissima tenenti: ergò si propter hæc motiva, existentia gratiæ per quam efficitur, ut voluntas velit, nec activè, nec passivè pendet dispositivè à recta volitione; nec etiam potest dependere à vitatione peccati, ut à dispositione negativa.

Ratio in compendio reducta.

* Sic Aug. de perf. iustitiæ in fine.

39 Quarta impugn.

Reijcitur 4. & confirm. assumpt. præcedens supponendo, quod quotiescumque datur mutua prioritas in genere causæ efficientis, & dispositivæ, debet distingui in principio effectivo duplex formalitas, ita ut ex vi unius efficiat, & non causetur, & ex vi alterius causetur, & non efficiat: quæ doctrina communiter traditur à Thomist. admissa mutua prioritate inter gratiam habitualem, & actum charitatis: Si igitur probetur gratiam efficacem, nec ut se tenentem activè ex parte Dei (quod

ads

admittunt Adversarij, nec ut se tenentem passivè ex parte hominis subsequi ad liberam carentiam peccati sub nulla formalitate: manifestum fiet inter carentiam gratiæ efficacis, & peccatum, non dari mutuam prioritatem. Hoc supposito sic arg. gratia efficax passivè sumpta est gratia, ut intrinsecè afficiens voluntatem, eam determinando, ut benè operetur; sed prout sic non consequitur, nec dependet à carentia libera peccati: ergò sub nulla formalitate &c. Mai. constat, sicuti, & constat gratiam efficacem sumptam activè, & ex parte Dei, esse gratiam efficacem ut effectum à Deo productum.

1. Probat min. Minor vero probat. 1. Nam licet in donis à Deo, vel ab hominibus oblatis, possit pro eorum libito apponi pro illorum receptione aliqua conditio, aut dispositio purè negativa; per se tamen, & ex natura rei loquendo omnes formæ requirentes aliquam dispositionem negativam per prius requirunt dispositionem positivam: Omnis quippè negatio in negatione fundatur. Sed Deus in denegatione gratiæ efficacis segerit conformiter ad naturas rerum, in qua conformitate suavitas suæ providentiæ consistit: ergò si gratia efficax passivè sumpta non dependet ab aliqua dispositione positiva ex parte voluntatis, nec dependere valet ab aliqua libera dispositione negativa.

40 Probat. 2. eadem min. Gratia, ut intrinsecè afficiens voluntatem, est gratia ut formaliter, & intrinsecè subordinans illam in operando Deo, ut primo libero; sed gratia, ut formaliter intrinsecè subordinans voluntatem Deo, ut primo libero, nequit dependere à libera carentia peccati: ergò.

2. Probat. eadem minor. Prob. min. Voluntas in libera carētia peccati subordinatur Deo, ut primo libero eam per prius gratiosè tenenti ne peccet: ergò carentia libera peccati supponit pro priori gratiam efficacem ut ipsam formaliter intrinsecè afficientem. Sed gratia efficax sub hac consideratione est gratia efficax passivè sumpta: ergò. Explicatur hoc: Voluntas, ut rectè operetur, non solum supponit prædeterminationem activè sumptam, & ex parte Dei; sed etiam passivè, ut se tenentem ex parte hominis: hac enim ratione tuentur Adversarij illam nullo modo consequi ad rectam operationem. Sed hoc ipsum debet affirmari respectivè ad liberam carentiam peccati: ergò gratia efficax passivè sumpta nequit dependere à tali carentia. Prob. min. Ideo prim im est verum, quia recta operatio egreditur à voluntate, ut subordinata Deo nedum extrinsecè, & inchoativè, sed etiam intrinsecè, actu, & formaliter. Sed hoc ipsum fateri debet deliberа carentia peccati; cum hæc sit beneficium Dei, & ad illam se habeat, ut secundum liberum: ergò. Vel aliter: quia voluntas de se est in potentia ad rectè operandum, & non operandum, & unumquodque operatur in quantum est in actu, oportet iuxta Thomiist. per prius auferri ad illa potentialitatem, & indifferentiam suspensionis per gratiam efficacem sumptam, nedum activè ex parte Dei, verum etiam passivè ex parte voluntatis; sed hoc motivum æque urget in voluntate per ordinem ad liberam carentiam peccati; cum respectu huius etiam sit in potentia, & passivè indifferens: ergò gratia efficax utroque modo accepta præ requiritur ad liberam carentiam peccati: ergò in illa nequit distingui duplex formalitas, ut sub una præcedat, & sub altera subsequatur.

Hinc inferes 1. Voluntatem non posse per peccatum impedire 41 gratiam efficacem passivè sumptam, aliàs necessario requisitam ad illius vitationem: Ratio est: Nam voluntas eatenus posset illam sic impedire, quatenùs peccatum ab ea commissum impedit sui carentiam; quæ est dispositio ad gratiam efficacem passivè sumptam; sed ex dictis manet probatum carentiam liberam peccati non posse disponere, aut præcedere gratiam efficacem passivè sumptam: ergò hæc nequit impediri per peccatum. Mai. constat: Non enim impeditur existentia alicuius effectus, nisi impedito influxu causæ effi-

Illatio 1. ex dictis.

efficientis, aut alicuius dispositionis præcedentis talem existentiam.

Secunda. Inferes 2. Repugnare in Deo huiusmodi promissionem: *Si constitutus cum libertate ad actum bonum, & actum pravum, omittas prave agere, recipies gratiam efficacem ad rectè agendum.*

Probat. 1 Ratio est 1. Quia tunc omissio actus pravi subsequeretur ad positionem alterius actus; aliter enim voluntas prius se exerceret ut non activa, quam ut activa, etiam dum directè ageret; sed actus bonus nequit esse dispositio, nec promitti sub illo receptio gratiæ efficacis ad actum bonum, ut fatentur Adversar: ergò nec omissio actus pravi potest esse conditio, sub qua Deus promittat &c.

42 2. Quia tunc deberet distingui in voluntate duplex omissio libera actus pravi. Prima, scilicèt, quæ

Secundo. ponitur ut conditio promissionis; 2. vero, quæ necessario consequitur ad omnem actum adimpletivum præcepti in subiecto peccabili; quod asserere videtur implicatoriũ. Et quamvis respectu libertatis ad peccandum, vel non peccandum v. g. ad odium, & illius puram carentiam, dabilis sit carentia peccati non subsequuta ad actum bonum; secùs tamen respectu libertatis ad adimpletionem positivam, & transgressionem præcepti. Inferes 3. Nullam carentiam liberam peccati posse antecedere, & simul subsequi ad existentiam gratiæ efficacis. Nam vel est carentia per puram omissionem, vel subsequuta ad actum positivum adimpletivum præcepti? Si primum: ad illam solum requiritur gratia externæ protectionis; non autem gratia consistens in dono intrinseco: quapropter nequit talis omissio præcedere gratiam efficacem intrinsecam, quæ necessario requiritur ad benè operandum. Si 2. cum talis carentia subsequatur ad actum honestum, & hic, fatentibus Adversar. subsequatur etiam ad gratiam efficacem passivè sumptam, nulla est carentia libera peccati, quæ disponat ad receptionem gratiæ efficacis.

Tertia.

43 Restat solvere paritatem, qui doctrina huiusmodi dicendi infiniti potest. Rectè componitur expulsionem formæ subsequi in genere causæ effectivæ, aut formalis, introductionem alterius formæ, & illam præcedere in genere causæ materialis: ergò etiam poterit componi vitationem peccati subsequi gratiam efficacem in genere causæ effectivę, & illam antecedere in genere causæ dispositivæ; proindequè si homo peccans vitaret peccatum, ut ei fuit possibile, recepisset à Deo gratiam efficacem. Respond. 1. Hoc solum probare possibilitatem mutuæ causalitatis ex terminis, non vero inter existentiam gratiæ efficacis, & carentiam peccati: Quemadmodum ipsi Adversar. negantes similem causalitatem inter gratiam efficacem, & actum honestum, tenentur Resp. Siquidem ex terminis loquendo etiã inter principium actus, & ipsum actum, non repugnat mutua causalitas, ut videre est in gratia habituali, & actu charitatis.

Fundam. pro oppos. opin.

Resp. 1.

Respond. 2. In formis perfectis posse dari mutuam causalitatem secundum introductionem illarum, & passivam exclusionem formæ oppositæ; quandoquidem prædict. formæ titulo suæ perfectionis requirunt positivam dispositionem ex parte subiecti ad sui receptionem; & ideo expulsio formæ oppositæ numeratur inter dispositiones negativas. Oppositum dicendum est de formis imperfectis habentibus esse fluidum, & viale, qualis est gratia intrinsecè efficax; sive auxilium Dei moventis. Ita manifestè deducitur ex S. Doct. 1.2. quæst. 109. art. 6. ubi probat hominem indigere auxilio Dei moventis, ut se præparet, per conversionem ad ipsum, ad receptionem gratiæ iustificantis. Et cum sibi objciat: *Quod si ad hanc gratiam requiritur alia gratia movens; etiam idem dicendum erit, ut hanc recipiat, & sic daretur processus in infinitum.* Resp. Ad 3. dicend: *Quod obiectio procedit de gratia habituali, ad quam requiritur aliquap præparatio: quia omnis forma requirit susceptibile dispositum; sed hoc quod homo moveatur à Deo, non præexigit aliam motionem; cum Deus*

44

Secundo

sit

sit 1. *movens*. Eandem doctr. repetit ibi q. 11. a. 2.

45 Resp. 3. Exclusionem formæ oppositæ sub munere causæ materialis non exprimere dependentiam ab agente ipsam effectivè causante, sed unicè respicere subiectum receptivum alterius formæ. Quapropter relinquitur locus, ut sub alia consideratione sit posterior generante, & forma genita. At vero carentia libera peccati; cum prout libera dicat ordinem ad voluntatem, ut activè illam causantem, proindèque ut subordinatam Deo ut 1. moventi; nequit in tali carentia excogitari aliquod munus dispositionis distinctum à munere exercitij subsequuti in genere causæ efficientis ad existentiam gratiæ efficacis. Arg. quę contra hanc conclusionem possunt objici ex varijs testim. SS. PP. & D. Thom. infra commodius solventur. *Et hæc de hoc dub. applic. litt. M. in 2. dist. 29. & seq. Et dist. 35.*

DUBIUM II.

IN QVO ALII MODI DICENDI examinantur?

§. I.

ALIUS MODUS DICENDI PRÆCEDENTI AFFINIS IMPUGNATUR.

N. 1 PAtres Salmantic. disp. 7. de gratia efficaci dub. 4. num. 262. asserunt, quod dum instante præcepto deficit alicui gratia efficax ad actum præceptum, illumque omittit, imputatur ipsi defectus gratiæ efficacis propter peccatum, non quidem consistens in ipsa omissione, sed propter actum pravum existentem in eodem instanti, ordine tamen naturæ dictam omisionem prędecedentē. Supponunt enim non dari omisionem peccaminosam, quiu præcedat in voluntate aliquis actus, qui sit causa, vel occasio illius; proindèque quoties voluntas omittit peccaminosè, per talem actum se impedit voluntariè ad receptionem gratię efficacis requisitæ ad actum præcepti. Unde carentia talis gratiæ est imputabilis peccatori, eo quod fuit ab ipso saltim indirectè volita per actum occasionantem omisionem. Hic modus dicendi convenit cum prędecedenti in eo, quod ponit gratiam efficacem impedibilem à volūtate propter peccatum; differt tamen quia modus primus dicendi iam impugnatus adstruit mutuam causalitatem inter defectum gratiæ efficacis, & ipsum peccatum. Hic vero unicè ponit defectū gratiæ efficacis subsequi ad actum occasionantem omisionē, & omnino prędecedere prędd. omisionem.

Refertur alius modus.

Diserimē à modo præced.

2 Reijcitur 1. ratione communi: pro cuius efficacia supponendum est actum causantem, vel occasionantem omisionem actus præcepti, esse in se malum moraliter, & inici malitia omisionis, ut communiter sentiunt Theologi cum D. Thom. quidqnid sit, *An talis actus dicendus sit peccatum omisionis, vel commisionis, quod parum interest.* Hoc supposito sic argum. Defectum gratiæ efficacis consequi ad actum causantem omisionem peccaminosam, nihil refert ad hoc, ut voluntas dum omittit, peccaminosè omittat, & sit iustè increpabilis: ergò prædictus modus dicendi inutilis est pro iusta increpatione peccatoris. Prob. anteced. Defectum gratiæ efficacis consequi modo supra posito parum refert ad iustam increpationem peccatoris omittentis peccaminosè, si datur in illo ob peccatū, quod ille iustè increpetur, & ad quod vitandum defectus gratię efficacis non est ipsi imputabilis, & vo-

Impugn.

luntarius. Sed sic contingit in hoc modo dicendi : ergò. Probat. min. Dum voluntas liberè ponit actum causantem, vel occasionantem omissionem peccaminosam , operatur etiam prave moraliter ; esto pro illo signo non sit completa, vel consummata malitia omisionis, ut ex supra notat. constat : ergò pro priori ad talem actum in se , & intrinsecè malum moraliter , intelligitur defectus gratiæ efficacis ad illius vitationem. Sed hoc ipso talis defectus est omnino in voluntarius ; cum præcedat omne exercitium liberum voluntatis : ergò datur iuxta hunc modum dicendi actus moraliter malus,dignusquè iusta increpatione, quin defectum gratiæ efficacis ad illius vitationem &c.

3 Explicatur hoc : Dum voluntas directè , aut indirectè vult omisionem actus præcepti ; vel impedit gratiam efficacem necessario requisitam ad vitationem talis actus volitionis ; vel non impedit ? Si secundum : ergò cum aliàs volendo directè , aut indirectè omisionem actus præcepti, voluntas peccaminosè operetur ; stat optimè voluntatem peccare , & quod defectus gratiæ efficacis non sit ei imputabilis, aut voluntarius. Si primum quæro: Defectus gratiæ efficacis , vel impeditur per ipsam volitionem ; vel per alium actum præcedentem ? Si hoc secundum: ad vitationem huius actus præcedit alius , & sic dabitur processus in infinitum. Si primum: ergò inter actum occasionantem omisionem , & defectum gratiæ efficacis ad illius vitationem, datur mutua causalitas , & dependentia; proindequè, ut omisio peccaminosa imputetur voluntati , non est necessarium, quod voluntas alia culpa prævia impediat gratiam efficacem ad vitandam omisionem , sed sufficit mutua causalitas inter ipsam, & defectum gratiæ efficacis , quam mutuam causalitatem Adversar. pronunc non admittunt.

Explicat.

4 Reijcitur 2. Defectus gratiæ efficacis , qui præextitit in Adamo, & Angelis, ante ipsorum peccatum, nequit iuxta hunc modum dicendi poni voluntarius , & imputabilis: ergò ille est insufficiens ad iustam increpationem. Probat. añs. Peccatum Adami , & Angelorum , non fuit omisionis,sed commisionis consistens in amore inordinato propriæ excellentiæ sine subiectione, & ordinatione ad Deum , ut finem ultimum ; ut tenent ipsi cum discipulis D. Thom. Sed huiusmodi peccatum non præcesit aliquis actus positivus , liber , & voluntarius circa aliud obiectum,per quem se impedirent voluntariè , ut reciperent à Deo gratiam efficacem immediatè prædeterminantem ad elicientiam actus humilitatis,& obedientiæ existentis sub præcepto : ergò defectus talis gratiæ &c. Nec prodest recursus ad iudicium inconsideratum, quod fuit ipsis voluntarium , & per quod præstiterunt impedimentum gratiæ efficaci. Non , inquam , prodest 1. Quia iuxta hos AA. tale iudicium estò præcesserit , ut dirigens primum peccatum;fuit posterius illo, quatenùs fuit voluntarium:hac enim ratione adstruunt inter utrumque: mutuam causalitatem. Ita tract. de Ang. disp.10. à num. 270. unde talis impeditio non fuit ipsis voluntaria. 2. Quia idem argum. fieri valet de carentia gratiæ efficacis ad rectè considerandum;siquidem nequit recurri ad aliud iudicium præcedens: & aliunde hoc complexū * defectus gratiæ ad rectè considerandum existente præcepto&c.*connectitur cum peccato. Hinc constat , quod etsi hic modus dicendi aliqualiter conducat pro salvanda imputabilitate peccati omisionis ; secùs tamen peccati commisionis primo eliciti à voluntate. Similiterquè constat parum , aut nihil conducere pro casu, in quo instet præceptum negativum, quod frangitur directè per actum positivum,& pro casu libertatis ad duo extrema contrarie opposita , scilicèt , amorem , & odium assensum,& dissensum divinæ revelationis,utcuicumquè attente consideranti patebit.

Impug 1.

Impugn. quædam solut.

Illatio ex dictis.

Apparet etiam ; quod estò in casu omisionis carentia gratiæ efficacis ad eam vitandam sit aliquo

§ Secunda.

quo modo imputabilis ; quia ſcilicet eſt per ſe connexa cum actu cauſante omiſsionem , & ex illo ſequuta , non tamen carentia gratiæ efficacis ad vitandum actum, qui pro priori ſupponitur intrinſecè malus moraliter , ſcilicet per tendentiam intrinſecam , & influxum in omiſsionem. Dixi *aliquomodo* , hoc eſt obiectivè , aut terminativè. Nam revera ; cum in tali ſententia decretum permiſsivum omiſsionis liberę ſit decretum permiſſiv.actus , ut illam occaſionantis ; ſicuti tale decretum præcedit actum, ita præcedit negationem tàm gratiæ requiſitæ ad vitandum illum, quàm gratiæ requiſitæ ad vitandam omiſsionem : proindèque iam Deus ex vi decreti actus occaſionantis omiſsionem impedit exiſtentiam omnis gratiæ recenſitæ. Gratia autem, quæ ſupponitur impedita ab illo agente , in cuius poteſtate eſt unicè eam donare ; qualiter impediri poteſt per aliquid ſubſequutum ? Sed de his ſatis.

§. II.

Alius modus dicendi refertur , & impugnatur.

6 MAgiſt. Cabrera tom.. 2 in 3. part. quæſt. 18. art. 4. §. 11. diſp. 2. à num. 455. & quæſt. 62. art. 1. diſp. 15. num. 29. in tom. de Sacramentis , ut ſalvet hominem habere in ſua poteſtate allquo modo acquiſitionem gratiæ prædeterminantis ; ſimiliterque defectum illius , quoties peccat , eſſe ipſi imputabilem : aſſerit gratiam prædeterminantem dependere in ſui exiſtentia à diſpoſitione prævia liberi arbitrij creati,non quidem,quæ ſit actus bonus , & poſitivus uſus libertatis , ſed purè negativa conſiſtens in eo , quod voluntas moral. excitata , & vocata à Deo ut velit credere , ſperare , diligere &c. non reſiſtat , nec contemnat prædictam vocationem,ſed potius liberè ſinatſe actu moveri ab illa. Ex qua doctrina infert 1. defectum gratiæ efficacis ad velle , credere &c. ortum ducere ex ipſo homine , qui prius Deo vocanti, & excitanti reſiſtit. Infert 2. iuxta hanc doctrinam merito imputari homini ad culpam omiſsionem actus ſupernaturalis præcepti : Nam , etſi non poſsit abſque gratia phyſic. prædeterminanti illum efficere ; quod autem Deus ei non contulerit prædictam gratiam , provenit ex quo voluntariè ſe impedivit ad illius receptionem, reſiſtendo per prius vocationi , ſive gratiæ excitanti. Hinc modum dicendi magna ex parte tuetur etiam Mag. Zumel tom. Opuſc.à fol. 86. append. 1. & ſequent. ſed illum non approbat à fol. 110. Card. Bellarmin. lib. 4. de Grat. & liber. arbitr. controverſ. 1. cap. 16. Illum tamen reijcit Magiſt. Alvarez tom. de Auxil. diſput. 105. in ſolution. ad 6. & ut ipſe ait , operoſius, lib. 3. Reſponſionum cap. 6. P. Suarez lib. 5. de Auxil. cap. 10. à num. 27. quos plures ex Thom. RR. ſequuntur.

Explicat.

7 Pluribus rationibus ab inconvenienti reijcitur hæc opinio ab AA. relatis , quas breviſsimè referemus , nè moleſtiam legentibus inducamus. 1. eſt. Si gratia efficax penderet in ſui exiſtentia à non reſiſtentia purè negativa , ſequeretur primo gratiam efficacem ſupernaturalem dependere ab aliquo naturali negativo , qualis eſt illa non reſiſtentia. Sequeretur 2. diſcretionem conſentientis à non conſentiente ducere originem ex tali non reſiſtentia : quod concedere videtur inconveniens ; ſicuti ab omnibus reputatur ut tale , ponere exiſtentiam gratiæ efficacis , & diſcretionem conſentientis præ non conſentiente, dependere diſpoſitivè ab aliquo actu poſitivo naturali.2.Quia nihil naturale , ſive poſitivum , ſive negativum , poteſt habere infallibilem connexionem cum gratia efficaci ſupernaturali, aliàs gratia eſſet pediſſequa naturæ. Sed carentia reſiſtentiæ vocationi Dei eſt quid naturale ; cum ipſa reſiſtentia ſit naturalis : ergò nequit infallibiliter connecti cum exiſtentia gratiæ efficacis ; proindèque falſum eſt,

Impugn. ab inconven. 1.

Secunda

quod si homo non resistat, dabitur ei &c.

3. Ex tali sententia sequitur illam quæstionem toties à Magn. Par. sine resolutione relictam, scilicet: *Quare hunc trahat, & illum non trahat*, esse facilè solubilem. Possetenim Respond. *Deum trahere Petrum v. g. per auxilium efficax, quia dedit initium per non resistentiam liberi arbitrij, illum vero non trahere, quia resistit.* 4. Nam estò defectus gratiæ efficacis ortum ducat ex voluntate creata; secùs tamen collatio gratiæ, ut docet Sanct. Doct. 1. 2. quæst. 112. art. 3. ad 1. ergò quamvis per resistentiam homo sit causa, ut ipsi non conferatur gratia efficax ad piè operandum, non tamen erit causa per negationem liberam resistentiæ, ut ipsi conferatur. Sed si collatio gratiæ efficacis penderet in sui existentia à non resistentia liberi arbitrij, hoc manifestè sequeretur: ergò. 5. Quia talis negatio resistentiæ esset initium gratiæ: quod repugnat, tum titulo nihilcitatis, tum titulo naturalitatis.

Tertio.

Quart.

Quinto.

9 Hæc, & alia inconvenientia, quæ primo aspectu talia videntur, non latuerunt prædict. Magist. unde illa satis probabiliter dissolvit. Ad 1. Respond. nihil supernaturale posse dependere ab aliquo naturali in genere causæ meritoriæ de condigno, aut de congruo, nec in genere causæ dispositivæ, tam physicæ, quam moralis consistentis in impetratione: ut constat ex pluribus testimonijs Concilior. & SS. PP. asserentium de rarione entis supernaturalis esse excedere omnem causalitatem tam physicam, quam moralem ordinis naturæ. Quod autem dependeat ab aliquo pure naturali, tanquam à dispositione negativa removente prohibens; & hoc quidem: non ex natura rei, sed ex misericordia Dei pro sua libertate promittentis existentiam doni supernaturalis ad præsentiam illius; nullum absurdum, aut inconveniens, continet. Constat hoc 1. in sententia probabili, & novissimè illustrata à Magist. Serna tom. 3. in 1. 2. art. 1. dub. 1. quæst. 2. & à num. 1290. tractat. de Merito iust. inter opera Mag. Ferre; quiquidem propugnat hominem pervenientem ad usum rationis, si faciat, quod est in se ex viribus naturæ per actum dilectionis naturalis Dei, contritionis, & similium (ad quod requiritur specialis gratia Dei intra ordinem naturæ) recipere à Deo auxilia sufficientia intra ordinem gratiæ, ut possit credere, & diligere Deum Authorem supernaturalem: proindèque; valeat se disponere ad remissionem peccati originalis, & ad sui sanctificationem. Constat 2. Nam si in hoc appareret aliquod absurdum repugnans excellentiæ supernaturalitatis; nec in aliqua providentia possibili contingere posset. Nemo autem negare valet Deum posse ordinare communicationem alicuius doni supernaturalis dependenter ab aliquo naturali, ut à pura conditione. Igitur nullum absurdum continet asserere gratiam efficacem ad supernaturaliter operandum dependere ex ordinatione divina, ab eo quod homo excitatus à Deo non resistat eius vocationi; sed sinat se moveri, ut Deus pro posteriori faciat in eius voluntate, quod ipsi placuerit. Per quæ constat ad instantiam de discretione; siquidem discretio formalis consistit in consensu salutari elicito media gratia prædeterminanti; discretio vero causalis positiva consistit in ipsa prædeterminatione. Unde solum restat, ut libera non resistentia vocat. sit discretio remota, non quidem positivè influens in discretionem formalem, sed tantum per modum conditionis purè ex libera ordinatione Dei.

Solvunt. ab eod. Mag. Ad 1.

10 Ad 2. Resp. Antecedens esse verum de connexione convenienti ab intrinseco rei naturali; secus vero purè ab extrinseco ex misericordia Dei sic disponentis. Quod ultra dicta constat in adulto recipiente caracterem Baptismi, si accedat cum sola attritione naturali: & iuxta plures AA. etiam si accedat ad illud ex intentione va-

Ad 2.

na

næ gloriæ, aut alterius finis pravi. Ad 3. Resp. Non resistentiam vocat. etsi antecedat prædeterminationem, subsequi tamen ad auxilium efficax morale. Nam cum talis non resistentia sit purè quid negativum, non requirit auxilium Physicè efficax, quod solum dispensatur ad operandum: unde sufficit auxilium efficax morale. Huius autem auxilij nulla potest assignari ratio ex parte voluntatis creatæ pro illius existentia. Quapropter quæstio sæpè proposita à Mag.P. in sui radice remanet insolubilis. Ita prædictus Magist. tom. de Sacrament. quæst. 62. disp. 14. num. 38. Ad 4. Respond. Voluntatem per talem non resistentiam solum esse causam indirectè, sive per modum removentis pro hibens, ut ei conferatur gratia efficax: & hoc unicè ex Dei misericord. & promiss. quod minimè destruit rationem gratiæ, nec aufert à Deo esse causam primam, & principalem, cui attribui debet quid quid boni operis reperitur in nobis.

Ad 3.

Ad 4. & 5.

Fateor ut satis probab. huius SS. Mag. doctrinam, & ob immediatè dicta facilè posse dilui argument. superius adducta, nullumque absurdum ex illa deduci, si apponantur limitationes supra descriptæ. Quapropter illis in sua efficacia relictis, placet aliter impugnare prædictum assertum, tum ex his, quæ ipse concedit, tum etiam ex communi doctrina Thomistar. in quorum choro egregium locum vendicat suæ sapientiæ merito. Pro quo supponendum prædictum Mag. libenter fateri resistentiam vocat. cuius est carentia talis negatio, esse actum malum moraliter, utpotè actus liber dissonus rationi positivè excludens gratiam efficacem ad piè operandum. Ita quæst. 18. citata num. 465. Deindè tuetur Deum prædeterminare voluntatem ad entitatem peccati, quatenus entitas est, quin ex hoc aliqualiter inferatur Deum influere in malitiam peccati. Ita ibidem a. 4. disp. 2. §. 12. Similiter constanter tuetur non dari in Deo scientiam mediam, aut conting. proindèque Deum non posse cognoscere aliquam voluntatem contingentem nisi in decreto approbativo, vel permissivo suæ voluntatis. Ita §. 8. in eadem quæst.

II

Nota aliqua pro impug.

His præsuppositis reijcitur 12
1. probando ex tali positione sequi dari in Deo scientiam mediam. Scientia alicuius veritatis contingentis sub conditione indifferenti conveniēs Deo ante omne decretum suæ voluntatis illam efficaciter decernentis est scientia media; utpotè nec Deo libera, cum antecedat suum decretum; nec Deo necessaria, cum sit de obiecto contingenti. Sed si daretur omissio libera resistentiæ vocationi divinæ, à qua omis. ut à conditione dependeret existentia gratiæ prædeterminantis ad actum præceptum, existeret in Deo talis scientia: ergò. Prob. minor. Deus sub hypothesi vocationis allicientis moraliter voluntatem ad salutariter operandum, nequit non scire; An posita tali vocatione voluntas resistet ei positivè, vel An omittet prædictam resistentiam: cum in dicta hypothesi necesse sit unum ex his extremis contradictorijs verificari: ergò pro casu, pro quo voluntas liberè omittat resistentiam vocat. Deus scivit ab æterno voluntatem sub tali vocatione non restituram, quæ est veritas contingens. Sed talis scientia convenit Deo ante decretum efficax, quo decernat voluntatem liberè non resistere; cum solum præcedar decretum conferendi gratiam vocationis de se indifferentem ad utrumque extremum libertatis: ergò.

Prima impugn.

Confirmatur, & explicatur 13
hæc ratio. Ut voluntas à Deo vocata, & cum libertate ad salutariter operandum, liberè omittat resistere Deo illam vocanti, & sic postmodum prædeterminetur ad operationem salutarem, vel prærequitur ex parte Dei decretum, quo efficaciter decernat omissionem liberam talis resistentiæ, vel non? Si primum: sequitur 1. in liberè omittente talem resistentiam ad esse spe-

Confirm.

cialem gratiam saltem extrinsecam, quam Deus liberè, & sine causa denegat resistenti. Si ergò estò homini sic omittenti inculpabilirer deficiat gratia, imputatur resistentia; cur etiam si inculpabiliter deficiat gratia intrinseca ad salutariter operandum, non ei imputabitur omissio operationis salutaris? Non ergò ob imputabilitatem pravæ operationis necesse est defectum gratiæ efficacis esse homini voluntarium. Sequitur 2. in Deo post decretum conferendi auxilium sufficiens, ut homo salutariter operetur, dari duplex exercitium in decernendo; scilicet, decernere omissionem liberam resistentiæ, vel resistentiam quoad entitatem, & rursus decernere operationem salntarem, vel eius omissionem peccaminosam. Quandoquidem in voluntate creata post constitutionem libertatis provenientis à vocatione morali distinguitur, & restat duplex exercitium liberum, scilicet, omittere resistentiam, vel pro posteriori naturæ omittere operationem salutarem cadentem sub præcepto. Atqui tot decreta multiplicare in Deo est voluntarium: ergò.

14 Si dicatur secundum: ergò dùm voluntas omittit talem resistentiam, aut Deus illam nescit, quod nefas est asserere, aut illam scit, per scientiam præscindentem ab omni medio infallibiliter cum ea connexo. Prob. consequent. Sublato tali decreto solum apparet pro priori voluntas cum libertate ad resistendum, vel ad non resistendum, & ex parte Dei decretum conferendi talem libertatem; sed nihil horum connectitur cum omissione libera resistentiæ determinatè, ut est certum: ergò. Si autem hoc conceditur, manifestè sequitur non requiri in Deo aliquod decretum obiectivè conditionatum, ut sub hypothesi libertatis eandem omissionem ut futuram cognoscat: Nam quod non requiritur in Deo tanquam medium tam subiectivè, quam obiectivè absolutum ad scientiam futuritionis absolutæ alicuius veritatis contingentis, nec requiritur ut subiectivè absolutum, & obiectivè conditionatum ad scientiam eiusdem veritatis, ut conditionatè futurum; quod est apertè admittere scientiam mediam, & illam admittere non utcumque, sed compositam cum gratia efficaci prædeterminanti necessario requisita ad liberè operandum, quæ compositio semper habita est ut monstruosa.

15 Nec prodest recursus ad auxilium efficax morale, à quo provenit libera omissio resistentiæ, de quo supra in solution. ad 3. fecimus mentionem. Non inquam prodest. 1. Nam tale auxilium efficax morale, vel distinguitur realiter à gratia excitanti, & moventi per modum suadentis voluntatem, vel non distinguitur ab illa? Si primum, immeritò dicitnr auxilium morale, & efficacia tantum morali gaudens, sed erit auxilium physicè præveniens, & physicè efficax. Si secundum: ergò talis dispositio negativa erit effectus gratiæ ab intrinseco indifferentis, & coniungibilis cum indifferentia resistentiæ. Consequent. patet. Nam gratia excitans utpotè spectans ad signum libertatis nequit intrinsecè connecti cum uno extremo determinatè. Unde scientia innitens gratiæ prædictæ, & decretum illam conferendi, non erit scientia infallibilis omissionis liberæ resistentiæ, potius quam scientia resistentiæ. Hinc sequitur efficaciam, quam attribuit vocationi morali ad inducendam omissionem resistentiæ, solum esse efficacem secundum quid, per quandam connexionem, aut potius inclinationem moralem ad illam; secus vero efficaciam simpliciter talem ratione infallibilis connexionis; aliter enim neque esset necessaria gratia prædeterminans; nec cum tali vocatione morali ita efficaci rectè salvaretur libertas creata. Quantumcumque enim vehementius proponatur aliquid voluntati ut bonum, si appareat cum aliqua indifferentia, non necessario

Quidam recursus reijcit. 1.

rapitur, sed in sensu composito ei resistere valet.

16 2. Demus hoc auxilium morale esse distinctum à gratia sufficienti, & connexum cum omissione resistentiæ. Nam ut benè arguit Illust. Alvarez lib. 3. cit. n. 9. & Zumel in opusc. fol. 111. Vel est in potestate libertatis constitutæ cum libertate ad piè operandum acquirere tale auxilium, vel non? Si 1. ergò medio aliquo exercitio libero, quod aliud esse nequit nisi omissio resistentiæ; ex quo manifestè sequitur talem omissionem non esse effectum auxilij moralis efficacis superadditi gratiæ sufficienti. Si secundum: infero 1. ergò stat hominem imputabiliter non se exercere per liberam omissionem resistentiæ, quin sit ipsi imputabile, aut voluntarium, acquirere auxilium necessario requisitum ad non resistendum: ergò ut ei imputetur omissio operationis salutaris, non requiritur caretiam gratiæ prædeterminantis ad salutariter operandum esse ei imputabilem, & voluntariam. Infero 2. ergò non est in potestate voluntatis talis dispositio negativa. Prob. hæc illatio. Nam quia gratia prædeterminans necessario requiritur ad piè operandum, si talis gratia non esset acquisibilis aliquo modo à voluntate media dispositione negativa præcedente pro priori, non esset in eius potestate salutaris operatio, ut fatetur prædictus Magist. ergò si pro tali dispositione negativa requiritur aliud auxilium efficax, estò in linea motionis moralis; & hoc acquirere nullatenus est in potestate voluntatis; neque ipsa dispositio erit in eius libera facultate, ac proindè nec gratia physicè prædeterminans ab illa dependens.

Secundo.

17 Reijcitur 2. Si gratia efficax ad actum salutarem penderet ab omissione libera resistentiæ vocationis moralis, voluntas non se exercens per talem omissionem, sed potius per resistentiam, se impediret ad receptionem talis gratiæ; sed hoc est falsum: ergò gratia efficax &c. Prob. min. Talis positiva resistentia, ut fatetur prædictus Magist. est actus pravus moralis; cum sit libera resistentia motioni, & inspirationi Spiritus Sancti, in quo appareret oppositio contra rationem; sed hoc ipso nequit impedire receptionem gratiæ efficacis ad salutariter operandum: ergò Prob. minor. Talis resistentia supponit pro priori prædeterminationem ad se ipsam, ut entitas, & bonitas physica est: ergò supponit pro priori Deum ut decernentem prædeterminationem ad resistentiam secundum physicam eius entitatem. Sed Deum ita decernere est connexivè immediatè decernere negationem gratiæ efficacis ad salutariter operandum: ergò dum voluntas resistit, supponit pro priori Deum decernentem prædeterminare ad entitatem talis resistentiæ, permittendo pravitatem illius: proindèque decernentem negare gratiam efficacem ad salutariter operandum: ergò per talem resistentiam non impedit collationem gratiæ efficacis, sed eam omninò impeditam supponit.

4. Impug. idem modus dicendi.

18 Nec dici potest passivam resistentiam supponere omissionem non resistentiæ liberæ voluntati; ac subinde omnes defectus tam decreti efficacis, quam gratiæ ad salutariter agendum, esse imputabiles. Non inquam dici valet: Nam ut omnibus est manifestum, voluntatem omittere carentiam alicuius exercitij positivi, est formaliter se exercere per illud; sicuti deficere carentiam non existentiæ amoris est idem, ac existere amorem: constat hoc ex illo principio: *Defectus unius contradictorij est existentia alterius*: ergò voluntatem liberè ommittere non resistere vocationi Dei est illam positivè resistere eidem vocationi: ergò per ipsum positivè resistere omittit non resistere. Non ergò talis libera omissio non resistentiæ præcedit pro aliquo priori positivam resistentiam: imò potiùs oppositum affirmari debet; cum omnis defectus, & negatio fundetur super aliquid positivum. Res fiet ma-

Si dicas.

nifesta sequenti exemplo. Ponamus voluntatem cum libertate ad amorem Dei, & puram omissionem amoris; certum est voluntatem liberè determinari ad amorem esse idem, ac determinari ad omittendam puram omissionem amoris, quæ contradicit amori; sicuti in casu, quo se determinaret per puram omissionem; non eliceret amorem ei contradicentem. Attamen quis dicet quod, ut voluntas se determinet per amorem, oportet quod pro aliquo priori se determinet per omissionem omissionis amoris? Cum potius omissio omissionis amoris fundetur, & proveniat ex quo determinatur per amorem: ergò si voluntas in casu quæstionis est libera immediatissimè ad puram non resistentiam, & positivam resistentiam; dum pro suo libito positivè resistit vocat: omittit ex consequenti non resistere: ergò si ut resistat, indiget pro priori prædeterminat: ad illius entitatem, & negationem gratiæ efficacis ad vitandam sui pravitatem; dum resistit, supponit pro priori impeditam gratiam efficacem ad salutariter agendum. Cum hæc consequent. sit infallibilis, *existit prædeterminatio ad entitatem resistentiæ: ergò non existit gratia efficax ad salutariter operandum.*

19 Reijcitur 3. Falsum est, & absque fundamento solido dictum, asserere *voluntatem, quoties vocatur à Deo moraliter ad salutariter velle, & agere, per prius se exercere per omissionem resistentiæ, vel resistentiam, quam per velle, vel nolle salutariter operari:* Sed opinio huius eruditissimi Magist. fundatur in tali modo prioritatis facta comparatione inter exercitia immediatè enumerata: ergò talis opinio nullatenùs sustineri debet. Mai. in qua est difficultas, probat. 1. Voluntas potest immediatissimè se exercere per illud exercitium, quod immediatissimè ipsi apparet, ut bonum, & conveniens ex vi vocationis moralis; proindequè potest eadem immediatione illud omittere, si proponatur cum aliqua indifferentia: cum voluntas, & in substantia suæ operationis, & in modo operandi sequatur ductum intellectus practicè dirigentis eam; sed per vocationem moralem, per quam Deus excitat, ut salutariter velit, vel, ut salutariter diligat, aut pœniteat; quod immediatè apparet, & representatur, ut bonum, est exercitium volendi, diligendi &c. ergò non habet necesse se exercere pro aliquo priori per illam dispositionem negativam, in non resistentia libera consistentem.

3. Impugnat. Probat. mai. 1.

2. Cognitio supernaturalis complens libertatem, & sufficientiam virium in voluntate ad salutariter volendum, non exigit proponere obiectum supernaturale per prius, ut conveniens in sui non resistentia, quam illud proponat in sua positiva prosequutione: quin potius cum talis cognitio sit practica, ex vi suæ tendentiæ primariæ proponit obiectum, ut hic, & nunc positivè amplectendum ratione suæ bonitatis: hoc enim, & ratio dictat, & experientia in unoquòque testatur: ergò voluntas, quatenùs libera est ad actum supernaturalem, non necess. per prius se exercet non resistendo obiecto, & illud postmodum amplectendo, sed statim illud positivè amat, vel positivè reijcit, vel omittit amorem, & positivum recessum ab illo. 3. Nam quidquid sit, an in hominibus parum exercitatis in actibus virtutis possit admitti talis modus procedēdi; secùs vero in his, qui sensus exercitatos habent, & quibus statim affulget perfecta cognitio veritatis; uti accidit in Adamo, & Ang. præditis plenitudine scientiæ practicæ. Cum tamen etiam in his, qui peccaverunt, carentia gratiæ efficacis debeat poni impedibilis ab eis, si sapientissimus iste Mag. consequenter procedat.

20 Secundo. Tertio.

Reijcitur 4. Nam admisso esse posibilem puram omissionem liberam, quod plures ex discipulis D. Thom. negant (quod non parum ostendit insufficientiam huius opinionis ad imputabilitatem omissionis actus præcepti certam apud omnes) verum tamen asserere: non solum esse posibilem, verum, & de facto multoties, & fere infinities da-

21 4. Impugnat.

ri, hucusque non est solidè *dictum* ab ullo A. Thomista, nec alterius Scholæ Auth. probatum. Sed in sententia, quam impugnamus, hoc debet affirmari; cum iuxta ipsam antequam voluntas velit libere, aut liberè nolit, pro aliquo priori naturæ omittat resistere, vel resistat vocationi, & hoc per puram omissionem: ne si ponatur talis omissio causata, & occasionata ex aliquo actu, cogatur ponere pro priori gratiam prædeterminantem ad illam: ergò cum infinities contingat hominem liberè supernaturaliter operari, debet fateri etiam infinities voluntatem se exercere per puram omissionem liberam. Ex quo sequitur voluntatem, in qua titulo libertatis contradictionis adunatur ratio activæ, & ratio non activę; cum ordine tamen primarij,& principalis,& minus principalis;per prius se exercere necess.ut non activam,quam ut activam: Ac per consequens, per prius se exercere per exercitium, & per ordinem ad suum obiectum ea ratione, qua ipsam nullatenùs specificat positivè, quam per exercitium, & respectum ad suum obiectum, scilicèt, bonum, ut positivè eam specificans. Quæ omnia manifesta in convenientia apparent.

22 Confirm. 1. Nam dum voluntas purè omittit, vult saltim interpretativè omittere; ut fatentur Confir. 1. AA. propugnantes possibilitatem puræ omissionis voluntariæ; ut autem voluntas velit interpretativè omittere, debet esse possibilis actus, quo velit omittere; prudens enim interpretatio non est de re impossibili. Tùm sic: ergò ut voluntas liberè non resistat vocationi;oportet esse possibilem actum, quo velit non resistere. Sed iuxta opinionem,quam impugnamus, talis actus nequit poni possibilis: ergò. Prob. min.subsumpta. Quia tùnc talis actus esset primum exercitium volùtatis;proindequè supponens gratiam efficacem in acquisibilem, & in impedibilem; quod iuxta hanc opinionem non rectè stat cum eo, quod possit esse eius omissio imputabilis. Nequit autem poni in voluntate creata actus honestus possibilis,quin possit à Deo præcipi, ac per consequens, cuius omissio non sit culpabilis. Confirm. 2. Si possibilis esset omissio pura non resistendi vocationi, à qua penderet gratia efficax pro elicientia actus præcepti; talis omissio posset à Deo præcipi: hoc enim præceptum: *Non resistas vocationi* de se apparet honestum, & prudentissimum. Nunc rogo. Ad adimpletionem huius præcepti potest quis acquirere indirectè saltim gratiam efficacem externæ protectionis necessario requisitam, vel non? Si primum assigna,per quod exercitium omisivum; & cave processum in infinitum. Si 2. ergò casu, quo frangat tale præceptum resistendo, imputabitur talis fractio ad culpam, quin sit imputabilis carenria gratię externæ protectionis necessario requisitæ ad eius adimpletionem. En manifestè destructum fundamentum pro necessitate adstruendi existentiam gratiæ efficacis dependentem à dispositione negativa liberi arbitrij. Secundò.

§. III.

Alij modi breviter reijciuntur.

MAg. Massòulie tomo 1. quæst. 8.dissert.1.art.14.postquam in anteced. varios modos pro impedibilitate gratiæ efficacis retulit, & ex D. Thom. firmavit; tandem sequentem, ut facilimum proponit etiam relatè ad primum peccatum. Ait enim peccatum actuale, & privationem gratiæ etiam efficacis; ita inter se connecti, & comittari;ut illud sit causa,cur homo privetur gratia; & hæc consequatur tanquam pœna illius.Cum enim peccatum sit actus inordinatus, ex natura sua opponitur actui virtutis, & excludit gratiam efficacem per quam ille à voluntate produceretur. Quare dum homo peccat, & illicita voluptate fertur circa delectabile prohibitum, voluntarie saltim indirectè incurrit privationem grat. efficacis separationem à Deo;& alias inordinationes. Advertit tamen talem privationem non esse strictè pœnam; 23 Explicat. alter modus.

nam ; quia hæc ex Dei arbitrio infligitur : At vero dicta privatio ex ipsa rei natura , sive ex actu inordinato natura sua gratiæ opposito, necessario consequitur. In huius probat. adducit aliqua testim. S. Doct. in quibus affirmat absolutè privationem gratiæ esse pœnam consequutam ex peccato. Hinc miratur Theologos adeò anxiè privationis gratiæ causam , & veluti rimas quærere , cum ea apertissima ianua sit: scilicèt,gratiam aDeo denegari,quia homo peccat, & prave agit.

24 Sed quam parum solidè iuxta Doctr. S. Doct in hoc procedat ; & quam insufficienter recurrat pro Reijcit. 1 iusta increpatione peccatoris , dum peccaminosè omittit ; vel comittit actum inordinatum; cuilibet mediocriter instructo clarè apparebit. 1. Quia testim. in quibus S. Doct. asserit *privationem gratiæ, separationem à Deo &c.* Consequi ex peccato actuali; expresè loquuntur de privatione gratiæ habitualis , virtutum infusarum , & similium , ut legenti ipsum constabit in 2. dist. 37. quæst. 3. art. 2. & quæst. 1. de Malo, art. 4. & 1. 2. quæst. 87. art. 2. & alibi, ubi agit de effectibus,& privationibus,quę consequuntur ex peccato. Vide plura adducta à nobis tom. 2. de Constit. peccati habit. dub. 2. & 3. undè otiosum existimo illa transcribere. 2. Admisso quod Deus propter unum peccatum sæpè deneget gratiam efficacem ; & hoc sit de mente D. Thom. undè invenitur dictum in S. Doct. quod hæc gratia efficax est illa , quæ requiritur pro priori ad vitationem talis peccati ? Primum fundari valet in his,quę tradit 1. 2. quæst. 75. art. 4. dicens: *Unum peccatum esse causam alterius indirectè, & per modum removentis prohibens , quatenùs ex illo consequitur subtractio gratiæ , & aliorum , quibus poterat vitare peccatum.* Attamen hoc ipsum convincit illum loqui de subtractione gratiæ, non quæ impedire valet primum peccatum , sed aliud; ad quod præcedit carentia gratiæ, sequuta per accidens , & ut pœna prioris peccati.

25 2. Reijcitur. Subtractio gratiæ efficacis sequuta ad peccatum non est permissio peccati , sed pro priori ad illud debet concedi ad esse permissionem peccati : ergò pro priori ad peccatum debet poni subtractio gratiæ efficacis , quæ si ad esset, impediret peccatum. Sed huius subtractionis nequit assignari, ut causa peccatũ subsequutum,ut de se patet : ergò ante omnem peccatum Deus negat gratiam efficacem necessario requisitam ad vitandum peccatum. En argum. qua ratione imputatur homini, quod omittat actum præceptum ; si ante omnem eius libertatem adest negatio gratiæ connexa cum omissione ? Mai. 1. syllogism. constat 1. Quia permissio peccati antecedit saltim logicè peccatum , & peccatum est quasi causa removens prohibens,ut docet D. Th. ubi supra. 2. Quia decretum permissivum peccati est modo dicto prius peccato : ergò , & ipsa permissio immediatè ex illo proveniens. 3. Quia iuxta M. Par. 3. de Trinit. cap. 4. *Nihil fit immundo , nisi Deo iubente ; aut permittente , ut fiat.* Sed Deus nequit dici permittens peccatum per id,quod supponit iam peccatum commissum à voluntate : ergò subtractio gratiæ efficacis sequuta &c. Urgeo. In signo priori ad voluntatem, ut actu peccantem,adest carentia gratiæ efficacis ad vitandum peccandum ; nàm si adesset gratia efficax,neutiquam peccaret. Nunc rogo : Talis carentia est imputabilis; vel non ? Si primum; assigna modum illam impediendi. Cumque impedire carentiam gratiæ efficacis, sit determinare illius existentiam ; gratia efficax erit à nobis acquisibilis. Si 2. ad quid deservit posse impedire carentiã gratiæ efficacis subsequutam; si aliam subtractionem impedire nequit?

Impugn. 2.

Urgetur.

26 Mai. si forte negetur , prob. 1. Ut voluntas peccet , requiritur, quòd pro priori ad peccatum non sit positivè impedita ad peccandum; sed gratia efficax est impedimentum ad peccandum: ergò requiritur,quod pro priori non sit talis gratia. Sed non esse pro priori talem gratiam est dari illius carentiam: ergò. 2. Iuxta M. P. in Inchir. c. 190. *Nequit voluntas*

Mai. probat. 1.

Secundò

peccã

peccare, nisi Deo finente illam, ut peccet. Sed Deum finere voluntatem est non impedire illam, ut peccet: ergò ut voluntas peccet, Deus illam non impedit pro priori ad peccatum. Sed impedimentum ad peccandum supposita libertate, & præcepto actus, est gratia efficax donans actum: ergò ut voluntas peccet, præcedit pro priori carentia gratiæ efficacis. Nec valet si dicas. Pro priori ad peccatum solum intelliguntur ea, quæ sunt causa peccati; cum signum prioritatis sit signum causalitatis, sed negatio gratiæ efficacis non est causa peccati, ut est certum; cum sit à Deo: ergò non intelligitur &c. Non, inquam, valet. Quia sufficit esse requisitam ad peccatum; estò non influat in illud; adhoc ut in illo priori adæquatè sumpto præcedat. Patet hoc in Nauta non gubernāte Navem, ad cuius gubernium non tenetur; siquidem ad illius sumersionem præcedit defectus gubernationis; esto illa non sit ei imputabilis, quia non tenetur.

Si instes.

Respond.

Hoc exépl. utit ur S.D 1.2. q.79.a.1

27

3 Impugnat.

3. Reijcitur. Nequit voluntas elicere actum peccati; in quantum actio, & entitas physica est, nisi à Deo physicè præmoveatur; ut cum communi Thom. sensu tuetur præf. M. sed hoc ipso pro priori ad actum peccati datur in voluntate subtractio gratiæ efficacis ad vitationē peccati: ergò. Min. probat. 1. In signo, in quo datur aliquid inconiungibile cum gratia efficaci ad vitationem peccati datur Illius carentia, sive exclusio. Sed præmotio ad entitatem peccati est incomposibilis cum gratia efficaci ad actum vitantem peccatum, ut est certum: ergò. 2. In illo priori in quo Deus præmovet voluntatem ad actum peccari, fuit potens donare pro illo gratiam efficacem, ut postmodum eliceret actum adimpletivum præcepti; cum potuerit facere, ut non peccaret: ergò dum non donat talem gratiam pro illo priori; adest in voluntate exclusio gratiæ efficacis à Deo proveniens, & liberè introducta; nec à volunt: creata impedibilis. Sed hoc non obstante iustè increpatur, & prave agit: ergò ad nihilum deservit subtractio gratiæ sequuta ad peccatum.

Dices. Semel quod subtractio gratiæ efficacis consequatur ad peccatum, verificatur illam esse ei voluntariam saltim indirectè, & per accidens; & insuper esse ab homine impedibilem; sed impedibilitas voluntaria gratiæ multum conducit ad increpationem iustam peccatoris: ergò. Maior constat: Nàm qui potest impedire actum peccati, ad quem consequitur defectus gratiæ, potest illum voluntarie impedire; sed homo peccans est potens elicere actum honestum, per quem impediret actum pravum: ergò. Respond. 1. Subtractionem gratiæ efficacis taliter debere poni in peccante, ut non destruat Deo munus permissoris peccati; ita ut creatura non peccet, nisi Deo permittente; & simul potente pro suo libito facere, ut benè operetur; ut constat ex Author. M. P. & rationibus supra adductis. Per subtractionem gratiæ sequutæ ad peccatum non permittit Deus voluntatem peccare; sed potius punit illam quia peccavit, ut fatetur Adversar. Rursùs. Si solum post peccatum Deus aufert gratiam efficacem; & pro priori ad peccatum Deus non aufert, aut negat gratiam efficacem, nihil Deus agit in illo priori; cum nec auxilietur efficaciter, ut non peccet, nec gratiam efficacem neget. Undè in illo dormitat Deus, & erit quasi spectator peccati; ut post illud deneget gratiam. Rogo, insuper, ubi, aut, in quo medio cognoscit Deus, quod voluntas peccabit? Iuxta hanc opinionem est dicendū quod hoc cognoscet in decreto negandi gratiam, sed negatione pro posteriori ad illud. Ad instant. in forma Respond. 2. disting. mai. & verificatur talem subtractionem esse permissionem peccati, neg. mai. Esse pœnam saltim committantem peccatum, conc. mai. Difficultas stat in primo: scilicèt, qualiter enim homo peccat; si permissio peccati est ab illo in impedibilis, & connexa logicè à priori cum illo.

28

Instabis.

Resp. 1.

Resp. 2.

Nec omitti debent aliqua, quæ prædictus Mag. ibi miscet. Ait enim primo iustè imputari homini, quod

29

Aliud asſert. eiuſdem M. quod Deus deneget gratiam efficacem; quia ad eam habendam negligenter ſe præparat. Quod probat ex S. Doct. in 1. diſt. 40. quæſt. 4. art. 4. dicente: *Bonum eſt, ut homo careat gratia, ſi eam habere non vult; vel ſi ad eam habendam negligenter ſe præparet: & hoc modo eſt volitum à Deo.* Quam Doctr. tradit. quæſt. 24. de Veritat. art. 14. ad 2. ex quo teſt. infert M. relatus. Ergò nulli iuſta conquærendi cauſa eſſe poteſt, ſi gratia Dei denegetur; cum eam denegandi cauſa æquiſsima Deo ſupettat, ſi nolit eam accipere, vel ad eam habendam negligenter ſe præparet. Ait 2. Quod cum nemo ſit, qui ſe huiuſmodi negligentijs, & culpis venialibus, immerſum non perſentiat. Cum de his dictum ſit: *Septies in die cadit iuſtus.* Ut quid neceſſe eſt aliam cauſam privationis gratiæ inquirere. Sed hęc deficiunt multiplici ex cap. 1. quia ponit univerſaliter loquendo requiri aliquam præparationem, ut voluntas recipiat de Deo auxilium efficax, per quod moveatur ad bonum; oppoſitum enim tradit D. Thom. num. 44. dubio antecedenti relatus. Et ratio id ipſum convincit; cum ſit certum omnem diſpoſitionem per actum poſitivum honeſtum v. g. deſiderij, fidei, & orationis eſſe donum Dei, & à gratia prævenienti ipſius proveniens. Sic Magn. Par. ſæpè epiſt. 105. ac per hoc deſiderare auxilium gratiam initium gratiæ eſt iuxta illud: *Et dixi nunc cepi hæc mutatio dexteræ excelſi.* Et S. Fulgent. de Verit. & Prædeſt. cap. 4. *Non poſſumus petere, niſi Deus in nobis operetur, & velle.* Et ad Theodor. cap. 7. *Ipſa gratia incipit infundi, ut incipiat poſci.* De quo in Concil. Arauſic. Canon 6. ubi definitur: *Siquis ſine gratia Dei credentibus, volentibus, deſiderantibus &c. Miſericordiam dicit conferri: Non autem divinitus, ut credamus, velimus & c. per infuſionem, & inſpirationem Sancti Spiritus in nobis fieri confitetur; reſiſtit Apoſt. &c.* Et Rursùs, cap. 2. *Siquis invocatione humana gratiam Dei dicit poſſe conferri, non autem ipſam gratiam facit, ut invocetur à nobis; contradicit Apoſtolo &c.* Ex quibus convincitur nullam

Alterum.

Impug. 1.

dari in nobis præparationem ad auxilium Dei moventis voluntatem ad rectum uſum gratiæ, ſed potius quamcumque præparationem in actibus recenſitis contentam eſſe effectum gratiæ Dei prævenientis.

Hinc loquendo de primo peccato Adami, & Angelorum, & cuiuſvis hominis iuſtificati paulo poſt adeptionem iuſtitiæ peccantis; apparet doctrinam traditam à prædicto Mag. nihil proficere. Siquidem ſi in ſubiectis relatis præceſit aliqua negligentia præparationis ad gratiam efficacem, qua vitarent peccatum, certè tenebantur ſe præparare ad illam. Nunc rogo; vel præparatione habita ex vi gratiæ Dei prævenientis, & moventis eorum voluntatem; vel ſine prævention talis gratię? Secundum nequit dici, cum ſit oppoſitum teſtim: adductis ex SS. PP. & Conc. Primum autem probat contra arguentem; cum ad negligentiam, ſive omiſsionem præparationis, præceſſerit ex parte Dei non conferre eis gratiam efficacem, ut illa mediante ſe præpararent, ut probatum relinquimus in antec. Et rursùs quia alias prius eſſet hominem omittere ſe præparare ad grat. effic. quam quod Deus non donaret gratiam: ergò prius erit hominem peccare, quam quod Deus ei permittat peccatum. Eiſdem motivis oſtenditur prorſus inefficax recurſus ad peccata venialia. Tùm quia hæc locum non habuerunt in Adamo, & Angelis ante primũ peccatum. Tùm quia eſtò in pœnam illorum Deus denegare poſsit gratiam efficacem ad vitationem ſequentis peccati; non tamen hæc denegatio poteſt eſſe aliquo modo prior ipſis venialibus. Si ergò ſalvatur libertas in primo peccato veniali, quin acquiſitio gratiæ, aut impeditio denegationis illius, ſit in poteſtate arbitrij; cur non idem dicendum relatè ad alia peccata? Vide dicta dub. antecedent. num. 6. & 7. Hinc: Eſtò homo per actus elicitos ex gratia efficaci ſe præparet ad gratiam efficacem pro alijs; denegatio gratiæ ad actus priores non eſt ab homine impedibilis.

30

Secundo.

2. Dicta impugn.

Conſequenter adhæc reiicien-

31

Alter recursus impugnat.

ciendus venit alter modus ponendi impedibilitatem gratiæ efficacis; ut ex hoc salvetur libertas in omissione actus præcepti. Cum enim sit in potestate liberi arbitrij orare Deum, ut ipsi conferat gratiam efficacem, ut non peccet, sive ut positivè adimpleat præceptum; & Deus semper exaudiat orationem eorum, quæ ad vitam æternam consequendam sunt necessaria (de quo plura apud Scriptur: & SS.PP.) in potestate arbitrij est etiam gratiam illam efficacissimam, & triumphatricem orando impetrare. Sic Cardin. Sfrondatus, & Emin. Aguirre relati ab Illust. Castell disp. 2. quæst. 6. section. 10. numer. 734. & 750. Reijcitur, inquam: Nam cum iuxta superius dicta, ut homo oret cum conditionibus requisitis, & ideo exaudiatur à Deo; prærequiratur gratia efficax, per quam operetur in illo, ut oret, velit, & desideret gratiam efficacem; ex hoc convincitur, quod dum homo omittit sic orare Deum, & caret gratia efficaci ad adimplenda eius præcepta; Deus non confert ipsi prædictam gratiam. Hæc autem non donatio nequit supponere omissionem alter. orationis. Undè sequitur non esse in potestate arbitrij acquirere, aut impetrare gratiam efficacem ad 1. orandum. Omnis enim nostra oratio, & recta operatio incipit à Deo. Si ergò componitur libertas orationis, quin homo possit impetrare gratiam efficacem ad sic orandum; & omissio orationis est ipsi imputabilis, quin denegatio gratiæ efficacis adorandum, ex qua logicè sequitur omissio orationis, sit impedibilis; stare poterit libertas rectæ operationis, & imputabilitas pravæ, quin acquirere possit talem gratiam aut eam impedire.

Format. impugn.

De cond. orat. S.D. 2. 2. q. 83. art. 15.

§. IV.

Exponitur sententia Mag. Lemos circa impedibilitatem gratiæ efficacis.

32 SApientissimus Mag. lib. 4. part. 2. tract. 3. cap. 6. asserit causam, quare Deus negat hominis auxilium efficax ad rectè agendum, esse aliqualem defectum, vel resistentiam gratiæ sufficienti, & Dei vocationi præstitam. Ut autem hoc explicet, notat ex D. Thom. quæst. 3. de Malo, art. 2.* quod quando mobile se habet in recto ordine, & debita dispositione ad recipiendam motionem moventis; tunc ex illa sequitur actio perfecta; si autem in tali ordine, & dispositione non inveniatur, consequitur actio imperfecta; ita tamen ut quidquid tunc perfectionis, & actualis in ea est, attribuatur motioni moventis; quidquid vero in ordinationis, & imperfectionis, attribuatur ipsi mobili. Exemplum habetur manifestè in germinatione plantæ debilis per ordinem ad motum Cœli in se perfectum, & quantum est ex se producentem germinationem undè quaque perfectam. * Deindè notat huiusmodi ordinem, & dispositionem requisitam in homine, ut gratiam efficaciter moventem ad bonum recipiat, esse pręviam actualem attentionem, & considerationem ad regulam rationis. Hoc videre est in Div. Thom. quæst. 1. de Malo, art. 3. & 1. p. quæst. 49. art. 1. & 1. 2. quæst. 75. art. 1. & 3. contra Gent. cap. 10. in fine. Nàm quemadmodum causa actus boni est voluntas cum attentione ad regulam rationis procedens ad operandum; ita causa pravæ operationis est voluntas non adhibita actuali attentione eiusdem Regulæ. Sufficiat pronunc sequentia ex 1. 2. *Voluntas carens directione regulæ rationis, & legis Divinæ, causat actum peccati per se, & inordinationem actus per accidens.* Hic autem defectus actualis attentionis, esto sit voluntarius, & prævius ad actum voluntatis, non est tamen malus moraliter; usque dum à voluntate acceptatur progrediendo ad operationem; quod luculenter explicat ipse Ang. Mag. locis relatis.

Notat. 1.

Secundo.

Ex his prænotatis ut certis apud D. Thom. progreditur prædictus Mag. ad designandam causam, cur Angelis v.g. Deus non pręstitit auxilium efficax ad actum bonum urgentem pro 2. instanti. Illi enim nimium attendentes, & amantes pulchritudi-

33 Explicat. & fundatur.

dinem suam se averterunt ab actuali considerationc Divinæ regulæ, & à contemplatione excellentiæ divinæ, ut docet S.Doct. 3. contra Gent. cap. 110. per hæc verba: *In Angelis contingit peccatum, non quia error fuerit in intellectu; sed non considerando bonum superius, ad quod bonum proprium referēdum erat. Cuiusquidem non considerationis ratio potuit esse voluntas in bonum proprium intense conversa.* Videatur ibi Ferrar: omnia ferè prænotata clarè confirmans. En ubi præextitit in Angelis aliquid impediens gratiam efficacem moventem voluntatem ad actum præceptum; videlicèt defectus voluntarius actualis attentionis ad regulam rationis, & ad Bonum Divinum. Voluntarius quidem, quia potuerunt considerare; & defectus impediens; utpotè inconiungibilis cum gratia efficaci ad actum bonum. Nec inferas talem defectum fuisse in illo signo peccatum. Non, inquam, inferas; quia esto voluntarius, non erat consideratio debita absolutè, sed solum conditionatè, si, scilicèt, procederet ad operandum, de quo alibi. * Ex his ergò videtur deduci in Angelis causam fuisse, ut à Deo auxilium efficax non receperint; scilicèt, defectum actualis attentionis; qui potest dici aliqualis resistentia gratiæ sufficienti, per quam erant potentes ad actu considerare.

Cuidam instant. occurrit.

* Sic S.D.q de Malo ad 13.

Sed ut hæc magis percipiantur, advertendum ulterius; duplex auxilium fuisse necessarium Angelis (idem de Adamo) ut actum existentem sub præcepto observarent: scilicèt, auxilium efficax ad actualem practicam considerationem regulæ rectæ rationis, & auxilium determinans voluntatem, ut per actum liberum sequeretur ductum rationis. Ratio est: Nam hæc auxilia intrinsecè adhærent potentijs realiter distinctis. Tùm quia dantur ad actus adæquatè distinctos, scilicèt, *rectè cogitare*; & ea, quæ rectè consideramus, *diligere*. Rursùs notandum auxilium gratiæ simpliciter, & cum omni proprietate efficax dictum, esse auxilium secundum, per quod cognita diligimus. Etenim parum nobis interest, videre quę agenda sunt, si ea quæ cognoscimus agenda, non operamur. Tùm quia rectitudo moralis, & meritum, non in actuali attentione ad regulam rationis; sed in subiectione voluntatis per suum velle consistit.

34

Quod nã auxil. sit impedibile.

Hinc colliges, quod sicuti Deus gratiosè Angelis perseverantibus duo donavit: ita Angelis desertoribus duo non concesit. Illis enim donavit auxilium efficax movens eorum intellectum ut in actuali consideratione Dei, & regulæ rationis, quam dederat ipsis pro primo instanti, permanerent; utpotè Magnum bonum iuxta illud: *Intellectum da mihi, & vivam.* Rursùs dedit auxilium gratiæ determinans intrinsecè voluntatem, ut sequendo ductum rectæ rationis elicerent actum dilect. per quam se, & omnia sua ordinarent in Deum. Hoc secundum fuit præcipuū, & per quod Deus operatus est in eis benè velle, & in bono perseverare. Ex quo pariter colliges quod Angelis desertoribus Deus negavit primo auxilium efficax ad actualem attentionem regulæ rationis; secundo auxilium gratiæ determinans eorum voluntatem ad amorem sui cum subordinatione ad Deum, ut finem ultimum. Ratio est: Nam negationes distinguntur pènes formas; cum ergò iuxta immed. dicta auxiliū pro actuali attentione, & pro recta operatione sit diversum; pariter dicendum de defectu utriusque auxilij. Cumque omnia sub Dei providentia cadere valeant, fit manifestum utrumque fuisse eis à Deo non concessum; ita idem M. ubi supra cap. 12. num. 152.

35

Illatio ex dictis.

Psal. 118.

Ex qua Doctr. constat 1. Quod esto secundum auxilium à Deo non fuerit concessum ob defectum voluntarium actualis attentionis; secùs tamen primum auxilium efficax, scilicèt, auxilium, per quod eorum intellectus continuaret actualem attentionem ad regulam rationis, & bonum divinum. Undè solum infertur eos voluntarie apostuisse impedimentum prædicto auxilio; non tamen omni auxilio requisito ad rectam operationem. Similiter dicendum

36

Prob eius insufficientia 1.

dum iuxta eundem Mag. de potestate illud acquirendi saltim indirectè; si namque actu considerassent attendendo ad regulam rationis, quod fuit eis possibile iuxta D. Thom. Deus donasset auxilium efficax movens immediatè eorum voluntatem ad benè velle. Nunc sic arguo. Sicut voluntas nequit rectè velle, nisi Deus eam præveniat per gratiam donantem, ut benè velit; sic nequit benè velle, nisi Deus illam præveniat per auxilium efficax, ut rectè cogitet, & actù attendat ad regulam rationis. * Utrumque enim est donum Dei, & scire quid agere debeamus; & diligere, ut faciamus. * Ita Milev. cap. 4. & Arausic. cap. 8. *Divini muneris est, cum rectè cogitamus, & pedes nostros à falsitate, & in iustitia tenemus.* Hinc orat Ecclesia: *Largire nobis spiritum cogitandi, quæ recta sunt, propitius, & agendi.*

37 Nunc rogo. Quænam causa præcessit in Angelis, ut Deus non continuaret in eis auxilium efficacem ad rectè cogitandum? Similiter rogo: Quænam causa præcedit, ut homini post cognitionem præcepti, & rationum moventium, & retrahentium ab elicientia actus præcepti, Deus non donet auxilium efficax, ut rectè practicè consideret, ut ex tali consideratione voluntas rectè operetur? Profecto nulla. Tùm quia talis causa, utpotè impedibilis à Deo per auxilium efficax; supponit pro priori in Deo non collationem talis auxilij: undè non vitaretur processus ferè in infinitum. Tùm quia ut docet S. D. quæst. 1. de Malo, art. 3. *Huius autem, quod est uti, vel non uti regula rationis*, (& idem de considerare, & non considerare) non oportet aliquam causam *quærere, sed sufficit libertas voluntatis.* Si ergò stat imputabilitas in omissione actus, absque eo, quod homo, aut Angelus impediat auxilium efficax ad rectè cogitand: idem dicend: estò non impediat aux: movens voluntatem, ut benè velit. 2. Si Deus gratuito, & à se ipso confert alicui auxilium efficax ad rectè cogitandum, & actu attendere ad regulam rationis; discernit illum ab eo, cui non confert tale auxilium; sed Deum discernere est donare uni, quod alteri non donat iuxta M. Par. * ergò à Deo donante pro priori provenit, quod homo habeat tale auxilium; & ab ipso non donante pro eodem priori, carentia talis auxilij. Sed carentia debitæ considerationis, & attentionis sequitur à priori logicè ex defectu prædicti auxilij: ergò illa à fortiori sequitur à priori logicè à Deo non donante pro priori auxil: ergò prædicta carentia nequit impedire auxilium efficax ad rectè cogitandum.

* De Prœd. SS. cap. 2.

Sufficiant dicta. Ut autem omnis alius recursus excogit: impugnetur, & probetur illum relinquere integram difficultatem pro imputabilitate omissionis actus præcepti; formo sequentem discursum. Omnis defectus voluntarius, ob quem Deus non conferat gratiam efficacem ad actum adimpletivum præcepti, est à priori liberè impedibilis à Deo, quia est Omnipotens, Supremus Dominus, & qui sanare valet omnes infirmitates, & debilitates nostras. Et item: Quia nihil contingens potest subterfugere eius providentiam, vel approbationis, vel concessionis, sive permissionis. * Hinc sequitur quod existentia talis defectus à volunt: supponit Deum liberè non impedientem pro priori illum. Ergò talis defectus supponit pro priori, sequiturquè infallibiliter (iuxta modū, quo cadere valet sub Dei providentia) ad exercitium Deo prorsus liberum, quo omittit auxilium efficax ad illius vitationem: ergò voluntas creata impotens aliquo modo tale exercitium impedire, est impotens impedire carentiam auxilij efficacis, quo voluntas creata vitare valet prædictum defectum. Hæc mihi certa videntur. Nunc arguo. Stat libertas in voluntate circa existentiam talis defectus, ob quem Deus negat auxilium ad adimpletionem præcepti, absque potestate impediendi exercicium Dei, & non concessionem auxilij efficacis requisitæ ad illius vitationem: proindequè sine tali potestate stat iusta increpatio in omissione: ergò estò voluntas nequeat impedire gratiam efficacem immediatè donantem adimpletionem

* Sic S. D. q. 5. de Verit. art. 4.

38 Omnis alius recursus generaliter reiicitur.

Proseq: impugn:

Secundo.

nem præcepti, ſtat libertas, & imputabilitas omiſsionis.

§. VI.

Solvuntur argum. ab Author.

39

§. Argum

Obijcies 1. ex D. Anſelmo, lib. de Caſu diaboli cap. 3. in fine ubi aſſerit, *quod licèt Angelus bonus acceperit à Deo perſeverantiam bonæ voluntatis, quia eum dedit: Angelus tamen malus non ideo non habuit, aut non accepit, quia Deus non dedit; ſed potius* (nota) *ideo Deus non dedit, quia ille volendo, quod non debuit, bonam voluntatem deſervit*: ergò diabolus per peccatum impedivit gratiam efficacem, per quam Deus operaretur in illo perſeverantem in bono voluntatem. Reſpond. Illuſt. Caſtell Anſelmum loqui de voluntate perſeverandi, quam Diabolus habuit in primo inſtanti, & in ſecundo deſervit; ſponteque dimiſsit volendo, quod non debuit. De hac enim voluntate prius donata, utpotè nobis libera, poteſt verificari Deum ipſam ulterius non donare nobis, quia nos volumus eam deſſerere; ſecùs autem de gratia efficaci, quæ non eſt nobis libera, nec eſt priùs à Deo donata. Sed contra eſt. Licèt mala voluntas ſuccedens bonæ voluntati, excludat hùius perſeverantiam, non tamen gratiam efficacem donantem perſeverantiam: ergò mala voluntas nequit eſſe cauſa, ut Deus neget talem gratiam, ſive ut non donet ulterius perſeverantiam, quod aſſerit Anſelmus. Anteced. in quo eſt diffic. probat. Deum permittere malam voluntatem excludentem perſeverantiam in bono, eſt Deum negare gratiam efficacem ad perſevetandum in bona voluntate: Non enim poſſunt ibi intervenire duo decreta; unum permittens malam voluntatem deſtructivam perſeverantiæ in bono, alterum decernens negare gratiam ad perſeverandum: quemadmodum decretum introducendi formam ignis deſtruentem formam aquæ, non difert à decreto deſtructivo prædictæ formæ: ergò cum mala voluntas ſuccedens bonæ non ſit cauſa permiſsionis ſui, nequit eſſe cauſa negationis gratiæ efficacis ad perſeverandum in bona voluntate.

Quædam ſolut.

Impugn.

Hac ſolutione in ſua probabilitate relicta: aliter Reſpond. ſequendo intelligentiam Div. Thom. quam præbet teſtim. Anſelmi 1. 2. quæſt. 112. art. 3. in 2. argum. per hæc verba: *Iuxta Anſelmum iſta eſt cauſa, quare Deus non conceſsit Diabolo gratiam, quia ipſi non voluit accipere, nec paratus fuit.* Ex quibus conſtat, quod nomine *perſeverantis voluntatis*, de qua Anſ. intelligitur à S. D. *Gratia operans* talem perſeverantiam in bono. Cumque D. Th. in prædicto art. expreſſe loquatur de gratia habituali, quæ datur à Deo ſe præparanti ad illam; dum aſſerit * Deum non conceſsiſſe diabolo gratiam per quam *perſeveraret*, quia ipſe non voluit illam accipere, *loquitur de gratia habituali. Deindè maximè notandum gratiam habitualem, ſicuti quoad primum ſui eſſe fuit dependens diſpoſitivè à bona voluntate Angeli, ita fuiſſe dependentē quoad ſui continuationem à continuatione eiuſdem bonæ voluntatis cum mutua cauſalitate inter utrumque. Ex quo apparet, quod diabolus deſſerendo bonam voluntatem per malam, impediuit id, à quo in conſervari tanquam à diſpoſitione dependebat continuatio eiuſdem gratiæ habitualis. Undè licet mala voluntas in diabolo non impediverit gratiam efficacem requiſitam pro bona voluntate, benè tamen continuationem gratiæ habitualis, de qua loquitur S. Anſelm.

40

Verior ſolut.

Obijcies 2. Ex D. Thom. q. 3. de Malo, art. 2. Ubi, ut explicet qualiter Deus ſit cauſa movens ad entitatem peccati, & non ad illius malitiam, hanc tradit doctrinam: *Scilicèt, quod quando mobile eſt in debita diſpoſitione ad recipiendum motionem primi moventis, tunc conſequitur actio perfecta 2. illius intentionem. Si autem non ſit in debita diſpoſitione, & aptitud. ſequitur actio imperfecta. Et tunc id, quod eſt ibi actionis, reducitur in primum movens ſicut in cauſam; non autem quod eſt ibi de defectu.* Quod explicat *exemplo claudicationis tibiæ,*

41

Obijc. teſtim. S. D.

Primum;

&

& germinationis plantæ debilis, quæ non sunt indebita dispositione ad recipiendam motionem virtutis motivæ, & solis. Ex quibus infert: *Quod si voluntas creata se habeat in debita dispositione ad Deum, consequetur ex illius motione actio perfecta: si vero non sit in debita dispositione, sequetur actio inordinata: ita tamen, ut quod est in ea entitatis, reducatur in Deum, ut in causam, non vero, quod est inordinationis, & defectus.* Ex quibus constat motionem Dei (quæ in ordine ad actus supernos dicitur gratia efficax) prærequirere in nostra voluntate aliquam dispositionem, per quam se habeat in debito ordine ad Deum, ut 1. motorem. Sed omnis forma, quæ requirit ad sui existentiã præviam dispositionem, est impedibilis ab impediente prædictam dispositionem: ergò &c.

41 Idem prob. ex ipso Sanct. Doct. in 1. dist. 40. quæst. 4. art. 2. in quo docet: *Prius esse quod homo nolit* Secundũ. *accipere gratiam, quam quod Deus eam illi non infundat.* Quod sic probat: *Quia, scilicet, hominem carere gratia non habet rationem boni, nisi præsupposito, quod homo nolit eam accipere: tunc enim habet rationem iusti: patet ergò, quod homo est prima causa defectus gratiæ.* Si dicas D. Thom. loqui de negatione gratiæ habitualis. Hoc inquam omisso, ratio D. Thom. æquè probat de negatione gratię efficacis: siquidem eius carentia secundum se non habet ullam rationem boni; vel si illam habet; cur non idem dicendum de carentia gra- Tertium. tiæ habitualis? 3. in 4. dist. 17. quæst. 1. art. 1. hæc habet: *Vocatio quædam interior est, & hæc quandoque non pertingit ad finem suum ex defectu vocati, quandoque autem pertingit &c.* ergò quod vocatio interior, quæ est moralis, non extorqueat à voluntate consensum salutarem, provenit ex aliquo defectu vocati. Sed hic defectus nequit esse nisi aliquis dissensus, vel resistentia præstita vocationi: ergò per illam homo impedit, nè vocatio moralis reddatur efficax.

Eandem doctr. tradit 1.2.q.112. 42 a. 3. ad 2. dicens: *Defectus gratiæ* 1. *causa est ex nobis; sed collationis gratiæ* Quartum 1. *causa est ex Deo,* iuxta illud Oseæ 3. *Perditio tua ex te Israel, tantum modo ex me auxilium tuum.* Quod autem S. D. loquatur de gratia auxiliante, & non præcisse de gratia habituali, probatur sic: Nam ita attribuit defectum gratiæ homini, ut 1. causæ, sicuti attribuit Deo gratiæ collationem; atqui Deus est 1. causa collationis omnis gratię: ergò, & homo est causa omnis defectus gratiæ. Id ipsum colligitur ex S. D. super cap. 6. Ioann. lect. 5. ubi loquens de tractione hominum ad Deum per gratiam efficacem, & inquirens; Cur Pater non trahat omnes ad Christ? Resp. hoc *non contingere propter defectũ Dei elevantis, sed propter defectũ eius, qui non trahitur:* ergò &c. 5. Ad illud Apoc. 3. *Ecce esto ad ostiũ, & pulso &c.* hæc habet S. D. *Deus postquam pulsat sua gratia excitante, expectat, ut aperiatur sibi.* Sed si omnis apertio cordis nostri subsequeretur ad Quintum gratiam efficacem, frustra Deus post gratiam excitantem, expectaret apertionem cordis nostri; cum nemo prudenter expectet ab alio, quod per prius ab ipso donandum est, ut fiat: ergò aliqua apertio cordis nostri consistens in non resistentia vocationis Dei est, quam Deus expectat, ut det nobis gratiam efficacem, per quam intret in anima ad cęnandũ cum illa.

1. Testim. in efficaciter adducitur contra nostram conclusionem. Pro quo supponendum est; esse expressam doctrinam D. Th. tùm q. 1. de Malo, art. 3. tùm 1. p. q. 49. art. 1. & 2. tùm 43 1.2. q. 75. art. 1. tùm 3. contra Gent. c. 10. & alibi malum culpæ non provenire à voluntate, nisi præintelligatur Ad 1. test. in ipsa defectus actualis attentionis, & subiectionis ad regulam rationis; & similiter in intellectu defectus rectæ De hoc tom. 2. considerationis. Hic autem defectus dub. 5. §. iuxta ipsum S. D. in illo priori non habet rationem culpæ, aut pœnę, sed est pura negatio; cum voluntas non peccet in eo, quod actu non attendit ad regulam rationis, sed ex eo, quod sine actuali attentione procedit ad operandum. Unde Ang. M. 1.2. q. 75. a. 1. sic describit causam peccati: *Voluntas carens directione regulæ rationis, & legis divinæ intendens aliquod bonum commutabile*, & in solut. ad 3. Hoc, *quod est non adhibere regulam rationis, vel legis divinæ, non habet rationem mali, nec*

pœnæ, nec culpæ, antequam voluntas applicetur ad actum. Unde secundum hoc causa primi peccati non est aliquod malum, sed bonum aliquod cum absentia alterius boni. Idem docet q. 16. de Malo a. 2. ad 7. loquens de peccato Angeli.

45 Ex hac doctrina alibi à nostris firmiter propugnata, clarè constat quid intelligat Sanct. Doct. nomine *indebitæ dispositionis* ad recipiendam motionem Dei: profectò nihil aliud nisi ex parte intellectus defectum rectæ considerationis regulæ rationis, & ex parte voluntatis defectum actualis attentionis ad ipsam, cum quo procedit ad operandum. Hoc igitur defectu præcedenti ex parte voluntatis Deus ut motor universalis movet illam ad actum peccati; ideòque quamvis quidquid entitatis, & actualitatis invenitur in illo, reducatur in Deum, ut in causam; quod autem ibi est de defectu, reducitur in voluntatem propter indebitam dispositionem iam explicatam; vi cuius non operatur solum ut principium activum, sed etiam defectivum, & ineptum, ut à Deo moveatur in bonum. Huiusmodi autem indispositio ad recipiendam Dei motionem circa bonum morale longè differt à consensu negativo, vel non resistentia vocationi morali, quam opinio contraria ponit immediatè in voluntate pro priori ad omnem actum positivum, sive bonum, sive malum. Si inquiras; qua de causa Deus deneget gratiam efficacem, ut instante præcepto, intellectus actu rectè non consideret, & voluntas actu non attendat ad regulam rationis, uti contigit in Adamo, & Angelis? Resp. Causam huius esse libitum Dei; cuius iudicia sunt inscrutabilia, *qui cuius vult miseretur, & quem vult, indurat.* Vel dicendum huiusmodi negationem inniti suavitati divinæ providentiæ, ad quam spectat permittere defectum aliquem in creaturis defectibilibus suæ providentiæ subiectis.

Proseq. solutio.

Cuidam interrog. fit satis.

46 Ad 2. testim. Resp. D. Thom. ibi expressè loqui de carentia gratiæ habitualis. Cum enim quæreret: *An Deus sit causa obdurationis?* Respond.

Ad 2.

Quod obduratio aliquando sumitur pro actu voluntatis pertinaciter adhærentis malo, & huius Deus causa non est: quandoque vero sumitur pro privatione gratiæ, in quantum gratia est lumen, & perfectio habilitans animam ad bonum. Post quæ subdit: *Causa autem, quare Deus non vult infundere gratiam, est, quia homo non vult eam accipere: iustum enim est non infundere gratiam ei, qui non vult illam accipere; vel ad eam negligenter se præparat.* Ex quibus constat nomine gratiæ intelligere gratiam, quæ est lumen, & perfectio habitualis animæ, & ad cuius receptionem homo se præparat; quæ absdubiò est gratia habitualis. Eandem doctr. tradit 1. 2. q. 79. a. 3. ubi expressè loqui de privatione gratiæ habitualis, & donorum Spir. S.

47 Sed dices. Si carentia gratiæ habitualis non est secundum se amabilis à Deo, nisi supposito peccato, propter quod habet rationem iustæ pœnæ; cur non idem dicendum de carentia gratiæ efficacis? Unde etsi D. Th. ibi de hac non loquatur; ratio ab ipso adducta de utraque carentia efficaciter concludit. Insto argum. In negatione vocationis congruæ ad 1. actum liberum, pro qua iuxta opinionem contrariam nulla causa potest assignari ex parte hominis. Si igitur talis carentia est amabilis à Deo; cur non erit carentia gratiæ efficacis? Deindè Resp. Gratiam habitualem, & esse formam perfectam requirentem ad sui receptionem dispositionem lib. arb. & insuper esse à Deo promissam omni homini se præparanti ad illam; quapropter vi suæ perfectionis, & vi promissionis divinæ nequit negari à Deo, nisi per defectum culpabilem præparationis liber. arb. Gratia autem efficax ad velle liberum non requirit aliquam dispositionem, quæ sit exercitium liberum voluntatis: cum potius iuxta D. Th. 1. 2. q. 112. a. 2. in corp. omnis recta dispositio originem trahit ex illa: ideòque non prærequirit aliquem defectum culpabilem in voluntate, ut à Deo negetur. Quod si inquiras: Quodnam motivum appareat ex parte negationis gratiæ efficacis in iustis, ut possit à Deo decerni? Resp. Quod cum talis negatio sit permissio peccati; omnia

Replicab

Instat. 1.

Respond.

nia motiva, quæ impellunt Deum ad permittendum peccatum, se habēt ut motiva ad denegationem gratiæ efficacis ex qua sequitur. Motivum autem præcipuum, & nobis magis notum, est supremum dominium, quo Deus gaudet supra omnia dona; suæ gratiæ; & insuper ostensio suavitatis suæ providentiæ permittentis defectum in his, quæ ipsi subduntur, ut in simili asserit S. Doct. 1. p. q. 23. art. 3. loquens de reprobatione aliquorum. Et etiam, ut ostendat se esse qui primo discernit; dùm quod uni libere donat, denegat alteri.

48 Ad tertiū

Ad 3. Respond. ex illo nihil concludi. Aliud enim est homini imputari non existentiam actus, ad quem vocatur à Deo; aliud ipsi debere imputari, quod careat gratia efficaci. Primum concedimus: quia scienti bonum facere, & non facienti peccatum est illi.* 2. Vero negamus; cum existentia talis gratiæ non sit in nostra libertate eo, quod est speciale donum Dei. Nec ex tali negatione infertur provenire à Deo, quod vocatio, quandoquè non pertingat ad suum finem. Siquidem Deus non tenetur illam conferre, sed solum gratiam sufficientem ad rectè operandum.* Tunc autem id, quod sequitur ad defectum actionis, attribuitur alicui agenti ex eo, quod non agat, quando est potens, & debet agere. Si enim gubernator non posset Navem dirigere, vel non esset ei commissa gubernatio Navis, tunc submersio Navis non imputaretur ei. Quia igitur Deus post sufficientiam ad rectè agendum non tenetur dare homini auxilium efficax, ut rectè operetur, ideò non ex defectu Dei, sed vocati, provenit non existentia actus, ob quē dispensatut vocatio sufficiens.* Tota Doctr. est D. Th. 1. 2. q. 6. art. 6. & q. 79. a. 1. Nec, ut ex defectu vocati quoad sufficienti proveniat non existentia actus, sive quod prædicta vocatio non pertingat ad finem, necesse est, ut ex defectu vocati proveniat non esse gratiæ efficacis. Quia esto non existentia gratiæ efficacis prærequiratur ad non existentiā actus, stat 1. non imputari homini, benè vero 2. Ut enim edocet M. P. lib. 3. de lib. arb. c. 16. *Nemo reus efficitur ex eo, quod non accipit, sed ex quo non facit, quod debet, iustè reus est. Debet autem si accepit liberam voluntatem, & sufficientissimam facultatem.* Quare, nisi probetur hominem inculpabilitet carentem auxilio efficaci non gaudere voluntate libera, & sufficientia ad rectè operandum, non probatur dependentia gratiæ efficacis quoad sui existentiam à nostra voluntate.

Nota

49 Ad 4.

Ad 4. Quod sæpissimè adducitur contra nostram sententiam Respond. 1. illud retorquendo contra aliorum opinionem. Siquidem vocatio moralis, ut congrua, est verum auxilium, & gratia specialis; & tamen negatio illius, quæ prævisa fuit, ut congrua in Adamo, & Angelis, non fuit ex culpa ipsorum. Respond. 2. ibi S. Doct. loqui expresse de defectu gratię habitualis. Assumptum prob. 1. ex titulo art. qui est huiusmodi: *An necessario detur gratia ei, qui ad illam se præparat?* Sed gratia ad quam homo se præparat, est gratia habitualis: ergò. 2. Quia in corp. art. Respond. quæsito, dicens: *Esto præparatio ad gratiam ex se non connectatur cum illa; bene tamen ex intentione Dei moventis cor hominis, ut se disponendo ad gratiam, illam consequatur.* Quam doctr. confirm. solut. ad 3. exemplo dispositionis materiæ 1. ad quam forma substantialis non consequitur necessario, nisi per virtutem agentis causantis talem dispositionem. Gratia autem, quæ in nobis prærequirit dispositionem liberi arbitrij, absdubio est gratia habitualis. 3. Quia tota illa quæst. est de gratia sanctific. ut constabit inspicienti omnes illius art. Deniquè. Nam cum in art. anteced. inquisisset S. Doct. *Utrum requiratur ad gratiam aliqua præparatio ex parte hominis* in art. nobis obiecto, & immediatè sequente, inquirit de connexione inter huiusmodi prępparationem, & gratiam; *An, scilicèt, sit infallibilis, nec ne?* Cumque, in art. præced. expresse loquatur de gratia habituali, ut in ipso videre est, idem dicendum pro art. sequenti. Videatur in 4. dist. 17. quæst. 1. art. 2. & 3. ubi sub eisdem terminis proponit eandem quæst. ac in art. cit. ex 12. Ibi

* Iacobi 4.

* Urgetur præcepto.

Roborat. ex M. Par.

autem loquitur expresse de gratia habituali, ut legenti constabit. Unde quæstiunc. 2. sic concludit: *Per displicentiam peccati, & affectum ad Deum se aliquis ad gratiam præparat: & quando hæc duo efficaciter facit: Dicitur homo facere, quod est in se, & gratiam recipit.* Ad probationem in contra neg. antec. Cum in prædict. art. ut probatum est, loquatur D. Thomas restrictè de *defectu gratiæ habitualis*, ob cuius imputationem imputatur homini perditio ipsius.

50 Ad 5. Ad 5. Resp. Nos non negare multoties gratiam efficacem non dari à Deo propter peccatum personale præcedens, vel saltim propter originale; eum iuxta D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 5. ad 1. & q. 10. art. 1. *In his, qui nihil audierunt de fide, non credere, non habet rationem peccati, sed magis pœnæ ex peccato 1. Parentis.* Solum igitur negamus defectum gratiæ efficacis in omni homine, tam peccatore, quam iusto, debere supponere aliquam causam voluntariam ex parte illius; præsertim dum instat præceptum. Quando autem in cap. cit. asserit omnes homines non trahi ad Christum propter ipsorum defectum, nomine huius intelligit peccatum originale: sic enim subdit: *In natura integra non erat aliquod impedimentum prohibens eos ab hac tractione.* Sed in natura corrupta omnes per impedimentum peccati æqualiter prohibentur ab *hac tractione.* Unde verba sequentia: *Ex quo ergò Deus paratus est dare hominibus gratiam, & ad se trahere, non imputatur ei, si aliquis non accipiat, sed ei qui non accipit*: exponenda sunt de collatione gratiæ habitualis, & detractione per unionem spiritualem cum Christo; in cuius privationem homo incurrit, quia non se præparat faciendo, quod est in se, ut recipiat gratiam iustificantem, qua perfectè trahitur, & venit ad Christum.

51 Ad 6. Ultimum testimon. tangit difficultatem satis gravem, scilicet, An postquam Deus misericorditer excitavit arbitrium creatum spectet liberum eius consensum, ut à peccatis mundetur? de quo ex professò agunt solidè, & eruditè Ill. Alvarez tom. de Aux. disp. 93. Mag. Lemos tom. 4. p. 2. tract. 4. cap. 4. & 5. partem negativam propugnantes Authorit. Concil. Arausic. cap. 4. & testim. SS. PP. & insuper ex communi sensu Catholicorum, quo credunt omne bonum in libero arbitrio consurgens, esse donum descendens à Patre luminum. Quis enim propriè expectat ab alio id ipsum, quod haberi non potest, nisi ab ipso per prius donetur. Unde testim. Sacræ Script. insinuantia Deum expectare homines, ut illorum misereatur: exponenda sunt de expectatione impropriè accepta, scilicèt, pro longanimitate, & patientia Dei concedentis hominibus spacium pœnitentiæ, quam possunt elicere ex vi gratiæ sufficientis. Ex quibus constat, in quo sensu accipiendus sit D. Thom. dum in loco nobis obiecto asserit * Deum expectare cordis apertionem; * quia, scilicet, spectat tempus in quo immobiliter statuit, ut secundum ordinem præfixum à sua providentia largiatur dona gratiæ, quibus facturus est, ut homo aperiat cor suum Deo pulsanti iuxta illud: *Adaperiat Dominus cor vestrum in lege sua.* Et rursus: *Cuius Dominus aperuit cor, ut intenderet ijs, quæ dicebantur à Paulo.* * 2. Resp. cum Mag. Lemos ubi supra num. 54. tract. sup. Apoc. qui nomine S. Thomæ circumfertur; S. Thomæ non esse, ut apud peritos Theologos (inter quos Bellarmin. de Scriptor. Ecclesiast.) manifestum est. Vide infra dub. seq. à n. 17.

* De quo tract ant. dub. 1. à n. 37.

52 Obijcies 3. alia testim. eiusdem S. D. 1. habetur 3. cont. Gent. c. 159. ubi ait * quod licet homo per motum lib. arb. nec promereri, nec advocare ad se possit gratiam, potest tamen impedire illius receptionem, ut patet à simili in eo, qui avertendo oculos à Sole, impedit receptionem luminis: * ergò cum gratiam sufficientem impedire non possimus, per se loquendo, videtur dicendum D. Th. loqui de impeditione gratiæ efficacis. 2. habetur ad Hebræos cap. 12. lect. 3. ad illa verba: *Contemplantes, nè quis desit gratiã Dei.* Ubi expressè docet nos ponere obstaculũ gratię Dei. Cumque gratiæ moraliter movẽti nõ possimus

Argt. 3. ex S. D. Primum.

Secund.

po-

ponere obicem ; utpotè in actibus indeliberatis consistenti, restat dicendum nos impedire receptionem gratiæ efficacis. 3. Quæst. 1. de Malo art. 5. asserit : *Esse traditionem fidei neminem privari bono spirituali, quo potest uti ad benè operandum, nisi ob peccatum personale, vel originale.* Ergò Angelis, & hominibus iustis non denegatur à Deo bonum spirituale gratiæ efficacis, nisi præcedat aliquod peccatum, vel initium illius impedieus receptionem talis gratiæ.

Tertium.

53 Primum testim. nequit favere AA. tuentibus gratiam prædeterminantem esse actionem immanentem Dei efficientem in nobis velle. *Quomodo enim per motum liberi arbitrij potest impedire receptionem gratiæ efficacis ; si hæc consistit in operatione increata Dei, quæ receptibilis in nobis non est ? Quomodo *ter utitur D. Thom. in præfato loco hac voce : *Receptionem gratiæ*, si hæc iuxta ipsum est Dei operatio, nec in nobis, nec in ipso Deo receptibilis? Rursus iuxta D. Thom. ibidem: *Deus, quantum est in se, paratus est omnibus dare gratiam ; vult enim omnes homines salvos fieri, sed illi soli gratia privantur, qui gratiæ impedimentum præstant.* Ex quibus constat D. Thom. loqui de illa gratia, quam Deus paratus est *dare omnibus, & qua privantur ob impedim. peccati.* Sed gratia, quam Deus paratus est dare omnibus, & qua homines privantur, nequit esse operatio immanens Dei : cum hæc sit ipse Deus : ergò aut inconsequenter procedunt præfati AA. aut tenentur dicere D. Thom. loqui de receptione gratiæ impropriè sumpta, sicuti & de donatione illius, & privatione eiusdem in sensu improprio, & metaphorico ; quod sustineri non valet. Unde Respond. cum Illust. Castell, & Ferrara ibi, Sanct. D. loqui de receptione gratiæ habitualis. Eandem expositionem tradit Mag. Lemos tom. 4. part. 2. tract. 3. cap. 20. à num. 285. Ex qua probat Deum multoties in pœnam peccati negare auxilia sufficientia, ut homo in Deum convertatur. Deindè suadetur ratione : Nàm prædict. caput sic inchoatur à Sanct. Doct. *Cum enim iuxta præmissa homo non dirigatur in finem ultimum sine auxilio gratiæ, & sine qua nec fidem, spem, dilectionem, & perseverantiam in bono habere potest : potest videre alicui, quod non sit homini imputandum ; si careat prædictis, præcipuè cum auxilium divinæ gratiæ promereri non possit.* Hoc est arg. cui Resp. verbis adductis. Ex quibus clarè constat D. Thomam loqui de auxilio gratiæ causantis in nobis fidem, spem, dilectionem, & perseverantiam in bono. Sed hoc est gratia gratum faciens, ut probabe-rat ipse cap. 51. 52. 56. ergò loquitur de impedimento gratiæ habitualis. Consequent. patet. Nam, ut solut. consonet rationi dubit. oportet, ut loquatur de illa gratia, de qua iuxta præmissa capitibus præcedent. dixerat Sanct. Doct. per illam hominem ordinari in Deum, ut finem ultimum, esseque radicem fidei, spei &c. ergò si hæc omnia &c.

Ad 1.

* Sic Manso

Resp. 2.

Nec obest dicere D. Thomam loqui de illa gratia, quam homo nec promereri, nec advocare potest ; sed gratiam habitualem potest homo ad se advocare, eam; scilicet, impetrando per actum orationis, & contritionis : ergò. Resp. D. Thomam solum negare impetrationem gratiæ habitualis per motum solius naturæ ; per quod tradit disparitatem pro illius impeditione. Siquidem gratiam habitualem per peccatum commissum à libero arbitrio destituto omni auxilio gratiæ, homo impedire valet. Ita Illust. Castell à num. 717. Ad 2. Resp. Sermonem esse de gratia habituali. Assumptum prob. 1. Nam sermo est de illa gratia, ad quam homo se præparat, & quam Deus liberaliter illam infundit omnibus se præparantibus : ita enim habet Sanct. Doct. *Gratia, etsi non habeatur ex meritis ; oportet tamen, quod homo faciat, quod est in se. Deus autem liberalissima voluntate dat eam omni præparanti se.* Sed gratia, ad quam homo se præparat, est gratia habitualis ; efficax enim hanc præparationem non requirit ; sed est initium omnis præparationis testante Sanct. Doct. 1. 2. quæst. 109.

54

Instabis

Resp.

Ad 2.

art.6.ad 3.ergò in prædicto teſtim.fit ſermo de gratia habituali, cuius impeditionem per peccatum nobis prohibet Apoſtolus. 2. Quia loquitur D.Thom.de omiſsione illius gratiæ, de qua dicitur Sap. 1. *Spiritus Sanctus diſciplinæ effugiet fictum, & corripietur à ſuperveniente iniquitate*, ita S.Doct. ibi. Sed abſentia Spiritus Sancti propter iniquitatem ſolum propriè convenit privationi gratiæ ſanctificantis,per quam ſumus Templum Dei: ergò.

55 Ad 3. Reſpond. D. Thom. non loqui de privatione boni ſpiritualis, quod ſit gratia efficax, ſuadetur 1. Ad 3. Nàm loquitur de privatione boni ſpiritualis, quo quis poteſt uti ad rectè operandum; hoc minimè convenire poteſt gratiæ efficaci Thom. Nam cum uti ſit applicare rem aliquam ad operandum, ſi gratia efficax eſt ipſa applicatio activa voluntatis ad agendum; quomodo voluntas poterit uti gratia efficaci, eamquè applicare ad operandum? Rursùs: ſi in obijcientis ſententia gratia efficax (quam ipſe appellat Auguſtinianam) conſiſtit in operatione Divina, nequit voluntas creata illa uti ad rectè operandum; aliàs cum applicare rem aliquam ad operationem ſit facere, ut illa faciat; voluntas creata faceret,ut Deus operaretur in nobis velle; quod reputat abſurdum M. Par. de Prædeſt. SS. cap.10.

56 Undè dicendum D. Thom. loqui de gratia ſe habente per modum principij rectæ operationis, tam habituali, quam actuali. Quod evidenter (ni fallor) convincitur ex eius doctrina. Ibi enim intendit probare malum creaturæ intellectualis adæquatè dividi in malum culpæ, & malum pœnæ. * Eo quod malum propriè acceptum opponitur bono; cum vero bonum dicat quandam perfectionem, oportet, ut iuxta modum perfectionis diſtinguatur ratio mali. Perfectio autem eſt duplex, ſcilicèt, prima, quæ eſt forma, vel habitus; & ſecunda, quæ eſt operatio. Undè è contrario duplex malum invenitur; unum in ipſo agente, ſecundum quod privatur forma, vel habitibus, vel quocumque neceſſario (intellige ex parte actus primi) ad operandum; aliud malum eſt in ipſo actu deficienti. Primum malum eſt pœna; ſecundum verò eſt culpa: * Ex quibus conſtat D. Thom. loqui de privatione boni ſpiritualis, quod eſt perfectio prima per modum formæ habitualis, vel ſe tenentis ex parte principij utibilis ad rectè operandum; cumque nihil horum gratiæ efficaci conveniat, de illa non fit ſermo in dicto teſtimonio. Videatur S.Doct. 1. p. quæſt. 18. art. 5. ubi eandem Doctr. tradit penes diſtinctionem actus *primi*, & actus *ſecundi*; aitquè privationem actus *primi* eſſe malum pœnæ; privationem verò actus ſecundi, vel debiti ordinis in ipſo actu ſecundo, eſſe malum culpæ.

Inſtabis. Negari nequit Deum, quantum eſt ex ſe, paratum eſſe dare gratiam efficacem, ut illi qui gaudent libertate ad ſe convertendum in ipſum, actù convertantur: ut ſæpè aſſerit S. Doct. ſed ſi Deus nulla habita ratione ex parte creaturæ negaret ei gratiam efficacem; talis præparatio non poſſet ſerio verificari; ut patet aſsimili in humanis. Neque enim homo, qui pro ſuo libito eſt efficaciter determinatus ad non conferendum alteri aliquod donum, poteſt dici, quod quantum eſt ex parte illius, ſit verè præparatus illud conferre. Hæc inſtantia eſt eadem cum illa, qua Aliqui contendunt probare non rectè componi Deum velle antecedenter omnes homines ſalvari, & quod ante ullam prævisionem demeritorum nolit efficaciter aliquos ſalvare. Hac ratione aſſerunt voluntatem antecedentem ſalutis omnium debere poni conditionatam, ſcilicèt, *ſi per ipſos non ſteterit*: Rursùſquè aſſerunt talem voluntatem non eſſe purè inefficacem ad gloriæ conſequutionem; ſed ſemi-efficacem. Ne igitur res à propria ſede extrahantur, videantur Illuſtriſsimus Godoy tract. de Prædeſtinatione, diſput. 67. Magiſt. Gonet diſp. 5. de Reprob. art.2. §.4. Et inter omnes M.Bolibar

57 Inſtans. Replicab. Inſtans Antiqua.

tract. de voluntate dub. 5. præsertim §. 4. & ultimo, ubi propugnant voluntati anteced. salutis omnium, perseverantiæ finalis, & conversionis ipsorum, non opponi voluntatem efficacem excludendi eos ad gloriam, negandi donum perseverantiæ, & gratiam efficacem pro illorum conversione. Nam huiusmodi voluntates esto respiciant idem obiectum, sub diversa tamen consideratione. Voluntas enim antec. respicit salutem omnium secundum se, & attenta præcisse ordinatione illorum ad vitam æternam, ut in finem: voluntas autem non salvandi respicit exclusionem gloriæ, prout in illa resplendet ratio supremi dominij in Deo, ostensio suavitatis suæ providentiæ, & dilectionis specialis circa electos.

58 Hinc illa propositio: *Deus quantum est ex se, paratus est dare gratiam efficacem*, sic distingui debet: præparatione voluntatis anteced. permitto. Præparatione voluntatis efficacis, vel alterius semi-efficacis, nego etiam suppositum. Si autem inst tes: Voluntas anteced. salutis omnium iuxta plures ex Thomist. est conditionata: ergò idem concedi debet de voluntate antecedenti collationis gratiæ efficacis. Sed talis conditio nequit esse alia, nisi hæc; * si homines non se impediant ad illius receptionem: * ergò gratia efficax est acquisibilis, & impedibilis à libero arbitrio. Resp. Quod sicuti voluntas anteced. admittitur conditionata, sub hac tamen conditione: volo omnes salvari, nisi in omnium salute impediretur ostensio iustitiæ, & manifestatio aliorum attributorum, ut explicat M. Gonet tract. de Voluntat. disp. 4. a. 4. ita voluntas conferendi gratiam efficacem potest admitti ut conditionata; sed sub hac conditione, nisi impediretur ostensio dominij Dei supra sua dona specialia, ostensio fragilitatis liberi arbitrij in permissione peccati, & manifestatio specialis providentiæ, quam Deus exercet circa illos, quos efficaciter auxiliatur.

Si arguas

Resp.

59 Rursus illud alterum principium: *Deus non deficit in necessario requisitis ad vitæ æternæ &c.* si accipiatur ut comprehendens omnia requisita, est falsum; aliàs omnes salvarentur, & nullus unquam peccaret. Quod manifestè constat in electione efficaci ad gloriam, & prædefinitione efficaci consensus, quæ Deus unicè pro suo libito iuxta Thom. omittit. Si autem solum comprehendat necessario requisita, ut homines sufficienter sufficientia mediata, aut immediata rectè operentur, & salventur, est omnino verum. Sed ex hoc nihil contra nos. Nec ex negatione talis gratiæ pro solo libito Dei sequitur illorum perditionem ex Deo provenire, aut ipsorum salutem per Deum ab esse. Nàm talis negatio solum infert logicè peccatum, ortum physicum ducens ex defectibilitate liberi arbitrij, de quo aliàs. Ex dictis colliges 1. *Quod esto* carentia gratiæ efficacis unicè pendeat à Deo, non tamen debet concedi hominem non habere gratiam efficacem provenire ex *defectu Dei*; hæc enim loquutio est impropria Theologo, qui nullum defectum in Deo agnoscit, sed summam actualitatem, & perfectionem etiam in non largiendo sua dona. Colliges 2. Quod esto non existentia gratiæ efficacis ex defectu hominis non proveniat; nec ipsi imputetur; benè tamen sequentia, scilicet: *Resistere vocationi morali, non benè uti gratia sufficienti, non elicere actum præceptum.* Ratio est. Nam existentia, aut carentia gratiæ efficacis, nec sunt exercitia libertatis creatæ, nec ab illa iuxta dicta dependent; è contra vero resistere, non uti gratia sufficienti &c. Nec obstat connexio inter utrumque, ut patet in electione ad gloriam, & in decreto efficaci actus salutaris: licet enim homini non imputetur non esse electum ad gloriam, aut sub decreto efficaci consensus salutaris; imputatur tamen non existentia gloriæ, & consensus. *Et hæc de hoc dub. applicand. ubi præced.*

Vide M. Ramirez disp. 14. nu. 142. tom. 2.

Illatio 1. ex dictis.

Secunda.

59 Alia inst. solvit.

)(✠)( )(✠)( )(✠)(

DUBIUM III.

APPENDIX.

AN IVXTA SACRAM SCRIPTVram Gratia efficax pendeat quoad ſui exiſtentiam, vel defectum à bono uſu, vel non bono uſu gratiæ ſufficientis?

§. I.

PROPONITUR RATIO DUBITANDI.

N. 1. PRimum fundamentum deſumitur ex illo Matth. cap. 13. *Omni habenti dabitur, & abundabit; ab eo autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.* Ex quo conſtat (infert doctus Recent.) eſſe dogma Theologicum Deum denegare gratiam efficacem ei, qui non benè, utitur auxilijs ſufficientibus; è contra vero donare auxilia efficacia ei, qui eiſdem benè utitur. Hoc antem in noſtra (inquit) ſententia clariſsimum eſt: Nam ſi motionem moralem auxiliantem ſufficienter ad 1. velle liberum ſuſcipio per conſenſum negativum, benè illa utor; & vi huius uſus datur mihi gratia efficax ad velle. Si reſpuo motionem moralem per diſſenſum negativum, malè utor illa, & in pœnam mali uſus denegatur mihi phyſica prædeterminatio. At in ſententia negante ſimilia exercitia hoc non explicabis. Pone enim voluntatem motam moraliter ad dilectionem Dei: vel Deus donat gratiam prædeterminantem, ut ipſum amem, vel non dat? Si donat, quid mirum benè utar gratia ſufficienti; quandoquidem infallibiliter prædeterminor: nec tunc dabitur prædeterminatio, quia benè utor auxilio ſufficienti, ſed è converſo. Si non donat: nunquam denegabitur gratia efficax, quia malè utor; cum ad malum uſum præcedat talis negatio: ergò in hac ſententia non rectè explicatur præfatum dogma Theologicum. Sic paucis mutatis nu. 26. propè finem. M. Manſo tom. 1. q. 8.

2 Quam plura apparent mihi difficilia in hoc tam brevi ratiotinio; eo præcipuè, cum nullum ex SS. PP. exponentibus præfatum teſtimon. in ſui favorem referat, ſine quorum expoſitione nemo poteſt ſolidè in rebus Theologicis procedere. Ut autem clarius procedamus, 1. notandum verba ſupra relata ut iacent, ſolnm haberi Lucæ cap. 19. ℣. 26. Nam Matth. 13. ſic habetur: *Qui enim habet, dabitur ei, & abundabit, qui autem non habet, & quod habet, auferetur à Deo.* Et cap. 26. *Omni enim habenti dabitur &c. & quod videtur habere, auferetur ab eo.* Ferè eadem habentur Lucæ cap. 8. ℣. 18. 2. Notandum omnia hæc verba continere quandam concluſionem, & ſententiam iudiciariam, qua Chriſtus Dom. commendat fidelitatem bonorum ſervorum, quibus largitus fuit ſua talenta, ut benè operando illa multiplicarent; damnatque pigritiam, & otioſitatem eorum, qui non multiplicarunt talenta ipſis tradita per rectam operationem. Quænam Noto 1. Secundo.

vero

vero sint hæc talenta, & mnæ traditę servis, variè sentiunt SS. PP. & Sacri Expositores, quod quòad præ-
Tertio. sens nihil refert. 3. Notand. quod etsi Matth. 13. & 25. & Lucæ 8. & 19. Ponantur à Christo D. variæ parabolæ sub nomine, scilicet, hominis tradentis servis suis mnas ad negotiandum, & sub nomine Agricolæ seminantis bonum semen: omnes tamen istæ parabolæ continent eundem sensum, per quem manifestatur nobis æquitas Dei in præmiando eos, qui benè utuntur donis ab ipso perceptis; & severitas in puniendo eos, qui malè utuntur. Hac ratione
* in margine Bibliæ * notantur omnia
Matth 25 loca supra adducta, ut sciamus in illis parabolis eandem sententiam contineri. Videantur Sacri Expositores, & nulla erit dubitatio.

3 His prænotatis admitto libenter in prædicta sententia, quam Christus Dominus in 3. Parabolis concludit; denotari hominem benè utentem auxilijs sufficientibus, accipere àDeo auxilia uberiora ad proficiendum; è contra vero eum, qui non rectè eis utitur ad prædictum finem frequenter propter hoc auxilijs uberioribus privari. *Dixi frequenter*: Nam ex Dei misericordia pluries videmus oppositum accidere. *Dixi etiam libenter admitto*: Nam iuxta SS. PP. ibi cõtin. auxilia, & facultas, ut aliquis per Evangelij prædicationem cooperetur ad utilitatem Ecclesiæ, & animarum conversionem. Sed nolo contendere circa hoc; cum sub una clausula Sacr. Scripturæ plura mysteria contineantur. Undè remanet difficultas Theologica, sed Scholasticè tractanda: *An, scilicèt, per rectum usum auxilij sufficientis*, & pro
Dubium. quo àDeo promittitur communicatio abundantioris gratiæ intelligatur *consensus negativus, qui est pura carentia resist.*? Similiterquè, an per non *usum*, ob quem Deus comminatur auferre, sive denegare ulteriorem gratiam, intelligatur dissensus negativus innegat. consistens præstitus vocationi.?

(***))(*)((***)

§. II.

Conclusio negativa.

ASSumptum probat. 1. Nàm iuxta SS. PP. & ipsam litteram Evangelij, Christus Dominus ibi loquitur de homine, qui ita benè usus fuit talentis sibi traditis, ut lucratus esset, vel alia quinque, vel decemnas, vel duo talenta iuxta diversitatem parabolarum; sed hic usus adeo bonus, & lucrativus est positiva operatio salutaris, ut omnibus est manifestum: ergò per talem usum nequit intelligi, si cum proprietate loquatur, aliquis consensus purè negativus. 2. Talis fuit ille bonus usus gratiæ, ut per ipsum homo fuerit positivè commendabilis à Christo Domino. Tùm de humilitate, dum ei dixit: *Euge serve*, Tùm de bonitate dicens: *Bone*, tùm de fidelitate dicens: *Fidelis*, quia lucrum non sibi retinuit, sed Domino obtulit; ita S. Doct. super Matth. 25. Sed omnia hæc expressè denotant actum positivum rectum moraliter varia honestate virtutum ornatum: ergò. 4
Prob de bono usu

De non bono usu in prædicta parabola contento probatur idem assumptum. Per hoc, quod homo præventus gratia vocationis purè negativè dissentiat non sinendo se trahi à bono, nequit dici cum proprietate, *servus nequam* hæc enim dictio continet in se gravem malitiam; per talem autem dissensum iuxta Auth. quem impugn: homo non dicitur intrinsecè actù peccans, nisi ad summum inchoativè, extrinsecè. Atqui (ut constat ex cap. 13. Lucæ) ille homo, qui non benè fuit usus pecunia, quam habuit repositam in sudario, vocatus est à Christo Domino servus nequam, & (ut PP. exponunt) *Servus otiosus, desidiosus*, quę verba vitium, & grave crimen indicant: ergò. Undè S. Amb. super Lucam loco citato ait *per illa verba significari culpam non mediocrem*; sicut per repositionem pecuniæ in sudario, denotari absconsionem donorum Dei, tradendo se illæcebris carnis, & voluptatibus sæculi. Sed hæc quam longè 5
Prob. de non bono usu.

longè distant à dissensu negativo, sive à non recto usu, qui in se subiectivè peccatum non est: ergò. In eandem expositionem coincidunt Origines, Hilarius, Gregorius, Chrysostomus, D. Thom. valdè ponderantes culpam prædicti servi. Quod efficacissimè convincitur ex his, quæ immediatè subdit Christus Dominus Matth. 15. *Hunc autem servum inutilem mittite in tenebras exteriores, ibi erit fletus, & stridor dentium.* Pœna adeò gravissima; qualiter poterat iustè infligi ob exercitium omissivum, quod in se non sit grave peccatum, imo, nec veniale?

6 Sufficiant hæc ad ostendendum ex sensu illorum verborum minimè colligi per *bonum usum* gratiæ sufficientis ad rectè operandum, & similiter per non *bonum usum* intelligi exercitia libera, consistentia in consensu, aut dissensu negativo. Superest iam videre, qualiter sit dogma Theologicum asserere * ei, qui benè utitur gratia sufficienti, Deum donare auxilia efficacia ad rectè positivè operandum; pariterquè Deum denegare auxilia efficacia ad rectè operandum ei, qui non benè utitur gratia sufficienti.* Res est satis gravis, indigetquè explicatione.

7 Dico 1. *Si cum proprietate sit loquendum; per bonum usum gratiæ intelligitur recta operatio liberi arbitrij.*

1. Assert. Probat. assumptum 1. Ex communi doctrina Thom. deducta ex S. Doct. tùm 2. 2. quæst. 69. art. 3. tùm 1. 2. quæst. 71. art. 5. ad 1. & in 2. dist. 35. art. 3. ad 4. & alibi tuentium in omissione actus prohibiti, si sit pura, nullam dari bonitatem moralem, aut ullam rationem meriti pro quo videatur Mag. Serna inter opera Mag. Ferre tom. 3. 1. p. 1. 2. tract. de Merito, art. 1. dub. 2. quæst. 1. Nàm quod in se nihil est, nullam bonitatem physicam, aut moralem habere potest: ergò bonus usus gratiæ propriè acceptus, ly *propriè* appellante supra ly *bonus*, unicè affirmatur de recta operatione. Secundo probat. ex D. Thom. in 4. dist. 44. quæst. 1. art. 1. ad 5. dicente: * Usum rei esse id, ad quod principaliter res ipsa ordinatur: * Sed gratia sufficiens principaliter ordinatur ad rectè positivè operandum; cum huiusmodi operatio sit id, quod cadit directè sub præcepto; & per quam disponimur ad receptionem gratiæ, si non habeatur, & ad perseverandum in ea, si habeatur: ergo per bonum usum gratiæ &c.

Sic sentio tract. de Merito.

Confirm. ex eodem S. Doct. 8
1. p. quæst. 23. art. 5. ad primum dicente: *Bonum usum gratiæ præscitum esse rationem collationis illius non per modum meriti, sed per modum finis: quatenùs Deus præordinavit dare alicui gratiam, ut meretur gloriam.* Sed hæc denotant rectam, & supernaturalem operationem: ergò. Rursùs ipse S. Doct. exponens illa verba Pauli 1. ad Corinth. 15. lect. 1. *Gratia eius in me vacua non fuit, sic habet: hic ostendit Apost. quomodo usus sit gratia ista; quia ad bonum, & ideò in eo vacua non fuit; id est otiosa; quia ea usus est ad id, ad quod data est sibi.* Et ad illa verba, ibidem: *Non autem ego, sed gratia Dei mecum*, ait: *Hic ostendit efficaciam usus, quia non à se solo, sed ex instinctu, & adiutorio Spiritus Sancti operatus est: Deus enim non solum infundit gratiam, qua opera nostra grata fiunt, & meritoria, sed etiam movet voluntatem ad benè utendum gratia infussa, & hæc dicitur gratia cooperans.* In quibus manifestè continetur bonum usum gratiæ semper usurpari à D. Thom. pro recta operatione provenienti à gratia adiuvante, & cooperante. Undè sufficeret nobis pro efficaci probatione num quā inveniri dictum à S. D. * puram non resistentiā gratię sufficient. esse bonum usum pro signo, in quo nec recta operatio est possibilis, nec pariter positiva resistentia, * ut ponit prædictus M. cum loquitur de consensu negativo.

Confirm. ex S. D.

Ratio à priori potest satis efficaciter formari ex D. Thom. 1. 2. quæst. 16. art. 1. & 2. asserente *Usum alicuius rei importare applicationem rei illius ad operationem: undè, & operatio, ad quam applicamus rem aliquam, dicitur usus eius: sicut equitare est usus equi, & percutere usus baculi; sicut consentire est applicare motum apetitivum ad aliquid apetendum.* Sed gratia suf- 9

Prob. rat.

fi-

ficiens, prout etiam includit sanctam cogitationem suadentem bonum, est principium, & virtus ad salutariter agendum: ergò benè uti tali gratia est ipsa salutaris operatio. Urgetur hoc in casu, pro quo homo sit præventus sancta cogitatione, & habitu charitatis, ut sit potens elicere dilectionem Dei; quamvis tempore antecedenti præcesserint quidam affectus indeliberati: in hoc, inquam, casu: inquiro, ante elicientiam dilectionis est dabilis bonus usus gratiæ sufficientis, vel non? Si secundum: habemus intentum. Si primum, iterum rogo, talis bonus usus est etiam usus habitus charitatis, vel non? Primum dici nequit de consensu purè negativo, cum talis habitus sit adæquatè operativus. Secundum autem probat talem bonum usum oriri ex viribus solius voluntatis; cum cognitio purè extrinsecè se habeat ad voluntatem, & illius exercicia: proindequè concedendum erit hominem solius voluntatis viribus posse benè uti gratia, dummodo pręcedat sancta cogitatio ad illum, quod videtur parum tutum in fide: ergò ut hæc omnia vitentur, dicendum voluntatem numquam propriè benè uti gratia sufficienti, nisi per rectam operationem &c.

Urgetur.

10 Dices hæc omnia probare non resistentiam negativam non esse bonum usum adæquatum gratiæ sufficientis; secùs vero saltim inadæquatum: cum talis gratia detur, & ad non resistendum, & rursùs ad positivè benè operandum. Sed contra est 1. Quia, ut manet probatum; in pura non resistentia nulla datur bonitas moralis. 2. Nam nomine gratiæ sufficientis, vel intelligitur præcisse sancta cogitatio, simul cum affectione indeliberata; vel intelligitur gratia etiam intrinsecè elevans voluntatem per modum habitus, vel auxilij fluidi ad elicientiam actus supernaturalis? Si primum: talis gratia non est verè sufficiens, ut alibi probatum relinquimus *; ostendit enim viam itineranti, minimè tamen præbet ipsi viaticum. Undè numquam dabitur usus gratiæ verè sufficientis. Si secundum: cum habitus, & auxilium fluidum sint quid adæquatè operativum inclinans voluntatem per modum naturæ, saltim quoad specificationem, ad salutariter agendum, nequit pura non resistentia dici cum proprietate bonus usus talis gratiæ.

Respond.

Reijcit 1

Secundo.

* De grat. excit. dub 9.

3. Adhuc loquendo de vocatione, prout solum dicit sanctam cogitationem, falsum est voluntatem per puram non resistentiam benè illa uti. Ratio est nam iuxta Div. Thom. ubi suprà, uti re aliqua est eam applicare ad finem, & operationem, propter quam datur; omnis autem cogitatio suasiva Spirit. Sancti, datur voluntati; ut benè velit, & agat, non vero ut omittat omnem actum pravum negativum; * adhoc enim sufficit sola natura, ut ait S. Doct. 2. 2. quæst. 10. art. 1. loquens de vitatione dissensus positivi in rebus fidei. Quod etiam verum existimo in casu, pro quo detur cognitio supernaturalis retrahens voluntatem inclinatam ad consensum ex vi gravis tentationis. Nam tùnc homo debet positivè resistere, ut est communis Theolog. doctrina; vel si non potest resistere vincendo efficaciter tentationem, tenetur saltim nolle positivè consentire; & in hoc casu benè utitur sancta cogitatione, sed per actum positivum. In hoc sensu intelligendus est D. Thom. 1. 2. quæst. 10. art. 3. dum ait: *Etsi ratio obnubiletur à passione, semper tamen remanet aliquid rationis liberum, vi cuius potest totaliter passionem repellere, vel se detinere, nè tentationi consentiat.* Si his omnibus dicatur: puram non resistentiam dici bonum usum dispositivè tantum, & inchoativè: per hoc, inquam, minimè enervantur rationes adductæ loquentes de bono usu gratiæ sufficientis in propria acceptione.

11 Tertio.

* Sic loquitur Adv.

Dico 2. *Asserere hominem benè utentem auxilijs sufficientibus accipere à Deo auxilium efficax, ut salutariter velit, ita ut talis bonus usus præcedat collationem auxilij efficacis, est falsum assertum.* Prob. efficacissim. Nam ex opposito sequitur hanc causalem esse veram: *Homo efficaciter adiuvatur per Dei, gratiam, ut benè velit,*

12 2. Assert.

Probat.

lit, quia benè utitur gratia sufficienti. Sed hoc est manifestè contra Concilia, & PP. ergò. Probat.min. Asserere talem propositionem causalem, ut veram, est asserere adiutorium gratiæ, ut velimus, & agamus prout distinguitur ab adiutorio possibilitatis, dari nobis à Deo ex meritis, & Deum operari in nobis velle non pro sua sola bona voluntate, sed pro bono nostro usu gratiæ sufficientis, sed hoc assertum est manifestè contra Concilia, & PP. damnantes eos, qui dicunt *gratiam primo adiuvantem, & operationem Sancti Spiritus, per quam nobis fidem*, & amorem sui inspirat, dari ex meritis: ergò. Videantur Illust. Alvarez, tom. de Auxilijs, disp.2. & Mag. Gonet tract. de Gratia Dei in initio circa errorem Semi-Pelagianorum.

13 Dico 3. *Nihil duritiæ minuitur exponendo talem propositionem causalem de bono usu negativo gratiæ sufficientis.* Ratio est. Nàm ideo talis propositio intellecta de bono usu positivo reputatur ut nimis dura, & fortasis ut error Semi-Pelagianus, quia ex illa sequitur gratiam, per quam Deus operaretur in nobis salutariter velle non esse gratiam, sed mercedem. Sed hoc ipsum sequitur ex præcedentia boni usus purè negativi; cum ille esset causa collationis gratiæ adiuvantis: ergò. Explicatur hoc. Quoties potest assignari ratio aliqua ex parte creaturæ, ut adiuvetur gratia efficaci, destruitur in illa vera ratio gratiæ: quod constat tùm ex dictis; tùm ex illo Apostoli:* Deus est, qui operatur in nobis velle pro bona voluntate, non nostra, sed sua, ut exponit P. Augustin. * Atqui talis usus negativus præcedens gratiam operantem velle salutare, & si non ponatur ut strictum meritum, absdubio se habebit ut ratio collationis gratiæ efficacis: ergò. Hinc manet excluſus recursus ad concursum dispositivum ex parte usus negativi. Nàm cum talis dispositio non sit physica, sed moralis; coincidit cum merito de congruo: quod ponere respectu gratiæ efficacis ad primum velle, & credere videtur absurdum.

2. Assert.

* De bono persev. c. 14.

De hoc alibi agã; quia res gravis.

§. III.

Alia asserta.

14 DIco 4. Hæc propositio: *Qui benè utitur gratia sufficienti, accipit à Deo auxilium efficax, ut benè utatur*, est propositio Catholica: sicuti hæc: *Quoties homo benè utitur gratia sufficienti, Deus donat ei gratiam efficacem.* Ratio est clara; nàm bonus usus gratiæ iuxta Concil. & PP. consistit in cooperatione liberi arbitrij. Sed hæc cooperatio est effectus Dei per gratiam efficacem operantem in nobis velle, & cooperari: ergò talis propositio sic intellecta, ut Catholica ab omnibus tueri debet. Confirm. Hæc propositio: Quoties homo benè utitur &c. ad sui sanum, & Catholicum sensum non requirit ut bonus usus præcedat collationum gratiæ efficacis: ergò in sensu à nobis exposito gaudet Catholica intelligentia. Prob.ant. hęc propositio Arausicani:* Quoties bona agimus, Deus operatur in nobis, atque nobiscum * ad sui veritatem non requirit, ut nostra bona operatio præcedat concursum Dei operantis, & cooperantis: ergò similiter. Idem constat in hac propositione: *Omnis, qui audit à Patre, & didicit, venit ad me*, quæ ad sui veritatem non requirit, ut addiscere præcedat fidem, per quam venitur ad Christum; cum iuxta expositionem D. Thom. Ioann. 6. lect. 6. addiscere supra audire includat assensum fidei. Idem docet M.P. de Præd. cap. 8.

Quartum.

Proba.

Confir. 1.

15 Idem constat in hac propositione: *Si præcepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea*: quæ sic exponitur à D. Thom. Ioann. 15. lect. 2. *Observatio enim mandatorum est effectus divinæ dilectionis, non solum eius qua diligimus Deum, sed etiam, qua Deus nos diligit.* Videatur ibidem lect. 3. circa hanc propositionem: *Vos amici mei eritis, si feceritis, quæ præcipio vobis.* Ex quibus constat non posse Responderi ad rationem supra positam, sensum illius propositionis esto verum, esse valdè improprium. Constat, inquam, ex testim. adductis

Confir. 2.

talem

talem expositionem efficacissimè roborantibus. Constat etiam ex ratione metaphysica. Nàm ad veritatem conditionalis, vel propositionis continentis equivalenter sensum conditionalem, solum requiritur connexio anteced. cum consequenti; minimè vero, ut anteced. sit causa, vel ratio à priori consequentis. Undè non assentio cum prælaudato Mag. quæst. 8. num. 19. in fine dicente: Quod dum Christus dixit: *Vos amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio vobis*, insinuavit eius amiciciam pendere à nostra observantia præceptorum. * Non, inquam, assentio: quia oppositum docet D. Thom. ubi suprà. * Tùm quia id ipsum docet P. August. tract. 82. in Ioann. illa verba: * Si præcepta mea servaberitis &c. Sic exponens: *Quid est ergò manete in dilectione mea, nisi manete in gratia mea? & quid est: Si præcepta mea servaberitis &c. nisi ex hoc scietis, quod in dilectione mea, qua vos diligo, permanebitis.* Non ergò ut nos diligat, *præcepta eius prius servamus; sed nisi nos diligat, illa servare non possumus. Hæc est gratia, quæ humilibus patet, superbos latet.* Videatur tract. 85. circa illa verba: * Vos amici mei estis. *

* Nisi loquatur de consensu, & ponat mutuam causalit.

16 Quintum

Dico tandem: *Estò bonus usus auxilij sufficientis sit effectus gratiæ efficacis à Deo gratuito datæ; homo sic benè utens firmiter sperare debet à Deo auxilia uberiora, tùm sufficientia, tùm efficientia, tùm efficacia ad proficiendum in via Dei, & perseverandum in bono.* Ita deducitur ex S. D. super Ioann. 14. lect. 4. ait: *Hoc est in donis Dei, ut qui benè utitur dono sibi concesso aplioris gratiæ acceptionem mereatur; & qui male utitur, hoc ipsum quod accepit auferatur ab eo*, ut dicitur Matth. 25. En propositionem nostram firmatam à D. Thom. Per hanc conclusionem explicatur illa propositio deducta ex Evangelio, scilicèt: *Omni habenti dabitur*; nàm cum ly *dabitur*, sit verbum de futuro, manifestè colligitur ei, qui benè utitur auxilijs sufficientibus (esto talis bonus usus sit effectus gratiæ Dei) Deum donare uberiora auxilia, ut maiores progressus faciat. Hæc est communis intelligentia prædict. text. ut videre est in SS. PP. Sufficiat auth. S. Albert. M. super cap. 1. Lucæ sic aientis: *Omni habenti dabitur: hoc est, habenti in usu, & non in solo habitu. Qui enim in habitu solo habet, non habet, nisi per modum dormientis; sed habens in usu, habet per modum vigilantis, & exercitantis. Ei ergò, qui sic habet, dabitur profectus gratiæ in augmento in se, & in profectu ad proximum.* Hoc ipsum persuadet exemplum in humanis, à quibus sumpta est parabola: Siquidem ei, qui benè utitur talentis traditis ad negociandum, postmodum dantur ei alia plura, ut plus lucretur. Qua ratione, estò iuxta communem Theol. sententiam homo non possit benè operando mereri de condigno gratiam efficacem ad ulteriores actus, & perseverantiam in bono, benè tamen e potest illam impetrare, & aliqualiter ex congruo mereri. Sed quia unus actus non habet necessariam connexionem ob mutabilitatem liberi arbitrij cum gratia efficaci ad alios subsequentes; ideò oportet semper Deum orare, ne nos inducat in tentationē &c. ut considerantes eius incomprehensibilia iudicia cum tremore, & timore nostram salutem operemur. In quo abysso non oportet plus sapere, sed sapere ad sobrietatem.

§. IV.

Alia testimonia.

17 Aliud test. examinat.

ARguit. 2. ex Apocal. 3. ubi sic habetur. * Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum. * In quibus denotatur (inquit prædictus Mag.) quod gratia efficax significata per ly *intrabo* dependet à consensu negativo, quo Deo pulsanti per gratiam vocationis aperimus ianuam cordis nostri. Sed in hac probat. non satis solidè procedit. Probat. assumptum 1. Nam quis dicet, si propriè loquatur, hominem aversum à Deo per peccatum aperire ianuam cordis sui præcisse per puram non resistentiam, & priusquam peniteat de peccatis? Sed ut nulla dubitatio relinquatur, videantur SS. PP. quos

Respond.

ci-

citat Eruditiſsimus Ghislerius Canticorum Commentator ad illa verba cap. 5. ℣. 5. *Surrexi, ut aperirem dilecto meo* (quæquidem ſunt fere eadem cum verbis Apocal.) & clarè conſtabit per apertionem cordis in viris iuſtis intelligi fervorem charitatis, & perfectam renunciationem omnis terreni deſiderij. In viris autem, quos Deus vocat ad gratiam remiſsionis peccatorum, intelligi fidei confeſsionem, pœnitentiam, & alios actus virtutum. Unde D. Thom. ſic exponit prædicta verba: *Si quis audierit vocem meam, ſcilicèt, inſpirationis internæ, & aperuerit mihi ianuam cordis, ſcilicèt, pœnitendo, vel aliter: & aperuerit mihi ianuam tollendo tumultus cogitationum, & vincendo tentationes, quæ occurrunt &c.* Sed in his, quis non advertat actus poſitivos virtutum? Sic in impreſsione Florentina anno 1549.*

In 4 diſt. 17. quæſt. 1. art. 2. exponit de affectu efficaci circa Deũ

* Vide dub. ant. num 49. & invenies in ſentent.

18 Vidimus iam, in quo conſiſtat hominem aperire Deo pulſanti ianuam cordis ſui. Videamus nunc, quid ſit Deum intrare ad animam. Audiamus D. Thom. ibi ſic exponentem: *Et intrabo ad illum per gratiæ infuſionem.* Iuxta illud Ioann. 14. *Ad eum veniemus, & manſionem apud eum faciamus.* Undè aſſerere per ly *intrabo*, intelligi gratiam efficacem ad velle liberum, non videtur ſatis ſolidè dictum. Vide Ghislerium in Cantic. cap. 5. ℣. 4. expoſit. 3. & in appendice expoſitionum iuxta SS. PP. & invenies probatum ab illo,* quod quando ſponſa ſurrexit, ut aperiret oſtium dilectio ſuo, præceſſerat non ſolum pulſatio per gratiam ſufficientem, ſed etiam gratia efficax proveniens à dilecto mittente manum ſuam per foramen.*

19 Aliud fundamentum deſumitur ex varijs teſtim. Sacræ Scripturæ, in quibus conquæritur Deus: *Gratias vocationis, exhortationis, & increpationis fuiſſe ab hominibus deſpectas, & neglectas.* Ita cap. 1. Proverbiorum. Idem conſtat Act. cap. 7. ubi dicitur de Iudæis *reſiſtere Spiritui Sancto* eos vocanti ad fidem, & pœnitentiã. Et Matth. cap. 23. *Ubi Chriſtus conquæritur de eo, quod noluerunt venire ad ipſum, qui volebat congregare filios Hieruſalem, quemadmodum Gallina congregat pullos ſuos ſub alàs.* Nunc ſubſumit. Sed ſi gratia efficax non penderet à conſenſu noſtro negativo, & impediretur illius exiſtentia per diſſenſum negativum; fruſtra conquæreretur Deus; cum adhuc diſſentientibus nobis poſſet efficere noſtrum velle: ergò tenendum eſt gratiam efficacem pendere à conſenſu negativo, & impediri per diſſenſum negativum.

Aliud motivum

Per oppoſitum autem ſic ſubſumo; *ſed hæc teſtimonia, ſiquid probant, probant gratiam efficacem ſolum impediri per reſiſtentiam poſitivam, & voluntariam, ſimulque habentem rationem peccati*: ergò aut prædicta teſtimonia nihil probant, aut gratia efficax non eſt ponenda pendens præciſſe à conſenſu negativo, aut à ſimili diſſenſu impedibilis. Probat. min. Hominem voluntarie *renuere, obedire Deo vocanti, deſpicere Conſilium eius, & negligere increpationem Divinam* ex ſua propria ſignificatione exprimunt aliquid poſitivum (vel ut abhoc præſcindam) exprimunt malitiam moralem, formalẽ, verè, & propriè hominĩ imputabilem: imò expreſſe denotant gravem, & graviſsimam malitiam; deſpectus enim, ſive contemptus divinæ exhortationis; (ſufficeret etiam humanæ) eſt grave peccatum; ſicuti & *neglectus* eſt nomen vitij: Iuxta illud D. Bernard. *Neglectus eſt culpabilis, contemptus vero damnabilis*: ergò. Confirm. Diſſenſus negativus conſiſtit iuxta hanc opinionem in eo quod voluntas non ſinit ſe trahi à bono; non quia poſsit in illo ſigno proſequi bonum, & hoc obiectivè cauſare amorem; ſed quia non permittit ab illo trahi. Quis autem dicet eum, qui nequit apretiare Conſilium Divinum, illique poſitivè acquieſcere, & attendere; per hoc præciſſe, quod non ſinat ſe trahi à bono, quin adhoc teneatur ſub lege, eſſe neglectorem, & contemptorem divinarum exhortationum, aut Spiritui Sancto reſiſtere? Rursùs. Reducamus ad praxim hanc opinionem: & ſit caſus, in quo homo vocetur à Deo, ut velit credere. Quid rogo homo tenetur facere in ſigno priori, an-

20 Redarguitur.

Confirm.

re-

tequam velit,& credat? Resp. Teneri ad non resistendum vocationi. Rursùs rogo: In quo consistit talis non resistentia? Respond.consistere in hoc, quod est sinere se trahi ab obiecto.Rursùs rogo. Quid est sinere se trahi à bono, si non est positivè amare aut prosequi bonum? Resp. esse non resistere. En petitionem principij, & rem prorsus inexplicatam. Sed hoc omisso; cur homo ille dicetur contempsisse *præcepta, & vocationes* Dei; quandoquidem nec positivè potuit tùnc contemnere, nec fuit potens positivè acquiescere *Divinis exhortationibus*.Deindè.Nam si tales locutiones verificantur cum proprietate in illo signo, & pro casu dissensus negativi; quid relinquitur; ut pro signo sequenti,pro quo homo peccat, aponatur pro iusta increpatione? Num quid peccatum aliquod propriè, & intrinsecè tale alijs terminis clarioribus exprimi valet; quã his, scilicèt, *contemptus, despectus vocationis, & resistentia exhibita Divinis exhortationibus, & increpationibus*?

21 Urgetur. Urgetur. Verba allata in prędictis testim. intelligenda sunt in eo sensu,quem præseferunt; & communiter à SS. PP. traditur; atqui apud fere omnes Sacræ paginæ expositiones in omnibus illis intelligitur peccatum, quo Iudæi Deum contempserunt, & propter quod Deus eos iustè alijs pœnis gravissimis punivit, ut videre est in ipsis: ergò exponere prædicta testimonia de dissensu purè negativo, qui nõ est in se culpa adhuc venialis * sed ad summum aliqua inchoatio peccati, videtur voluntarium.Quod clarè constat in illis verbis Actorum cap.7.ubi præmittitur de Iudæis: *Dura cervice, & incircuncisis cordibus*; quæ omnia pessimam malignitatem Iudæorum designat. Similiter constat hoc ipsum in illis verbis Matth. 23. ubi præmittit Christus Dominus: *Hierusalem; quæ occidis Prophetas*;& post verba citata: *Ecce relinquetur vobis domus vestra desserta*. Hæc enim pœna utpotè gravissima, supponit culpam gravẽ,ob quam infligatur; cum sit dessertio quoad temporalia,&spiritualia, ut SS.PP. exponunt: ergò cum à nullo ex ipsis exponatur de dissensu purè negativo non habente rationem culpæ; talis expositio non est admittenda.

* Sic sentit tom 2.dubio append. nu. 35.&36.

Nec probatio ibi adducta ullius est roboris. Undè rogo, infertur hæc conseq. *Gratia efficax non pendet quoad sui existentiam à consensu libero præstito vocationi: ergò estò voluntas ei dissentiat, potest Deus eam conferre voluntati in sensu composito?* * Numquid connectuntur inter se; aliquod donum Dei non pendere necessario à libera, & recta cooperatione voluntatis; ac posse illud conferri àDeo,dum voluntas ei contradicit? Constat hoc in gratiâ sanctificante, quam Deus sine ulla dispositione salutari liberi arbitrij infundere valet; quam tamen infundere libero arbitrio renuente,& pravè dissentiente, impossibile est. Similiter Deum eligere efficaciter intentivè aliquem ad Gloriam per modum Coronæ non pendet, vel (ut proprius loquar) prærequirit absolutam prævisionem meritorum: & tamen quis ex hoc inferet:* ergò etsi prævideat absolutè futura demerita, & im pœnitentiam finalem potest Deus illũ prędestinare ad Gloriam.* Idem de unione hypostatica independenti ab aliqua dispositione morali; cum tamen nequeat coniungi cum aliqua quovis modo prava. Quod enim gratia prima prædeterm. non sit impedibilis per dissensum, & contemptum divinæ vocationis; (ut loquuntur testim.adducta) provenit,ex quo talis contemptus, & resistentia, quia de se prava, supponit permissionem ex parteDei, ac proindè defectum gratiæ efficacis, qua existente vitaretur. Si igitur supponit illam impeditam à Deo liberè negante, nequit impediri per contemptum, & resistentiam vocationis moralis. Nec Deus conquæritur, quia renuendo, & contemnendo eius vocationes, & exhortationes, abstulerint ab illo aliquam potestatem prædeterminandi ad bonum: ad prædeterminandum enim ad bonum ex suppositione talis contemptus, & coniuncti cum illo,numquam Deus fuit potens; quia est chime-

22 Respond directè.

* Solum in hoc sensu potest esse difficultas.

Occurrit. probat.

mera. Conquæritur igitur Deus, & eos iustè increpat; quia praveegerunt. Undè nisi probetur oppositum huius; hæremus communi difficult. Diximus supra Deum pro libito sui supremi dominij non conferentem gratiam efficacem urgente præcepto, non propterea dicendum perditionem nostram ex illa provenire, sed ex defectibilitate nostra, ut dicitur Osseæ 3. licèt enim sit consequent. infallibilis ex uno ad alterum: peccatum solum logicè infertur ex defectu gratiæ efficacis; sicuti eodem modo infertur ex decreto efficaci eam non conferendi. Deus enim teste S.D.1.p.q.19.a.9. *Vult permittere mala fieri, & hoc est bonum.* Et S.P. in Enchirid. cap.100. *Nec tamen nolens finit; sed volens.* Sed adhuc instabis. Peccatum est perditio formalis creaturæ: ergò si Deus pro suo libito decernit permittere peccatum, Deus pro suo libito esset causa logica infallibilis perditionis formalis creaturæ: & hæc esset primitus ex Deo logicè. Sed quod absurdum invenitur in eo, quod Deus sit 1. inferens *logicè* peccatum? imò est unicum simpliciter sic inferens liberè, & pro suo dominio in creatura defectibili. Si enim absolutè diceretur, quod Deus esset prima causa perditionis formalis; absdubio diceretur absurdum; sed cum addito alienante, scilicèt, *logicè, & permissivè*, in hoc nihil absurdi invenitur. Ulteriùs reprobatio est *primitus* à Deo iuxta plures. Sed reprobatio includit voluntatem permittendi aliquos cadere in culpam, & inferendi pœnam damnationis pro culpa, teste D. Th. 1.p. q.23. art. 3. ergò cum illo addito non est absurdum &c.

Replicab

Respond.

23 Instab. Si prædeterm. non est impedibilis; cum infallibiliter connectatur cum consensu salutari; *quid mirum*, ut voluntas consentiat? Insto. Si prædestinatio, & elect. ad Gloriam infallibiliter connectitur cũ Gloria, & meritis, quia certissimè liberantur &c. quid mirum, ut S. Petrus adeptus sit Gloriam, & eam meruerit? Si Deo volenti salvum facere, quem sibi placerit, nullum resistit hominis arbitrium, nec per velle malè impedire potest divinam voluntatem; quid mirum, ut homo salutariter operetur, & glorificetur? Item: hæc replica similis est ei, quæ fieri solet contra Th. ponentes Deum futura contingentia conditionata cognoscere in Decreto objectivè conditionato. Namquid mirum; quod Deus sciat futura; si aliunde connectitur metaphysicè cum illis. Rursùs. Si loco illius vocis *quid mirum* apponatur *quid laudis, aut meriti &c.* scito sic arguere Casianum, ut probet Fidem Centurionis, & Zachei non esse donatam eis per gratiam Dei dicens: *Nullius laudis ac meriti esset, si id in eo Dominus, quod ipse donaverat, prætulisset.* Contra quem latè S.Prosp. ubi inter alia ait: *Impius sensus, qui putat beatiorem esse hominem cui Deus nihil dederit, quam cui universa contulerit.* Quare dum opus virtutis est excellens, est mirum, sive admiratione dignum: non relatè ad hominem, ut prædeterm. sed relatè ad illum virtutem defectibilitati adiunctam. Sic ex S. Doct. 1. p. quæst. 105. art. 8. Ex dictis inferes quanti æstimandum sit seq. dictum: *Nihil certius in Sacra Scriptura, Concil. & P. August. quamquod nulli negantur gratia efficax, nisi ei, qui se impedit, & in pœnam peccati.* De mente Concil. & Magn.Par. alibi agemus. De Sacræ Scriptura satis constat oppositum: & positio peccati ante carentiam grat. efficacis, & quod hæc sequatur, ut vera pœna, * videtur repugnans. Satis erat dicere *illud esse consonum Sacræ Scripturæ, & non cum tanta certitudine, uti alia.* His Tomo 4. finem impono.

* Diffens. negat. est purè extrinf. inchoativ. peccat.

Replicab iterum

Respond

Utinàm cedant in aliquale obsequium Sanctissimæ Trinitatis, Beatissimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ, SS. Patriarchæ nostri Dominici, Sanctæ Ecclesiæ Doctorum Augustini, & D.Thomæ, necnòn Seraphicæ Doctricis Sanctæ Catharinæ Virginis Senensis.

(✠)

Q. S. C. S. R. M. E.

FINIS.

IN-

INDEX
RERUM NOTABILIUM, ET VERBORUM.

ACTUS.

QUam plurimi actus voluntatis habent rationem gratiæ excitantis. fol. 10. n. 27.

Inter quos alij sunt liberi, alij indeliberati. fol. 2. n. 29.

Ad actus naturales arduos perficiendos præcedere debent actus excitantes intellectus, & voluntatis. fol. 14. n. 34.

Actus vitalis, licet iuxta Aliq. possit de potentia absoluta à solo Deo produci, non tamen connatural. f. 16. n. 5.

Actus 1. per se supponit actum 1. in eodem ordine. fol. 19. n. 12.

Actus peccati tantum opponitur indirectè habitui virtutis. fol. 27. n. 36

Supernaturalis requirit in potentia ipsum eliciente auxilium intrinsecum supernaturale. fol. 29. n. 42.

Excedit in perfectione habitum, licet non sit æqualis durationis. fol. 35. n. 11.

Actus 1. nostræ voluntatis non est omninò necessarius. fol. 62. n. 41.

Est amor strictè dictus. ibid.

Ut actus charitatis sit liber, non requiruntur essential. subitæ affectiones. fol. 75. n. 15.

Actus, per quos viator potest se exercere. fol. 91. n. 3.

Actus adorationis hostię in re non consecratæ regulatur cognitione supernaturali. fol. 94. n. 12.

Actus intrinsecè naturalis, nec divinitus potest tendere in obiectum ut supernaturale. fol. 103. n. 34.

Supernaturalis excedit omnem activitatem solius naturæ. fol. 108. n. 45.

Accipit supernaturalitatem à principio supernaturali, operante modo supernaturali. fol. 109. n. 48.

Agere dicitur tripliciter. fol. 119. n. 10.

Agere instrumentaliter strictè, non est agere cum dominio. fol. 148. n. 32.

Actus intellectus producit effectivè habitus intellectuales. fol. 150. n. 39.

Non omne, quod se tenet ex parte actus 1. præbet potestatem. ibid.

Unus actus non potest esse virtus præcontentiva alterius quoad substantiam. ibid. n. 40.

Id sine quo non possumus elicere aliquem actum, non semper præbet potestatem. fol. 155. n. 53.

Actus supernaturales liberi in absentia habituum, nequeunt fieri per auxilium extrinsecum. fol. 160. n. 64.

Dupliciter potest aliquid se habere ex parte actus 1. fol. 186. n. 25.

Actus omnium virtutum sunt in præcepto. fol. 187. n. 27.

Actus accipit speciem à principio, & termino. fol. 194. n. 43.

Ad eius honestatem sufficit confirmari rectæ prudentiæ. fol. 200. n. 62.

Omnem rectitudinem accipit ex obiecto, & circunstantijs. fol. 209. n. 87.

Ad actum intensiorem charitatis requiritur intensior gratia efficax. fol. 454. n. 43.

Actus 1. significat potentiam, quæ est principium operationis. fol. 262. n. 13.

Omnis actio creaturæ liberè agentis provenit ab auxilio Dei moventis. fol. 266. n. 23.

Actus charitatis, & prædet. ad illum est gratia sanans. fol. 294. n. 51.

Actus voluntatis prout à Deo non est gratia prædeterminans. fol. 398. n. 39.

Actio Dei producens actum voluntatis, non est se sola applicatio virtutis activæ illius. fol. 406. n. 9.

De ratione 1. agentis est, quod prius operetur, quam 2. fol. 415. num. 6.

Quod tollit indifferentiam non se tenet ex parte actus 1. fol. 424. n. 27.

Applicatio virtutis ad agendū non est præcisè actio Dei. ibid. n. 28.

Actus, quem voluntas producit cum gratia, non procedit à gratia cooperanti, nisi voluntas ad illum se moveat applicativè. fol. 472. n. 28.

Quis sit actus interior, ad quem datur gratia operans? fol. 477. n. 40.

Quid intelligatur nomine *actus exterioris*? fol. 493. n. 2.

Primus actus voluntatis liber non subditur nostro imperio. fol. 494. num. 3.

Actus voluntatis efficaciter imperans actum externum moraliter honestum, dicitur adiutorium Dei ad eius elicientiam. fol. 495. n. 5.

In actu imperato unius virtutis est distincta libertas, ac in actu imperante. fol. 509. n. 36.

Actus alterius virtutis imperatus est liber libertate immediata. ibid.

Actus charitatis, quantumvis efficax, non connectitur infallibiliter cū actu ab illo imperato. fol. 514. n. 53.

Non movet immediatè, & irresistibiliter ad actus salutares. fol. 517. n. 60.

Actus proprius providentiæ est regere illa, quæ ipsi subduntur. fol. 556. n. 10.

Agere aliquem est illum inducere ad operandum. fol. 558. n. 16.

In actu bono reperitur, & modus rectitudinis, & modus libertatis. fol. 573. n. 19.

Activitas sequitur ad actualitatem, & ad hanc perfectio. ibid. n. 20.

Actus humanus meretur vitam æternam ex ordinatione Dei, & gratia cum libero arbitrio. fol. 578. n. 31.

Causans omissionem actus præcepti inficitur malitia omissionis. fol. 611. n. 2.

Actus supernaturalis sub ratione vitalis, & liberi procedit ab habitu, qui est tota ratio agendi. fol. 578. n. 31.

ADIUTORIUM. ADAMUS.

Adiutoriū sine *quo* constituit posse ad actum. fol. 259. n. 7.

Adiutorium gratiæ duplex. fol. 277. n. 2.

Adiutorium *quo* ad velle, est adiutorium gratiæ strictè adiuvantis. ibid.

Per adiutorium *quo* fit, ut voluntas velit, in genere causæ efficientis. fol. 278. n. 5.

Attributa adiutorij *quo* ex doctrina M. P. fol. 279. n. 8.

Adiutorium *quo* non se tenet ex parte actus 1. fol. 284. n. 25.

Adiutorium aliud possibilitatis, aliud actionis. fol. 519. n. 65.

Addiscere à Deo importat actus liberos positivos ex parte nostra. fol. 536. n. 5.

Adamus in statu innocentiæ, & pro illo statu, nullas habuit affectiones indeliberatas circa obiectum sibi prohibitum. fol. 61. n. 36.

Nec habuit gratiam excitantem ad bonum in actibus indeliberatis consistens. fol. 70. n. 61.

In ipso fuit necessarium duplex auxilium, ut præceptum observaret. fol. 624. n. 34.

AFFECTIO. AFFECTUS.

Affectio indeliberata per quam Deus excitat hominem adconsensum salutarem, non procedit effectivè à voluntate per auxilium purè extrinsecum. fol. 18. n. 10.

Affectio simplex non tendit in bonum præscindens ab existentia. fol. 63.

Affectiones ſimplices ſunt capaces meriti,& demeriti. fol. 65. n. 48.

Affectus liber intrinſecè ſupernaturalis procedit neceſſario directivè ex cognitione ſupernaturali.fol. 90.n.2.

Affectus ſupernaturalis nequit imperari ex affectu naturali. fol. 112. n. 55.

Neque conſervari ſola cognitione naturali. fol. 114. n. 58.

Affectio indeliberata dicit cauſalitatem moralem in conſenſum voluntatis. fol. 116. n. 3.

Naturalis non concurrit effectivè ad conſenſum honeſtum naturalem. fol. 134. n. 54.

Affectio ſubita tantum inhæſiva, & intrinſeca voluntati. fol. 238. num. 24.

AMOR.

Ad amorem liberum adimpletivum præcepti, præcedunt in nobis affectiones indeliberatæ. fol. 50.n. 5.

Amor ſtrictè dictus eſt radix omnium affectuum voluntatis. fol. 58. n. 31.

Primus actus noſtræ voluntatis eſt amor ſtrictè dictus. fol. 62. n.41.

Amor, quo Anima Chriſti dilexit ſummam Dei bonitatem, eſt idem cum eo, quo dilexit creaturas. fol. 86. n. 47.

Amor impropriè dicitur filius cognitionis. fol. 121. n. 18.

Amor Dei indeliberatus non concurrit effectivè ad amorem Dei liberum, & efficacem. fol. 146. n. 25.

Amor Dei eſt auxilium ad facere; non tamen unicum. fol. 513. n. 51.

Quod ex amore facimus, magis voluntariè facimus. fol. 578. n. 31.

ANGELUS.

In Angelis non fuit gratia excitans in actibus indeliberatis conſiſtens. fol. 52. n. 12.

Elicuerunt primum actum charitatis ex inſpiratione Spiritus Sancti. fol. 56. n. 24.

Non habuerunt affectiones indeliberatas circa obiectum ſibi prohibitum. fol. 61. n. 39.

Si Angeli directè immutarent voluntatem humanam, illam violentarent. fol. 76. n. 26.

Poſſunt illam movere obiectivè. ib.

Angelus ſuperior illuminans inferiorem nihil intrinſecum derivat in intellectu illuminati. fol. 125. n. 28.

Quomodo ſe gerat Angelus illuminans? fol. 126. n. 30.

In Angelis fuit neceſſarium duplex auxilium, ut præceptum obſervarent. fol. 624. n. 34.

Utrumque fuit bonis conceſſum, ſed non pravis. ibid. n. 26.

APPREHENSIO. APPETITUS. APERTIO.

Apprehenſio ſupernaturalis non repugnat. fol. 9. n. 22.

Appetitus elicitus commenſuratur cum forma apprehenſa. fol. 103. n. 34.

Apertio cordis, ut Deus intret in animam, eſt fervor charitatis. f. 640. n. 17.

Deus aperit cor ad credendum per gratiam efficacem. f. 548. n. 33. & ſeq.

ASPIRATIO. ARS. ASSENSUS.

Nomine aſpirationis præcipuè intelligitur gratia ab intrinſeco efficax. fol. 487. n. 16.

Ars effectivè concurrit ad actus proprios ſilius. fol. 136. n. 61.

Aſſenſus præmiſſarum non concurrit ad aſſenſum concluſionis, præciſsè per modum illuminantis, ſed etiam determinantis. fol. 124. n. 26.

Non præſtat intellectui vires ſtrictè tales ad aſſenſum concluſionis. fol. 144. n. 19.

AUXILIUM.

Auxilium gratiæ in ſenſu Theologico, quid ſit? fol. 6. n. 13.

Auxilium fluidum eſt impulſus ſpiritualis. fol. 28. n. 39.

Auxilium fluidum tranſiens, non dicitur qualitas, licet ſit. fol. 30. n. 43.

Auxilia fluida ſunt vitalia *ut quo*. fol. 36. n. 14.

Differunt ab habitibus ſpecie materiali. fol. 37. n. 17.

Quomodo auxilium excitans ſit ſimul efficax ad actus indeliberatos? fol. 37. à n. 19.

Auxilium fluidum immediatè connectitur cum actibus indeliberatis. fol. 41. n. 28.

Et hoc dupliciter intelligi poteſt. ibid. n. 29.

Quare dicatur transiens. fol. 42. n. 30.

Supplentia vicem habitus aliquando connectuntur cum actibus, aliquando non. ibi. n. 31.

Præter auxilium elevans intellectum, datur aliud elevans voluntatem. fol. 43. n. 34.

Auxilium, idem ac subsidium. fol. 258. n. 3.

Præter auxilium sufficiens datur auxilium ab intrinseco efficax. fol. 277. n. 3.

Auxilia fluida sunt cum proprietate gratia sanans. fol. 294. n. 50.

Auxilium connexum infallibiliter cum actu infallibilitate solius præscientiæ, non est quo Deus facit, ut faciamus. fol. 337. n. 31.

Auxilium efficax dicit connexionem cum consensu, & incomposibilitatem cum dissensu. fol. 351. n. 66.

Auxilium, quod dividitur in gratiam operantem, & cooperantem, est quid creatum. fol. 387. n. 9.

Auxilium ad actus subsequutos ad intentionem efficacem finis, latius patet, quam gratia prædeterminans. fol. 519. n. 65.

Cur auxilium efficax ad victoriam gravis tentationis sit gratia specialis. ? fol. 458. n. 52.

Auxilium physicè elevans est in se virtus determinativa actus supernaturalis. fol. 577. n. 28.

Quid addat ad auxilium gratia prædeterminans ? fol. 519. n. 65.

AUTHOR.

Authores aliàs Thom. negantes motionem prædeterm. intrinsecam, & realiter præviam ad actus causæ 2. non sunt dicendi *prædeterminantes*: & solum pugnant pro puritate actualitatis Dei in operando. fol. 435. n. 55.

B

BEATI.

IN beatis non est gratia excitans in actibus indeliberatis consistens. fol. 87. n. 49.

Cur beati cum Deo regnare dicantur? fol. 556. num. 10.

Omne beneficium, sive internum, sive externum, à Deo gratuito concessum habet rationem gratiæ. fol. 219. n. 16.

BONUM.

Bonum apprehensum non concurrit effectivè ut *quo* ad actum voluntatis. fol. 119. n. 10.

Bonum est causa amoris pet modum obiecti. fol. 121. n. 15.

Licet bonum apprehensum sit principium activum actus voluntatis, non tamen effectivum. fol. 129. n. 43.

Et pariter licet sit forma determinans speciem actus. fol. 131. n. 46.

Bonorum donatio est divina præparatio. fol. 219. n. 16.

CAVSA. CAVSALITAS.

Quid requiratur ad rationem causæ instrumentalis ? fol. 4. n. 33.

Causalitas finis non restringitur ad subitas affectiones. fol. 76 n. 16.

Causa ex natura rei impotens producere aliquem effectum, nec divinitus potest, nisi elevetur. fol. 104. n. 36.

Causa formalis extrinsec nec divinitus potest producere effectum, quem non continet. fol. 106. n. 41.

Causa efficiens quadruplex. fol. 115. n. 2.

Solum causa corporalis est in rigore vocis causa physica effectiva. fol. 116. n. 14.

Causa influens per modum proponentis non est verè, & propriè causa. fol. 310. n. 7.

Causa perficiens est verè, & propriè causa. fol. 313. n. 15.

Causalitas moralis est propria in suo genere, non tamen absolutè. fol. 314. n. 17.

Causa perficiens est ad quam statim sequitur effectus. ibid.

Causalitas moralis in Deo supponit posibilem causalitatem physicā in eundem effectum. fol. 318. n. 17.

Causa partialis non agit verè ratione alterius concausæ. fol. 590. n. 64.

Causæ, à quibus in executione de-

pe-

pendet existentia gratiæ efficacis. fol. 605. n. 31.

CARENTIA.

Carentia gratiæ habitualis non est amabilis à Deo, nisi supposito peccato. fol. 628. n. 47.

Carentia vero gratiæ actualis potest, absque peccato præced. ibi.

CERTITUDO. CREATIO.

Certitudo duplex: cognitionis, & ordinis. fol. 352. n. 68.

Quid sit creatio activè, & passivè? fol. 433. n. 51.

CHRISTUS.

In Christo Domino nulla fuit cognitio imperfecta. fol. 51. n. 9.

Non fuit in ipso gratia excitans in motibus indeliberatis consistens. ibi.

Omnes motus appetitus in ipso fuerunt ex iudicio rationis. ibid. n. 10.

Non potuit elicere actum salutarem sine gratia illuminante. fol. 53. n. 15.

Non elicuit visionem beatam ex propria determinatione. fol. 82. n. 32.

In ipso fuit scientia beata à primo instanti suæ conceptionis. ibid. n. 44.

Non fuit in ipso cognitio subita ordine naturæ antecedens visionem beatam. fol. 83. n. 38.

Nec affectio subita affectum liberum. ibid. n. 39.

Non fuit in ipso cognitio non attingens obiectum prout est in se adæquatè. fol. 84. n. 4.

Nec gratia inspirationis, quæ describitur à Tridentino. fol. 85. n. 45.

Nec consilium ad electionem. fol. 86. n. 45.

Nec affectio indeliberata præcedens electionem redimendi genus humanum. ibid. n. 46.

Nec vocatio, quæ in nobis est 1. effectus prædestinationis. ibid.

In ipso omnes actus fuerunt liberi libertate immediata. fol. 509. n. 37.

Est sibi servus secundum naturam humanam. fol. 572. n. 16.

CHARITAS.

Charitas dirigit actus voluntatis in Deum per modum inclinantis voluntat. fol. 197. n. 53.

Charitas est principium intrinsecè liberum. fol. 577. n. 28.

CONCURSUS. CONSENSUS, CONDITIO.

Concursus illuminativus non est propriè effectivus. fol. 121. n. 15.

Concursus simultaneus, ut oblatus se tenet ex parte actus 1. ut executus ex parte actus 2. fol. 274. n. 29.

Non est misericordia Dei præveniens. fol. 290. n. 39.

Secundo modo est extra constitutionem libertatis. fol. 338. n. 33.

In sententia Societatis non est Deo in se liberalis. ibid. n. 34.

Non est id, per quod Deus facit, ut faciamus. fol. 341. n. 40.

Concursus prævius Thomisticus est talis, nedum comparativè ad actionem, sed etiam ad voluntatem. fol. 410. n. 19.

Si unicè consistit in actione Dei, Deus non producit actionem creaturæ sub expressione actionis. fol. 411. n. 20.

Concursus, quo Deus influit immediatè in actum purè externum sub sequutum ad volitionem efficacem, est gratuitus, & prævius respectu illius. fol. 496. n. 5.

Concursus simultaneus non est in causam, sed tantum in effectum. fol. 561. n. 22.

Consensus noster verè in se ipso est Deo liber. fol. 339. n. 36.

Consensus negativus non aufert duritiam cordis. fol. 538. n. 8.

Conditio sine *qua non* potest accipi generaliter, & specialiter. fol. 355. n. 2.

COGNITIO.

Cognitio prophetica fit medio lumine supernaturali intrinsecè influenti. fol. 19. n. 12.

Cognitio supernaturalis non exigit necessario habitum pro sui elicientia. ibid. n. 13.

Exigit tamen lumen superadditum

naturæ per modum virtutis gratuitæ. fol. 29. n. 42.

Cognitio perfectè proponens obiectum etiam est gratia excitans. fol. 53. n. 15.

Theologia non est potens immed. regulare affectum supernaturalem. fol. 93. n. 10.

Nec cognitio naturalis adhuc in consortio supernaturalis. fol. 97. n. 18.

Potest tamen movere ad affectum supernaturalem indirectè, & negativè. fol. 100. n. 27.

Repugnat tamen dirigere se sola ad affectum intrinsecè supernaturalem. fol. 102. n. 31.

Cognitio speculativa non excitat in voluntate aliquem affectum. fol. 103. n. 33.

Cognitio noturalis nequit elevari à Deo in ratione dirigentis affectum supernaturalem. ibid.

Cognitio concurrit in genere causæ formalis ad affectum, quem excitat in voluntate. fol. 105. n. 38.

Licet sit causa formalis extrinseca, nec divinitus potest præstare effectum, quem non continet. f. 106. n. 41.

Cognitio directiva non est pura applicatio. fol. 109. n. 49.

Cognitio naturalis non influit effactive in actum voluntatis, quem dirigit. fol. 117. n. 5.

Cognitio præcepti supernaturalis continetur sub gratia interna actuali. fol. 180. n. 6.

Cognitio præcepti, quin præbeat vires, se tenet ex parte actus 1. ad eliciendum actum præceptum ex motivo obedientiæ. fol. 181. n. 12.

Cognitio se tenens ex parte actus 1. ad obedient. formalem aliquando est distincta à cognitione præcepti, aliquando non. fol. 183. n. 25.

Ut se tenens ex parte actus 1. ad actum obedientiæ formalis in aliquo sensu est purè excitans, & sufficiens. fol. 185. n. 22.

Cognitio præcepri non se tenet ex parte actus 1. ad actum præceptum secundum sibi intrinseca acceptum. fol. 186. n. 25.

Non se tenet ex parte actus 1. nec ut principium permissum redundans constitutivum adæquatum, nec inadæquatum. fol. 188. n. 30.

Dupliciter potest se tenere ex parte actus 1. ibid.

Tantum præcedit, ut intimans debitum elicientiæ actus. fol. 198. n. 57.

Tantum est applicatio moralis ad actum. ibid.

Adhuc supposito præcepto eius cognitio non se tenet ex parte actus 1. fol. 202. n. 67.

Cognitio sancta alliciens spectat ad signum adæquatum potestatis. fol. 203. n. 69.

Cognitio præcepti non requiritur necessario ex parte actus 1. ad conformitatem materialem liberam cum præcepto. fol. 204. n. 74.

Licet talis cognitio sit requisita ad talem conformitatem, non se tenet ex parte actus 1. fol. 205. n. 57.

Omnis cognitio proponens obiectum ut conveniens, si sit subita excitat per se loquendo affectum supernaturalem in voluntate. fol. 45. n. 40.

Cognitioni subitæ coniuncta cum perfecta homo potest resistere. fol. 49. n. 4.

COGITATIO.

Sancta cogitatio, qua Deus excitat corda deficient. habitu ad consensum salut. nequit fieri nisi medio aliquo auxilio transeunti. fol. 5. n. 13.

Cogitationes, quibus voluntas prævenitur, ut piè operetur, sunt gratia excitans. fol. 7. n. 15.

Sancta cogitatio, quæ ab homine effectivè procedit, licet sit auxilium gratiæ, non tamen 1. sed 2. fol. 8. n. 18.

Non excitat ad auxilium, à quo procedit, sed ad consensum. ibid. n. 19.

Cogitatio subita potest coexistere cum iudicio indifferenti. fol. 13. n. 31.

Non requiritur necessaria coexistentia illius cum cognitione perfecta, & indifferenti. ibid. n. 32.

Sancta cogitatio continetur intra activitatem physicam intellectus. fol. 18. n. 9.

Non tamen potest ab intellectu produci per auxilium purè extrinsecum. ibid. n. 10.

Munus proprium sanctæ cogitationis est facere, ut appareat, quod antea latebat. fol. 138. n. 3.

Sancta cogitatio, quando deficit habitus, requirit auxilium fluidum pro sui elicientia. fol. 140. n. 10.

COOPERARI.

Cooperari alteri stat dupliciter, fol. 371. n. 6.

Cooperari alicui agenti stat quatuor modis. fol. 372. n. 7.

Cooperari alteri est aliquoties illi auxilium præbere. fol. 373. n. 10.

Cooperatio Dei cum creatura non est commensuranda cum cooperatione duplicis causæ creatæ. fol. 374.

Contemplatio elementorum tantum tradit hominem ad cognitionem Dei Authoris naturæ. fol. 92. n. 6.

D

DEUS.

DEo nequit convenire ratio gratiæ auxiliantis. fol. 3. n. 7.

Licet sit adiutor, non tamen adiutorium. fol. 4. n. 7.

Eius dilectio nominat aliquid æternum. ibid. n. 9.

Varij modi, quibus trahit homines ad se. fol. 11. n. 26.

Causat in nobis dona Spiritus S. sine nobis efficientibus, non sine nobis consentientibus. fol. 17. n. 7.

Quid sit Deum operari de potentia ordinaria? fol. 34. n. 10.

Exercet munus causæ finalis sine affectionibus subitis respectu actus liberi voluntatis. fol. 73. n. 7.

Movendo sic voluntatem nullam illi violentiam infert. fol. 74. n. 11.

Nequit facere, quod affectus supernaturalis volunt. dirigatur cognitione sensitiva. fol. 110. n. 51.

Concurrens simul cum causa creata non concurrit, ut causa partialis. fol. 147. n. 28.

Trahit homines ad se, & quoad sufficientiam, & quoad efficaciam. fol. 157. n. 59.

Licet sit auxiliator noster, non tamen nostrum auxilium. fol. 162. n. 69.

Non elevat voluntatem ad actus supernaturales absque dono intrinseco. fol. 163. n. 71.

Dei donum est scire, quid facere debeamus. fol. 181. n. 6.

Per charitatem diligitur Deus, ut finis ultimus, & in recto. fol. 190. n. 34.

Considerari potest, & in ratione causæ physicæ, & moralis. fol. 195. n. 49.

Aliquid disponere est idem sæpè, ac illud imperare. fol. 215. n. 7.

Deum præparare sua dona intemp. est idem, ac efficere. fol. 216. n. 8. & 9.

Per subitam affectionem non immutat physicè voluntatem ut agat. fol. 236. n. 17.

Nec eam movet intrinsecè quoad exercitium. ibid. n. 18.

Nec motione se tenente ex parte voluntatis. ibid. n. 19.

Per subitam affectionem non determinat physicè velle liberum. fol. 242. n. 33.

Per gratiam excitantem, præcisivè ab adiuvanti, non facit, ut velimus. fol. 254. n. 50.

Quomodo solus ipse incipiat in nobis velle bonum. fol. 255.

Non facit, ut verè faciamus, per gratiam excitantem. fol. 312. n. 12.

Per gratiam excitantem non est causa perficiens consensum salutarem. fol. 313. n. 15.

Per cognitionem legis non movet activè ad elicientiam actus præcepti. fol. 316. n. 22.

Non est causa actus liberi, per hoc, quod conferat virtutem ad illum. fol. 318. n. 28.

Et hoc clarissimè ex D. Thoma. fol. 322. n. 39.

Non facit, ut faciamus per gratiam excitantem, adhuc ut collatam ex prævisione scientiæ mediæ consensus. fol. 326. n. 2.

Facit creaturam salutariter operari præbendo ipsi vires efficaciissimas. fol. 329. n. 10.

Concurrit cum voluntate creata ad actus salutares subordinando eam sibi. fol. 362. n. 19.

Non concurrit cum creatura partialiter partialitate causæ ad actus salutares. fol. 371. n. 6.

Nequit Deus dici vocatio, aut inſpiratio. fol. 391. n. 20.

Movet voluntatem abſque impreſsione alicuius formæ, vel habitus, ſed non ſine motione prævia. fol. 394. n. 29.

Ex quo præciſsè per ſuam actionem actus voluntatis efficiat, non probatur facere, ut faciamus. fol. 403. n. 3.

Non movet voluntatem creatam ad agendum, ex quo præciſsè ſua actione producat eius actum. f. 406. n. 9.

Movet voluntatem, ut ipſa tanquam cauſa principalis ſuum actum producat. fol. 409. n. 17.

Ex eo præciſsè quod per ſuam actionem producat actum voluntatis ſolum probatur eſſe actum purum. fol. 412. n. 24.

Munus cauſæ 1. in Deo, unicè ſalvatur per hoc, quod moveat, & applicet cauſas ſecundas ad elicientiam operationis. fol. 415. n. 5.

Non adiuvat voluntatem, ſi prædeterminatio conſiſtat unicè in eius increata operatione. fol. 416. n. 7.

Operari in omni operanti eſt illud applicare. ibid.

Eſt primum liberũ, non quia 1. determinat actum voluntatis, ſed ipſam voluntatem ut ſe determinet. f. 418. n. 12.

Operari immediatè actum cauſæ 2. ſtat dupliciter. fol. 426. n. 35.

Prius prioritate naturæ operatur Deus actus liberos ſalutares, quam voluntas creata. fol. 438. n. 3. & 4.

Non producit executivè actum voluntatis in ſeipſo, antequam voluntas illum producat. fol. 439. n. 6. & 7.

Deus, & creatura etiam ſimul natura producunt actum voluntatis. fol. 441. n. 11.

Ex vi motionis phyſicæ cauſat noſtrum conſenſum tantum inchoativè. fol. 446. n. 25.

Incipit operari phyſicè opera noſtra per modum moventis. ibid.

In nullo ſigno producit executivè actum pro priori ad voluntatem. fol. 448. n. 28.

Operari ſine nobis ſtat tripliciter. fol. 467. n. 16.

Per gratiam operantem operatur in nobis ſine nobis deliberatè propriè volentibus. ibid.

Prima eius dilectio non provenit à gratia cooperanti. fol. 473. n. 30.

Cauſat in nobis actum externum, quo facimus bonum per gratiam cooperantem. fol. 496. n. 5.

In Deo dantur omnium rerum rationes ſubſtantificæ, prædeterminativæ, & effectivæ, quas Theologia prædiffinitione vocat iuxta D. Dioniſium cap. 4. de Div. Nom. ibid.

Duplici prioritate gaudet in faciendo noſtrum facere. fol. 502. n. 21.

Immediatè operatur in agente creato. fol. 517. n. 61.

Duplici modo hominem docet. fol. 539. n. 11.

Per gratiam prædeterminantem perducit hominem ad finem ſibi proprium. fol. 555. n. 9.

Quid ſit Deum ſtrictè nos agere ad operandum? fol. 559. n. 16.

Non dirigit cum effectu homines in elicientia actuum ſupernatur. per gratiam excitantem, ſive hæc influat phyſicè, ſive moraliter. fol. 572. n. 24.

Eius influentia in cauſam 2. poteſt conſiderari vel activè, vel terminativè quoad effectum. fol. 569. n. 9.

Vitaliter producit actus voluntatis creatæ. fol. 570. n. 14.

Quomodo intelligatur Deum indurare cor hominis? fol. 608. n. 38.

Quomodo ſit cauſa obdurationis. fol. 628. n. 46.

Non tenetur conferre gratiam efficacem urgente præcepto, ad rectè operandum. fol. 629. n. 48.

Sæpè negat gratiam efficacem propter peccatum perſonale, vel originale, non tamen ſemper. fol. 630. n. 50.

Deus tantum impropriè expectat homines, ut illorum miſereatur. ibid. n. 51.

Quantum eſt ex ſe paratus eſt dagratiam efficacem, præparatione voluntatis antecedentis; non vero efficacis. fol. 633. n. 58.

Hoc principium: *Deus non deficit in neceſſario requiſitis, ad vitæ æternæ conſequutionem* ſi accipiatur, ut comprehendens omnia requiſita non tenet verum. ibid. n. 59.

Quid

Quid sitDeum intrare in animam? fol.640. n.18.

Non potest infundere gratiam sanctificantem libero arbitrio renuente. fol.641. n.22.

Potest tamen illam infundere absque ulla dispositione. ibi.

Deus est primum inferens logicè peccatum. fol.ult. n.22.

Decretum efficax, quod est applicativum ad productionem creaturarum, effectivè influit. fol.357. numer.6.

Defectus actualis attentionis ad regulas rationis pro aliquo priori non habet rationem culpæ, sed est pura negatio. fol.627.num.43.

DILECTIO. DIRECTIO.

DilectioDei nominat aliquid æternum gratia vero effectum temporalem. fol.4. n.9.

Dirigere actus voluntatis in finem,nedum convenit fidei,sed etiam alijs virtutibus moralibus. fol. 197. num.54.

Directio ex parte intellectus duplex. ibi.

Directio præcepti tantum proponit debitum, fidei vero ostendit bonitatem obiecti. fol.198.num.155.

Dilectio prima Dei non provenit à gratia cooperanti. fol.473.n.30.

Directio liberi arbitrij ex parte Dei duplex. fol.556. n.11.

DIVISIO. DIFFERENTIA. DIABOLUS.

Divisio qualitatis in habitum, & dispositionem estessentialis. fol. 33. num.6.

Differentia scitu digna inter votum, & præceptum de aliquo actu. fol.200. num.62.

Diabolus non potest esse causa directa, ut aliquis peccet.fol.310. n.7.

Discrimen inter gratiam, & prædestinationem. fol.386. n.5.

Dispositio indebita ad receptionem gratiæ est defectus rectę considerationis regulæ rationis ex parte intellectus,& ex parte voluntatis defectus actualis attentionis. fol. 628. num.46.

DOS. DONUM. DOCTRINA.

Dos claritatis corporis glorioſi non est intrinsecè supernaturalis.fol. 93. n.10.

Donum Dei est scire, quid facere debeamus. fol.181. n.6.

Donum aliud à Deo unicè proveniens,aliud àDeo,& à nobis.fol.448. num.30.

Donum Dei est nedum gratia determinans ad velle: Sed etiam ipsum velle. fol.450. n.34.

Donam internum movens immediatè ad actus salutares est gratia prædeterminans. fol.517. num.60.

Donum,per quodDeus nobis activè donat cor obediens, ut faciamus est gratia ab intrinseco efficax, tam operans,quam cooperans. folio 531. n.27. & 28.

Aliud est donum, quo Deus facit, ut faciamus,aliud gratia,qua hoc facit. fol.531. n.32.

Doctrina D. Thom.est deducta ex testimonijs SacræScript.fol.537. n.5. Dissensus negativus (si datur)non est culpa, adhuc venialis. fol.641. n.21.

E

ELevatio per auxilium extrinsecum est contra exigentiam potentiæ. fol.20. n.15.

Hoc complexum: *Ens supernaturale fluidum* non est repugnans.f.35.n.12

Effectivè partialiter influere cum alio, non est idem,ac præstare illi vires.fol.140. n.7.

Effectus per se talis, procedit à causa per se ordinata ad eius productionem. fol.162. n.68.

Error Pelagij relatus,& refutatus. fol.173. à n.26.& seq.

Primum in executione in ordine ad aliquem effectum,non semper influit principaliter in illum. fol.244. num. 2.

Hoc nomen *efficax* aliquoties. Idē significat, ac virtus. fol.350. n.65.

Principium exterius dicitur respectu alicuius dupliciter inhæsivè, & egressivè. fol.394. num.30.

Essentia animæ est causa omnium potentiarum sicut finis, & sicuti principium activum. fol.403. n.2.

Effi-

Efficacia vitium quid sit? fol. 530. num. 24.

Effectus causæ 2. magis assimilatur causæ 2. quam primæ. fol. 567. num. 7.

F

AD formam entitativè naturalem nequit sequi inclinatio innata intrinsecè supernaturalis. fol. 104. num. 35.

Fœcunditas ex terminis respectivè ad actus intellectus, & voluntatis præscindit à causalitate physica, & morali. fol. 122. n. 20.

De ratione formę non est, quod sit principium *quo* effectivum operationis. fol. 131. n. 48.

Triplex modus formæ. ibi.

Fides tantum dispositivè influit in actum charitatis. fol. 138. n. 4.

Fides dirigit actus voluntatis in Deum, ut finem supernaturalem per modum ostendentis. fol. 197. n. 53.

Licèt filius sit principium actionis, qua Pater producit Spiritum Sanctum, non tamen est principium, ut Pater spiret fol. 404. n. 4.

Informis perfectis potest dari mutua causalitas in eorum introductione, non vero in imperfectis. fol. 610. num. 44.

G

GEnerans vivens immediatè causat motum cordis in genito, alios vero mediatè. fol. 117. n. 61.

GRATIA EXCITANS.

Gratiam excitantem dari est de fide. fol. 1. n. 1.

Eius proprium munus est corda nostra movere, ut pœnitentiam agant de peccatis. fol. 62. n. 2.

Sub illa comprehenditur sancta cogitatio, & omnis pius affectus adhoc conducens. ibi.

A PP. & Concilijs vocatur illustratio, & inspiratio Spiritus S. ibi.

Ratio diversitatis huius appellationis. ibi.

Dividitur in internam, & externam, & quid sint hæc membra. ibi. num. 3.

Neutra pertingit ad perfectionem gratiæ iustificantis. ibi. n. 4.

In illa reperiuntur tria munia; scilicèt, ratio auxilij, ratio gratiæ, & ratio prævenientis, & quomodo hæc omnia. fol. 3. num. 5.

Gratiæ prævenienti excitanti homo potest assentire, & dissentire. fol. 4. num. 8.

Gratiæ excitantis dona. f. 6. n. 14.

Non debet esse perfectior actu, ad quem excitat. fol. 9. num. 21.

Sub illa tantum comprehenduntur cogitationes conducentes ad consensum salutarem. fol. 10. n. 25.

Gratia excitans per modum principij coniungitur cum consensu, non vero disponens. fol. 13. n. 32.

Varia munera huius gratiæ. folio 15. num. 2.

Non consistit adæquatè in actibus intellectus, & voluntatis. fol. 21. n. 18.

Licèt sit illuminatio, & tactus cordis. fol. 23. num. 25.

Consistit in auxilio præcedenti actum. fol. 25. n. 29.

Præveniens prioritate *à quo* sanctam cogitationem necessario connectitur cum illa. fol. 24. n. 28.

Plura dona complectitur. f. 44. n. 37.

Per illam Deus nobis donat sufficientiam ad actus salutares. ibi. n. 38.

Complete sumpta includit actus spectantes ad intellectum, & voluntatem. fol. 48. n. 1.

Coincidit cum gratia sufficienti. fol. 66. n. 49.

Gratia illuminationis necessario requisita, ut iustus utatur virtutibus infusis, non est necessario gratia excitans consistens in cogitatione subita, & indeliberata. fol. 67. n. 54.

Potest tamen existere, quando existit actus. fol. 68. n. 55.

Gratia excitans affectionis ad salutaria in actu indeliberato consistens necessarioest supernaturalis. fol. 114. n. 59.

Gratia excitans iuxta præsentem providentiam petit esse intrinsecè supernaturalis. fol. 91. n. 5.

Naturalis includit etiam illuminationem, & affectionem. fol. 115. n. 1.

Per gratiam excitantem illuminationis non determinatur immediatè intellectus ad perfectam cognitionem. fol.139. n.7.

In quo consistat gratia simpliciter excitans? fol.152. n.46.

Gratia excitans exterior non est propriè gratia sufficiens. fol.167.numer.7.

Gratia excitans interior illuminationis non est sufficiens simpliciter ad actus salutares. fol.168. n.12.

Spectat tamen ad gratiam sufficientem complete talem. fol. 169. n.13.

Affectiones indeliberatæ non sunt propriè gratia sufficiens. fol. 170. num.17.

Integrè accepta est sufficiens ad consensum salutarem.f.171. n.18.

Gratię excitantis duplex acceptio, & quid utraque dicat? fol.185. n.22.

Per gratiam excitantem non præparatur voluntas efficaciter à Deo ad benè velle. fol.228. n.38.

Gratia excitans non determinat quoad exercitium voluntatem. fol. 231. num.4.

Solum est initium cum effectu consensus salutaris, ut est simul cum adiuvante.folio 234. n.12.

Non omnis instinctus Dei est gratia excitans. fol.243. num.36.

In aliquo sensu est gratia adiuvans. fol.258. n.5.

Est inconnexa cum cooperatione liberi arbitrij. fol.259. num.6.

Non est eadem entitas cum gratia adiuvanti. fol.260. n.8.

Est resistibilis adhuc in actu secundo. fol.261. n.11.

Per illam non præparatur voluntas à Deo. fol.290. n.41.

Solum convenit cum gratia adiuvanti in ratione generica. fol. 299. num.8.

Infunditur à Deo etiam non petentibus. fol.300. num.9.

In aliquo sensu est gratia operans. fol.309. num.4.

Si tantum moraliter movet voluntatem,per illam non facit Deus, ut faciamus. fol.311. n.9.

Etiam si habeat aliquem concursum activum. fol.312. n.12.

Non movet voluntatem ea proprietate, qua prædeterminans. fol. 316. num. 24.

Etiam si influat physicè. fol. 318. num. 28.

Non influit in consensum, nisi ex determinatione creaturæ. fol. 319. num.30.

Est virtus, qua sumus potentes facere bonum,non vero qua facimus. fol.323. num.43.

Prævisa ut efficax per scientiam mediam non est gratia qua Deus facit, ut faciamus. fol.326. num.3.

Non est operans iuxta acceptionem M.Par.In aliquo sensu potest ita appellari. fol.465. n.9.

Per grat.operant.operatur in nobis Deus, nedum ut velimus; sed ipsum velle. fol.465. num.10.

Hæc est per quam Deus incipit in nobis operando, & faciendo ipsum velle. fol.467. num.16.

A grat.excit.tantum remotè incipit benè velle. fol.468. ibi.

Ad benè velle tantum requiritur præsupositivè quasi actus 1.ibi.n.17.

Ipsi convenit etiam munus directionis. fol.553. n.5.

GRATIA ADIUVANS.

Gratia prout adiuvante,est distincta ab excitanti est etiam præveniens. fol.163. num.73.

Non omnis gratia adiuvans ad consensum salutarem estò inconnexa cum illo est gratia sufficiens. fol. 167.num.9.

Munus gratiæ adiuvantis convenit gratiæ operanti, & cooperanti. fol.224. num.28.

In aliquo sensu est excitans. folio 258. num.5.

Distinguitur tamen ab illa, aliqua vera distinctione. fol.259. n.6.

Non dispensatur à Deo nisi homo cooperetur gratiæ. ibi.

Est distincta entitas à gratia excitanti. fol.260.num.8.

Strictè talis est efficax, & irresistibilis. fol.261. num.9.

Non est consensus liber creaturæ. fol.263. n.14.

Inter ipsam voluntatem in actu primo, & consensum, mediat gratia efficax. fol.267. n.27.

Licèt ipsa non sit causa *qua* consensus salutaris est tamen id ratione cuius Deus denominatur principium, & causa prima donans consensum salutarem. fol.271. n.38.

Est per quam Deus movet voluntatem ad primum actum liberum salutarem. fol.273. n.42.

Distinguitur ab excitanti iuxta Augustinum. fol.275. n.2.

Habet pro effectu consensum liberi arbitrij. fol.296. n.2.

Per illam disponuntur homines ad iustificationem. ibi. n.1.

Prævenit actum fidei. f.297. n.4.

Gratia adiuvans non est omnipotentia præparata ad influendum simul cum creatura. fol.298. n.8.

Solum convenit genericè cum gratia excitanti. fol.299. n.8.

Causans in nobis primum velle est effectus temporalis. fol.388. n.10.

Est etiam quid intrinsecum animę. ibi. n.12.

Est propriè gratia ab intrinseco efficax. fol.454. n.43.

Non obstat eius intensioni connexio infallibilis cum actu. ibi.

Non omnis est cooperans. folio 474. num.31.

GRATIA PRÆDETERMINANS.

Gratia prædeterminans in proprio sensu dicitur gratia inspirationis. folio 57. n.25.

Est etiam in aliquo sensu excitans. ibi. n.27.

Divisio gratiæ insufficientem, & efficacem, earumque proprietates. fol.165. n.2.

Gratia efficax, & cognitio præcepti eodem modo se habent quoad aliquid in ordine ad actum. fol. 194. num.46.

Gratia, per quam Deus præparat dispositivè voluntatem ut benè velit, non est prędeterminans. f.213. n.2

Gratia efficiens non est proprie disponens. fol.228. n.39.

Gratia prædeterminans principalius influit in consensum, quam excitans. fol.245. num.3.

Quæ attribuuntur gratiæ prædeterminanti, non conveniunt principalius gratiæ excitanti. ibi.

Gratia discernens inter consentientem, & non consentientem, est prædeterminans. fol.248. n.14.

Est etiam cooperans. fol.271. n.36.

Non est pura conditio, sed causa, qua Deus facit, ut velimus. f.355. n.3.

In ipsa tria munera distinguntur, fol.634. n.25.

Eius influxus non verificatur præcisè in signo priori ad influxum voluntatis, sed transit ad signum in quo voluntas influit. fol.366. n.1.

Est gratia cooperans, & etiam prę-veniens. fol.371. n.5.

Non consistit in actione increata Dei. fol.380. num.36.

Passive sumpta non est actus voluntatis. fol.397. num.38.

Est activa inclinatio voluntatis, ut vitaliter inclinetur in bonum. folio 401. n.47.

Sic consisteret unicè in actione Dei immanenti, per illam non faceret Deus, ut faciamus. fol.403. n.3.

Nec verificaretur verè movere voluntatem ad agendum. folio 406. num.9.

Ab ipsa usque ad consensum tria signa interveniunt. fol.447. n.27.

Requisita ad actum honestum naturalem est entitativè naturalis. folio 520. n.67.

De illa potest affirmari, quod est virtus efficacissima. fol.523. n.7.

Per vires efficacissimas intelligitur inadequatè gratia prædeterminans ad facere. f.524. n.9. & f.534. n.7.

Auffert primitus duritiam cordis effectivè ut *quo*. fol.544. n.23.

Est gratia Regens. fol.553. n.5.

Sine illa non salvatur Deum dirigere hominem in elicientia actuum supernaturalium. fol.561. n.21.

Subijcit sibi liberum arbitrium. folio 565. n.4.

Dependet quoad esse à voluntate sub ratione communi accidentis. fol. 568. n.7.

Eius influxus non est ipse actus voluntatis. ibi.

Ipsi strictè subijcitur voluntas quoad agere. fol.182. n.41.

Eius necessitas ad actus salutares fundatur. fol.584. à n.47.

Non est effectivè physicè in nostra potestate. fol.594. n.3.

Gratia prædeterminans ad 1. actum salutarem non depēdet à nostra voluntate effectivè meritoriè. ibi.

A gratia indifferenti non provenit facere, præ non facere. f. 331. n. 16.

Gratiam efficere consensum, ut determinatam à creatura, est non efficere illum, ut veram causam. fol. 332. num. 19.

Gratia prędeterminans causat vires efficaciſsimas non ad velle, sed ad facere. fol. 534. n. 31.

Gratia primatum habet in ordine ad actus salutares. fol. 582. n. 41.

Ipsi strictè subijcitur voluntas, quoad agere. ibi.

Eius primatus ad actus salutares aufert ab illa subiectionem ad voluntatem. fol. 482. n. 42.

GRATIA AB INTRINSECO EFFICAX.

Quomodo dicatur gratia ab intrinseco efficax potentior? fol. 284. num. 25.

Gratia ab intrinseco efficax non est gratia principaliter sanans. folio 294. num. 50.

Præstat mediatè vires ad actus procedentes ex imperio actus interioris, non tamen ad actum interiorem, & in hoc sensu dicitur sanans. f. 295. n. 54.

Constitutiva gratiæ ab intrinseco efficacis. fol. 350. n. 68. & seq.

Est in vero sensu gratia sanans. fol. 294. n. 51.

Influit effectivè in consensum in signo priori ad influxum voluntatis. ibi. n. 10.

Non tamen ponit consensum salutarem executivè pro priori ad voluntatem. fol. 363. n. 21.

A Deo cordibus nostris ineffabili suavitate infunditur. fol. 387. n. 7.

Est gratuitus effectus divinæ voluntatis. ibi. n. 8.

Est etiam effectus prædestinationis. fol. 391. n. 20.

Est motio activa voluntatis. folio 397. n. 38.

Sine illa non salvatur subordinatio creaturæ ad Deum in agendo, nec in Deo ratio 1. causæ. fol. 413. n. 1.

Præoperatur nostros nostros actus præoperatione consistente in applicatione voluntatis. fol. 447. n. 26.

Est intensibilis, & remissibilis. fol. 453. n. 41.

Est intensibilis etiam quoad efficaciam. fol. 457. n. 49.

Rectè dicitur gratia dirigens voluntatem. fol. 448. n. 19.

Est gratia per quam homo addiscit à Patre. fol. 549. n. 38.

Est gratia Cœlestis Doctr. ibi.

Donans credere est gratia sanans. fol. 551. n. 41.

Strictè agit voluntatem. fol. 559. num. 16.

Eius denegatio non semper dicit ortum ex aliqua culpa. fol. 605. n. 30. & seq.

Est forma imperfecta. fol. 610. numer. 44.

Non dependet eius carentia à peccato, quod committitur in instanti denegationis illius. fol. 611. n. 2.

Nec illius exist. à dispositione negativa prævia liberi arbitrij. fol. 613. num. 7. & seq.

Si dependeret à prædicta dispositione, daretur in Deo scientia media. ibi. num. 12. & seq.

Eius carentia non dependet à peccato actuali, tanquam à causa. fol. 620. n. 24. & seq.

Nec a resistentia gratiæ sufficientis. fol. 624. n. 34. & seq.

Nec ab omissione orationis pro illius impetratione. fol. 620. n. 31.

Non fuit dependens à voluntate diaboli. fol. 626. n. 4.

Ex littera D. Thomæ gratia actualis efficax est inimpedibilis à creatura. fol. 628. à n. 45. & seq.

Unde eius denegatio non dependet à dissensu purè negativo. Dub. ultimo per totum.

Aliqua gratia sub munere trahentis est ab intrinseco efficax. fol. 549. num. 38.

Gratiam aliquam esse potentiorem dupliciter intelligi potest. folio 284. n. 25.

Gratiæ tantum moraliter moventi, convenit etiam *agere* voluntatem. fol. 558. n. 16.

GRATIA OPERANS.

Munus gratiæ adiuvantis con-

ve-

venit gratia operanti. fol. 224. numer. 28.

Gratia dicitur operans in actu 1. & in actu 2. fol. 269. n. 30.

Gratia dans posse ad consensum salutarem non dicitur cum proprietate gratia operans. fol. 462. n. 3.

Gratia strictè operans est adiuvans. fol. 463. n. 4.

Non est resibilis à voluntate. ibi. num. 6.

Est determinate gratia efficax. fol. 464. num. 8.

Per illam operatur in nobis Deus nedum ut velimus, sed ipsum velle. fol. 465. n. 10.

Est per quam incipit Deus in nobis operando, & faciendo ipsum velle. fol. 467. n. 16.

Est auxilium Dei moventis voluntatem ad actum interiorem, per quem primo vult bonum. fol. 470. n. 12.

Gratia ad primum actum in qualibet serie est operans. fol. 470. n. 23.

Potest dici cooperans, si ly *cooperans* communiter accipiatur. ibi.

Gratia collata bonis Angelis in primo instanti fuit operans. fol. 474. num. 33.

Non consistit in motibus subitis intellectus, & voluntatis. fol. 416. num. 39.

Distinguitur realiter à cooperanti. fol. 478. n. 45.

Cooperans est simul præveniens, & subsequens. fol. 479. n. 47.

Gratia præparans est gratia operans. fol. 546. n. 26.

GRATIA COOPERANS.

Munus gratiæ adiuvantis convenit etiam gratiæ coooperanti. f. 224. num. 28.

Gratia habitualis etiam est cooperans. fol. 258. n. 3.

Gratia actualis cooperans est præveniens. fol. 272. num. 40.

Gratia cooperans commun. sumpta influit effectivè cum voluntate in omnem actum illius sine internum, sive externum. fol. 371. n. 5.

Præcedit natura, & causalitate bonum usum liberi arbitrij. f. 372. n. 7.

Efficit consensum determinativè. fol. 376. n. 18.

Est eadem realiter cum gratia præoperante. fol. 380. n. 33.

Ad eius cooperationem sufficit simultas temporis. fol. 378. n. 24.

Discrimen inter gratiam strictè operantem, & cooperantem. fol. 469. num. 22.

Gratia cooperans est auxilium, quo Deus movet voluntatem, ut perficiat opus. fol. 470. n. 22.

Non omnis gratia, cui cooperatur liberum arbitrium, est cooperans strictè. fol. 473. n. 31.

Collata bonis Angelis in 2. instanti fuit cooperans. fol. 474. n. 33.

Potest dividi in plures gratias. fol. 418. n. 45.

Gratia cooperans prædeterminat ad facere. fol. 499. n. 11.

Est effectus operationis divinæ, quæ propter hoc est prædeterminans activè, & extrinsecè voluntatem creatam. ibid.

Est adiutorium subsequens ad velle. fol. 507. n. 32.

Est tamen præveniens actum imperatum ab ipso velle. ibi.

Causat exteriorem actum. ibi. numer. 33.

Non influit simultanèe strictè. fol. 510. num. 41.

Licèt supponat aliquam determinationem, non tamen omnem. fol. 518. num. 63.

Præveniendo facit, efficacissimequè determinat voluntatem, & est vis efficacissima. fol. 529. n. 23.

Munia huius gratiæ cooperantis, quæ est vis efficacissima. fol. 529. numer. 24.

GRATIA PRÆVENIENS, ET PRÆPARANS.

Gratiæ prevenienti excitando homo potest assentire, & dissentire. fol. 4. num. 8.

Gratia præparans includit gratiam prædeterminantem. fol. 223. numer. 26.

Quibus donis conveniat ratio gratiæ prævenientis. f. 481. n. 2.

Gratia præveniens determinat voluntatem, ut liberè, & salutariter velit. fol. 483. n. 5.

Est per quam Deus nobis donat

bonam voluntatem. ibi. num.6.
Duplex gratia præveniens. folio 485. n.12.
Gratia præveniens de qua loquuntur SS. PP. est efficax. fol.486. n.13.
Est gratia præparans. fol.487. numer. 15.
Est vocatio Dei, quoad efficaciam. fol.448. n.18.
Prout sic non præbet posse. ibi. num.19.
Distinguitur realiter à subsequenti. fol.489. n.21.
Movet voluntatẽ ad 1.velle.ib.n.22
Præstat intentionem efficacem finis. ibi. n.22.
Est gratia sanans infirmitatem liberi arbitrij. fol.490. n.24.
Gratia prę parans voluntat.bonam est gratia operans. fol.546. n.26.

GRATIA SUBSEQUENS.

Gratia subsequens, est per quam nobis Deus donat, ut quod iam volumus, opere compleamus. fol. 488. num.5.
Realiter distinguitur à prævenienti. fol.489. u.21.
Gratia movens voluntatem, potest dici subsequens. ibi. n.22.
Per illam nobis præstat Deus, ut benè operemur. fol.502. n.19.

GRATIA VOCATIONIS.

Gratia vocationis in Christo est eiusdem rationis cum nostra, quantum ad id, quod dicit de perfectiones. fol.85. n.44.
Gratia internæ vocationis in actibus indeliberatis consistens non determinat physicè voluntatem. fol. 339. n.27.
Gratia vocationis quoad efficaciam est gratia operans. f.469. n.21.
Gratia, quæ à nullo duro corde respuitur est gratia vocationis. folio 541. num.13.

GRATIA ILLUMINATIONIS, ET INSPIRATIONIS.

Gratia inspirationis duplex, una moralis, altera effectiva, earumque descriptio. fol.58. n.29.
Ultra gratiam illustrationis in intellectu, requiritur altera in voluntate, ut nobis bona delectent. folio 64. num.45.
Gratia illuminationis requisita, ut iustus utatur virtutibus infusis non est necessario gratia excitans in subita cogitatione consistens. fol. 67. num. 54.
Talis gratia, etiam quoad subitam affectionem, non fuit in Adamo innocenti. fol.70. n.61.
Per illam non determinatur immediatè intellectus ad perfectam cognitionem. fol.139. n.7.
Interior non est simpliciter sufficiens ad actus salutares.f. 168. n. 12.
Gratia inspirationis non est gratia sufficiens. fol.163. num.24.
Sub gratia interna actuali continetur cognitio præcepti.fol.180.n.6.
Gratia internæ illuminationis movet moraliter voluntatem ad actus salutares. fol.230. n.1.
Gratia subitæ affectionis non facit voluntatem de non volente, volentem, sed tantum illam expedit. fol.238. n.24.
Gratia illuminationis tantum pertinet adadiutorium possibilitatis.fol. 282.n.17.
Gratia Spiritus Sancti, est libera tantum per modum virtutis, non per modum potentiæ. fol.578. n.30.
Illustratio supernaturalis non influit physicè in actus supernaturales. fol.152. n.46.
Gratia illuminationis spectat ad gratiam sufficientem complete talem. fol.169. n.13.

GRATIA AUXILIANS, ET ACTUALIS.

Gratia auxilians dividitur in actualem, & habitualem, & quid utraquè sit? fol.3. n.6.
Discrimen inter hoc nomen *gratia*, & hoc complexum, *gratia auxilians*. fol.6. n.13.
Gratia actualis influit physicè in actus supernaturales præbendo vires voluntatis. fol.152. n.46.
Eius divisio insufficientem, & efficacem, harumque proprietates. fol.165. n.2.

Gratia auxilians ut motio nullam præparationem requirit ex parte hominis. fol.217. n.13.

Gratia actualis operans non dat cum proprietate posse ad consensum salutarem. fol.462. n.3.

Gratia actualis dividitur in prævenientem, & subsequentem. folio 481. n.1.

Gratia actualis sic divisa est effectus temporalis divinæ dilectionis. fol.526. n.17.

Gratia auxilians necessario est aliquid creatum. fol.3. n.7.

Gratia actualis dividitur essentialiter in sufficientem, & efficacem. fol.304. num.20.

GRATIA SUFFICIENS.

Quomodo gratia sit sufficiens ad actum, licèt pro eius elicientia aliquid aliud requiratur? fol.165.n.3.

Gratia sufficiens sub excitanti continetur. fol 166. n.4.

Quid dicat gratia sufficiens integrè accepta? fol.171. n.18.

Non datur gratia sufficiens ad aliquorum conversionem nisi concedantur auxilia fluida intrinseca. fol. 172. n.22.

Gratia legis est aliquatenùs sufficiens in ordine ad actus, quos non præcipit. fol.186. n.24.

Gratia strictè sufficiens est tota virtus proxima operandi supernaturaliter. fol.266. n.24.

Ultra illam ad operandum supernaturaliter, requiritur alia gratia prę-veniens. fol.297. n.4.

Redditur intrinsecè determinativè efficax à gratia prædeterminanti. fol.331. n.15.

Per gratiam ut prę-vissam efficacē per scientiam mediam, Deus tantum mediatè propriè donat consensum. fol.564. n.29.

GRATIA HABITUALIS.

Gratia habitualis complexè accepta quid sit? fol.3. n.5.

Sub illa comprehenduntur, gratia gratum faciens, virtutes infusæ, & dona Spiritus Sancti. ibi.

Discrimen inter dilectionem, & gratiam. folio 4. num. 9.

Hoc nomen *auxilium* significat effectum temporalem. ibi.

Gratia habitualis est etiam gratia prę-parans. fol 229. n.39. & 40.

Est operans, & cooperans. f.258. num.3.

Solum illa dicitur cum omni rigore, & proprietate gratia sanans. fol. 294. num.50.

Non subijcitur libero arbitrio.fol. 589. n.60.

In gratia habituali munia prævenientis, & subsequentis sola ratione distinguntur. fol.489. n.21.

GRATIA DEI.

Gratia Dei præbet vires efficacissimas voluntati. fol.152. n.45.

Significat aliquid creatum.fol.163 num. 71.

Hæc vis efficacissima præstita voluntati à gratia, non est ad velle, sed ad facere. fol.534. n.31.

Quomodo gratia sit principium exterius humanorum actorum. folio 394. num.30.

GUBERNATIO.

Gubernatio est *quædam mutatio gubernatorum à gubernante.* folio 431. num.46.

Quomodo distinguatur à providentia? ibi. n.47.

Quid sit *passivè* sumpta ? ibi. numer.48.

Includit gratiam efficacem. ibi.

Triplex acceptio gubernationis. fol.434. num.52.

H

HABITUS.

HAbitus solum determinat, quoad specificationem. fol.66.n.51.

Non connectitur ex se cum actu. fol.26. n.33.

Habet concursum effectivum simul cum potentia. fol.122. n.20.

Habitus supernaturales sunt in se liberi intrinsecè per modum virtutis. fol.579. num.33.

Non ſubordinatur, quoad uſum voluntati. ibi.

HÆRESIS.

Hæreſis Pelagianæ varij ſtatus. fol. 289. n. 36. & 37.

HOMO.

Homo dum primo convertitur ad fidem, nequit elicere actum fidei, quin prius præcedat in ipſo cognitio ſupernaturalis, qua à Deo excitetur. fol. 48. n. 2.

Per peccatum originale manſit vulneratus vulnere ignorantiæ. fol. 49. num. 13.

Homo fidelis indiget gratia prę via efficaci ad eliciendos actus fidei. fol. 66. num. 51.

Iuſtus indiget gratia excitanti illuminationis, ut utatur virtutis infuſis. fol. 67. num. 53.

Indiget etiam regulariter gratia excitanti conſiſtenti in motibus ſubitis poſt peccatum originale. fol. 58. n. 55.

Et etiam, ut eliciat actum fidei. ibi. num. 58.

Unus homo poteſt alterum illuminare. fol. 125. n. 28.

Tam in ſtatu naturæ integrę, quam corruptæ, indiget auxilio ſuperadito ad volendum bonum ſupernaturale. fol. 161. n. 65.

Primus homo habuit adiutorium *ſine quo* ad perſever. non vero adiutorium *quo*. fol. 165. n. 2.

Homo per imperium diſponit ſuos actus. fol. 228. n. 29.

Ad ſalutariter operandum indiget gratia adiuvanti. fol. 257. n. 1.

Poteſt reſiſtere gratiæ excitanti, adhuc in actu 2. fol. 261. n. 11.

Co operatur Deo, ſicut inſtrumentum Artifici. fol. 270. n. 34.

Abſque peccato poteſt intenſius diligere creaturam, quam Deum. fol. 456. n. 48.

Carens habitibus infuſis habet pro principio actuum ſupernaturaliū grat. intrinſ. prę venientem. f. 151. n. 43

Tripliciter venit ad Chriſtum 1. per fidei cognitionem, 2. per affectum amoris. 3. Per operis imitationem. fol. 536. n. 30.

Non præparat cor per conſenſum purè negativum. fol. 546. n. 28.

Sed per poſitivum ex adiutorio gratiæ. fol. 547. n. 30.

Aperit oſtium cordis ſui, quando ponit initium fidei, hoc eſt fidem inchoatam. fol. 549. n. 37.

Non habet facultatem utendi prius habitibus infuſis, per imperium, & uſum activum. fol. 586. n. 53.

Eſt prima cauſa defectus gratię habitualis, non vero efficacis, ex qua provenit 1. peccatum. fol. 628. n. 46.

Ipſi non imputatur carentia gratię efficacis qua vitaret primum peccatum, licèt imputetur omiſsio actus. fol. 629. n. 48.

Poteſt impedire receptionem gratiæ habitualis, non vero 1. efficacis actualis. fol. 631. num. 53.

Benè utens auxilijs ſufficientibus, non accipit à Deo auxilium efficax, ut ſalutariter velit, ita ut bonus uſus præcedat collationem auxilij efficacis. fol. 637. n. 12.

Qui benè utitur auxilio ſufficienti, accipit à Deo auxilium efficax, ut benè utatur. fol. 638. n. 14.

I

IDEA.

IDea dicitur principium Artificis, quin influat effectivè in illum. fol. 220. n. 25.

ILLUMINATIO. ILLUSTRATIO.

Illuminatio interna in nobis duplex. fol. 23. n. 26.

Alia obiectiva, ſubiectiva aliter. fol. 100. n. 25.

Illuminatio intellectus concurrit effectivè moraliter ad lib. conſenſum. fol. 116. n. 2.

Illuſtratio ſupernaturalis non influit effectivè in ſubitam affectionem ex illa provenientem. fol. 137. n. 2.

Subita illuſtratio non elevat voluntatem, ut producat ſanctam affectionem indeliberatam. fol. 144. n. 20.

Tantum moraliter influit in conſenſum ſalutarem. fol. 148. n. 30.

Illuminatio ſancta non determinat phyſicè voluntatem ad conſenſum libetum. fol. 232. n. 5.

INSPIRATIO. INSTINCTUS.

Inſpiratio activè accepta ſignificat productionem motionis. fol. 28. n. 39.

Inſtinctus attenta ſua ſignificatione præſcindit à motione efficaci, & inefficaci. fol. 224. n. 30.

Quomodo cognoſcetur, quando ſit gratia efficax. ibi. n. 32.

Omnis actus ſalutaris fit Deo illum immediatè inſpirante. ibi. n. 29.

INTELLECTUS.

Intellectus concurrit principaliter ad actus ſupernaturales indeliberatos. fol. 42. n. 33.

Ut recipiat habitum fidei nulla indiget elevatione. fol. 104. n. 37.

Nequit certo diſcernere an cognitio illius ſit lumine naturæ, an gratiæ? fol. 111. n. 54.

Non movet voluntatem per modum cauſæ efficientis, ſed tantum finalis. fol. 117. n. 57.

Intellectivum eſt medium demoſtrativum à priori volitivi. fol. 128. num. 36.

INTENTIO.

Intentio adminiſtrandi Sacramentum Baptiſmi in hæretico per ſe loquendo non eſt ſupernaturalis. fol. 92. num. 8.

Intentio finis influit effectivè in electionem mediorum. fol. 135. n. 60.

Intentio efficax finis poteſt eſſe effectus gratiæ operantis. fol. 478. num. 44.

Hoc etiam, ſi talis intentio ſupponat ſimpliciter amorem eiuſdem. ibi.

Intentio efficax finis non eſt unicum movens ad actus ſubſequentes. fol. 515. n. 56.

Intentio non eſt idem, ac efficacia. fol. 156. n. 47.

Inclinatio cordis ad volendum, quid importet? fol. 400. n. 44.

Influxus voluntatis in actum non eſt ipſe actus. fol. 442. n. 14. & 15.

Initium iuſtificationis ſumitur à vocatione alta, atque ſecreta. folio 544. n. 21.

Indifferentia voluntatis duplex. fol. 424. n. 27.

IMPERIUM.

Imperium habet concurſum effectivum tantum reductivè. fol. 126. num. 31.

Imperium efficax effectivè influit in actum imperatum. fol. 356. n. 4.

Impiè voluntati divinæ voluntas humana præfertur. fol. 372. n. 8.

Non omnis Dei impreſsio eſt collatio virtutis. fol. 400. n. 44.

IUDITIUM. IUDEI.

Indifferentia iudicij eſt principium libertatis. fol. 62. n. 41.

Ex iudicio indifferenti non poteſt oriri ſimplex complacentia obiecti indifferenter propoſiti. fol. 64. n. 44.

Iudicium regulativum piæ affectionis eſt ſupernaturale. fol. 92. n. 8.

Ad illud formandum non datur habitus in intellectu. ibi.

Iudicium in re falſum poteſt imperari à prudentia ſupernaturali. fol. 93. num. 11.

Indicium de Hoſtiæ conſecratione non eſt regulativam immediatum affectus adorationis. fol. 113. n. 57.

Iudei reſtiterunt interiori inſtinctui. fol. 225. n. 30.

L

LEgis definitio. fol. 178. n. 3.

Diſtinctio inter legem, & præceptum. ibi.

Lex operatur iram occaſionaliter, occaſione accepta. fol. 180. n. 8.

Dirigit ſicut oſtendens. f. 197. n. 53.

Lex æterna in ratione menſuræ multipliciter à nobis participatur. fol. 200. n. 61.

Quid ſe habeat in lege *conſtitutivè*, & quid *concomitanter*? fol. 203. n. 70.

LIBERTAS. LIBER. ARBITRIUM.

Liberum arbitrium poteſt ſine præcedentia ſubitæ cogitationis elicere actum ſalutarem. fol. 53. n. 15.

Libertas ad actum ſupernaturalem non includit conſtitutivè, aliquid naturale. fol. 102. n. 33.

Ad actus ſupernaturales coaleſcit ex illuminatione, & inſpiratione, prout dicunt auxilium fluidum. fol. 156. n. 55.

Indifferentia iudicij est principium libertatis. fol.62. n.21.

Liberum arbitrium subijcitur gratiæ prædeterminanti. fol.566. n.5.

Libertas consistit in virtute determinandi existentiam actus.f.577.n.28

Libertas duplex altera per modum potentiæ, altera per modum virtutis. ibi.

LUMEN. LUTHERUS.

Lutherus falso tribuit M. P. quod dixerit, Deum trahere ad se nolentes. fol.77. n.20.

Lumen primum, quod fulsit in Christo Domino, fuit lumen gloriæ. fol.82. n.33.

M

MAGIS. MERITUM.

MAgis, & minus intra eandem speciem sunt ab eadem forma. fol.209. n.85.

Primum meritum non est effectus gratiæ actualis strictè cooperantis, sed habitualis. fol.473. n.30.

MOTIO. MOTUS. MOVERE

Motio Spiritus Sancti in Christo Domino non fuit per gratiam excitantem in motibus subitis consistentem. fol.52. n.13.

Primus motus voluntatis est necessarius quoad specificationem. fol. 65. num.46.

Motus subiti illuminationis, & affectionis non fuerunt in Christo Domino, nec in Beata Virgine, nec in Adamo pro statu innocentiæ. f.72. à num.6. & seq.

Motus affectionis duplex.fol.145. num. 21.

Movere quoad specificationem, quid sit? fol.193. n.43.

Motio quoad exercitium se tenet ex parte subiecti. fol.195. n.47.

Motio subita non est physica præmotio. fol.231. n.3.

Motio moralis non destruit libertatem. fol.232. n.12.

Motio moventis præcedit ordine causalitatis motum mobilis. fol.345. num. 51.

Motio intrinsecè efficax, ita determinat ad actum, ut relinquat potentiam ad oppositum. fol.429.n.42.

Motio prædeterminans est intensibilis. fol.452. n.40.

Modus activitatis in qualibet re, est iuxta modum actualitatis.f.149.n.33.

Munera gratiæ prædeterminantis. fol.355. n. 25.

N

NEcessitas gratiæ excitantis supernaturalis accepta pro actibus indeliberatis non est absoluta, sed conditionata. fol.114. num.60.

Natura non est suis viribus potens ad actum supernaturalem. fol. 152. num. 45.

Nulla potentia potest vivere per actum à se non elicitum. f.368. n.35.

O

OBIECTUM.

EX propositione obiecti honesti cum advertentia rationis non surgit necessario in voluntate subita delectatio, aut affectio circa illud. fol.59. num.33.

Obiectum amoris stricti est bonum, ut præcisse conveniens voluntati.fol. 60. num.37.

Obedientiæ est præceptum Superioris. fol.81. n.12.

OMNIPOTENTIA. OMISSIO. ORDO.

Omnipotentia Dei non est propriè gratia auxilians. fol.4. n.8.

Nec concursus simultaneus est verè auxilium movens, aut adiuvans ad elicientiam actus. fol.263.n.16.& sequent.

In ordine supernaturali datur virtus fluida. fol.33. n.7.

Ordo gratiæ nequit subijci ordini naturæ. fol.108. n.45.

Omissio prima peccaminosa supponit pro priori carentiam gratiæ effi-

efficacis. fol.267. num.27.

Omnipotentia, ut concurrens simultanèe cum voluntate,non immutat illam physicè ad efficiendum.fol. 346. num.61.

Ordinare in finem stat dupliciter, vel ostendendo finem, vel inclinando in illum. fol.554. n.5.

In omissione actus prohibiti ratione sui nulla datur bonitas adhuc moralis. fol.636. num.7.

OPUS. OPERANS. OPINIO.

Operationes non humanæ non solum sunt illæ, quæ ex ignorantia procedunt, aut ordinantur ad malum. fol.84. n.39.

Opinio est via ad scientiã.ibi.n.41

Hoc concretum *operans* dicit de formali operationem. fol. 267. n.27.

Operatio Dei ad extra est omnipotentiæ, ut exequentis, scientiæ ut dirigentis, & voluntatis ut imperantis. fol.323. n.42.

Operari rectè est maius donum, quam posse rectè operari. fol. 340. num. 38.

Motio Dei prævièmoventis dicitur intentio, quia habet esse incompletum. fol.390. num.17.

Operatio Dei, ut productiva actus voluntatis,si non derivat motionem pręviam,non est concursus prævius Thomisticus. fol.408. n.15.

P

PELAGIUS, PELAGIANI. PECCATUM.

PElagius admisit,& cognovit gratiam excitantem. fol.10. n.24.

Pelagiani asserebant gratiam prædicationis non dispensari à Deo, nisi quia præsciebat aliquos ex hominibus credituros. fol.327. n.5.

Peccatum actuale non est semper causa,cur homo privetur gratia efficaci. fol.620. n.24.

PRÆDICATORES. PRÆCEPTUM.

Prædicatores utiliter proponunt motiva honesta naturalia, ut homines se à peccatis avertant.f.101.n.30

Præceptum est dictamen rationis practicæ,intimatum inferiori à superiore ad aliquid agendum.f.178.n.3. Non obligat actu nisi pręcognitũ.ib.

Aliud naturale, supernaturale aliud. fol.178. n.4.

Supernarurale inter gratias externas continetur. fol.179. n.5.

Præceptum movet media cognitione intimante per imperium elicientiam actus. fol.196.n.50.

Ex puro præcepto actus virtutis, ille tantum redditur materia necessaria,non verò speciali rectitudine moraliter honestus. fol.201. n.63.

Dupliciter potest se habere, vel ut medium, vel ut exercens rationem præcepti. ibi. n.64.

Prædicatores sunt Dei adiutores. fol.258.n.4.

PRÆDETERMINATIO. PRÆPARATIO.

Prædeterminatio physica continet,quidquid actualitatis est in operatione creaturæ.fol.126.n.31.

Præparatio voluntatis,ut benè velit,quid sit? f.214.n.3.& seq.

Variæ lectiones huius textus: *præparatur voluntas à Domino.* f.215.n.5.

Quid sit præparatio, & directio gressuum hominis iuxtaD.Thom.fol. 217.num.13.

Præparatio beneficiorum Dei duplex. ibi. n.15.

Præparatio non sumitur semper pro dispositione, sed sæpè pro efficientia. fol.226. n.35.

Est dispositio agentis, ut agat. fol. 228. num.37.

Prædeterminatio physica, ita est intrinseca voluntati,ut illam reducat de potentia ad actum. f.239.n.25.

Licèt se teneat ex parte actus 2. non tamen est de linea actus 2.ibi.

Prædeterminatio ad consensum salutarem est intrinsecè supernaturalis. fol.250. n.19.

Est requisita ad illum ex ratione speciali. fol.251. n.21.

Quando prædeterminatio est naturalis,& quando supernaturalis?ibi. num.22.

In quo consistat physica prædeterminatio? fol.407. n.10.

Si consisteret in actione increata Dei, in Deo non salvaretur ratio 1. caus. fol. 414. n. 3.

Non se habet, ut quid potentiale ad actum voluntatis. fol. 421. n. 21.

Quid dicat hoc complexum *prædeterminare voluntatem*. fol. 423. n. 25.

Non præbet voluntati continentiam suæ operationis. ibi. n. 26.

Non est strictè Dei causalitas. fol. 424. n. 29.

Tribuit voluntati, ut continentia actus præhabita subordinetur Deo illam applicanti. fol. 425. n. 32.

Solum est determinatio formalis voluntatis, quatenùs est potentia passiva. fol. 428. n. 36.

Non est qualitas, nec quoad substantiam, nec quoad modum. fol. 436. num. 58.

Eius influxus se extendit usque ad actum. fol. 447. n. 27.

Si consisteret in actione increata Dei, actus voluntatis existeret realiter in aliquo signo naturæ, antequam voluntas illum produceret. fol. 450. num. 34.

Communiter accepta nihil aliud significat, quam prævium Dei motion. applicant. ad agere. f. 500. n. 25.

Præparatio cordis exprimit volitionem positivam boni. fol. 548. numer. 32.

Discrimen inter prædeterminationem causæ liberæ, & necessariæ. fol. 557. num. 12.

Prædeterminatio non tollit, quod homo relinquatur in manu consilij sui. fol. 564. n. 31.

Præmissa naturalis influit in assensum supernaturalem, ut elevata per modum supernaturalem. fol. 99. n. 24.

Quid sit pia affectio? fol. 69. n. 58.

Sine motione prævia voluntati intrinseca, nec Decretum Divinum, nec Dei operatio sunt prædeterminatio extrinseca ad actum. fol. 436. num. 57.

PRINCIPIUM. POTESTAS. PROFETIA.

Principium activum non est necessario effectivum. fol. 129. n. 42.

Prioritas inter actus eiusdem potentiæ non probat efficientiam unius in alterum. fol. 134. num. 56.

Licèt potestas peccandi includat cognitionem præcepti, non tamen potestas non peccandi. fol. 202. n. 63.

Potestas ad agendum duplex. fol. 286. n. 28.

Potestas efficacissima Dei est efficacissimum dominium. fol. 343. n. 45.

Principia actus charitatis, & Religionis. fol. 509. n. 36.

Prophetia est *Divina inspiratio immobili veritate eventus enuntians*. fol. 21. num. 19.

Ut aliquid se teneat verè ex parte potentiæ, debet præstare aliquas vires ad operandum. fol. 123. n. 22.

Illust. Palanco non rectè explicat concursum prævium Th. f. 411. n. 22.

Q

NOn repugnat qualitas de se transiens, sed de facto datur. f. 32. n. 2

Datur qualitas exigens parum durare, sicut, & multum. fol. 32. n. 5.

Qualitas, licèt exigat parum durare, non tamen sui interitum. fol. 34. n. 9.

Qui crederet invincibiliter quaternitatem personarum indivinis, non eliceret actum fidei. f. 113. n. 57.

R

RErum perfectio à quo desumatur? fol. 35. n. 11.

Ratio ex M. P. quare si homo trahitur gratia Dei, ut credat, hoc fiat sine violentia. fol. 77. n. 19.

Divinæ relationes, si non opponantur relativè, non distinguunt realiter Divinas Personas. fol. 127. num. 34.

Revelatio divina non præbet virtutem intellectui ad assensum fidei. fol. 168. n. 11.

Regulæ moralitatis traduntur. fol. 99. n. 60.

Regnum dicitur à regendo. f. 556. n. 10.

S

SACRAMENTA. SPIRIT. SANCT. SPECIES INTELLIBILIS.

SAcramenta novæ legis elevantur per virtutem supernaturalem flui-

fluidam. fol.33. num. 7.
Spiritus Sanctus non inhabitat propriè corda noſtra, niſi per gratiam,& charitatem. fol. 28. n.38.
Ut efficaciter movens voluntatem eſt verè, & propriè inſpirator. folio 55. num.21.
Quod ſpecies repreſentans perfectè aliquod obiectum in actu 2.non ſic illud repreſentet in actu 2.provenit ex defectu luminis. fol.83. n.36.
Species impreſſa concurrit effectivè ad cognitionem. fol.125. n.27.
Spiritus Sanctus procedit effectivè à Divino Verbo. fol.172. n.34.
Nullo modo eſt poteſtas voluntatis creatæ. fol.161. n.67.
Nec gratia auxilians, ut extrinſecè aſsiſtens. fol.162. n.69.
Ratio quare ſpecies intelligibilis influit effectivè ut *quo* in cognitionem. fol.132. n.50. •

SCIENTIA. SUFFICIENTIA.

Sufficientia ad effectum ſupernaturalem non conſiſtit in ſolo principio elevanti. fol.110. n.49.
Sufficientia duplex ex M. Par. fol. 170. num.15.
Scientia, quæ eſt donum Dei, inflat occaſionaliter. fol.181. n.11.
Scientia de rebus ſupernaturalibus, & abſconditis per ſe non inflat. ibi.
Scientia media non eſt cauſativa conſenſus. fol.329. n.11.
Scientia in Deo de conſenſu conditionato eſt libera. fol.334.n.44.
In ſententia Societ. iſtæ duæ contradictoriè verificantur: *Scientia media eſt Deo libera ſcientia media non eſt Deo libera.* fol.336. n.29.
Subvenire infirmitati dupliciter accipitur. fol.286. n.29.
Perſuaſio, in littera M. Par. idem, ac efficax vocatio. fol.289. n.38.
Subordinatio habitus infuſsi ad voluntatem quoad agere provenit à gratia efficaci. fol.587. n.56.
Timor inferni tantum concurrit diſpoſitivè ad actum charitatis. fol. 145. num.22.
In quo conſiſtat gravis tentatio? fol.458. num.52.

VIRGO MARIA. VISIO. VIRTUS. VIS. VICTORIA.

Viſio quandoquè ſignificat habitum, quandoque actum. fol.15.
Virtus fluida poteſt in perpetuum durare. fol.35. n.14.
In B. Virgine non fuit gratia illuminationis, & affectionis in motibus indeliberatis conſiſtens. fol.51. n.10.
Non tamen potuit elicere actum ſalutarem abſque gratia Dei illuminante. fol.53. n.15.
Elicuit primum actum charitatis, quin in ipſa præceſſerit affectio ſupernaturalis indeliberata. f.56.n.24.
Virtutes ſupernaturales perficientes voluntatem ſunt cum proprietate gratia ſanans. fol.294. n.50.
Virtus infuſſa eſt tota ratio agendi per modum actus 1. fol.324. n.44.
Vires efficaciſsimas præbere eſt reddere voluntatem omnino determinatam, ut faciat Dei mandata. fol. 530. num.24.
Vis, quid ſignificet in litteraMagn. Parens? ibi. n.26.
Vis dominaiva in actus ſupernaturales non reſidet in ſola voluntate, ſed in gratia ſufficienti.fol.569.n.10.
Ad victoriam gravis tentationis requiritur maior gratia in ratione favoris. fol.458. n.53.
Et etiam in ratione auxilij. folio 459. n.54.
Veritas conditionalis ſolum determinatur ab agente determinante conditionatum. fol.334. n.24.

VELLE.

Velle bonum, diſtinguitur ab illud facere. fol.493. n.1.
Velle noſtrum interdum eſt efficax, aliquando inefficax. f.494. n.3.
Velle facere eſt auxilium, non tamen unicum nec auxilium quo Deus facit, ut faciamus. fol.501. n.18.

VOLUNTAS.

Voluntas Dei, & Prædeſt. dicitur gratia ſint Cathegorematicè.f.6.n.13
Voluntas ut præventa cogitatione ſubita eſt ſecundumquid neceſsitata

ad

ad operandum, est absolutè indifferens si ei coexistat cognitio indifferens. fol.13. n.33.

Prius prorrumpit in actus indeliberatos, quam deliberatos. f.50. n.6.

Potest agere supernaturaliter meritoriè ex vera inspiratione Spir. Sancti, quin operetur ex motibus supernaturalibus imperfectis prius eam excitantibus. fol.55. n.20.

Præventa iudicio indifferenti non elicit simplicem complacentiam, & displicentiam circa obiectum propositum. fol.60 n.37.

In illa reperiuntur tres actus circa finem, & quinam sint? fol.63. n.21.

In ipsa non excitantur necessario simplices affectiones circa obiecta indifferenter proposita. fol. 59. à n. 32. usque ad 41.

In ipsa perseverat amor strictus, finis consequuti. fol.63. n.42.

Dupliciter potest se movere elicitivè, & applicativè. fol.65. num.48.

Præventa cognitione supernaturali sæpè non prorrumpit in affectum supernaturalem, nisi etiam occurrat cognitio naturalis proponens motivum naturale. fol.101. n.29.

Nequit tendere in obiectum nisi sub ea ratione, qua proponitur ab intellectu. fol.103. n.34.

Nequit tendere in bonum supernaturale directa cognitione naturali. fol. 111. num.53.

Non dimanat ab anima mediante intellectu, ut principio activo illius. fol.128. n.38.

Qua ratione dicatur voluntas potentia passiva? fol.130. n.43.

Licèt voluntas egeat comprincipio ipsam determinante ad speciem actus; non tamen concurrente effectivè. fol.133. num.52.

Voluntas immutatur ex parte obiecti, & ex parte potentiæ. fol.137. num.2.

Nequit elevari ex vi solius illuminationis supernaturalis, ut eliciat consensum liberum salutarem. fol. 141. n.11.

Tantum indirectè movetur ab apetitu sensitivo. fol.158. n.61.

Non concurrit tantum instrumentaliter ad actus liberos supernaturales. fol.161. n.68.

Dupliciter potest moveri, quoad specificationem, & quoad exercitiom. fol.192. n.40.

Voluntas non præparatur à Domino per hoc, quod ipsi tribuat consensum negativum. fol.215. n.6.

Dupliciter præparatur a Domino. fol.216. n.11.

Nimirum ab æterno, & temporaliter. ibi.

Voluntas aliquando accipitur pro potentia, aliquando pro actu. fol. 228. num.38.

Per amorem solum se determinat in genere causæ formalis, non vero effectivæ. fol.265. n.21.

Voluntas non adiuvat gratiam ad productionem consensus. fol. 266. num. 24.

Voluntas solum cooperatur gratiæ tribuenti sufficientiam, & simul facienti, ut faciat. fol.270. n.35.

Prima voluntas bona Angelorum. fuit effectus gratiæ strictè adiuvantis fol.274. n.45.

Voluntas creata post constitutionem libertatis proximæ adhuc indiget oratione. fol.273. n.48.

Quomodo voluntas determinetur à Deo ad consensum, & etiam ipsa se determinet. fol.280. n.10.

Voluntatem consentire non est idem, ac in illa existere consensum. fol.348. num.58.

Distinctio inter hæc complexa: *Voluntas consentiens. Voluntas efficiens consensum.* fol.368. n.34.

Voluntas in signo prædeterminationis se habet activè ad actum, ad quem gratia movet. f.379. n.31.

Voluntatis inclinatio quotuplex? fol.399. n.42. & 43.

Informata physica motione intetna, necessario est connexa cum elicientia snæ operationis. f.421.n.22.

Est in ipsa duplex formalitas, & principij se moventis, & àDeo moti. fol.428. n.39.

Non movet potentias inferiores nisi per impressionem in ipsas derivatam. fol.435. n.55.

Non est in ipsa diversitas formalis partium. fol.455. n.46.

Quomodo se habeat; ut mota ad primum actum? fol.471. n.24.

Voluntas supposito actu charitatis

tis est libera immediatè ad actum virtutis ex illa imperatum. fol. 510. n. 39.

Post volitionem efficacem manet indifferens ad actus subsequutos. fol. 519. num. 64.

Voluntatem regi à Deo, idem est, ac ab ipso agi. fol. 559. num. 18.

Ipsam *agi* à Deo, plus est, quam *regi*, tantum, quoad expressionem. fol. 560. n. 20.

Voluntas si est recta, regit intellectum. fol. 564. n. 28.

Si influit in actus supernaturales determinando gratiam principalius influit, quam gratia. fol. 571. n. 15.

Non utitur habitibus supernaturalibus usu, qui sit actus distinctus ab actu, quem simul cum ipsis facit. fol. 580. num. 45.

Non semper utitur habitibus supernaturalibus verè activè. f. 580. n. 46.

Voluntas, & habitus sunt unica causa, unica egentes prædeterminatione. fol. 581. n. 40.

In ordine ad supernaturales strictè subijcitur gratiæ. fol. 582. n. 41.

Nequit per peccatum impedire gratiam efficacem passivè sumptam sive ut se tenet ex parte volunt. f. 609. n. 41

Voluntas non benè utitur sancta vocatione per puram non resistentiam. fol. 637. num. 11.

VOLITIO. VOCATIO.

Omnis volitio efficax finis ut continuata est ex gratia cooperante. f. 474. num. 33.

Volitio efficax creata non connectitur infallibiliter cum actu. fol. 504. num. 44.

Volitio efficax faciendi non est gratia prædeterminans ad facere. fol. 503. num. 26.

Volitio efficax imperans actus virtutum non est gratia prædeterminans. fol. 505. num. 29.

Postquam volumus ex gratia præveniente, orare debemus Deum, ut nos adiuvet per gratiam subsequentem. fol. 513. num. 48.

Vocatio intrinseca est gratia excitans. fol. 53. num. 16.

Non consistit unicè in actibus intellectus, & voluntatis, sed ulterius requirit præced. auxilium. f. 257. n. 58

In his, qui iustificantur, vocatio includit gratiam excitantem, & adiuvantem. fol. 234. num. 13.

Vocatio est congrua propter prædeterminationem adiunctam. folio 246. num. 12.

Vocatio Dei interna duplex; una sufficiens, altera efficax. fol. 301. n. 13

Aliqua vocatio Dei interna est gratia ab intrinseco efficax. fol. 305. n. 22

Vocatio interior est mentis instinctus, quo cor hominis movetur à Deo. fol. 303. num. 22.

Vocatio congrua ad fidem, non dicit solam gratia excitantem causantem consensum negativum. fol. 541. num. 15.

Vocatio alta, atque secreta dicit gratiam prædetermin. fol. 544. n. 21.

USUS.

Usus strictus, qui est actus voluntatis, distinguitur realiter ab actu, præceditque ipsum. fol. 579. num. 34.

Rectus usus, vel non rectus auxilij sufficientis non est consensus, vel dissensus negativus. fol. 635. num. 4.

Bonus usus talis gratiæ est recta operatio liberi arbitrij. fol. 636. n. 7.

Non datur rectus usus gratiæ sufficientis, ante auxilium efficax. fol. 637. num. 12.

FINIS.



67
74

11.464